MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EPISTOLARVM TOMVS IV

KAROLINI AEVI II.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCV

EPISTOLAE

KAROLINI AEVI

TOMVS II

RECENSVIT

ERNESTVS DVEMMLER.

EDIDIT SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCV

Aulae Vimariensis officina typographica.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Seriem epistolarum aevi Karolini, quam tomo tertio edere coepimus, hoc quarto usque ad initia Ludovici Pii imperatoris deducimus. Cuius maiorem partem Alchvinus sive Albinus, Karoli Magni familiaris ille clarissimus, occupat. Inviti sane epistolas eius persaepe tractatas iterum in medium proferimus, quae, cum pleraeque omnibus temporum notis careant, arbitratu tantum aut divinatione quadam incerta in ordinem redigi potuerunt nec nobis placitum nec iudicibus nostris placiturum. Ex ceteris epistolis Karolo Magno regnante scriptis eas nunc praetermisimus, quae vel ad concilia alii tomo reservanda potius pertinent vel a pontificibus Romanis datae sunt, quoniam tomo qui sequitur largior harum copia colligenda erit. Dungali Scotti et Claudii Taurinensis epistolae huc usque satis neglectae ab exitu Karoli iam ad Ludovici filii primordia pertingunt. In quibus omnibus, quantum fieri potuit, cavimus, ne epistolas, quae aliis monumentorum tomis aut editae aut edendae erant, repeteremus, sed prorsus his abstinere ex operis nostri consilio nobis non licuit.

Lectori hanc messem accuratius perlustranti mox liquebit memoriam rerum gestarum, quam nos historiam politicam vocamus, parum utilitatis ex ea capturam esse, multo uberiorem historiam litterarum, quae sub Karoli Magni auspiciis

felicissimis mirum quantum effloruerunt. Quod considerantes fines non angustius esse constituendos rati hic illic acta vel commentariola gravia quidem et insignia recepimus, sed quibus epistolarum nomen indi non potest.

Omnes huius voluminis plagulas Karolus Hampe socius praeter nos et ipse inspexit, cui etiam nominum verborum rerumque indices debemus. Superest, ut gratias quam maximas agamus eis viris, qui et in patria et extra patriam de his studiis nostris ope benevolenter allata optime meruerunt: Sickelio inprimis amico, nunc civi Romano inquilino, qui consilio perspicaci saepe nos haesitantes confirmavit; bibliothecarum praefectis vel custodibus Leop. Delisle Parisiensi, Det Trecensi, H. Jadart Remensi, Ouverléaux Bruxellensi, Hublard Montensi, Putelli Mantuano, G. Meier Eremitano, Warner Londoniensi, Harmer Cantabrigiensi, Brambach Carlsruhensi, Kerler Wirzeburgensi, O. de Heinemann Guelferbitano, Simonsfeld Monacensi; sociis nostris Dopsch, Herzberg-Fränkel, Holder-Egger, Krause, Schwalm, Tangl, Traube, Zeumer, tum viris clarissimis Jeayes, Keyssner, Lebègue, Miodonski, Molinier, Priebsch, Tschiedel, Wenger numquam nos deficientibus.

Dabam Berolini
Kal. Martiis 1895.

Ernestus Duemmler.

HOC VOLVMINE CONTINENTVR

I.

ALCVINI SIVE ALBINI EPISTOLAE.

De vita moribusque Alcvini cum aliis locis iterum iterumque pro viribus egerim[1], *hic denuo dicere supersedeo. Cum paucis tantummodo locis vel epistolarum vel carminum*[2] *ea nominis forma, quae genuina esse videtur, Alchvine vel Alcvine compareat, saepius Alchvinus vel Alcvinus audit, saepissime autem vocabulo linguae latinae magis accommodato Albinum se ipse appellat. In nomine ipso ex nostra consuetudine non u sed v scribendum esse L. Traube recte monuit*[3]*. Deinde secundum scholae palatii usum ab eo ipso statutum modo Flaccus modo Flaccus Albinus vocatur*[4]*. Ex titulis, quibus ei uti licuit, diaconus vel levita crebro occurrit, plerumque cum adiectivo 'humilis' coniunctus, rarius magistri dignitate interdum sub patris nomine latente, qua et Eboraci et Aquisgrani et Turonis functus est, se ornat, denique Sancti Martini monasterio se (inde ab anno 796) praeesse hic illicque modeste indicat*[5].

Opera viri huius, quem Carolus Magnus tanti aestimavit, ut, magno familiaritatis usu cum eo coniunctus, praeceptorem sibi liberisque et toti aulae adhiberet, neque a posteritate neglecta esse consentaneum est. Inter quae epistolas ab aequalibus et posteris magni habitas esse et anonymi de vita Alchvini scribentis[6] *et Notkeri Balbuli*[7] *de eis iudicium et haud parvus librorum manuscriptorum numerus felici casu ad nostros usque dies servatus docent. Quae cum non propter rerum gestarum indagationem historiaeque cognitionem describi solerent, sed ut exempla essent litteris componendis aut ob admonitionum gravitatem, quae in eis passim continentur ad 'aedificationem' lectoris, haud raro librarii*

1) *Poetae Carol. I, p. 160—162, Alchvinstudien (Sitzungsber. der Berliner Akad. 1891 p. 495—523), Zur Lebensgesch. Alchvins (Neues Archiv XVIII, 51—70).* 2) *Poet. Carol. I, 236. 283. 285. 338. 351, cf. indicem huius tomi.* Alchvini diaconus *occurrit inter* nomina abbatum gradus diaconatus *libri vitae Dunelmensis p. 8.* 3) *Karolingische Dichtungen (Schriften zur German. Philol. I) p. 47 n. 1. Quercetanus in editione nomen Alchwinum scripsit.* 4) *Cf. indicem huius tomi et tomi I poetarum Carolinor. Flaccus vocatur etiam a Nasone et a Theodulfo (Poet. Carol. I, 387. 486. 491. 493), Puplius Albinus in duobus tantum carminibus (ib. I, 221. 226).* 5) *Ex. gr.* 'sancto Martino serviens', 'famulus sancti Martini', 'matricularius sancti Martini'. 6) *V. Alcvini c. 21 (SS. XV, 195):* Sunt et alia multa, quae quisquis legerit et diligenter scrutatus fuerit, non modicam sui aedificationem reperiet, sicut in epistolis ad multos directis. 7) *Notatio Notkeri (Dümmler, Formelbuch des Bischofs Salomo p. 72):* Quid dicam de Albino magistro Caroli imperatoris, qui, ut tu ipse fateri solitus es, nulli secundus esse voluit, sed in gentilibus et in sacris literis omnes superare contendit. . . . Scripsit enim ad amicos plurima, praecipue ad Witonem. Epistolas vero eius tibi commendare non audeo, quia tibi puerulo supercilio scriptae videntur. Sed ego non ita sentio, quia ille iuxta auctoritatem suam, qua omnes post regum potentissimum praecellebat, et locutus est et vixit et scripsit.

eas partes, quae res personasque temporis illius respiciebant, neglexerunt omiseruntque, ita ut interdum epitomen tantum loco epistolarum integrarum nobis traderent. Cum ob Alchvini incuriam aevi illius solitam[1] *ne in una quidem aut datum aut actum inveniamus, permultae vero in similibus exhortationum ad virtutes argumentis versentur eademque repetant, quam difficile sit eas ad temporis ordinem redigere satis liquet. Editor tamen, quamquam codices exiguum in hac re adiumentum praebent, periclitari certe debuit ex rebus vel personis in singulis litteris occurrentibus tempus, quo scriptae esse potuerint, quam accuratissime definire eisque proprio Marte notas chronologicas plus minusve incertas addere.*

Post Frobenium, qui a Mabilione Hansitio aliis adiutus primus in hoc studium non sine fructu operam impendit, Phil. Jaffé ea qua eminuit sagacitate magnam partem aliter rectiusque disposuit, a quo tamen ipse opus eius posthumum neque absolutum prelo daturus in nonnullis quin discederem, facere non potui. Post quam editionem Theodorus ab Sickel amicus ad Alcvini codices Carolo Foltzio b. mem. auxiliante perlustrandos denuo aggressus ordinem a collectoribus ipsis servatum consiliumque, ad quod epistolae collectae sint, acute divinatum ad eas recte digerendas magno auxilio esse demonstravit[2]*. Sed et ipse haec studia summi ducenda imperfecta reliquit*[3] *neque omnia solvit quaecunque in dubium vocavit, quamvis de nonnullis rebus me ab eo litteris edoctum esse grato animo confitear.*

Pleraeque vero harum epistolarum inter annos 793. et 804. scriptae sunt, in quibus Alcvinus patria relicta iam totum se Francorum regno Caroloque regi dediderat, paucae tantum prioribus annis, quorum nonnullos, sed nescimus quot, inde ab anno circiter 782. usque ad annum 790. item in Gallia degerat[4]*. Quamvis complures epistolae senem morosum ac decrepitum redoleant*[5]*, aliae tamen magnam utilitatem adferunt sive ad investiganda studia et consilia Caroli Magni sive ad condicionem Britanniae turbatam atque incertam perspiciendam sive ad amicos discipulosque Alcvini Arnonem Paulinum Candidum Fredegisum alios cognoscendos. Hoc igitur corpus, quod nunc iterum paululum auctius et emendatius prodit, thesaurum esse temporis Carolini ditissimum et pretiosissimum inter omnes constat.*

Ex editione Jaffeana, in qua nostra praecipue innititur, de industria omisimus acta quae signantur numeris 31 (excerpta librorum Carolinorum inutilia); 33 (Hadriani papae epistolam ad Carolum regem de cultu imaginum datam cum aliis infra edendam); 68 (Paulini patriarchae dictatum conciliorum tomo reservandum); 210 (formulam parvi pretii, quam infra p. 4 dabimus); 232 (excerpta ex Pseudo-Senecae libro de moribus c. 144. 145)[6]*; 242 (praefationem libri de processione sancti Spiritus Alcvino falso adscripti).*

---

1) *De qua cf. Sickel Alcuinstudien (Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der Wiener Akad. LXXIX, 482. 483); v. Sybels histor. Zeitschr. XXXII, 309.* 2) *Cf. libellum, cui Alcuinstudien I inscribitur, l. l. passim et quae ipse de eadem re disserui. Epistolas quasdam in singulis foliis conscriptas eodem ordine a librariis receptas esse Sickel recte observavit (l. l. p. 530).* 3) *Alcuinstudien p. 465. 514 n. 1 'Die Beweisführung für diese Datirung bleibt . . einer der folgenden Abhandlungen vorbehalten'.* 4) *Cf. quae de hoc tempore adnotavi: Neues Archiv XVIII, 59—63.* 5) *Cf. Sickel (Alcuinstud. p. 467): 'Es ist wohl denkbar, dass uns die erhaltenen Episteln so arm an historischem Stoff vorkommen, weil die relativ inhaltreicheren am meisten der sofortigen Vernichtung preisgegeben worden sind.* 6) *Accedunt excerptis illis ex Seneca petitis, quibus lemma* Albinus ad regem *antecedit, aenigmata novem, quae cum Alcvini mihi esse videantur, hic sequantur. Edidit ea Knust ex codice nunc Coloniensi 106 saec. IX. f. 26 (Pertz Archiv VII, 857) et Reifferscheid bis ex cod. Vaticanae biblioth. Christ. reg. 407 saec. X. fol. 101' et ex cod. bibl. Riccardianae Florentino 256 saec. XII. fol. 90 (Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der Wiener Akad. LIX, 399; LXVII, 761):*

A. Stateram[a] ne transilias[b].
F. Id est iustitiam[c] ne pretergradiaris[d].

a) O homo stateram *V(at.)*, statera *F(lor.)*. b) transileas *F*. c) ne pretergr. iust. *F*, ne iust. transgradiaris *V*. d) proptergradiaris *C(ol.)*.

Epistolis quae remanent 300 utrique editioni communibus addidimus Alcvini ipsius epistolas tres: unam ad Willibrordi vitam pertinentem ideoque a Jaffeo cum hac coniunctam (120), alteram a Pertzio ex codice A 1 magna difficultate descriptam (69), tertiam valde mutilam a Loewenfeldio demum repertam (160), tum eiusdem fortasse litteras ad Leonem papam datas[1]*, Frobenio iam cognitas (180), Angilberti epistolas tres (147. 151. 152), Caroli Magni epistolas quattuor, ab Alcvino ipso*[2]*, ut videtur sub nomine eius compositas (85. 87. 92. 93). Ad epistolam 304. exemplar simile ineditum adiunximus. Omnia haec supplementa ex libris epistolarum Alcvinianarum manuscriptis desumpta sunt. Additamentis ex codicibus petitis suppletae sunt epistolae 3. 28. 49. 145.*

Sed enumeremus iam codices ipsos, qui maiorem epistolarum numerum praebent, eis qui aut singulas minoris pretii aut saepissime praefationes librorum tantum descriptas continent, hic omissis. Quorum agmen ducant Salisburgenses, quippe qui ad Arnonem, Alcvini amicum carissimum, referendi sunt.

S (Jaffeo Y) = Codex biblioth. Palat. Vindobon. 795 (Salisburg. 140, quondam LXXI) membranaceus, saeculo VIII. exeunte a quattuor librariis scriptus, cuius praeter Augustini atque Alcvini ipsius opera fol. 1—4. 150′—183′. 192—205 continent epistolas 24 tam Alcvini quam Angilberti. Inest etiam Notitia ecclesiarum urbis Romae et De locis sanctorum martyrum. Hic est ordo epistolarum (quibus fol. 199 versus ad Candidum, Poet. Carol. I, 255, inseruntur) huius codicis ex parte turbati genuinus:

1 = 133	*6 =*138*	*11 = 58*	*16 = 158*	*21 = 147*
2 = 81	*7 = 140*	*12 = 23*	*17 = 146*	*22 = 151*
3 = 135	*8 = 116*	*13 = 113*	*18 = 165*	*23 = 152*
*4 =*136*	*9 = 105*	*14 = 161*	*19 = 150*	*24 = 144*
5 = 137	*10 = 114*	*15 = 156*	*20 = 153*	

De hoc codice, quem Frobenius primus adhibuit, Pertz (cf. Arch. III, 604) et Jaffé magna ex parte, sed non totum, contulerunt, ita ut virum clarissimum Herzberg-Fränkel

---

A. Ignem gladio ne fodias[a].
F. Id est iratum videlicet[b] verbis maledicis ne[c] lacessas[d].
A. Coronam minime[e] carpas[f].
F. Id est leges urbium conserves[g].
A. Cor non comedas[h].
F. Id est merorem de animo proice[i].
A. Cum profectus fueris[k], ne redeas.
F. Id est post[l] mortem vitam istam ne desideres.
A. Per viam publicam ne ambules.
F. Id est multorum[m] errores ne sequaris.
A. Hirundinem[n] in domo non suscipias[o].
F. Id est garrulos et verbosos homines sub[p] eodem tecto non habeas[q].
A. Oneratis onus suppone[r].
F. Id est ad virtutem[s] incedentibus auge precepta[t].
A. Deponentibus[u] non communices[v].
F. Id est[w] tradentes[x] se otio relinque[y].
Litteras A *et* F *(Alcvinus et Francus, Arno et Flaccus?) habet solum C.*

1) *Ab Alcvino has litteras conditas esse censuit Sickel (v. Sybels Zeitschr. XXXII, 362) ideoque eas recipiendas esse duxit.* 2) *Sickel l. l. p. 532: 'Alcuin ist wahrscheinlich der Dictator jener Karlbriefe' cf. p. 534.*

a) confodias *F.* b) *om. V;* et tumidum animum *add. F.* c) *om. C.* d) lacesscas *C,* leseris *F.* e) ne *V.* f) carpendam *F.* g) conservandas *F.* h) commedendum *F.* i) proiciendum *F.* k) fueri *F.* l) vit. ist. post mort. *V.* m) ne mult. seq. err. *F.* n) irrundinem *F.* o) suscipiendam *F.* p) in *V.* q) habendos *F.* r) inpone *V,* superponendum honus *F.* s) a virtute *F.* t) augenda prec. *F.* u) de nepotibus *F.* v) communicandum *F.* w) *om. F.* x) tradentibus *C.* y) constringe *V,* relinquendos *F.*

operam eorum supplere oporteret, Sickel (Alcuinstudien p. 468—486) nuper copiose egit. Anno 798. vel potius a. 799. ineunte pro Arnone, qui tunc Roma reversus diutius in Gallia morabatur, hunc librum scriptum esse probare nisus, epistolarum ad Arnonem datarum eum archetypum esse inde recte conclusit[1]. *Epistolas, quae signantur numeris 23. 58. 105. 161, huic codici soli debemus.*

S 1 (Jaffeo Z) = Codex biblioth. Palatin. Vindobon. 808 (Salisburg. 234, quondam XXXIV) membranae, a. c. 802—804. et ipse pro Arnone scriptus, forma octava foliorum 234, continet post Isidori scripta inde a fol. 101, ubi novus liber cum altero tantum colligatus incipit, epistolas 69, fol. 221—225 disputationem Pippini cum Albino (ed. Jaffé, Haupt's Zeitschr. für Deutsches Alterth. XIV, 531—544), fol. 225—234 Alcvini carmina nonnulla, quae edidi Poet. Carol. I, 239—245. Hic est ordo epistolarum[2]*:*

	14 = 10	*28 = 179*	*42 = *43*	*56 = 267*
1 = 156	*15 = 165*	*29 = 184*	*43 = 19*	*57 = 156*
2 = 146	*16 = 112*	*30 = 208*	*44 = 35*	*58 = 129*
3 = 165	*17 = 157*	*31 = 242*	*45 = 49*	*59 = 295*
4 = 150	*18 = 13*	*32 = 253*	*46 = 31*	*60 = 93*
5 = 153	*19 = 158*	*33 = 254*	*47 = 13*	*61 = 92*
6 = 173	*20 = 194*	*34 = 248*	*48 = 33*	*62 = *168*
7 = 107	*21 = 252*	*35 = 17*	*49 = 34*	*63 = 99*
8 = 167	*22 = 239*	*36 = 18*	*50 = 30*	*64 = 260*
*9 = *164*	*23 = *11*	*37 = 36*	*51 = *20*	*65 = 264*
*10 = *246*	*24 = 34*	*38 = 37*	*52 = *11*	*66 = 258*
11 = 294	*25 = 186*	*39 = 38*	*53 = 12*	*67 = 265*
12 = 185	*26 = 59*	*40 = 39*	*54 = 167*	*68 = 266*
13 = 169	*27 = 193*	*41 = 61*	*55 = 294*	*69 = 259*

Repetuntur in hac serie ep. 11 (= 23 et 52); 13 (= 18 et 47); 34 (= 24 et 49); 156 (= 1 et 57); 165 (= 3 et 15); 167 (= 8 et 54); 294 (= 11 et 55).

De hoc quoque codice a septem librariis conscripto, quem Frobenius iam adhibuit, Pertz (cf. Arch. III, 620) et Jaffé contulerunt, Sickel (l. l. p. 486—496. 533) diligenter egit atque in partibus eius quibusdam codicem S usurpatum esse probavit (p. 495).

S 1 (Jaffeo R) = Codex lat. Monacensis 14743 (S. Emmerammi Ratisbon. 743) membran, forma octava, saeculo IX. medio scriptus, foliorum 186 continet Alcvini epistolas abbreviatas hoc titulo (fol. 1) praemisso:* Incipiunt quaedam epistolae de quorundam nobilium doctorum libris excerptae. *Secuntur carmina, inter haec duo Alcvino tributa, quae edidi Poet. Carol. I, 260—262 (cf. 412, II, 637—646). Epistolas omnes, quas hic liber praebet, ex codice S 1 excerptas ideoque, quamvis Jaffé temere eo usus sit, nullius pretii ad textum constituendum esse Sickel demonstravit*[3]. *Una tantummodo excipienda est, quae, formulae magis quam epistolae similis, hic sequatur (fol. 156′—157).*

cf. Matth. 11,30. Dilectissimo patri egregio pontifici leve Christi iugum portare cupiens, in cuius unitate optat vobis salutem.

Omni melle dulciores nobis per fratrem nostrum litterae delatae sunt, quarum serie dum respondere paravi, supervenit filius meus cuius gratissima visitatio a longiore

1) *Si omnes codicis S epistolas anno 799. ineunte non posteriores esse Sickelio (p. 494) credimus, ex parte tamen anno 798. anteriores esse possunt.* 2) *Epistolas, quae mutilae aut abbreviatae traduntur, hic et in sequentibus semper asterisco notari.* 3) *Cf. v. Sybels Zeitschr. XXXII, 360; Alcuinstudien p. 546—550.*

responsionis sermone paululum me suspendit. Non tamen ulla seculi ambitio a caritatis suavitate cor meum suspendere poterit, quin immo magis atque magis crescat de die in diem, et pleno caritatis mei modo cumulum cotidie addit. Omnipotens Deus, qui praesenti nos caritate coniunxit, perpetua nos caritate coniungere dignetur in aeternum.

Pluribus de hoc codice, quem Ioh. Mabillon primo excussit, egi in Beiträge zur Geschichte des Erzbisthums Salzburg (Archiv für Oesterreich. Geschichtsquellen XXII, 280 sqq.). Varietatem lectionis eius nunc neglexi, paucis tantum additamentis dubiae fidei, quae ei debemus, receptis.

B = Codex latin. Monac. 4650 (Benedictoburanus 150) membran. forma sedecima, foliorum 85, a. c. 840. scriptus continet epistolarum formulas epistolasque Alcvini integras novem his numeris a nobis signatas: 294. 107. 167. 146. 165. 150. 153. 173. 156, omnes e codice S 1 depromptas[1]. *Librarius vero alios libros praeter hunc adhibuit: ex codice C infra describendo excerpsit epistolam 268. et ex codice deperdito epistolam 180, ab Alcvino ut videtur compositam. Post Bernardum Pez (Thesaur. anecdot. I, 1,1 sqq.) hoc codice inprimis usi sunt L. Rockinger (Quellen und Erörter. zur bayer. Gesch. VII, 5—21), E. de Rozière (Revue histor. du droit franç. et étranger, Paris 1859), K. Zeumer (Formulae p. 438). Codex Salisburgensis alius huic affinis deperiisse videtur*[2], *cf. Alcvini Opera ed. Frobenius II, 448.*

D = Codex latin. Monacensis 13581 (Ratisbon. Dominic. 181) membran. saec. IX. medio scriptus, foliorum 284, continet praeter scripta theologica, ex quibus hic commemorentur fol. 3 (Albini) explanatio apokalypsis per interrogationem et responsionem, f. 105 (Alcvini) quaestiones in genesin, f. 118 Candidi epistola, quam B. Pez Thesaur. I, 309 ex codice S. Emmerammi edidit, fol. 226—242 Alcvini epistolas 16, tum f. 243 Petri abbatis ad Amalarium praesulem epistola cum carmine edita apud Jaffé Bibl. IV, 423—429, Poet. Carol. I, 426—428. Hic est epistolarum ordo:

1 (fol. 226—227')	*= 43*	*7 (f. 233')*	*=*156*	*13 (f. 239—239')*	*= 38*
2 (f. 227'—230)	*= 19*	*8 (f. 233'—235)*	*= 295*	*14 (f. 239'—240')*	*= 242*
3 (f. 230—231)	*= 31*	*9 (f. 235'—237)*	*= 168*	*15 / 16 (f. 240'—242)*	*= 179 / *184*
4 (f. 231)	*= 12*	*10 (f. 237—237')*	*= 169*		
5 (f. 231—232)	*= 294*	*11 (f. 237'—238)*	*= 36*		
6 (f. 232—233')	*= *65*	*12 (f. 238'—239)*	*= 37*		

Hic codex, quem Frobenius nondum noverat, quamvis codici S 1 admodum similis, qui easdem epistolas habet, non tamen ab eo solo pendere videtur[3]. *Jaffé primus eum contulit, V. cl. Simonsfeld cum usui meo inspexit.*

H = Codex bibliothecae Harleianae 208 in museo Britannico asservatus, membranac. forma quadrata, saec. IX. (post annum 814) in Gallia exaratus foliorum 117, quondam ex Sickelii coniectura probabili Adalhardi abbatis Corbeiensis († 826) Alcvino amicissimi, continet f. 1—112. 117' epistolas Alcvini 91, quarum 70 ei soli debemus, inter has unam bis (nr. 108 nostrae editionis) eiusque carmina aliquot fol. 78'—79', quae edidi Poet. Carol. I, 259—261, f. 115'—116 Caroli Magni litteras ad Michaelem imperatorem datas (Jaffé Biblioth. IV, 415), f. 113—116 septem epistolas Dungali reclusi postea edendas (Jaffé Bibl. IV, 429—436), Wilhelmi episcopi litteras et duas epistolarum formulas. Hic est ordo epistolarum huius codicis:

---

1) *V. Sickel Alcuinstudien p. 488 n. 1, 546—550.* 2) *Cf. v. Sybels Zeitschrift XXXII, 356; Alcuinstudien p. 480.* 3) *Cf. de eo v. Sybels Zeitschrift XXXII, 362, Alcuinstudien p. 546—550.*

1 = 204	*20 = 209*	*39 = 301*	*58 = 224*	*77 = 176*
*2 = *41. *128*	*21 = 115*	*40 = 226*	*59 = *129*	*78 = 310*
3 = 190	*22 = 284*	*41 = 275*	*60 = 295*	*79 = 175*
4 = 42	*23 = 285*	*42 = 276*	*61 = 113*	*80 = 244*
5 = 106	*24 = 286*	*43 = 78*	*62 = 111*	*81 = 282*
6 = 102	*25 = 214*	*44 = 212*	*63 = 185*	*82 = 283*
7 = 22	*26 = 303*	*45 = 277*	*64 = 278*	*83 = 207*
8 = 108	*27 = 272*	*46 = 249*	*65 = 227*	*84 = 124*
9 = 109	*28 = 215*	*47 = 230*	*66 = 108*	*85 = 189*
10 = 54	*29 = 216*	*48 = 88*	*67 = 280*	*86 = 123*
11 = 55	*30 = 298*	*49 = *239*	*68 = 271*	*87 = 192*
12 = 56	*31 = 223*	*50 = 233*	*69 = 237*	*88 = 281*
13 = 125	*32 = 219*	*51 = 1*	*70 = 241*	*89 = 228*
14 = 4	*33 = 225*	*52 = 57*	*71 = 249*	*90 = Car. ad Mich.*
15 = 191	*34 = 220*	*53 = 2*	*72 = 308*	*91, 92 = Formulae.*
16 = 188	*35 = 221*	*54 = 206*	*73 = 222*	
17 = 187	*36 = 218*	*55 = 262*	*74 = 15*	*93 =* Wilhelm *ep.*
18 = 300	*37 = 217*	*56 = 263*	*75 = 279*	*94—101 = Dungali epp.*
19 = 232	*38 = 302*	*57 = 235*	*76 = 181*	*102 = 131*

Postquam iam a. 1642. Usserius, vir doctissimus, huius codicis epistolas cum editis a Chesnio contulit, maiorem ineditarum partem (epp. 125 et 303 exceptis) primus Frobenius secundum copiam a Brequignio in eius usum a. 1767. factam[1] *in mantissa collectioni suae addita publici iuris fecit. Post quem Pertz, textu Frobeniano hic illic collato et correcto, tabulam totius libri posuit epistolasque ineditas descripsit. Jaffé codicem II editioni a se paratae adhibuit. Sickel (Alcuinstudien p. 496—499), originem eius Corbeiensem demonstrare conatus, cum a Radberto his expressis verbis in vita Adalhardi laudari (SS. II, 526):* ab aliquibus, ut epistolae magistri Albini ferunt, Antonius vocabatur, *probabiliter coniecit eumque alterum fortasse volumen collectionis amplioris esse suspicatus est (l. l. p. 498. 517). Cf. etiam de eo Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum II (London 1886) p. 86, ubi in tabula 51 imago folii 88 (quod partem epistolae 249. praebet) datur.*

T = Codex biblioth. Trecensis 1165 membran. forma quadrata, saec. IX. exeunte scriptus, foliorum 86, quorum 1—3. 8. mutila et ex parte dissecta sunt, continet nunc epistolas 74 optime scriptas, inter has duo tractatus et finit in epistola 80. Excidit quaternio inter folia 78 et 79, continens finem epistolae 62, 63—70. et initium epistolae 71. secundum numeros codicis ipsius. In margine inferiore folii 86' nomen P. Pithou legitur, unde cum iam Pithoei tempore (1539—1596) mutilum fuisse elucet. Habet notas Tironianas in epistolis 51. 52. 58. Cf. de hoc codice non archetypo quidem sed magni aestimando Catalogue des manuscrits des départements II, 478, ubi fusius de argumento eius agitur. Contulerunt eum accurate W. Arndt iam a. 1868. et Ph. Jaffé eodem fere tempore, qui eum a Quercetano quondam adhibitum esse non recte opinatus est.

T (Jaffeo N) = Codex biblioth. Vatic. reg. Christinae 272 (S. Remigii Remensis, quondam Pauli Petavii) membranae. forma quadrata foliorum 125 saec. X. Continet easdem epistolas 110, quas Quercetanus edidit (epistolis 111—115. ex Canisio adiunctis), eodem ordine, quo ab eo impressae sunt, quibus f. 123 Leodegarii ad Sigradem matrem epistola accedit cum hac fallaci inscriptione:* Alchvinus ad Sigradem genetricem *(Epist. III, 464—467). Hinc minime dubito codicem nunc Romanum olim a Quercetano editum esse. Inter eum vero et Trecensem arta intercedit necessitudo, cum et ordo epistolarum*

1) *Cf. Mémoires de l'acad. des inscriptions (Paris 1774) XXXVII, 531.*

et verba ipsa plerumque consentiant indeque Sickelio adsentiente (l. l. p. 500) T exemplum codicis T esse suspicor et quae in T iniuria temporum iam deleta sunt, in T* nobis integra servata esse. Post Victorem Gardthausen Lipsiensem, qui priorem editionem opera sua adiuverat, maiorem epistolarum partem a. 1891. socius noster Holder-Egger denuo contulit.*

Hic est epistolarum ordo utriusque codicis:

1 = 121	23 = 229	45 = 37	67 = 14	89 = 118
2 = 143	24 = 211	46 = 38	68 = 26	90 = 119
3 = 126	25 = Froben II, 365	47 = 39	69 = 137	91 = 97
4 = 149	26 = ib. 357	48 = 61	70 = 138	92 = 25
5 = 155	27 = 162	49 = 19	71 = 94	93 = 98
6 = 136	28 = 17	50 = 43	72 = 95	94 = 96
7 = 110	29 = 18	51 = 71	73 = 77	95 = 204 (H 1)
8 = 148	30 = 79	52 = 44	74 = 52	96 = 41 (H 2)
9 =*145	31 = 51	53 = 40	75 = 5	97 = 128 (H 2)
10 = 170	32 = 31	54 = 82	76 = 63	98 = 42 (H 4)
11 = 174	33 = 32	55 = 142	77 = 168	99 = 187 (H 17)
12 = 177	34 = 13	56 = 154	78 = 90	100 = 300 (H 18)
13 = 178	35 = 33	57 = 76	79 = 91	101 = 209 (H 20)
14 = 171	36 = 34	58 = 74	80 = 139	102 = 88 (H 48)
15 = 172	37 = 53	59 = 83	81 = 60	103 = 295 (H 60)
16 = 163	38 = 64	60 = 84	82 = 92	104 = 113 (H 61)
17 = 240	39 = 30	61 = 85	83 = 93	105 = 111 (H 62)
18 = 231	40 = *49	62 = *86	84 = 87	106 = 308 (H 72)
19 = 238	41 = 35	63 = 27	85 = 141	107 = 175 (H 79)
20 = 261	42 = 11	64 = 117	86 = 47	108 = 124 (H 84)
21 = 197	43 = 12	65 = 75	87 = 48	109 = Froben II, 563
22 = 198	44 = 36	66 = 167	88 = 62	110 = 131 (H 102)

De partibus huius amplae collectionis Sickel (p. 509—511) ita censuit, ut prima, quae epistolas ad Carolum Magnum datas 1—27. tantum complectitur, ab aulico quodam, Angilberto fortasse ipso, confecta sit, altera inde ab epistola 28. usque ad 94. pertingat, tertia codici H affinis epistolas 95. usque ad 110. addat (p. 515—517). In utroque codice epistolae, quas nos numeris 41. et 128. signavimus, eadem ratione mutilatae et in unum corpus confusae sunt. Sed, ut de his rebus rectius iudicemus, ceteri codices necessitudine quadam cum T coniuncti enumerandi sunt.

K 1 (Jaffeo K) = Codex musei Britannici Londiniensis Kings library 8 E XV membranac. saec. IX. foliorum 80 ex monasterio S. Audomari Gallico, ut Sickel (p. 501) probavit, oriundus, continet epistolas Alcvini 66, sed non omnes integras, cum librarius ipse ad epistolam 149. verba addat: multum dimisimus. *Occurrunt quoque fol. 22—23. Caroli Magni litterae Nicephoro imperatori missae, quas edidit Jaffé Bibl. IV, 393. Postquam Pertz hunc codicem obiter tantum inspexit, Jaffé cum magna ex parte contulit, cuius operam V. Cl. H. Jeayes mihi supplevit. Cf. de eo Sickel Alcuinstudien p. 501—502, Catalogue of ancient manuscripts in the British Museum II p. 87, ubi minus recte saeculo X. incunti adscribitur.*

K 2 (Jaffeo G) = Codex S. Galli 271 membran. forma octava saec. IX. medio scriptus foliorum 117 continet epistolas 66 ab Henrico Canisio eodem ordine editas, inter quas Caroli Magni ad Nicephorum imperatorem et in fine p. 231—234 quattuor epigrammata e monumentis urbis Romae petita (ed. de Rossi, Inscriptiones urbis Romae christ. II, 123 cum imagine in tabula 1). Epistola 42. Eadae presbytero missa (p. 176—179) repetitur

ante epistolam 67 (p. 229—230) cum hac rubrica: Dilecto amico illi Albinus salutem. *Notas Tironianas habet codex p. 38. 93. 423 in epistolis 3. 63. 121. Codicem hunc, quem Pertz iam noverat (Archiv V, 509), Jaffé totum contulit. Scatet mendis librarii orthographicis, ex quibus cum Romanensis originis, Curiensem fortasse, fuisse elucet. Sickel, qui hoc vidit (l. l. p. 505), cognovit etiam inter codices K 1 et 2, qui easdem epistolas eadem serie atque eodem modo decurtatas continent, tam artam necessitudinem interesse, ut non unum ab altero[1], sed utrumque ab uno eodemque codice K deperdito pendere dubitare non liceat (ib. p. 506).*

Hic est ordo epistolarum codicum K 1 et 2:

1 = 17	*15 = 51*	*29 = *44*	*43 = 63*	*57 = 86*
2 = 18	*16 = 31*	*30 = 40*	*44 = *91*	*58 = 95*
3 = 121	*17 = 13*	*31 = 82*	*45 = 97*	*59 = 139*
4 = 174	*18 = *49*	*32 = 74*	*46 = 25*	*60 = 99*
5 = 171	*19 = *168*	*33 = 83*	*47 = 142*	*61 = 96*
*6 = *172*	*20 = 42*	*34 = 167*	*48 = 75*	*62 = *28*
*7 = *178*	*21 = 117*	*35 = 37*	*49 = 35*	*63 = *65*
*8 = *137*	*22 = *19*	*36 = 38*	*50 = 11*	*64 = *73*
9 = Bibl. IV, 393	*23 = *43*	*37 = 34*	*51 = 71*	*65 = 60*
*10 = *126*	*24 = 90*	*38 = 14*	*52 = 98*	*66 = 12*
*11 = *149*	*25 = *138*	*39 = 52*	*53 = 33*	
*12 = *136*	*26 = 94*	*40 = 26*	*54 = 154*	
*13 = *145*	*27 = 27*	*41 = 53*	*55 = 84*	
*14 = *170*	*28 = 39*	*42 = 5*	*56 = 36*	

Si hanc tabulam perlustramus, nullam utriusque codicis epistolam Alcvini aestate anni 799. posteriorem esse probari potest[2]. Caroli Magni epistola ad imperatorem Graecum postea intrusa esse videtur. Maxima epistolarum codicis K pars (49) occurrit etiam in codice T, cui in textu recensendo maior fides habenda est, sed alio ordine disposita et quidem 3—7. 10—14. in prima, 20. in tertia eius serie, ceterae in secunda, desunt codici T K 9 (Caroli epistola). 60. 62—64. Cf. Sickel Alcuinstud. p. 527—532.

L = Codex Londiniensis in Lambeth palace asservatus 218 membran., manu Anglo-saxonica saeculi XI. scriptus, ex parte mutilus continet fol. 131′—208′ (fol. 201—207 exceptis) epistolas Alcvini 21, sed non omnes integras, hoc ordine constitutas:

**155. 136. 110. 148. 145. 170. 174. 177. 178. 171. 172. 163. 240. 231. 238. 261. *196. *198. *131. 188. 307.*

Epistolas 1—18 huius seriei easdem esse, quae in codice T sub numeris 5—22 exstant (1—4 fortasse in L abscisis) Sickel (l. l. p. 512) cognovit, sed L minime ex libro Trecensi ipso pendere, immo ex archetypo eius eo liquet, quod ille ad epistolam 145. additamentum dat et in T et in ceteris codicibus desideratum. Libri Lambethani magnam partem, sed non omnem et Pertz et Jaffé contulerunt, operam eorum VV. Clar. O. Sommer et R. Priebsch nobis benigno animo suppleverunt.

Q = Codex biblioth. nation. Parisinae 3244 (Colbertinus 631) membranac. forma maxima saec. XII—XIII. scriptus continet fol. 118—133 epistolas Alcvini 17, inter quas nonnullas mutilas, quarum hic est ordo:

*19. 26. *137. 138. *17. *18. 79. 61. 167. 43. 12. *51. 36. 37. 38. 39. 11.*

---

1) *Ad exempla a Sickelio p. 506 n. 5 allata adde Mon. Alcuin. p. 345 not. a. h., p. 347 not. b.*
2) *De epistola 142., quam Sickel (l. l. p. 529) cum Jaffeo ultimis Alcvini annis adscribere voluit cf. quae ad eam adnotavi.*

Omnes hae epistolae continentur etiam codicis T altera serie et si numeros eius adhibemus, tali quidem ordine:

49. 68—70. 28—30. 48. 66. 50. 43. 31. 44—47. 67,

vel si ab ordine codicis nostri recedamus, nr. 28—31. 43—50. 66—70. Quamvis igitur affinitatem quandam inter hos codices intercedere vix neges, eos archetypo communi usos esse probabilius videtur.

Codicem Q, quem Pertz iam examinaverat, L. Bethmann et Jaffé contulerunt. Cf. de eo Pertz Archiv VII, 852, Catalog. codic. Paris. III, 391.

A 2 (Jaffeo V) = Codex musei Britannici Londiniensis bibliothecae Cottonianae Vespasianus A XIV signatus membran., forma quadrata foliorum 179, a duobus librariis c. a. 1000. scriptus, quorum alter usque ad fol. 146'[1]*, alter ad finem progressus, uterque hinc inde formas litterarum Anglosaxonicas intermiscere solet. Post alia opera, de quibus videas Catalogue of the manuscripts in the Cottonian library 1802 p. 436, complectuntur Alcvini epistolae 29 folia 113—177. Accedunt aliae nonnullae epistolae saeculo X. exeunte ex Anglia scriptae fol. 155—158 et 169, quas edidit W. Stubbs in appendice operis 'Memorials of St. Dunstan'.*

Hic est ordo epistolarum huius codicis:

1 = 18 (25)	*13 — 16 omittuntur*	*28 = 46 (118)*
2 = 19 (26)	*17 = 209 (36)*	*29 = 256 (119)*
3 = 20 (27)	*18 = 273 (35)*	*30 = 274 (120)*
4 = 16 (29)	*19 = Jaffé Reg. pont. 2337 (39)*	*31 = 235 (121)*
5 = 30 (30)	*20 = 70 (12)*	*32 = 292 (122)*
6 = 43 (31)	*21 = 65 (1)*	*33 = 293 (123)*
7 = Alcheridi ep. (37)	*22 = 66 (2)*	*34 = 103 (124)*
8 = 114 (40)	*23 = 67 (3)*	*35 = Widonis ep.*
9 = 116 (50)*	*24 = 7 (4)*	*36 = 96 (100)*
10[2]*= 17 (52)*	*25 = 8 (5)*	*37 = Jaffé 2494.*
11 = 311 (104)	*26 = 10 (8)*	
12 = 128 (107)	*27 = 45 (117)*	

Numeri uncinis inclusi, quos huic tabulae addidi, codicem A 1 respiciunt, qui eodem archetypo usus, ex quo A 2 hausit, multo uberiorem epistolarum copiam nobis offert. Codicem A 2 post Pertzium Jaffé rimatus est. De utroque codice A, quo iam Willelmus Malmesbiriensis († 1141) usus esse videtur[3]*, egit Stubbs, Memorials of St. Dunstan p. LIII. LIV, qui epistolas saeculo X. compositas ex eo primus edidit l. l. p. 354. 359—364. 366—377. 380—390. Cf. de codice A 2 Sickel Alcuinstudien p. 519—520.*

A 1 (Jaffeo A) = Codex musei Britannici Londin. Cottonianae bibl. Tiberius A XV membranae. saec. XI. forma quadrata, incendio die 23. Oct. mens. a. 1731. admodum

1) *Secuntur hic versus de S. Wulfstano archiepiscopo († 956) tales (quos descripsit Pertz, edidit W. Stubbs Memorials p. LIV n. 4):*

Qui legis hunc titulum Domino da vota tonanti
Archipontifice pro Vulfstano venerando.

Floret in hoc opere pia mentio praesulis archi
Vulfstani, cui det Dominus pia regna polorum.
[Et sibi commissos tueatur ab hoste maligno].

Pontificis bonitas manet hic memoranda ierarchi
Vulfstani, supero qui sit conscriptus in albo.

Est laus Vulfstano mea pulchritudo benigno
Pontifici, cui sit Dominus sine fine serenus.

Comere me comiter iussit ita presulis archi
Vulfstani pietas, data sit cui arce corona.

Presule Vulfstano hoc opus est censente paratum,
Pollice quod docto inscripsit subtilis aliptes.

2) *hic finit prima manus.*

3) *Cf. Willelmi Malmesbir. mon. de gestis reg. Anglor. ed. Stubbs II preface p. XXVII.*

corruptus, cuius 'scriptura adeo evanida, ut praeter Sibyllam legat nemo' (Cottonian library p. 167)[1]. *Magnam tamen partem epistolarum huius codicis, quae in foliis 136 una manu exaratae, sed a librario recentiore hic illic correctae sunt, Pertz et Jaffé summo labore descripserunt, quorum operam Foltz et Priebsch compluribus locis suppleverunt. Felici casu obtigit, ut codex A 1, quem etiam Spelman et Usserius cognovisse videntur, antequam flammis fatalibus devastaretur, a Thoma Gale († 1702) describeretur; cuius apographon in collegio S. Trinitatis Cantabrigiensi sub O. 10. 16. (= A 1*) asservatur*[2]. *Sed hoc inter utrumque interest, quod librarius recens scribendi modum secundum sui temporis morem commutaverit vitiaque grammatica, praesertim in consecutione temporum, suo arbitratu correxerit. Praeterea deest folium, p. 17—18, quod epistolam 11. et dimidiam partem epistolae 12. continuit. Bibliothecarii Cantabrigiensis V. Cl. Sinker benignitate hoc codice chartaceo Berolini commode uti mihi licuit, quem iam ex parte Pertz et Jaffé ad lacunas codicis A 1 explendas adhibuerant.*

Hic est post fragmentum epistolae ad Higbaldum episcopum datae, quod legi non potuit, ordo codicis A 1 (cf. Sickel Alcuinstud. p. 507 n. 3):

1 = 65 (K 63)	30 = 30	58 =*137 (K 8)
2 = 66	31 = 43 (K 23)	59 = Bibl. IV, 393 (K 9)
3 = 67	32 = 159	60 =*126 (K 10)
4 = 7	33 = 297	61 =*149 (K 11)
5 = 8	34 = 287	62 =*136 (K 12)
6 = 68	35 = 273	63 =*145 (K 13)
7 = 6	36 = 209	64 =*170 (K 14)
8 = 10	37 = Alchfridi ep.	65 = 13 (K 17)
9 = 9	38 = Jaffé 2138	66 =*168 (K 19)
10 = 28 (K 62)	39 = Jaffé 2337	67 = 42 (K 20)
11 = 69	40 = 114	68 = 117 (K 21)
12 = 70	41 = 44 (K 29)	69 = 90 (K 24)
13 = 71 (K 51)	42 = 115	70 =*138 (K 25)
14 = 29	43 =*190	71 = 94 (K 26)
15 = 50	44 = 140	72 = 27 (K 27)
16 = 72	45 = 24	73 = 82 (K 31)
17 = 73	46 = 21	74 = 74 (K 32)
18 = 49 (K 18)	47 = Egredi ep. (Haddan and Stubbs Counc. III, 615)	75 = 83 (K 33)
19 = 35 (K 49)		76 = 167 (K 34)
20 = 39 (K 28)	48 = 299	77 = 37 (K 35)
21 = 64	49 = 164	78 = 38 (K 36)
22 = 61	50 =*116	79 = 34 (K 37)
23 = 51 (K 15)	51 = 308	80 = 14 (K 38)
24 = 33 (K 33)	52 = 17 (K 1)	81 = 52 (K 39)
25 = 18 (K 2)	53 = 121 (K 3)	82 = 26 (K 40)
26 = 19 (K 22)	54 = 174 (K 4)	83 = 53 (K 41)
27 = 20	55 = 171 (K 5)	84 = 5 (K 42)
28 = 31 (K 16)	56 =*172 (K 6)	85 = 63 (K 43)
29 = 16	57 =*178 (K 7)	86 = *91 (K 44)

1) *Cf. Stubbs Memorials p. LIV: 'Is had nearly perished by fire and water, many whole pages can only be read by catching the light on the hollows in which the ink has once been'.* 2) *Codicem A 2 cognovit quidem, sed eum adhibuisse non videtur, cf. notam ad epist. 8. p. 9: 'Habetur haec epistola in utroque MS° Cottoniano et citatur a Will. Malmesburiensi . . neque adhuc est edita'.*

87 = 97 (K 45)	*97 = 95 (K 58)*	*107 = 128*	*117 = 45*
88 = 25 (K 46)	*98 = 139 (K 59)*	*108 = 255*	*118 = 46*
89 = 142 (K 47)	*99 = 99 (K 60)*	*109 = 291*	*119 = 256*
90 = 75 (K 48)	*100 = 96 (K 61)*	*110 = 288*	*120 = 274*
91 = 11 (K 50)	*101 = *73 (K 64)*	*111 = 130*	*121 = 235*
92 = 98 (K 52)	*102 = 60 (K 65)*	*112 = 104*	*122 = 292*
93 = 154 (K 54)	*103 = 12 (K 66)*	*113 = 89*	*123 = 293*
94 = 84 (K 55)	*104 = 311*	*114 = 101*	*124 = 103*
95 = 36 (K 56)	*105 = 230*	*115 = 122*	*125 = 100*
96 = 86 (K 57)	*106 = 290*	*116 = 300*	

Sickel cum de codice A 1 accuratissime ageret, priorem partem, id est epistolas a prima usque ad 51, quas ex coniectura eius (Alcuinstud. p. 525) fortasse Dodo Alcvini discipulus collegit, ideo a posteriore distinguendum esse censuit, quia epistolae 52. catalogus epistolarum sequentium antecedat. Sed in hac posteriore parte et ipsa epistolae 52—103. a ceteris separandae sunt, quia hae omnes ex codice K deperdito pendent, ita ut, eisdem lacunis depravatae, in verbis modo cum K 1 modo cum K 2 magis congruant. Omittuntur ex hac serie illae tantum epistolae, quas librarius in priore parte ex alia collectione copiosiore iam receperat. Desideratur tantum ep. K 3 (= 40), quae in initio mutilo codicis A 1 exstitisse potest[1]*. In prima codicis parte epistolae 18—31 (29 excepta) cum codicibus K T S 1 ei communes sunt, quas omnes Sickel (p. 520—521) collectioni minori inter annos 793. et 795. factae adscribere vult, sed praeter has etiam 8. 10. 13. 17. 36. 40. 43. 44. 49—51. aliis codicibus traduntur. Ex ultima codicis parte tres tantum epistolae 105. 107. 116. etiam in codice H occurrunt, ceterae ad Cantuariam metropolim referendae sunt, ex quibus 118—124. ita mutilantur, ut formulae potius quam epistolae vocari possint (Sickel p. 519. 527).*

P = Codex bibl. nation. Paris. 5577, quondam S. Mariae Lucionensis (Luçon), tum Colbertinus 4167, membranac. forma octava longiori saec. IX. ex. scriptus habet f. 18 hanc notam: 'Codex iste in bibliothecam Colbertinam delatus est anno MDCLXXVI mense Decembri Stephanus Baluzius'. In hoc codice continentur post passiones S. Eustachii et sociorum et S. Felicitatis et VII filiorum fol. 17 — 18 Epitaphium Alcvini (Poet. Carol. I, 350), f. 19 carmina eiusdem (ib. 327. 292), fol. 20—93 Albini epist. (= 166) et libri IV adversus Elipandum (ed. Frobenius I, 863—914), tum fol. 93—133. 163—164 epistolae 15 eiusdem, f. 133 carmen de Philomela (Riese Anthol. lat. nr. 658), f. 134—137 epistola Fredigysi de nihilo; Alcvini expositio in cantic. canticorum (cf. Poet. Carol. I, 299), libellus de baptismi officio etc. Haec est series epistolarum praeter eam, quam iam commemoravi:

*200. 201. 307. 309. *245. *131 (finis tantum exstat, maior pars periit). 178. 171. 172. *163. 170. 174. 177. *196. 132.*

Septem ex his epistolis traduntur etiam codice T, ubi numeris 14—16. 10—13. signantur (cf. Sickel Alcuinstud. p. 512—513).

Contulerunt hunc codicem, quem Pertz etiam inspexit, A. Chardin et Jaffé. Exemplar codicis P passionibus omissis est P (Jaffeo M) codex bibl. Vatic. reg. Christinae 69, in eodem monasterio scriptus, cum f. 130' legatur:* Hic liber est sancte Marie Lucionensis, *membran. forma octava saec. X. exaratus foliorum 130, de quo post Victorem Gardthausen socius noster Holder-Egger mihi retulit.*

R = Codex bibl. Vatic. reg. Christinae 226 membranac. forma octava saec. X. scriptus, ex Francia occidentali, ut videtur, oriundus habet in fol. 1 hanc notam: 'Alexander Pauli

1) *At Gale cum exemplum codicis A faceret epistolam 40. in eo non invenit, descripsit enim eam ex Quercetano cum hac nota (A 1* nr. 85 p. 127—128): 'Non habetur haec epistola in ms codice, sed in Operibus Alcuini edit. Paris. col. 1570'.*

filius Petavius senator Parisiensis anno 1647'. Continet epistolas scriptaque Alcvini ad res praecipue astronomicas pertinentia, quarum haec est series:

p. 1	1 = 148	p. 14^b	6 = 143	p. 25^b	11 = ib. II, 364
p. 4	2 = 155	p. 19	7 = Froben. II, 358	p. 26	12 = ib. II, 365
p. 7	3 = 126	p. 23	8 = ib. II, 361	p. 31	13 = ib. II, 367
p. 9^b	4 = 170	p. 23^b	9 = ib. II, 362		
p. 11^b	5 =* 145	p. 24	10 = ib. II, 363		

Post Frobenium, qui primus hunc librum ex parte adhibuit, et Victorem Gardthausen, qui notitiam eius accuratiorem mihi dedit, Holder-Egger Alcvini epistolas omnes contulit, quae quamquam in codice T quoque leguntur, non ab eo pendere videntur.

A codicibus, qui maiorem epistolarum numerum posteris tradiderunt, ad eos transeo et ipsos magni aestimandos, quibus paucas vel singulas tantum easque saepe cum aliis Alcvini scriptis coniunctas debemus.

G = Codex bibl. nation. Paris. 13373 (S. Germani 1291, olim S. Petri Corbeiensis 243) membran. a. c. 798. scriptus (?) continet fol. 90—104 quinque Alcvini epistolas hoc ordine constitutas: 133. 81. 134. 135. 144, quas, si Sickel recte vidit, fortasse iam librarius codicis S in usum suum convertit. Liber a Jaffeo adhibitus est. Cf. de eo Pertz Archiv VII, 853, Sickel Alcuinstudien p. 472. 477. 478. Codex Parisinus 13372 (S. Germani 1290) ex G descriptus est, cf. Archiv VII, 853, XI, 490.

Codex biblioth. Paris. 2826, quondam S. Martialis Lemovicensis, membran. forma quadrata saec. IX.—X. scriptus continet fol. 136 — 144 4 epistolas Alcvini eiusque epitaphium, scilicet 210. 234. 140. 257, cf. Pertz Archiv VII, 852, LL. I, 200, Catalog. codd. Paris. III, 336, Monnier Alcuin et Charlemagne p. 371. Exemplar huius codicis est Parisinus 17448.

Codex biblioth. Paris. 2388 (Colbertinus) membran. saec. XI. scriptus continet Alcvini epistolam ad Elipandum datam 166. et Elipandi responsionem 182, epistolas omnibus Gothiae fidelibus missas 200. et 201. et libros IV contra Elipandi epistolam. Concordat igitur ex parte cum codice P. Contulerunt hunc librum Bethmann, Jaffé, Molinier.

Codex bibl. Paris 2386 (Colbert. 3953) membran. saec. IX. scriptus continet fol. 3 sq. epistolas 202. 203, quibus Alcvinus libros VII adversus Felicem Urgellitanum Carolo misit. Edidit quondam Baluzius Miscellanea IV, contulit Jaffé.

Codex biblioth. Romanae Casanat. (S. Maria sopra Minerva) B. IV. 18 membran. saec. IX. scriptus, forma quadrata, foliorum 189, a Jaffeo omissus, continet epistolas 257. 309. 144, quae saepius occurrunt, 270, quam huic codici soli debemus et 304a. Codice usi sunt Bethmann, Gardthausen, Ewald, Holder-Egger. Descripsit eum accurate Reifferscheid (Wiener Sitzungsber. XLIX = Bibl. patr. I, 173—178), cf. Pertz Archiv XII, 404.

E = Codex lat. Monacensis 14727, quondam S. Emmerammi CXI, membran. saec. IX. scriptus continet fol. 123 — 130 4 epistolas Alcvini 133. 81. 134. 135. In folio 130 secuntur haec verba: Explicit liber Albini magistri, iussit quem praesul Baturicus scribere dignum. Contulit hunc codicem Jaffé, qui eum exemplar tantum libri Baturici Ratisbonensis episcopi iussu scripti esse suspicatus est. Cf. Capitularia reg. Francor. I, 234; Sickel Alcuinstud. p. 472.

C = Codex biblioth. Palat. Vindobon. 966 (Theol. 331) membran. saec. IX. scriptus continet tres Alcvini epistolas 143. 144 (ex codice S descriptam). 268, quarum ultima hic tantum invenitur, et Blancidii, id est Candidi, epistolam, quam in appendice edemus. Cf. de hoc libro Denis Codd. manuscr. theol. I, 2122, Pertz Arch. III, 188, Sickel Alcuinstud. p. 534—541, qui originem eius Salisburgensem demonstravit.

X = Codex bibl. Palat. Vindobon. 458 (Salisburg. 174, quondam LXVII) membran. saec. IX.—X. scriptus foliorum 191 continet fol. 81'. 168. 186' tres Alcvini epistolas 243.

131. 110. et fol. 179—186 Paulini patriarchae dictatum (Jaffé nr. 68). In tegumento reperitur haec inscriptio:

Hunc humilis librum fecit perscribere Baldo,
Reddat in aeternum mitis cui praemia Christus.

Cf. Pertz Archiv III, 630, Tabulas codd. mscr. Vindob. I, 75, Sickel Alcuinstud. p. 541 — 543. Easdem Alcvini epistolas 243. et 131. continent etiam codices S. Galli 267, Monacensis 2543, Coloniensis 106, de quo cf. Jaffé et Wattenbach Eccl. Colon. codd. p. 43.

Codex Valentianensis 76 (74 = B. 5. 22), quondam S. Amandi Elnonensis membran. saec. IX. scriptus continet epistolas 196. 213. 195, quas contulerunt Bethmann et Sackur[1]. *Cf. de codice Mangeart, Catalogue de Valenciennes p. 64, Sickel l. l. p. 545.*

Codex Eporediensis 30 membran. saec. X. scriptus forma quadrata foliis 166 constans continet Alcvini opera cum praefationibus his 243. 131. 305. 257. Contulit hunc codicem, quem ego quoque inspexeram, P. Ewald b. m.

Codex musei Britannici Kings library 6 B. VIII membran. saec. XI. scriptus continet post Isidori scripta epistolas 234. 140. 257. 289. 309, quas ex parte contulit Jaffé. Cf. de eo Casley, Catal. of the mss. in the Kings library p. 100.

Codex Carnotensis n. 113 (S. Petri Carnotensis) membran. forma quadrata saec. IX. scriptus continet Alcvini quaestiones in genesim cum epist. 80. et librum de virtutibus et vitiis cum epist. 305. Contulit Bethmann. Cfr. Pertz Arch. VIII, 386, Catal. des mscr. des biblioth. publ. XI, 61.

Praetereo hic codices Parisinos 12279 (S. Germani 320) s. IX.—X., 12292 (S. Germani 852) s. IX., 12668 (S. Mauri Fossatens.) s. XI., ex quo 17400 (Notredame 41) descriptus esse videtur, 2183 s. XI. (cum epp. 110, 136), 2718 s. IX. (cf. Sickel, die Urk. der Karol. I, 116—121), 2731 A, 2390 s. XI, Trecensem 1528 (quem contulerunt Arndt et L. Hartmann), Bruxellensem 5354 (Sigebergensem) s. X. cum ep. 269 (de quo cf. Pertz Archiv VIII, 495), Lugdunensem Vossianum fol. 70 s. X, S. Crucis in Austria 212, Casinensem 3 s. IX., Mediolanensem S. Ambrosii I 89 (de quo cf. Reifferscheid Bibl. patr. Ital. II, 104 cf. p. 15), Romanos Palat. 289 (Pertz Arch. XII, 333), Christ. reg. 231, 1569, Veronensem LXVII (Reifferscheid Bibl. I, 10). De codicibus Helveticis Alcvinianis cf. Karl Halm Verzeichniss der ält. Handschriften latein. Kirchenväter der Schweiz, Wien 1865 p. 7 (Wiener Sitzungsber. L.) et P. Gallum Morel (ibid. LV, 243).

Deperiit codex S. Mariae Remensis, codici Parisino 2388 similis, ex quo Quercetanus epistolas nonnullas ad res Elipandi et Felicis pertinentes, a Iacobo Sirmondo acceptas luci dedit. De duobus codicibus a Frobenio usurpatis, qui nunc latent cf. Sickel, Alcvinstudien p. 480 n. 1.

Codex bibliothecae Dusseldorpiensis, quondam Werdensis saeculo VIII. exeunte scriptus epistolas 133. 80. 134. 135 continuisse in argumento dicitur (Pertz Arch. XI, 747), sed W. Harlessio comiter me docente adsunt tantummodo Alcvini quaestiones in genesim sine epistola alibi eis praeeunte.

Maiorem Alcvini epistolarum congeriem primus edidit a. 1601. Henricus Canisius ex codice K 2 in Antiquae lectionis t. I, 1 — 123, quam Basnagius in nova Canisii editione II, 1, 379 — 456 recudendam curavit. D. Andreas Quercetanus (Du Chesne) a. 1617. easdem emendatiores dedit pluresque alias epistolas ex codice T ('ex vetustissimo MS. V. Cl. Pauli Petavii bonae memoriae senatoris Parisiensis') addidit in Alchuuini operum t. II, 1461—1666, quarum 28 in historiae Francorum Scriptoribus II, 668—690 repetiit. E quo solo Martinus Bouquet in Recueil hausit. Tum Ioh. Mabillon a. 1685. ex codice S 1* in Analectorum veterum t. IV, 272 (ed. nov. 398—408) fasciculum parvum*

---

1) *De monogrammate* KISELA, *quod in hoc codice invenitur, non constat, an manu aequali delineatum sit.*

eumque mutilum prioribus adiecit. Amplissimum epistolarum thesaurum a. 1777. Frobenius Forster, abbas princeps S. Emmerammi Ratisbonensis, vir de Alcvini memoria egregie meritus, tomo I operum Alcvini p. 1—297 inseruit, quas Migne Patrologiae tomo C, 139 — 512 ordine temere turbato repetiit. Frobenius, quem Car. Halm haud immerito artis criticae factitandae plane ignarum vocat (Rhetores lat. p. XIII) magnum codicum numerum primus adhibuit (inter quos S. S1. H. C. X), sed lectiones praestantiores persaepe in margines relegavit. Omitto editores ceteros, qui singulas tantum Alcvini epistolas hinc inde publici iuris fecerunt, Iac. Usserium, Stephanum Baluzium, Lucam Dacherium, Edmundum Martène, Bernardum Pezium, qui Frobenio praeierunt, Monnier, Haddan et Stubbs, Nolte, Löwenfeld, qui ad nostras usque dies eum subsecuti sunt, cum quae singuli eorum in hac re effecerint, ex notis epistolae cuique additis perspicias.

Post Frobenium Philippus Jaffé onus Alcvini epistolarum plenissime edendarum suscepit maioreque codicum numero collato praecipue ex libris A 1 et 2 Anglicis eas auxit. Sed priusquam in ordinem omnes digesserat, in medio labore propria manu die 3. Aprilis mensis a. 1870. taedio vitae affectus mortem sibi conscivit. Quae incohata reliquerat pro viribus a me ordinem ab eo constitutum minime turbare auso suppleta atque a. 1873. prelo data sunt in sexto Bibliothecae rerum Germanicarum tomo p. 132 — 897. Ea quae Sickel in hoc opere, imperfecto quidem, sed antecessoribus multo perfectiore, reprehendit et desideravit, me annis 20 post compulerunt, ut ingrato munere iterum functus subsidiis Pertzianis aliisque nuper comparatis totam editionem tamquam redintegrarem omniaque et ad recensionem et ad temporum rationem spectantia denuo examinarem. Quamquam codicum antiquissimorum scribendi modum retinere religiose mihi proposui, neque hi inter se plene concordant neque ullo integram Alcvini orthographiam exprimi verisimile est[1]*. Qui cum more temporis sui epistolas scriptaque scribis dictare solitus esset, quin eis quandam scribendi varietatem condonaret, facere non potuit.*

Novus epistolarum ordo ut cum priorum editionum dispositione facile comparari posset, operam navavi. Itaque singulis capitulis numeros Canisii, Quercetani, Mabilionis, Frobenii, Jaffei (C Q M F J) columnasque Mignei adscripsi indicesque confeci qui secuntur. Numeros Canisianos omisi, quia iidem sunt, quos codex K 2 praebet (supra p. 8); hoc unum interest, quod Canisius errore ductus epistolam 17. bis enumeravit, ideoque inde ab epistola 18. numerum uno plus iusto auxit[2]*.*

Numeri Quercetani[3] *iidem sunt codicis T* (cf. supra p. 6), quibus addidit ex Canisio:*

Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri	
Quercetani	nostri	Mabilloniani	nostri	Mabil.	nostri	Mabil.	nostri	Mabil.	nostri	Mabil.	nostri
111	Bibl. IV 393	1	156	7	158	12	165	17	59	22	266
112	99	2	146	8	164	13	158	18	193	23	260
113	28	3	165	9	294	14	252	19	184	24	264
114	65	4	150	10	185	15	239	20	242	25	265
115	73	5	153	11	169	16	186	21	253	26	266
		6	173								

1) *Cf. de more Alcvini dictandi commentationem meam, Sitzungsber. der Berliner Akad. p. 499 et Sickel l. l. p. 543—545, ubi editores epistolarum eius mihi non iuste reprehendere videtur.* 2) *Canisius edidit etiam tom. V, 323 epist. 131. et tom. VI, 366 ep. 133.* 3) *Quercetanus edidit praeterea col. 1 ep. 80; col. 309 ep. 251; col. 373 ep. 196; col. 377 ep. 213; col. 701 ep 257; col. 759 ep. 289; col. 769 ep. 309; col. 901 ep. 166; col. 910 ep. 182; col. 925 ep. 200; col. 993 ep. 201; col. 995 ep. 183; col. 998 ep. 199; col. 1004 ep. 204; col. 1141 ep. 143; col. 1147 ep. 144; col. 1149 ep. 134; col. 1161 ep. 131; col. 1217 ep. 305; col. 1403 ep. 74; col. 1419 ep. 306; col. 1431 ep. 120.*

Numeri Frobeniani	nostri	Froben.	nostri	Froben.	nostri	Froben.	nostri	Froben.	nostri	Froben.	nostri
1	98	45	61	89	260	132	77	176	207	220	282
2	10	46	296	90	197	133	76	177	227	221	280
3	7	47	117	91	198	134	31	178	217	222	271
4	5	48	48	92	179	135	267	179	188	223	272
5	42	49	44		184. 208	136	161	180	215	224	278
6	43	50	114	93	178	137	40	181	4	225	54
7	82	51	63	94	205	138	37	182	212	226	283
8	20	52	150	95	187	139	38	183	210	227	276
9	17	53	153	96	138	140	53	184	241	228	277
10	18	54	157	97	139	141	34	185	262	229	15
11	30	55	156	98	154	142	39	186	244	230	281
12*	16	56	124	99	84	143	88	187	224	231	55
13	19	57	116	100	164	144	175	188	216	232	176
14	41	58	209	101	229	145	91	189	228	I, 297	273
15	27	59	129	102	186	146	32	190	279	I, 305	80
16	60	60	128	103	261	147	300	191	218	I, 342	243
17	90	61	126	104	240	148	36	192	250	I, 408	133
18	47	62	230	105	211	149	62	193	225	I, 410	251
19	51	63	255	106	238	150	79	194	192	I, 459	214
20	94	64	231	107	252	151	105	195	249	I, 460	196
21	97	65	143	108	239	152	33	196	190	I, 462	213
22	11	66	144	109	242	153	73	197	191	I, 703	257
23	162	67	145	110	254	154	81	198	78	I, 739	289
24	95	68	148	111	142	155	135	199	298	I, 744	om.
25	96	69	149	112	253	156	58	200	263	I, 783	23
26	75	70	155	113	264	157	294	201	310	I, 787	202
27	52	71	170	114	265	158	295	202	206	I, 788	203
28	110	72	107	115	266	159*	65	203	275	I, 860	200
29	146	73	158	116	258	160	12	204	189	I, 862	201
30	112	74	141	117	259	161	71	205	285	I, 863	166
31	113	75	137	118	245	162	140	206	301	I, 868	182
32	118	76	193	119	247	163	22	207	302	I, 915	183
33	119	77	194	120	248	164	106	208	2	I, 917	199
34	99	78	168	121	p. 4	165	102	209	56	I, 921	204
35	86	79	169	122	268	166	108	210	57	II, 52	304
36	28	80	174	123	163	167	109	211	1	II, 127	134
37	111	81	177	124	136	168	236	212	220	II, 128	305
38	121	82	173	125	308	169	123	213	237	II, 146	309
39	25	83	185	126	307	170	115	214	222	II, 154	131.
40	35	84	171	127	132	171	226	215	221	II, 163	74
41	26	85	172	128	83	172	181	216	219	II, 175	306
42*	101	86	167	129	13	173	230	217	223		
43*		87	165	130	49	174	232	218	286		
44	64	88	59	131	14	175	233	219	284		

Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri	
Jaffeani	*nostri*	*Jaff.*	*nostri*	*Jaff.*	*nostri*	*Jaff.*	*nostri*	*Jaff.*	*nostri*	*Jaff.*	*nostri*
1	70	47	53	93	137	139	199	185	86	231	302
2	5	48	58	94	139	140	200	186	250	232	om.
3	24	49	80	95	141	141	201	187	251	233	243
4	25	50	79	96	143	142	202	188	253	234	259
5	11	51	94	97	144	143	203	189	254	235	260
6	29	52	95	98	145	144	204	190	255	236	303
7	2	53	96	99	148	145	205	191	257	237	305
8	1	54	97	100	149	146	206	192	258	238	306
9	26	55	98	101	146	147	207	193	238	239	136
10	3	56	99	102	150	148	208	194	239	240	307
11	28	57	100	103	155	149	209	195	252	241	308
12	4	58	101	104	153	150	56	196	242	242	om.
13	6	59	102	105	154	151	59	197	191	243	309
14	7	60	103	106	157	152	84	198	240	244	304
15	82	61	104	107	156	153	192	199	241	245	188
16	8	62	105	108	159	154	131	200	83	246	235
17	9	63	106	109	167	155	210	201	285	247	187
18	10	64	107	110	170	156	211	202	264	248	311
19	52	65	108	111	171	157	212	203	265	249	219
20	14	66	109	112	172	158	213	204	266	250	220
21	15	67	110	113	173	159	214	205	261	251	142
22	16	68	om.	114	174	160	215	206	262	252	162
23	18	69	111	115	166	161	216	207	75	253	132
24	20	70	112	116	175	162	217	208	57	254	163
25	21	71	113	117	176	163	218	209	268	255	72
26	22	72	114	118	177	164	221	210	om.	256	33
27	19	73	115	119	178	165	224	211	35	257	135
28	17	74	116	120	179	166	225	212	74	258	289
29	41	75	117	121	181	167	226	213	77	259	133
30	23	76	118	122	182	168	227	214	78	260	81
31	om.	77	119	123	183	169	228	215	49	261	134
32	27	78	121	124	198	170	229	216	13	262	263
33	om.	79	122	125	185	171	230	217	280	263	310
34	42	80	123	126	186	172	231	218	89	264	76
35	43	81	124	127	184	173	232	219	290	265	269
36	44	82	125	128	90	174	233	220	291	266	275
37	48	83	126	129	60	175	234	221	293	267	222
38	45	84	127	130	189	176	235	222	294	268	54
39	46	85	128	131	190	177	237	223	295	269	271
40	47	86	129	132	164	178	91	224	296	270	272
41	51	87	130	133	165	179	244	225	297	271	273
42	30	88	31	134	193	180	245	226	298	272	67
43	64	89	50	135	194	181	246	227	223	273	282
44	63	90	168	136	195	182	247	228	299	274	284
45	61	91	169	137	196	183	248	229	300	275	286
46	62	92	158	138	197	184	249	230	301	276	287

Numeri		*Numeri*		*Numeri*		*Numeri*		*Numeri*		*Numeri*	
Joffeani	*nostri*	*Jaff.*	*nostri*	*Jaff.*	*nostri*	*Jaff.*	*nostri*	*Jaff.*	*nostri*	*Jaff.*	*nostri*
277	138	282	38	287	66	292	34	297	288	302	12
278	278	283	37	288	73	293	39	298	256	303	71
279	36	284	276	289	281	294	40	299	32	304	140
280	68	285	277	290	88	295	267	300	279	305	274
281	283	286	65	291	55	296	161	301	270	306	292

Berolini, Septembri mense 1893.

Ernestus Dümmler.

1.

773-786 *Alcvinus amicum in monasterium se abditurum confirmat. De Benedicto monacho. 773—786.*

Cod. H fol. 61'—62'.
Edd. F 211, J. 8, — Migne col. 485.

DILECTISSIMO[a] AMICO TOTIUS PROSPERITATIS PRAESENTIS ET AETERNAE BEATITUDINIS PERPETUAM SALUTEM.

Magna mihi laetitia est de bona voluntate vestra, quam audivi a fratre nostro Benedicto[1] in vobis esse. Opto atque Deum deprecor, ut citius cum omni convenien- Eccl. 5, 8. Prov. 27, 1. tia perficiatur. Scriptum est enim: 'Ne tardes converti ad dominum Deum; quia nescis, quid ventura pariat dies'. Erue te de harum carcere tribulationum, quae in Ps. 33, 20. hoc mundo fidelium animos torquere solent[b]; sicut scriptum est: 'Multae tribulationes iustorum'; ut, quod sequitur, tibi evenire merearis: 'Sed de his omnibus liberavit eos cf. Luc. 9, 62. Dominus'. Et cave diligentissime, ne qua te, aratrum Domini tenentem, iniustitia retro revocet. Nemo miles sarcinis alienis onustus ad bella bene procedit, nisi armis tantummodo victricibus, vel ad defensionem sui vel ad laesionem adversarii.

Omnia quae vobis demandare necessaria videbantur mihi fidelissimo fratri Benedicto dixi: loca, adiutorium et animi constantiam.

Sed scire debes, quod in omni loco, ubi hominum conversatio est plurimorum, utrumque et boni et mali inveniuntur. Sed sapiens animus utrorumque utatur magisterio; id est, ut malorum caveat malitiam, et bonorum sequatur iustitiam. Mens regalis[2], quae homini data est, discernere debet, quae sint cavenda et quae sint sequenda; nec multum de loco diffidere vel etiam confidere. Quia, si locus adiuvare potuisset, numquam angelus de caelo cecidisset vel homo in paradyso positus pec- Luc. 17, 21. casset. Sed regnum Dei, ut ipsa veritas ait, intra nosmetipsos quaerendum est. Et Ps. 33, 10. psalmista: 'Timete Dominum omnes sancti eius, quia nihil deest timentibus eum'. Timor Domini peccare vetat, dum homo ubique Dei sibi praesentiam agnoscit et timet. Quem[c] qui conscium habet cogitationum verborum vel operum suorum, hunc habiturus est et iudicem. Nec eum quicquam effugit nostri nec aliquid iniudicatum de- Apoc. 22, 12. Gal. 6, 10. miserit; quia, sicut dictum est, unicuique reddet secundum opera sua. Dum tempus habemus, operemur bonum, quia post mortem non est tempus operandi, sed tempus mercedem recipiendi. Haec cogitans, carissime fili, tui ipsius curam habeto, memor, de quantis te liberavit Deus periculis. Illum ama et ad eius misericordiam convertere, ut deleantur delicta tua et merearis locum refrigerii lucis et pacis recipere cum sanctis Dei. Meique memor cum Dei servientibus pro teque intercedentibus valeas perpetua prosperitate, dulcissime amice.

---

1. a) dilectissimis *H* b) solet *H* c) Quia *H*

1) *Hunc Benedictum fratrem eundem esse existimo, per quem Alcvinus Leutfredum episcopum de se ipso certiorem facere voluit, ideoque hanc epistolam eidem tempori, cui et sequentem, assignare velim, praesertim cum in codice alteri antecedat.* 2) *i. e. mens, quae hominem regit. J.*

2.

Alcvinus Leutfredum episcopum coenobii Mugensis in Hibernia solatur et confirmat. 773-786
De Benedicto monacho. *773—786.*

Cod. II fol. 63—63'.
Edd. F 208, J 7, — Migne col. 493.

SANCTISSIMO PATRI ET AMANTISSIMO FILIO LEUTFREDO EPISCOPO[1] ALBINUS SALUTEM.

Vere fateor, quod tribulatio tua torquet[a] animum meum, dum audio te in periculo esse statutum nec officii tui implere posse ministerium; sed bellator spiritalis bellator cogitur esse carnalis. Tamen spem habeto in Deo et consolare te ipsum in Dei misericordia; sperans in illius perpetuam bonitatem, quae numquam deserit spe- Iudith 13, 7.
rantes in se. Tribulatio super tribulationem incumbit, quia peccatum super peccatum adcrescit. Quid vero ea tribulatione, quam pateris[b], agendum sit, Benedicto fratri dixi. Quid vero de me actum sit, omnia caritati tuae ille ostendere poterit.

Deprecemini Dei clementiam super nos, ut dirigat vias nostras, quod suae bonae voluntati placeat et nobis ad perpetuam proficiat salutem.

Nec te bellantium armis ullatenus inmiscere consentias[2]. Fuge ad Christum, iacens ante eum clama: 'Misericordia mea et refugium meum; susceptor meus et cf. Ps. 143, 2.
liberator meus, in ipso speravit cor meum'. Valeto in omni prosperitate.

3.

Georgius episcopus Ostiensis Hadriano I papae renuntiat, quid una cum Theophylacto episcopo Tudertino et cum Wigbodo Caroli I regis Francorum legato in duabus Britanniae synodis gesserit. *786.*

Cod. Guelferbit. Helmstad. 454 (quondam S. Maximini Trevir. 148) s. X. fol. 113'—127' (de quo cf. v. Heinemann Die Handschr. der herzogl. Bibl. zu Wolfenbüttel I, 356, ubi imago libri datur; Sdralek p. 86—100).

Edd. Historia ecclesiast. Centuriat. Cent. VIII c. IX col. 575—587, repet. Spelman Concilia orbis Britann. I, 292—301; Wilkins Concilia magnae Brit. I, 145—151, Haddan and Stubbs Councils relating to Great Britain III, 447—461, ex parte J 10. Prologum a Centuriatoribus omissum ex cod. ed. Wasserschleben Beiträge zur Gesch. der vorgrat. Kirchenrechtsq. p. 163, acta ipsa ex cod. Sdralek Wolfenbüttler Fragmente p. 124—132.

---

2. a) torpet *corr. in* torquet *II* b) patieris *II*

1) *coenobii Mugensis in Hibernia. V. Simeon. Dunelmens. hist. 773 (p. 44):* Hadwinus Migensis ecclesiae antistes sublatus est, et Leuthfriht pro eo est subrogatus episcopus. *Leuthfrihti successorem Aldulfum a. 786. consecratum esse scimus; v. Acta synodi a. 786. habitae infra edenda. Coenobium est monachorum Anglo-saxonicorum a Colmano episcopo Lindisfarnensi (661—664) post annum 664. conditum, quod* lingua Scottorum Mageo *et* Muigeo consuete vocabatur *(Bedae Hist. eccl. IV c. 4). Idem appellatur a Tigernacho (Rer. Hibern. SS. II, 238) ad 732* Maionense monasterium Saxonum, *in Annalib. Ultonensib. (ibid. IV, 110) ad 782* monasterium Saxonum in Maio, *a Simeone Dunelmensi p. 44 ad 768* Machui, *ad 773* Migensis ecclesia, *cui loco nunc Mayo nomen est (in ea Hiberniae parte, quae est inter septentriones et occasum solis, a Westport ad orientem). J. Cf. infra epist. 287.* patribus Mugensis ecclesiae *missam:* quam *(sc. karitatem)* saepius, dum in patria remansi, per fratres vestros ad nos venientes deposcere curavi *etc.* 2) *Cf. infra ep. 194:* Tuum est praedicare non pugnare.

786 *f. 113'. *SYNODUS, QUE FACTA EST IN ANGLORUM SAXONIA[a] TEMPORIBUS TER BEATISSIMI ET COANGELICI DOMINI HADRIANI SUMMI PONTIFICIS ET UNIVERSALIS PAPĘ[1] REGNANTE GLORIOSISSIMO KAROLO EXCELLENTISSIMO REGE FRANCORUM ET LANGOBARDORUM SEU PATRICIO ROMANORUM, ANNO REGNI IPSIUS XVIII, MISSIS A SEDE APOSTOLICA GEORGIO[b], OSTIENSI *f. 114. EPISCOPO[2], ET THEOPHYLACTO,* VENERABILI EPISCOPO SANCTE TUDERTINĘ ECCLESIĘ, REGNANTE DOMINO[c] NOSTRO IESU CHRISTO IN PERPETUUM, ANNO INCARNATIONIS EIUSDEM DOMINI NOSTRI DCCLXXXVI, IND. X.

Inspirante divina clementia, o pastor egregię, summe, sanctę, gloriose, decus, alme pontifex Hadriane, misisti nobis epistolas per Theophylactum, venerabilem episcopum sanctę ecclesię Tudertinę, continentes saluberrima statuta et omni sanctę ecclesię necessaria, nostram simul parvitatem paterna pietate admonentes, quemadmodum trans mare in gentem Anglorum peragrare debuissemus, ut si qua zizania messem optimo semine satam, quam beatus Gregorius papa per os sancti Agustini seminavit, inritasset[d], funditus eradicare quod noxium et fructum saluberrimum stabilire summo conamine studuissemus. Nos vero faventibus sanctis orationibus vestris hilari vultu (Matth. 4, 1.) vestris iussionibus obtemperantes perreximus, sed impedivit nos is qui temptat vento (Ps. 88, 10.) contrario, ille vero qui mitificat fluctus, exaudita vestra deprecatione, mitificavit[e] cerula (*f. 114'.) freta[f] [3] et transvexit* nos ad portum salutis ac[g] licet multis periculis afflictos[h] tamen inlesos Anglorum[i] appulit oris[4].

Suscepti primum ab archiepiscopo Iaenberhto, sanctę Dorovernensis ęcclesię[5], que alio vocabulo Cantia vocitatur, ubi sanctus[k] Agustinus in corpore requiescit, inibi namque resedentes admonuimus ea quae necessaria erant. Inde peragrantes pervenimus ad aulam Offe regis Merchiorum. At ille cum ingenti gaudio ob reverentiam beati Petri et vestri apostolatus et honore suscepit tam nos quam sacros apices a summa sede delatos. Tunc convenerunt in unum concilium Offa rex Merchiorum et Chuniulfus, rex Uuestsaxonorum[6], cui etiam tradidimus vestra syntagmata[l] sancta. Ac illi continuo promiserunt se de his viciis corrigendos. Tunc inito consilio cum praedictis regibus, pontificibus et senioribus terrae perpendentes, quod angulus ille longe lateque protenditur, permisimus Theophylactum, venerabilem episcopum, regem Merchiorum et Britannię partes adire. Ego autem adsumpto mecum adiutore, quem filius vester excellentissimus, rex Carolus, ob reverentiam apostolatus vestri nobiscum (*f. 115.) misit, virum probatae fidei, Uuigbodum abbatem atque presbiterum[7], perrexi* in regionem Nordanhymbrorum ad Aelfualdum[m] regem[8] et archiepiscopum sanctae ęcclesiae Eboracae civitatis Eanbaldum[9]. Sed quia praefatus rex longe in borealibus commorabatur, misit iam dictus archiepiscopus missos suos ad regem, qui continuo cum omni gaudio statuit diem concilii, ad quem convenerunt[n] omnes principes regionis tam

---

3. a) saxnia *C* b) Georio *C* c) domino *bis C* d) inritisset *C* e) mitificat *C* f) freti *C* g) ac *om. cod.* h) aflictos *C* i) Angelorum *C* k) sancti *C* l) vestras syntosmata *C* m) Esualdum *C, emend. J.* n) convenientes *C*

1) *I. 772 — 795.* 2) *Georgium episcopum ab Hadriano in Angliam missum esse arguit et Simeon Dunelmensis ad annum 786. (p. 51) et Leonis III papae epistola infra edenda. J.* 3) *Aen. X, 209—210:* caerula .... freta. 4) *Aen. I, 377, III, 338 etc.:* appulit oris. 5) *766—790.* 6) *Cyneulphus rex, quem ipso anno 786. interfectum esse liquet ex Simeonis Dunelmensis hist. reg. Anglor. ad 786 (p. 51) cf. de eo Epist. III, 424.* 7) *eundem fortasse presbyterum, qui Carolo M. commentarios de octateucho excerptos dedicarit, cf. Poet. Carol. I, 88. Simile est etiam nomen Wigbaldi notarii Pippino et Carolo regibus, cf. Sickel Acta reg. Karolin. I, 78.* 8) *Ao. 779—788.* 9) *I. 780—796.*

ecclesiastici quam seculares. Sed audientibus[a] nobis relatum est, quod reliqua vicia non minima ibi necessaria erant ad corrigendum, quia, ut scitis, a tempore sancti Agustini pontificis sacerdos Romanus nullus illuc[b] missus est nisi nos. Scripsimus namque capitulare de singulis rebus et per ordinem cuncta disserentes auribus illorum protulimus. Qui cum omni humilitatis subiectione et clara voluntate tam admonitionem vestram quam parvitatem nostram amplexantes spoponderunt se in omnibus oboedire. Tunc nos epistolas vestras eis tradidimus perlegendas, contestantes eos tam in se quam in subditis sacrata decreta custodire. Haec namque sunt capitula, quae illis protulimus conservanda: 786

I. Primo omnium admonentes, ut sancta et inviolata fides Niceni concilii ab omnibus, qui sacro cultui mancipantur, fideliter ac firmiter teneatur et omni anno in synodalibus* conventis ab episcopis singularum ecclesiarum presbiteri, qui populum erudire debent, de ipsa fide diligentissime examinentur ita, ut apostolicam fidem et universalium sex synodorum per Spiritum sanctum probatam, sicut tradita est nobis a sancta Romana ecclesia, confiteantur, teneant et praedicent et, si opportunum evenerit, pro ea mori non pertimescant et quoscunque sancta universalia concilia susceperunt, suscipiant, et quos illa damnaverunt, eos[c] ore et corde reiciant et condempnent. * f. 115'.

II. Secundo capitulo docuimus, ut baptismus[d] secundum canonica statuta exerceatur et non alio tempore, nisi pro magna necessitate, et ut omnes generaliter symbolum et orationem dominicam sciant. Et illi, qui parvulos de sacro fonte suscipiunt et pro non loquentibus respondent abrenuntiationem satanae et operum ac pomparum eius seu fidei credulitatem, sciant se fideiussores ipsorum esse ad Deum pro ipsa sponsione, ut dum ad perfectionem aetatis[e] venerint, doceant eos predictam dominicam orationem et symbolum, quia nisi fecerint, districte ab eis exigetur, quod pro non loquentibus Deo promittitur.* Ideo generaliter omni vulgo precipimus hoc memorię commandari. * f. 116.

III. Tercio sermone perstrinximus omni anno secundum canonicas institutiones duo haberi concilia, ut sicut boni agricultores sarculo[f] nascentes spinas de cordibus delinquentium radicitus amputare valeant et unusquisque episcopus parroechiam suam omni anno semel circumeat diligenter conventicula per loca congrua constituendo, quo cuncti convenire possint[g] ad audiendum verbum Dei, ne aliquis per iniuriam pastoris per devia cuiuslibet ignorantiae errans rugientis leonis morsibus invadatur et vigilanti cura gregem sibi commissum predicet, confirmet, incaestuosos separet, augures, aruspices[h] et incantatores, divinos, veneficos, sortilegos cohereeat et cuncta vitia demat. Et ne quis turpis lucri gratia, sed spe mercedis eternę gregem sibi commissum pascere querat et quod gratis accepit omnibus gratis prestare studeat, ut apostolus protestatur, dicens: 'Testificor coram Deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos et mortuos et per[c] adventum ipsius et regnum eius, predica verbum, insta opportune, importune, argue,* obsecra, increpa in omni pacientia et doctrina', sicut propheta dicit: 'Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Syon', scilicet ut ita premineat merito sicut et gradu, et ne forte debeat a docendi timore restringi, audiat: 'Exalta in fortitudine vocem tuam et noli timere'. Hieremię quoque dicit: 'Accinge lumbos tuos et surge et[c] loquere ad eos, ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum'. Heu pro dolor et nimis flenda tepiditas, quod multi estimantes dicunt, quod vel amore rerum secularium implicemini vel aliquo facinore territi verbum veritatis aperire confundemini. Si presules ecclesiarum silent propter timorem aut

cf. Matth. 10, 8. — 2. Tim. 4, 1. 2. — * f. 116'. — Isai. 40, 9. — ibid. — Ier. 1, 17.

3. a) adicientibus *C* b) illic *C* c) *om.* *C* d) baptismum *C* e) ętatem *C* f) surculo *C*, surculos *Cent.* g) possit *C* h) arruspices et incantores *C*

786 amicitiam secularem, peccantes non arguunt, ut pravi pastores non habentes curam de ovibus et videntes lupum fugiunt: cur magis non pertimescunt principem principum, regem regum, dominum dominantium? qui per prophetam pastores increpat dicens: Ez. 13, 5. 'Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum, ut staretis in proelio in die Domini'. Denique sicut pervigil pastor contra bestias oves custodire solet, ita Dei sacerdos super gregem Christi sollicitus esse debet, ne inimicus vastet, ne persecutor *f. 117. *infestet, ne potentioris cuiusque cupiditas vitam pauperum inquietet, dicente propheta: Ez. 3, 18. 19. 'Si non adnuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram; si autem adnuntiaveris et non egerit poenitentiam, tu animam tuam liberasti, ipse in Ioh. 10, 11. peccato suo morietur'. 'Pastor namque bonus animam suam dat pro ovibus suis.' Haec namque recolentes, patres mei et fratres, operam date, ne de vobis dicatur ut Iudae 12. Matth. 25, 21. pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos et reliqua, sed audire mereamini: 'Euge serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui'.

IIII. Quartus sermo, ut episcopi diligenti cura prȩvideant, quo omnes canonici sui canonice vivant et monachi seu monachae regulariter conversentur, tam in cibis quam in vestibus seu peculiare, ut discretio sit inter canonicum et monachum vel secularem et illo habitu vivant, quo orientales monachi degunt et canonici exemplo orientalium et non tinctis Indie coloribus aut veste preciosa, sed episcopi, abbates et 1. Petr. 5, 3. abbatissae subiectis sibi in omnibus exemplum bonum prebeant, ut Petrus ait: 'Estote forma facti gregis secundum Deum' et cet. Qua de re suademus, ut synodalia edicta *f. 117'. universalium sex conciliorum* cum decretis pontificum Romanorum sepius lectitentur, observentur et iuxta eorum exemplar ecclesiae status corrigatur, ut nec quid novi ab aliquibus introduci permittatur, ne sit scisma in ecclesia Dei.

V. Quintum caput admonet, ut si, quod sepe evenire solet, abbas aut abbatissa de hac luce migraverint, tunc cum consilio episcopi, cuius in parrocchia ipsum monasterium situm est, probatae vitȩ et religiosi secundum Deum ex ipsis eligantur[a] pastores, qui sollicite animarum sibi commissarum [curam[b]] gerant. Si autem infra cenobio illo talis vir minime repperitur, de alio eis cenobio talis mittatur, qui eos secundum Deum gubernare queat, ut votum quod Deo voverunt in omni humilitate et cf. Luc. 12, 35. oboedientia die noctuque implere satagant[c], parati semper precinctis lumbis ardentibusque lucernis patremfamilias expectantes, ut dum vigilantes invenerit, faciat eos aeterni convivii esse participes.

VI. Sextum decretum, ut nullus episcoporum presbiterum aut diaconum ordinare presumat, nisi probatae vitae fuerint et officium suum rite implere possint, et in illo titulo perseverent, ad quem consecrati sunt, ita ut nullus de alterius titulo presbiterum *col. 578. aut diaconum suscipere presumat absque[d]* causa rationabili et literis commendaticiis.

VII. Septimo capitulo, ut omnes ecclesiae publice canonicis horis cursum suum cum reverentia habeant.

VIII. Octavo statuto, ut privilegia antiqua a sancta Romana sede delata ecclesiis omnimodis conserventur. Si qua autem propter assensum pravorum hominum contra canonica instituta conscripta sunt, avellantur.

VIIII. Nono capite, ut nullus ex ecclesiasticis cibum in secreto sumere audeat, nisi prȩ nimia infirmitate, quia hypocrisis et Saracenorum est. Ideo hortamur, ut non Matth. 23, 27. simus forinsecus sepulchra dealbata, intus autem pleni cadaveribus mortuorum, Matth. 6, 1. maxime cum Salvator dicit: 'Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habetis apud patrem vestrum, qui in

3. a) elegantur *C* b) *om. C, add. Cent.* c) sategant *C* d) *his verbis finitur fol. 117, folia 118—125 desunt, quae secuntur Centuriatores soli col. 578—585 nobis servaverunt.*

caelis est'. Unde intueri libet, si bona opera in absconditis fieri iubentur, ut pro 786 cuius nomine haec facimus, ab ipso remuneremur: quid pertinet ad rem, ut coram hominibus ieiunantes aut abstinentes simulemur, in secretis vero nostris bovem aut equum glutiamus?

X. Decimo capitulo, ut ne quislibet ex ministris altaris nudis cruribus ad missam celebrandam* accedere audeat, ne turpitudo eius appareat et offendatur Deus: scientes, *col. 579. quod si hoc in lege prohibitum est, nunc in sacramento Christi diligentius observari debet. Oblationes quoque fidelium tales fiant, ut panis sit, non crusta. Vetuimus etiam, ne de cornu bovis calix aut patena fieret ad sacrificandum Deo, quia sanguineae sunt. Vidimus etiam ibi episcopos in conciliis suis secularia iudicare prohibuimusque eos voce apostolica: 'Nemo militans Deo implicet se negociis secularibus, ut ei militet 2. Tim. 2, 4. cui se probavit'. Obsecravimus etiam, ut assidue preces fierent pro ecclesia Dei, ut Deus et dominus noster Iesus Christus exaltet, corroboret, protegat et defendat, conservet immaculatam ad laudem et gloriam nominis sui in omnia secula seculorum, Amen.

XI. Undecimus sermo fuit ad reges et principes, ut regimen suum cum magna cautela et disciplina peragant et cum iusticia iudicent, ut scriptum est: 'Apprehendite Ps. 2, 12. disciplinam, ne quando irascatur Dominus et pereatis' etc. Denique sicut superius episcopis intimavimus, auctoritate divina fiducialiter ac veraciter absque ullo timore vel adulatione loqui verbum Dei regibus, principibus omnibusque dignitatibus, nunquam veritatem subterfugere, nulli parcere, neminem iniuste damnare, neminem sine causa excommunicare, omnibus viam salutis tam verbis quam exemplis demonstrare: ita quoque reges et principes admonuimus, ut obediant ex corde cum magna humilitate suis episcopis, quia illis claves caeli datae sunt, et habent potestatem ligandi atque solvendi, ut scriptum est: 'Interroga patrem tuum et annunciabit tibi, pres- Deut. 32, 7. byteros tuos et dicent tibi'. Et alibi apostolus: 'Obedite prępositis vestris tanquam Hebr. 13, 17. Domino, ipsi enim vigilant pro vobis, quasi pro animabus vestris rationem reddituri'. Dominus ipse doctoribus ait: 'Qui vos audit, me audit, qui autem vos spernit, non Luc. 10, 16. spernit vos, sed eum, qui misit vos'. Item per prophetam: 'Labia sacerdotis custo- Malac. 2, 7. diunt scientiam et legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est'. Igitur si angeli sacerdotes appellantur, a secularibus iudicari non possunt, ut apostolus ait: 'Mihi autem pro minimo est, ut a vobis iudicer, aut ab humana die: qui autem 1. Cor. 4, 3. iudicat me, Dominus est'. Item per psalmistam: 'Et corripuit pro eis reges, ita dicens: Ps. 104, 14. 15. Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari'. Item apostolus: 'Nescitis, quoniam angelos iudicabimus? Quanto magis secularia', quia sicut reges 1. Cor. 6, 3. omnibus dignitatibus praesunt, ita et episcopi in his, quae ad Deum attinent. Ideo omni nisu hortamur,* ut ecclesiam Dei, quae est sponsa Christi, omnes honorent in *col. 580. facto, ne iniustum servitutis iugum ei imponant, nec superbiant in seculari potentia, nec alios vi opprimant, ut scriptum est: 'Et honor regis iudicium diligit'. Perpendat Ps. 98, 4. unusquisque, qualiter a suis subiectis sponsam suam honorari velit, et in hoc terreno exemplo consideret, quantum caelestis regis sponsam oporteat venerari, ne (quod absit) de eis dicatur: 'Ipsi regnaverunt, sed non ex me; principes extiterunt et non Osee 8, 4. cognovi'. Sed audire mereantur: 'Inveni virum secundum cor meum, qui facit omnes Act. 13, 22. voluntates meas': ideo 'posui adiutorium super potentem' 'et odientes eum in fugam Ps. 88, 20. 24. convertam', ut longaevitatem felicitatemque regni sibi suisque nepotibus distribuat, et aeternam futuri regni gloriam concedat; habeantque reges consiliarios prudentes, Dominum timentes, moribus honestos, ut populus bonis exemplis regum et principum eruditus et confortatus, proficiat in laudem et gloriam omnipotentis Dei.

XII. Duodecimo sermone sanximus, ut in ordinatione regum nullus permittat pravorum praevalere assensum, sed legitime reges a sacerdotibus et senioribus populi

786 eligantur, et non de adulterio vel incaestu procreati: quia sicut nostris temporibus ad
sacerdotium secundum canones adulter pervenire non potest, sic nec christus Domini
esse valet, et rex totius regni, et heres patrię, qui ex legitimo non fuerit connubio
Dan. 4, 22. generatus, dicente propheta: ‘Scitote, quia Dominus dominator est in regno hominum,
et ipsius est regnum: et cuicunque voluerit, dabit illud’. Ideo omnes generaliter ad-
monuimus, ut consona voce et corde Dominum rogent, ut qui eligit eum in regnum,
ipse ei tribuat regimen disciplinae sanctae suae, ad regendam plebem suam. Honor
1. Petr. 2, 17. quoque eis ab omnibus impendatur, dicente apostolo: ‘Regem honorificate’, et alibi:
1. Petr. 2, 13. ‘Sive regi quasi praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis, ad vindictam male-
Rom. 13, 1. 2. factorum, laudem vero bonorum’. Item apostolus: ‘Omnis anima sublimioribus pote-
statibus subdita sit, quia non est potestas data nisi a Deo. Quae autem a Deo sunt,
ordinata sunt. Igitur qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt,
Eccl. 10, 20. ipsi sibi damnationem acquirunt’. Nullus regi detrahat, dicente Salomone: ‘In ore tuo
ne detraxeris regi, et in corde tuo ne maledixeris principi, quia aves caeli portant
illud, et qui habet pennas annunciabit verbum’. In necem regis nemo communicare
audeat, quia christus Domini est: et si quis tali sceleri adhaeserit, si episcopus est,
aut ullus ex sacerdotali gradu, ex ipso detrudatur, et a sancta hereditate deiciatur,
* col. 581. sicut Iudas* ab apostolico gradu eiectus est: et omnis quisquis tali sacrilegio assenserit,
aeterno anathematis vinculo interibit, et Iudae traditori sociatus, sempiternis crema-
Rom. 1, 32. bitur incendiis, ut scriptum est: ‘Non solum qui faciunt, sed et qui consentiunt facienti-
Esther 2, 23. bus, iudicium Dei non effugiunt’. Duo namque eunuchi Asuerum regem interficere
cupientes, in patibulum suspensi sunt. Animadvertite, quid fecerit David praefecto,
cum ei Dominus dixerit: Ego tradam Saul in manus tuas, dum invenit dormientem
1. Reg. 24, 5; 26, 11. et hortatus a milite, ut occideret eum, dixit: ‘Absit a me hoc peccatum, ut extendam
2. Reg. 1, 15. manum meam in christum Domini’. Illum autem militem, qui post mortem eius venit
Gen. 15, 6. ad eum, protestans quod ipse occiderit Saul, capite truncavit: et reputatum est illi
ad iusticiam, et semini eius post eum. Exemplis namque apud vos saepe probatum
est, quod quicunque internecionis dominorum causa fuere, in spacio vitam finierunt et
utroque iure caruerunt.

XIII. Decima tertia admonitio fuit, ut potentes et divites iusta iudicia statuant,
nec personam divitis accipiant, nec pauperes contemnant, neque a rectitudine iudici-
orum devient, nec munera super innocentes accipiant, sed in veritate et iusticia dicente
Ps. 57, 2. Lev. 19, 15. propheta: ‘Iuste iudicate, filii hominum’. Item alibi: ‘Non facies quod iniquum est,
16. nec iniuste iudicabis; non stabis contra sanguinem proximi tui’. Item ait Esaias:
Isai. 1, 17. 18. ‘Quęrite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, et venite et
arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealba-
Isai. 58, 6. 8. buntur: si fuerint rubra quasi vermiculus, ut lana alba erunt’. Item alibi: ‘Solve
omnem nodum iniquitatis, solve fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti sunt,
liberos, et omne onus disrumpe’. ‘Tunc erumpet quasi mane lumen tuum et sanitas
Matth. 7, 2. tua citius orietur’, dicente Domino in evangelio: ‘In quo etiam iudicio iudicaveritis,
iudicabimini; mensura, qua mensi fueritis, metietur vobis’. Nec vi alicui rapietis quod
Exod. 20, 17. suum est, ut dictum est: ‘Non concupisces rem proximi tui, nec desiderabis uxorem
eius, non villam, non bovem, non ovem, non agrum, nec omnia quae illius sunt’.
Isai. 5, 8. 9. Propheta namque comminatur dicens: ‘Vae qui coniungitis domum ad domum, et
agrum ad agrum copulatis, usque ad terminum loci: nunquid soli vos habitabitis in
medio terrae? in auribus meis sunt hęc, dicit Dominus exercituum’. Rursum clamat
Ps. 81, 4. propheta dicens: ‘Eripite pauperem et egenum de manu peccatoris liberate’. Memen-
Matth. 18, 6. 5. tote quid mereatur, qui scandalizaverit unum de pusillis: qui autem susceperit unum
* col. 582. de his, Christum suscipit, a quo in iudicio mereamini audire: ‘Venite benedicti,* possi-
Matth. 25, 34. dere paratum vobis regnum ab origine mundi’.

XIIII. Decimum quartum caput. Fraus, violentia et rapina vetatur et ne iniusta 786 vel maiora tributa ecclesiis Dei imponantur, quam lex Romana et antiqua consuetudo priorum imperatorum, regum et principum habeat, omninoque qui sanctae Romanae ecclesiae et beato Petro principi apostolorum communicare cupit, ab hoc vitio violentiae immunem se servare studeat. Sic concordia ubique et unanimitas inter reges et episcopos, ecclesiasticos et laicos, omnemque populum christianum, ut sit unitas ubique ecclesiarum Dei et pax in una ecclesia, in una fide, spe et caritate permanens, unum caput habens quod est Christus, cuius membra se invicem adiuvare, mutuaque caritate diligere debeant, sicut ipse dixit: 'In hoc cognoscent omnes, quia mei dis- Ioh. 13, 35. cipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem'.

XV. Decimum quintum caput. Interdicuntur omnibus iniusta connubia, et incaestuosa, tam cum ancillis Dei[1] vel aliis illicitis personis, quam cum propinquis et consanguineis vel alienigenis uxoribus: et omnino anathematis mucrone perfoditur, qui talia agit, nisi correctus resipiscat a tam nefanda praesumptione, et suo episcopo obtemperans se ipsum ad aequitatis normam corrigat et revocet.

XVI. Decimum sextum caput. Decreto abdicitur filiis meretricum legitima hereditas. Adulterinos namque filios ac sanctimonialium auctoritate apostolica spurios et adulteros iudicamus. Virginem namque, quae se Deo voverit et ad instar sanctae Mariae vestem induerit, sponsam Christi vocitare non dubitamus. Ideo manifestum est sive in caelestibus rebus sive terrestribus, quia qui potentiorem se sponsam tulerit et suo sibi eam matrimonio copulaverit, nunquam impunitus evadet. Unde et apostolus ait: 'Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Dominus. Templum 1. Cor. 3, 17. enim Dei sanctum est' etc. Item apostolus: 'Hoc namque scitote intellegentes, quod Eph. 5, 5. omnis fornicator aut immundus aut adulter aut avarus non habet hereditatem in regno Christi et Dei'. Perpendite namque, si ab apostolo hereditas seculi secluditur, dicente scriptura: 'Non enim hęres erit filius ancillę cum filio liberae'. Sed dicet aliquis Gal. 4, 30. adulterinus: Meretrix mea non est serva, sed libera. His auctoritate apostolica respondemus: 'Nescitis, quia cui vos servos exhibuistis ad obediendum, servi estis eius cui Rom. 6, 16. obedistis? Sive peccati ad mortem, sive iusticiae ad sanctificationem'. Idcirco imperavimus apostolicis verbis, ut propter fornicationem fugiendam unusquisque laicus 1. Cor. 7, 2. suam uxorem legitimam habeat, et unaquaeque suum virum habeat, ut secundum Dominum inde heredes legitimos habeat fiantque* heredes Dei coheredes autem Christi. *col. 583. Caeterum sicut in canone vel in evangelica doctrina et decretis apostolicorum dogmatum de legitimis matrimoniis vel statuto tempore nubendi vel abstinendi scriptum est: his decretis nihil addere praesumimus aut demere. Si quis autem videtur contentiosus esse, non talem consuetudinem nos habemus neque ecclesia Dei.

XVII. Decimum septimum caput. De decimis dandis, sicut in lege scriptum est: 'Decimam partem ex omnibus frugibus tuis seu primitiis deferas in domum domini Exod. 22, 29 Deut. 14, 22. Dei tui'. Rursum per prophetam: 'Adferte, inquit, omnem decimam in horreum meum, Malac. 3, 10. 11. ut sit cibus in domo mea, et probate me super hoc, si non aperuero vobis cataractas caeli et effudero benedictionem usque ad abundantiam, et increpabo pro vobis devorantem, qui comedit et corrumpit fructum terrae vestrae et non erit ultra vinea sterilis in agro, dicit Dominus'. Sicut sapiens[2] ait: 'Nemo iustam elemosynam de his quae possidet facere valet, nisi prius separaverit Domino, quod a primordio ipse sibi reddere delegavit. Ac per hoc plerumque contingit, ut qui decimam non tribuit, ad decimam revertitur'. Unde etiam cum obtestatione praecipimus, ut omnes studeant de omnibus quae possident decimas dare, quia speciale domini Dei est, et de novem partibus

1) *Cf. infra epist. 16. 101.* 2) *Nescio quis.*

786 sibi vivat et elemosynas tribuat et magis eas in absconditis facere suasimus, quia Matth. 6, 2. scriptum est: 'Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te'. Usuras quoque cf. Ps. 14, 1. 5. prohibuimus, dicente Domino ad David: 'Dignum fore habitatorem tabernaculi sui, qui pecuniam suam non dederit ad usuram'. Augustinus quoque ait[1]: 'Quia habet iniustum lucrum sine iusto damno. Ubi lucrum, ibi damnum: lucrum in arca, damnum in conscientia'. Statuimus etiam, ut mensuras aequas et pondera aequalia statuant Prov. 20, 10. omnibus, dicente Salomone: 'Pondus et pondus, mensuram et mensuram odit Deus': Ps. 10, 8. id est ne alio quis vendat pondere vel mensura, alia emat: 'quia ubique Deus iusticiam diligit, et aequitatem videt vultus eius'.

XVIII. Decimum octavum caput. De voto christianorum, ut impleant illud. Gen. 4, 4–8. Antiqui namque patriarchae et prophetae per hoc placuerunt Domino. Abel namque iustus votum fideli animo obtulit de adipibus suis: et grata magis erant Domino, quam illius parricidę. Ideirco divino igne Deus absumpsit holocausta accepta, non bono autem animo oblata[a] contempsit, et idcirco cum maledictione damnatus iram meruit. Gen. 5, 24. Iunior autem felici martyrio coronatus est. Recordamini Enoch, qui votum vovit et reddidit, et vivens in corpore translatus est. Noe namque iustus votum vovit et reddidit, * col. 584. *et solus omnium hominum cum septem sibi coniunctis de diluvio mundi liberatus est. Quid loquar de Abraham, qui caetera vota vovit et reddidit et decimas sacerdoti Melchisedech dedit? De hostibus namque triumphavit: ideo meruit Dominum in Trinitate non solum adorare, verum etiam in hospitium suscipere et promissionis filium de nonagenaria habere: et quem promissionis filium suscipere meruit (maxime dicente Gen. 22, 18. Domino, 'In Isaac vocabitur tibi semen' et 'In semine tuo benedicentur omnes gentes terrae') ipsum promissionis filium mactare non renuit, quem procul dubio tamen victurum Iac. 2, 23. non diffidebat. Ideo fides cooperabatur operibus illius 'et reputatum est illi ad iusticiam et amicus Dei appellatus est'. Iacob namque votum vovit et reddidit. Recordamini Iudic. 13. Manoe de filia sua et memoria illius in sempiternum erit. David propheta implens Ps. 75, 12. 13. votum, nobis praecipit dicens: 'Vovete et reddite domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius sunt, afferte munera terribili et ei qui aufert spiritum principum, terribili Eccl. 5, 3. 5. apud omnes reges terrae'. Salomon quoque ait: 'Cum feceris votum, festina reddere Eccl. 5, 4. illud, ne forte Dominus irascatur tibi'. Item scriptura: 'Melius est non vovere quam post votum non reddere'. Unde obsecramus, ut unusquisque ad mentem suam revocet quicquid in prosperitate et angustia Deo vovit, ne tardet reddere illud, ne forte iterum in angustiis implicati audire mereamini: 'Quod dudum pollicitus est mihi, mentitus est': cf. Rom. 2, 5. ad 'servandam[b] duriciem tuam et cor impoenitens thesaurizasti tibi iram in die irae et Prov. 1, 26. revelationis iusti iudicii Dei'. 'Ideo in interitu vestro ridebo et subsannabo, cum vobis quod timebatis advenerit'. Nihil namque damus aut promittimus, nisi quod prius nobis Ps. 115, 12. dedit. Unde propheta compunctus ait: 'Quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi?' Si quis autem voverit et reddere distulerit, veremur ne unquam inlaesus Hebr. 10, 31. evadat, ut dictum est: 'Horrendum est incidere in manus Dei viventis' etc.

XVIIII. Decimum nonum caput. Annexuimus, ut unusquisque fidelis christianus a catholicis viris exemplum accipiat; et si quid ex ritu paganorum remansit, avellatur, contemnatur, abiciatur. Deus enim formavit hominem pulchrum in decore et specie; pagani vero diabolico instinctu cicatrices teterrimas superinduxerunt, dicente Prudentio:

'Tinxit et innocuam maculis sordentibus humum'[2].

---

3. a) oblato *Cent.* b) secundum *Vulg.*

1) *Sermo 8 de decem plagis et praeceptis c. 7 § 8 (Opp. edd. Benedict. V, 41).* 2) *Prudentii Diptychon I, 3:* ‚Tinxit et innocuum maculis sordentibus Adam'.

Domino enim videtur facere iniuriam, qui creaturam suam foedat et deturpat. Certe 786
si pro Deo aliquis hanc tincturae iniuriam sustineret, magnam inde remunerationem acciperet. Sed quisquis ex superstitione* gentilium id agit, non ei proficit ad salutem; *col. 585.
sicut nec Iudaeis circumcisio corporis sine credulitate cordis.

Vestimenta etiam vestra more gentilium, quos Deo opitulante patres vestri de orbe armis expulerunt, induitis. Miranda res et nimis stupenda, ut, quorum vitam semper odistis, exempla imitemini[1]. Equos etiam vestros turpi consuetudine detruncatis, nares finditis, aures copulatis verum etiam et surdas redditis, caudas amputatis; et quia illos inlaesos habere potestis, hoc nolentes, cunctis odibiles redditis. Audivimus etiam, quod, dum inter vos litigium versatur, sortes more gentilium mittitis. Quod omnino sacrilegum istis temporibus reputatur. Equos etiam plerique in vobis comedunt, quod nullus christianorum in orientalibus facit. Quod etiam evitate. Contendite, ut omnia 1. Cor. 14, 40.
vestra honeste et secundum Dominum fiant.

XX. Vigesimum caput. Omnibus generaliter intimavimus, ut iuxta propheticam vocem agere decertent, quae ait: 'Nolite tardare converti ad Dominum nec differatis Eccli. 5, 8.
de die in diem'. Et alibi: 'Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio et Ioel 2, 12.
fletu et planctu'. Item: 'Convertimini ad me et ego convertar ad vos'. Et iuxta Zach. 1, 3.
apostolum: 'Confitemini alter alteri peccata vestra et orate pro invicem, ut salvemini', Iac. 5, 16.
ne ullum (quod absit) subitanea mors imparatum inveniat. Et iuxta iudicium sacerdotum et modum culpae eucharistiam sumite et fructus dignos poenitentiae[a] facite, fructuosa Luc. 3, 8.
namque poenitentia est admissa deflere et fleta in postmodum non admittere.

Si quis autem (quod absit) sine poenitentia aut confessione de hac luce discessit, pro eo minime orandum est. Nullus enim* nostrum absque peccato est, nec infans *f. 126.
unius diei dicente apostolo: 'Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos 1. Ioh. 1, 8.
seducimus et veritas in nobis non est'. Penitemini igitur et convertimini, quia mors non tardat, ut deleantur nostra peccata et illa vita sine fine mansura cum angelis sanctis perfrui mereamini per eum, qui vivit et regnat in secula seculorum.

Haec namque decreta, beatissime papa Hadriane, in concilio publico coram rege Aelfuualdo et archiepiscopo Eanbaldo et omnibus episcopis et abbatibus regionis seu senatoribus, ducibus et populo terrę proposuimus et illi, ut superius fati sumus, cum omni devotione mentis iuxta possibilitatem virium suarum adiuvante superna clementia se in omnibus custodire devoverunt, signo sancte crucis in vice nostra in manu nostra confirmaverunt, et postea stilo diligenti in charta huius paginę exaraverunt signum sanctę crucis infigentes ita:

Ego Eanbaldus, gratia Dei archiepiscopus sanctę Eboracensis ecclesię, huius cartulę pię et catholicę taxationi signo sanctę crucis subscripsi.

Ego Aelfuualdus, Transhymbrane gentis rex, consentiens signo sanctę crucis subscripsi.

Ego Tilberthus, Agustadensis ęcclesię presul[2], gaudens signo sanctę crucis subscripsi.

*Ego Hygbaldus, Lindisfarnensis ecclesię episcopus[3], oboediens signo sanctę crucis *f. 126'.
subscripsi.

Ego Aedilberthus, Candentis-casę[b] episcopus[4], supplex signo sanctę crucis subscripsi.

---

3. a) poenitentia *Cent.* b) Candensis-casę *C, corr. Wattenbach.*

1) *Cf. infra epist. 16.* 2) *Tilberthus ep. Hagulstadensis (Hexham) 781—789.* 3) *780—803.*
4) *Aethelbyrht ep. Candidae-casae sive Witernensis, prov. Glascuensis 777—789.*

786 Ego Alduulfus, Myiensis ecclesie episcopus[1], devota voluntate [sub]scripsi.

Ego Aethiluuinus episcopus per legatos subscripsi.

Ego Sigha[a] patricius[2] signo sanctę crucis placido animo subscripsi.

His quoque saluberrimis admonitionibus presbiteri, diaconi ecclesiarum et abbates monasteriorum, iudices, optimates et nobiles uno ore consentimus et subscripsimus:

Ego Alrich dux[3] signo sancte crucis subscripsi.

Ego Siguulfus dux signo sanctę crucis subscripsi.

Ego Aldberth abbas[4] signo sanctę crucis subscripsi.

Ego Eghard abbas signo sanctę crucis subscripsi.

His namque peractis et data benedictione perreximus adsumptis nobiscum viris inlustribus, legatis regis et archiepiscopi, Alquinum videlicet et Pyttel lectores[5]. Qui una nobiscum pergentes et ipsa decreta secum deferentes in concilium Merchiorum, ubi gloriosus rex Offa cum senatoribus terrę, una cum archiepiscopo Iaenberhto sanctę ecclesię Dorovernensis et ceteris episcopis regionum convenerat[6]. Et in conspectu *f. 127. concilii clara voce singula capitula perlecta* sunt et tam latine quam theodiscę; quo omnes intellegere potuissent, dilucide reserata sunt, qui omnes consona voce alacri animo gratias referentes apostolatus vestri admonitionibus promiserunt se divino adminiculante favore iuxta qualitatem virium promtissima voluntate in omnibus haec statuta custodire. Qui etiam, ut supra taxavimus, tam rex quam principes sui, archiepiscopus cum sociis suis in manu nostra in vice dominii[b] vestri signum sanctę crucis firmaverunt et rursum presentem chartulam sacrato signo roboraverunt:

Ego Ieanbrectus, archiepiscopus sanctę Dorovernensis[c] ęcclesię, supplex signo sanctę crucis subscripsi.

Ego Offa, rex Merchiorum, consentiens his statutis prompta voluntate signo crucis subscripsi.

Hugibrethus, episcopus Lichitfeldense ęclesię[7], signo sacrate crucis subscripsi.

Ceoluulfus[d], Lindensis Faronensis episcopus[8], subscripsi.

---

3. a) Gosigha* E *omisso C.* b) domini *C.* c) Doravernensis *C.* d) Eeleulfus *C.*

1) *i. e. monasterii Anglosaxonicorum coenobii in Hibernia, quod 'lingua Scottorum Mageo' et 'Muigeo' vocabatur, cui loco nunc 'Mayo' nomen est. Regebatur vero monasterium hoc a propriis episcopis (usque ad a. 1559, teste Usserio, Britannicarum ecclesiarum antiquitates, Dublini 1639, p. 964. — Alduulfus consecratus est anno 786. teste Dunelmensi (p. 51 ed. Arnold):* 'Eodem anno Aldulf consecratus episcopus ab Eanbaldo archiepiscopo Tilberhtoque et Hygbaldo praesulibus in monasterio, quod dicitur Et-Corabrige, multisque muneribus ac donis ditatus honorifice ad suam ecclesiam *(Myiensem)* est remissus'. *Suspicari igitur licet in ipso monasterio Corabrigensi (Corbridge on the Tyne) concilium a Gregorio legato apostolico cum Northanhumbris habitum esse. J.* 2) *Is anno 788. Aelfwaldum regem interfecit. Simeon Dunelm. 788:* 'Elfwaldus rex — ab eius patricio Siegan miserabili occisus est morte VIIII Kal. Oct.' *J.* Siega dux *ipse a. 793.* interiit propria nece *(p. 54).* 3) Alric quondam dux tunc clericus *obiit a. 796. cf. Simeon. Dunelm. ad. h. a. (p. 57).* 4) *Alberht, anno 786. factus abbas Hripensis, obiit anno 787. v. Simeon. Dunelm. 786 et 787 (p. 51). J.* 5) *Cf. ad hunc locum Neues Archiv XVIII, 61 et de Pyttel lectore Altfridi V. S. Liudgeri I c. 12 (p. 17 ed. Dickamp):* misit cum eo *(sc. Liudgero)* et diaconem suum nomine Putul ... Qui etiam postea cum Alchvino venit in Galliam in ordine presbyterii. 6) '*Cealchyte; v. Anglo-Saxon chronicle 785 (pro 786):* In eadem synodo et Offa rex de mancusis CCCLXV quotannis sedi Romanae mittendis promisit et episcopatus Lichfeldensis impendio Cantuariensis episcopii in archiepiscopatum provectus est. *Hygebertus autem, qui ecclesiae Lichfeldensi inde ab anno 779. episcopus praefuerat, itemque inter huius epistolae testes* 'episcopus' *vocatur, postea in tabulis annorum 788 — 799* 'archiepiscopus' *comparet ap. Gray Birch Cartular. Saxon. I, p. 353. 355. 357. 359. 362. 368. 374. 376. 378. 381. 394. 401. 410. Itaque vehementer errant, qui Aldulfum putant archiepiscopum Lichfeldensem factum esse.' J. Locus,* qui dicitur Caelichyth *commemoratur in charta Pilheardi ap. Birch. I, 285.* 7) *A. 779 — c. 802.* 8) *Ceoluulfus ep. provinciae Lindisfarorum (Lindsey) 767 — 796.*

Unuuona, Legorensium episcopus[1], subscripsi. 786. 787
Alchardus episcopus[2] subscripsi.
Eadberhtus[a] episcopus[3] subscripsi.
Chunibrectus[b] episcopus[4] subscripsi.
Harchelus episcopus[5] subscripsi.
Aeine episcopus[6] subscripsi.
Tota episcopus[7] subscripsi.
Uuaremundus episcopus[8] subscripsi.
Adalmondus episcopus[9] subscripsi.
Adoredus episcopus[10] subscripsi.
Edihardus abbas.
Alcmundus abbas.
Boduuinus abbas.
Utel abbas.
Brorda dux[11] signum sanctę crucis subscripsi.
Eatbaldus dux subscripsi.
Bertoaldus dux subscripsi.
Otbaldus comes subscripsi.

4.

Alcvinus Riculfum Moguntiacensem archiepiscopum multa admonet eiusque litteras exoptat. *(c. 787.)*

Cod. H fol. 18 — 18'[a].
Edd. F 181, J 12. — Migne col. 356.

DAMOETE[12] PISCATORI MAGNO ALBINUS SALUTEM.

Qui iuxta mare Galileae gradiens piscantibus pariter fratribus praecepit dicens: 'Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum', ipse te in pelago huius vitae laborantem ad portum perpetuae quietis cum multiplici laboris tui fructu perducere dignetur. Mitte rete in dexteram navigii, ut de profundo huius saeculi impleatur magnis piscibus, quorum nomina scribantur in caelis. Non te terreat procellosa tempestas, quam Dominus supergradiens siccis calcavit pedibus et Petrum mergentem pietatis intuitu respexit, ut trinae negationis maculam trinae confessionis gloria dilueret. Memento Salomonis praeceptum dicentis: 'Quodcumque manus tua operari possit, instanter operare, quia non est opus vel ratio apud inferos', id est in sepulcro, quo caro properat.

Matth. 4, 19. Marc. 1, 17. — Ioh. 21, 6. — Matth. 14, 25. 31. — Eccl. 9, 10.

Sit tibi manus in elemosynis aperta, lingua in praedicationis officio devota. Memento Dominum dicentem: 'Aperi[b] os tuum et ego implebo illud'. Sint tibi cum omni sobrietate convivia, Domino praecipiente: 'Adtendite, ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate'. Sit manus dextera saepius evangelicis onerata paginis, ut

Ps. 80, 11. — Luc. 21, 34.

---

a) Fadberthus *C.* b) Chumbrectus *C.*
4. a) *Lemma:* Ad Riculfum archiepiscopum cognomento Damoetam *H.* b) dilata *Vulg.*

1) *ep. Leicestrensis 781—c. 802.* 2) *Elmhamensis 786—811.* 3) *Londiniensis.* 4) *Chuniberhtus ep. Vintoniensis.* 5) *Heardraedus ep. Dumnocensis (Dunwich).* 6) *Aesne, Esne ep. Herefordensis.* 7) *ep. Seolesiensis (Selsey).* 8) *ep. Roffensis.* 9) *Aethelmodus ep. Scireburnensis c. 778 — c. 793.* 10) *Hathoredus ep. Hwicciorum (Wigorniensis) 781 — 798.* 11) Brorda Merciorum princeps *obiit a. 799. cf. Simeon. Dunelm. hist. reg. ad h. a. p. 62.* 12) *Praeter Alcvinum Theodulfus quoque Riculfum hoc cognomine ornat (cf. Poet. Carol. I, 492 v. 57. 58), quod eclogae Vergilii tertiae debetur.*

787. 789 cibis spiritalibus pascatur animus. Sint prae oculis exempla sanctorum, qui mundum fortiter vicerunt et feliciter regnant cum Christo. Non sis tuis inferior antecessoribus, ut, quorum tenes[a] cathedram[1], illorum meritis aequiperari dignus efficiaris in celis.

Non tibi sit durum caritatis legere litterulas nec eas reris esse supervacuas, quia cognita ingerunt. Si cogniti placeant[b] obrizi munuscula, placeant spiritalis sapientiae solacia: in illo vana est oculorum delectatio, in isto indeficiens animi thesaurum.
Matth. 7, 13. Dicit enim veritas: 'Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, haec eadem et vos facite illis'.

Cum magno mens mea expectat desiderio tuae beatitudinis apices, ideo meos tuae auctoritati sepius dirigere studeo, optans te non solum in meis proficere, sed etiam tuis me multoties[c] exortari.

5.

Alcvinus Felicem episcopum Urgellitanum rogat, ut pro se precetur. Constantiam suadet. *c. 789.*

Codd. T fol. 82' — 83 (T fol. 85), K 1 fol. 62 — 63, K 2 pag. 179 — 180, A 1 fol. 109, quem contulit V. Cl. R. Priebsch, A 1* p. 126 — 127 n. 83*[a].

Edd. Q 76, C 43, F 4, J 2. — Migne col. 144.

PIO PATRI FELICI EPISCOPO ALCHVINE[b] HUMILIS LEVITA SALUTEM[2].

Aliquorum fratrum relatione nobis notissimus es pietate, etsi[c] non facie. Quapropter praesumpsi per fiduciam[d] caritatis, quae est Christus, volens me ipsum tuis tuorumque fidelium per te sacrosanctis orationibus commendare; non meis meritis exigentibus, sed tuis bonis rumoribus instigantibus. Quapropter supplex obsecro, ut me ea[e] caritate[f] salvatori nostro[g] commendetis[h], qua ille omnes suos[i] coniunxit — caritas enim neminem spernit — per eum et propter eum[k], qui venit in hunc mundum peccatores salvos facere et veniet ad iudicium iustos coronare; ut tunc ego peccator vel veniam per vestras orationes accipiam, ubi vos per Dei misericordiam[l] coronam accipietis[m].

State fratres et viriliter pugnate pro eo, qui fortiter pro vobis vincebat[3]. Quia
Matth. 10, 22. non[n] qui coeperit[o], sed qui perseveraverit usque in finem, hic[p] salvus erit. Et pro-
Ps. 83, 8. ficiscimini de die in diem, sicut sancti Dei, qui ibunt de virtute in virtutem.

Plura scripsissem vobis, si[q] superfluum[r] non videretur eos ammonere de virtutibus,
1. Cor. 13, 7. quos rogare debeo, ut intercedant pro peccatis meis. Sed caritas[s], quae neminem spernit, etiam sustinet. Quid plus? Iterum iterumque obsecro, ut me in fraterno

---

a) tenens *H.* b) placeat *H.* c) multotius *H.*

5. a) *Lemma:* Albinus Felici episcopo *K 1;* Alchuinus ad Felicem episcopum *T*;* Epistola Alcvini ad Felicem episcopum *A 1.* b) Alchuni *K 2*, Alcuinus *K 1, A 1.* c) et *K 1, A 1.* d) fidudiciam *K 2*, fidiciam *corr. in*-duciam *A 1.* e) ut mea *T*; ea *om. K 1, A 1.* f) caritati *K 1, A 1.* g) salvatoris nostri *K 1, A 1.* h) commendatis *T, K 2.* i) *om. K 1, A 1 (ubi man. rec. suppl.).* k) et propter eum *bis legitur in T.* l) misericordia *K 2.* m) accipiatis *T, K 2*, accipietis *K 1.* n) Non quia *T, K 2;* quia *om. K 1, A 1.* o) coepit *K 1, A 1.* p) *om. K, A 1.* q) *om. T.* r) superfluo *K 1.* s) karitas *A 1.*

1) *inde ab anno 787, in quo die 4. mens. Martii ordinatus est, cf. Abel-Simson, Jahrbücher des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. I, 538. Hanc epistolam haud multo post episcopatum a Riculfo susceptum scriptam esse crediderim.* 2) *De tempore, quo haec epistola scribi potuerit, v. Groessler, Jahresber. des Gymnas. zu Eisleben, 1879 p. 45.* 3) *Haec verba ad Christum pertinere recte adnotavit Sickel (v. Sybels Hist. Zeitschr. XXXII, 364), cf. Hauck, Kirchengesch. II, 261 n. 5.*

amore accipiatis[a] in communionem orationum vestrarum[b]; quatenus Deus caritatis[c] remunerator vos accipiet in aeternam gloriam regni sui. Valete et vivite[d] felices in domino Iesu[e], fratres carissimi. 789. 790

6.

Alcvinus N. amicum in Saxonia commorantem cohortatur. Willehado episcopo (Bremensi) salutem mittit. Quaerit de Saxonibus, de Danis, et Wiltis et Vionudis, de Carolo rege[1]. *789 post medium fere annum.*

Codd. (A 1 fol. 8' — 9, ubi iam legi non potest) A 1 p. 12 n. 6*[a].
Ed. J 13.

DILECTO AMICO N. ABB.[b] SALUTEM.

Bono animo esto, frater, et in servitio Dei viriliter labora, in ieiunio, oratione et vigiliis, sicut iam fecisti. Et saluta millies dilectissimum meum Uilhaed episcopum[2]. Multum me poenitet, quod recessi ab eo. Utinam videam eum, et sit cursus vitae meae consummatus in peregrinatione. Tantum orate pro me, ut dominus Deus dirigat vias meas in sua misericordia.

Mandate mihi per litteras, quomodo habeatis vel quid faciatis; et quomodo consentiant vobis Saxones in praedicatione; et si spes ulla sit de Danorum conversione; et si Wilti vel Vionudi, quos nuper[3] adquisivit rex[4], fidem Christi accipiant; et quid illis in partibus agatur; et quid de Hunorum[5] hoste dominus rex acturus sit.

Salutate omnes, qui apud vos sunt Deo servientes. Viriliter laborate in opere, quod coepistis, ut perfectam a Deo coronam accipiatis. Quia non qui coeperit, sed qui permanserit in finem, hic[c] salvus erit. cf. Matth. 10, 22.

Divina gratia vos adiuvet et conservet ubique.

7.

Alcvinus Colcu magistro scribit de Saxonibus et Frisonibus ad Christi fidem conversis; de Vionudis, Graecis, Hunis victis; de Hispania; de Caroli et Offae regum dissidio; se fortasse in Franciam legatum iri. Munera mittit. 790 ineunte anno.

Codd. (A 1 fol. 4' — 6), A 1 p. 8 — 9 n. 4, A 2 fol. 164' — 165'*[a].

Edd. a. 1665. Usserius Vet. Hibern. epist. sylloge p. 37 — 38 ex duobus antiquissimis Cottonianae bibliothecae codd. (i. e. A 1 et 2). Pars epistolae habetur ap. Willelmum Malmesburiensem de gestis reg. Angl. L. I. § 91 p. 92 ed. Stubbs. F 3, J 14. — Migne col. 142.

---

a) accipietis *T, K 2.* b) in communem orationem vestram *K 1, A 1 man. rec.* c) karitatis *A 1.* d) vivete *T, K 2.* e) iħū *T*; Iesu — carissimi *om. K 1, A 1.*

6. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad episcopum in Saxonia *A 1.* b) abbati *J,* abbas *Pertz, an* Albinus *emendandum?* c) is *A 1*.*

7. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Colum (Colcan *A1**) lectorem in Scotia *A 1.*

1) *Hanc epistolam ad Liudgerum episcopum scriptam esse falso retulit Pertz (SS. II, 379), in errorem inductus epistolae lemmate; v. n. a. J.* 2) *Bremensem 787 — 789. Nov. 8, cf. Dehio, Gesch. des Erzbisth. Hamburg-Bremen I, 14; qui Willehadum Eboraci Alcvini discipulum fuisse suspicatur.* 3) *ipso anno 789.* 4) *Carolus.* 5) *Avarorum, qui anno 788. et in Italiam et in Baioariam irruperant, cf. p. 32 n. 6.*

790 ineunte anno.

BENEDICTO MAGISTRO ET PIO PATRI COLCU[a] [1] ALCVINE HUMILIS LEVITA SALUTEM.

Audita sanitate et prosperitate paternitatis vestre, totis, ut fateor, gavisus[b] sum visceribus. Et quia curiosum te nostri itineris putavi vel rerum in mundo nuper gestarum, per hos rusticitatis[2] meae apices tuae providentiae innotescere curavi seu audita seu visa.

Primo sciat dilectio tua, quod miserante Deo sancta eius ecclesia in partibus Europae pacem habet[c], proficit et crescit. Nam antiqui Saxones et omnes Frisonum[d] populi, instante rege Karolo, alios premiis et alios minis sollicitante[3], ad fidem Christi conversi sunt.

Sed anno transacto[4] idem rex cum exercitu inruit[e] super Sclavos, quos nos Vionudos[f] dicimus, eosque suae[g] subegit dicioni.

Greci vero tertio anno[5] cum classe venerunt in Italiam; et, a ducibus regis praefati victi, fugerunt ad naves. Quattuor milia ex illis occisi et mille captivi feruntur.

Similiter et Avari, quos nos Hunos dicimus, exarserunt[6] in Italiam et, a christianis superati, domum cum obprobrio reversi sunt. Nec non et super Baugariam inruerunt[e], qui et ipsi ab exercitu christiano superati et dispersi sunt.

Etiam[h] et eiusdem christianissimi regis duces et tribuni multam partem Hispaniae tulerunt a Saracenis, quasi trecenta milia in longum per maritima[7]. Sed heu pro dolor, quod idem maledicti Saraceni, qui et Aggareni, tota dominantur Affrica, et Asia maiore[i] maxima ex parte. De quorum egressione tue venerande prudentiae dudum, ut estimo, scripsi.

De cetero, pater sanctissime, sciat reverentia tua, quod ego filius tuus et Ioseph vernaculus tuus Deo miserante sani sumus; et tui amici toti, qui apud nos sunt, in prosperitate Deo serviunt.

Sed nescio quid de nobis venturum fiet[k]. Aliquid enim dissensionis[l], diabolico fomento inflammante, nuper inter regem Karolum[m] et regem[8] Offan exortum est, ita ut utrimque navigatio interdicta negotiantibus cessat[9]. Sunt qui dicunt nos pro pace esse in illas partes mittendos[n] [10]. Sed obsecro, ut vestris sacrosanctis orationibus manentes vel euntes muniamur. Nescio quid peccavi, quia tuae paternitatis dulcissimas litteras multo tempore non merui videre; tamen pernecessarias orationes sanctitatis tuae me cotidie sentire credo.

Misi caritati tue aliquid de oleo, quod vix modo in Britannia invenitur, ut dispensares per loca necessaria[o] episcoporum ad utilitatem vel[p] honores[q] Dei. Misi

---

a) colcui *A 1*, colcan *A 1**, *qui addit* lectori in Scotia, colcui *A 2*. b) gavisos *A 1*. c) habacat *A 2*. d) fresonum *A 1*. e) irr. *A 1*. f) Vionundos *A 1*. g) sub suae dic. *A 1*. h) etI *A 2*. i) maiorae *A 2*. k) fiat *A 1**. l) disentionis *A 2*. m) Korolum *A 2*. n) mittendas *A 2*. o) necesaria *A 2*. p) vel *om. A 2*, hominum vel *A 1**. q) honoris *A 2*, *A 1**.

1) *de quo in Simeonis Dunelmensis hist. reg. Angl. ad a. 794 (p. 56) haec leguntur:* 'His diebus Colcu presbyter et lector ex hac luce migravit ad Dominum, quo percipit laudem felicitatis pro laboribus terrenis'. *J. Colgu docuit in monasterio Clonmacnoise.* 2) *De rusticitate sua saepius loquitur Alcvinus, cf. infra epp. 10. 97. 136. 143. 145. 161.* 3) *Cf. Vitam Sturmi c. 22 (SS. II, 376):* 'partim bellis, partim suasionibus, partim etiam muneribus — gentem illam *(Saxonum)* ad fidem Christi convertit' *J.* 4) *anno 789.* 5) *i. e. 'tertio abhinc anno'; a. 788, cf. Abel-Simson, Jahrb. I, 632—634.* 6) *item anno 788. cf. Ann. S. Emmerammi 788:* 'Huni ad Furgali et in Baiouuaria'. 7) *anno 785. Chron. Moissiacense (SS. I, 297) 785:* 'Eodem anno Gerundenses homines Gerundam civitatem Carolo regi tradiderunt', *cf. Abel-Simson, Jahrb. unter Karl d. Gr. I, 510.* 8) *Merciorum.* 9) *Cf. Gesta abbatum Fontanellensium c. 16, ed. Löwenfeld p. 46—47.* 10) *e Britannia in Franciam, si Mabilioni (Acta SS. ord. S. Bened. saec. IV, 1, 187) et Sickelio (Alcuinstudien p. 524 n. 1) fides habenda est, Jaffé, quem plerique recentiores secuti sunt, cum a Carolo ad Offam mittendum esse putavit.*

quoque[a] L siclos fratribus de elemosina Karli[b] regis — obsecro, ut pro eo oretis — et de mea elemosina L siclos; et ad australes fratres Baldhuninga XXX siclos de elemosina regis et XXX de elemosina[c] mea; et XX siclos de elemosina patris[d] familie Arcide et XX de elemosina mea; et per singulos anachoritas III siclos de puro argento; ut illi omnes orent pro me et pro domno[e] rege Karolo[f], ut Deus illum conservet ad tutelam sanctae sue ecclesiae et ad laudem et gloriam sui nominis. Exaudiat vos omnipotens Deus, pro sancta sua ecclesia intercedentes, et proficere faciat in salutis aeterne prosperitate. 790

8.

Alcvinus Iosepho significat se propter Aethelredum nuper regem Northanhumbrorum factum in Britannia retardari. De Caroli I regis Francorum rebus gestis nunciari sibi cupit. Varia mandata dat. De Colcu magistro addit. 790 exeunte anno.

Codd. A 1 fol. 7—8, A 2 fol. 165'—166, A 1 p. 9—10 n. 4**[a].

Edd. J 16. Initium epistolae habetur ap. Willelm. Malmesbur. gest. reg. Anglor. l. I § 72 p. 75.

FLACCUS ALBINUS FILIO IOSEPHO[b 1] SALUTEM.

Benedictus Deus, qui facit mirabilia magna solus. Nuper Aedelredus[c 2] filius Aedelwaldi[d 3] de carcere processit in solium et de miseria in maiestatem[e 4]. Cuius regni novitate detenti sumus et nolentes praepediti venire ad vos. Vos tamen in prosperitate spectate nos, donec fiat volente Deo quod optatis. Ps. 71, 18.

Mittite tamen mihi litteras de itinere vel manere domini regis nostri[5], de pace vel praelio; de sanitate vestra vel nostrorum hominum; vel quid novi accidisset[f] illis in partibus.

Mittite quoque nobis necessaria ad mare. Et[g] Oduinus[h 6] volente Deo nobis deferat quinque libras argenti, quas[i] vobiscum dimisi ad commutandum vel vendendum illarum pretium vel commutationem. Dirigite et alias[k] quinque de nostro[l] argento; et triplicia vestimenta caprina et lanea ad puerorum opus, laicorum vel clericorum; et linea ad meum opus; et cappas nigras et[m] rubicundas caprinas, si evenerit tibi invenire; et pigmenta multa de sulfure[n] bene[o] et coloribus[p] ad picturas.

Vae, vae, mors in olla, o homo Dei; quia vinum defecit in sitharchiis[q] nostris et Cf. 4. Reg. 4, 40.
celia acerba furit in ventriculis[r] nostris. Et quia nos non habemus, tu[s] bibe pro Cf. 1. Reg. 9, 7.
nostro nomine et letum duc diem; nos tristem, quia non habemus quod letificat[7], et vix est qui confirmet[8].

---

a) Misi quoque *om. A 1.* b) Karoli *A 1.* c) delemosina *A 2.* d) regis *man. rec. corr.* patris *A 1.* e) dno *A 1.* f) Carolo *A 2.*

8. a) *Lemma:* Epistola Albini ad Iosephum *A 1*.* b) Iosepo *A 1.* c) Aeđelraedus *A 1.* d) Aeđelpaldi *A 1.* e) magestatem *A 2.* f) accidiset *A 2.* g) ut *A 1*.* h) Oduiinus *A 2.* i) *om. A 2.* k) alios *A 2.* l) vestro *corr. in* nostro *A 2.* m) vel *A 1*.* n) sulphure *A 1.* o) *an* bella? *J.* p) coribus *A 2.* q) sitharchis *A 2.* r) venticulis *A 2.* s) tum *A 2.*

1) *Iosephus* 'Alchvini discipulus' *etiam Liudgeri Fresonis amicus fuit cf. Altfridi vitam Liudgeri l. I c. 19 (ed. Diekamp p. 23). Alcvino magistro hortante S. Hieronymi tractatum in Iesaiam prophetam in compendium redegit cf. Poet. Carol. I, 149.* 2) *rex Northanhumbrorum 774—779 et 790—796.* 3) *Ethelwaldi Moll regis Northanhumbrorum 759—765.* 4) *Simeon. Dunelm. hist. de gestis regum Anglorum 790 (p. 52):* Ethelredus de exilio liberatus est et iterum per gratiam Christi regni solio est subtronizatus. *Ann. Lindisfarn. 789 (SS. XIX, 505):* Aethelred filius Aelfwaldi rediens de exilio regnavit VII. 5) *Caroli I regis Francorum.* 6) *Ad Oduinum presbyterum Alcvinus epistolam de baptismi caeremoniis dedit (infra ep. 273).* 7) *vinum. Ps. 103, 15:* et vinum laetificet cor hominis. *Alcvinus vini veteris amicum se praebet infra in epistola 192 ad Theodulfum missa. J.* 8) *panis. Ps. 103, 15:* et panis cor hominis confirmet.

790 Manda Eanfrido[a], ut ad te veniat; ut scias, quomodo habeat et mittat mihi[b] argentum, quod in cella collegit, et caprinum vestimentum; sicut demandavi ei et Frotgoneg argentum, quod de Uurmec villa habeat. Adiuva me et Berdic[c], iter agentes ad sanctum Petrum legationis causa. Da illis libram argenti et meum iuvenem equum[d]; et honorifice eos[e] tracta in vine et pane.

Et saluta fratres nostros[f] in Bacho et berbice et in libra argenti; et infantes[g] similiter suos. Et semper benefacite viduis et orfanis nostris de frumento, vino et lardo.

Obsecro, ne tibi durum sit, quod tibi tanta mandavero; quia Deus multiplicat fructum iustitiae et[d] multiplicat merita fidelitatis tuae in eternum remuneratione perpetua.

Uinter[h] medicus[1] mihi promisit duo carrata de vino optimo et claro. Quem rogavi, ut tibi redderet. Et si habeas et si optimum sit, mittantur[i] Rufu[k]; ut ille mihi dirigat unum et aliud Brorda. Volente Deo cogitamus venire.

Sanus[2] est magister vester Colcu; et sani amici tui, qui apud nos sunt.

Sanum te faciat Deus cum amicis tuis. Heu quare tu sic longe es a nobis; utinam fias prope, ut gaudeamus in te, sicut sepe fecimus. Tamen te salutamus a longe et mandamus, ut pasc[as bene] Ioseph[l] e[um ami]cis sui[s].

Adhuc novam capellam inter vineta videamus in te. Pax tibi et salus habitantibus in te[m].

9.

Alcvinus Adalhardo abbati Corbeiae antiquae respondet de suo erga eum amore; de Aethelredo, novo Northanhumbrorum rege; de pace Caroli et Offae regum componenda; Angilberto abbati S. Richarii Centulensi salutem mittit. *790 exeunte anno.*

Codd. A 1 fol. 9'—11, A 1 p. 14—15 n. 8*[a].
Edd. J 17.

DILECTISSIMO IN CHRISTO FRATRI ADALHARDO[3] HUMILIS TUUS GERMANUS ALCVINUS SALUTEM.

Satis me refecit dilectionis tuae memoria et familiaritatis dulcedo et mutuae consolationis solatium; ita ut vere fateor, moeroris languore post te me esse pertaesum et usque ad lacrimas absentia tua contristari. Nec me, etiam in peregrinatione[4] morantem, tantum fratris vel sororis carnalis affectus taeduit, quantum tua spiritalis fraternitas moerore perfundit. Videbar enim mihi ex consolatione eloquii tui, Deo miserante, dignum incipere posse, quod tamen Dei solius perficere est: qui gratia sua

a) Eanfrigido *A 2*, Canfrido *A 1*. b) tibi *A 1*. c) b̄nidic *corr. in* b̄dic *A 2*; benedic *A 1**. d) equum — iustitiae et *in A 1 iam legi non possunt*. e) eum *A 2*. f) Et — nostros *om. A 1**. g) saluta fratres nostros similiter et socios *A 1* pro* infantes similiter. h) Interea *A 1*. i) mitte ad *pro* mittantur *A 1*. k) *sive* Rufa; Rufam *A 1*. l) Iosep *A 2*. m) *A 1* adnotat in margine inferiore huius epistolae:* 'Habetur haec epistola in utroque MSo Cottoniano et citatur a Will. Malmesburiensi in fine capitis 3 libri 1. de gestis regum Anglorum neque adhuc est edita'.

9. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Adelhardum propinquum Karoli *A 1*.

1) *Caroli M. medicus, qui anno 779. aegrotantem Sturmium abbatem Fuldensem haud prospere curavit. V. Eigilis Vit. Sturmi c. 24 (SS. II, 377):* ad monasterium *(Fuldense)* vir Dei rediit *(ex Heresburg)*, habito secum medico domini regis Karoli, cui nomen Wintarus, qui eius subveniret infirmitati. Dum vero quadam die artis suae ei nescio quam potionem infuderat, cum qua minuere debuit infirmitatem, sed ita auxit, ut validius et acrius ei lues acerba augeretur. *J.* 2) Sanus — nos sunt *laudat ex codice Usserius, Sylloge p. 37.* 3) *abbati Corbeiae antiquae; filio Bernhardi, patrui Caroli Magni J.* 4) *in Gallia.*

tuum inspiravit intellectum ad loquendum et meam incitavit voluntatem ad audiendum. 790 Quia sine illo nihil boni possumus nec velle nec perficere. Ideo semper ad eum toto corde implorandum est: 'Misericordia tua preveniat me, misericordia tua subsequatur me'. Ps. 58, 11. Ps. 22, 6.

Haec ideo, frater, tibi scripsi, ut scias, si tamen scire potes, qua te caritate diligo; nam me ipsum fateor edicere non posse — forsan etiam nec tu, qua me diligas — Deus scit, qui hanc infudit cordibus nostris.

Caeterum cognoscas, unanimis frater, turbatas ex parte res me offendisse in patria nec talem invenisse animum novi regis[1] qualem vel speravi vel volui. Tamen aliquid fecimus ammonitionis illi et aliis. Et hodie laboramus contra iniustitiam, prout possumus, cum quibusdam potentibus.

Tamen obsecro in caritate Christi, ne me umquam consolatoriis vel oratoriis dimittas reficere litteris; nec tibi sit durum scribere, quod mihi aviditas est legere. Et parvo tuo labore gaudium mihi facias magnum. Gaudium tibi Deus omnipotens concedat aeternum.

Obsecro, ut mihi demandes, quid in illis agatur partibus et quod sit consilium in palatio[2] faciendi vel peragendi.

Sequenti vero anno certius aliquid de nobis audies vel videbis. Aestimo tamen nostros et me miseros ituros esse pro pace. Nec ego renuo, si me, indignum digne pretium pacis, dirigere velint. Et si ullatenus scire possis, quae sit causa huius dissensionis inter olim amicos[3], mihi noli abscondere. Pacis enim seminatores simus inter populos christianos.

Et quid habeas de puero Bernheri[4] factum.

Saluta, obsecro, patrem meum Georgium, roga eum, ut non obliviscatur filii sui Alcvini spiritali solatio.

Saluta et Engelberhtum filium, nunc vero ex filio patrem[5].

Saluta Etuuit patrem meum dilectum et omnes fratres nostros intra moenia sancti Petri[a][6] manentes, orantes pro nobis. In aeternum valete.

Hic finem cartae lacrimis faciemus[b] obortis[c][7],
Sed numquam finem sacri faciemus amoris.

10.

Alcvinus Arnoni episcopo Salisburgensi scribit de suo erga eum amore. Laidrado salutem mittit. Aethelredi novi Northanhumbrorum regis causa se in Britannia hoc anno remansurum esse. *790 exeunte anno.*

Codd. S 1 fol. 127 — 128 (S 1 fol. 26' — 28), A 1 fol. 9 — 9', A 2 fol. 166 — 166', A 1* p. 13 n. 7*[a]. *Edd. F 2, J 18. — Migne col. 140.*

---

a) Patris *A 1, corr. in* Patri *A 1**. b) fanemus *A 1.* c) abortis *A 1**.
10. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Aquilam episcopum directa *A 1.*

1) *Aethelredi regis Northanhumbrorum 790—796. J.* 2) *Caroli I regis Francorum.* 3) *inter Carolum Francorum et Offam Merciorum reges.* 4) *de Bernario, Adalhardi fratre.* 5) *Id argumento esse debet Angilbertum anno 790. factum esse abbatem S. Richarii Centulensem. J.* 6) *Corbeiae antiquae.* 7) *Cf. Verg. Aen. III, 492, IV, 30, VI, 867, XI, 41; infra ep. 239, Poet. Carol. I, 241:* Carminis hic finem *etc.* — amoris; *267* Carminis hic finem *etc.* Pectore sed numquam finem faciemus amoris.

790 DILECTO PATRI AQUILAE[1] EPISCOPO ALBINUS SALUTEM.

Satis suavi commemoratione[a] vestram recolo, sanctissime pater, dilectionem[b] et familiaritatem: optans, ut quandoque eveniat mihi tempus amabile, quo collum[c] caritatis vestrae[d] desideriorum meorum digitulis amplecter. O, si mihi translatio
Dan. 14, 35. 38. Abacuc[e] esset subito[f] concessa[2], quam citatis manibus ruerem[g] in amplexus paternitatis vestrae, et quam[h] compressis[i] labris[k] non solum oculos[l] aures et os, sed etiam manuum vel[m] pedum singulos digitorum articulos, non semel, sed multoties oscularer. Verum quia meriti mei non est ita venire ad te, mittam saepius rusticitatis[3] meae litterulas[n] ad te, ut[o] vice verborum meorum loquantur pro me et dicant:

Semper in aeternum[4], praesul sanctissime, salve;
Atque[o*] tui cuncti valeant[p], rogo, semper amici[q].

Obsecro iterum iterumque ammoneo[r], ut te ipsum consideres; et quo tendas, agnoscas; et quid facias, praevideas; et coram quam[s] terribili iudice rationem redditurus sis non solum de te, sed etiam de singulis animabus, quae tuo commissae sunt regimini[t].
2. Tim. 4, 2. Idcirco non segniter labora; praedica oportune, importune[u] id est[v] volenti et nolenti,
Matth. 25, 21. argue, obsecra, increpa; ut merearis audire a domino Deo tuo: 'Euge serve bone et fidelis, quia in[w] pauca fuisti fidelis, supra[x] multa te constituam: intra in gaudium domini Dei[y] tui'.

Saluta, obsecro, Laedredum[z] [5], consocium et amicum meum. Sequenti anno certum eum faciam; si ille certus erit, quid velit vel quid[a] possit.

Novitas regni nostri[6] me retinet adhuc in[b] isto anno; salus vos reteneat in regno aeterno.

Mementote in orationibus vestris nostri nominis, obsecro. Memor sit vestri omnipotens Deus in aeterna misericordia.

Scribite[c] mihi, obsecro, quomodo habeatis et quid novi apud vos accidisset istis diebus.

Commendite vel scribite, deprecor, nomen meum per monasteria et amicos vestros. Pax vobis et salus in secula perpetua.

---

a) cummemoratione *S 1.* b) dilectione et familiaritate *S 1.* c) collo *S 1.* d) tuae *A 2,* tuo *A 1.* e) *corr. in* Abbacuc *A 2,* Abbacuc *A 1.* f) sub.esset *A 1, A 2.* g) referrem *A 2,* referrer *A 1,* ruere *S 1.* h) quia *A 2, A 1.* i) complexis *A 2, A 1*;* conpressis *S 1.* k) labrus *S 1.* l) et *add. A 2, A 1*.* m) et *A 2, A 1*.* n) litteres *S 1.* o) que in *A 2,* quae *A 1*.* o*) Etque *S 1.* p) val. cuncti *A 1.* q) amice *S 1.* r) ammeo *S 1.* s) quia *corr. in* quam *A 1.* t) regimine *A 1, S 1.* u) inoportune *S 1, A 1.* v) idem *S 1.* w) super *A 1.* x) super *S 1.* y) Dei *om. S 1.* z) N. *A 2, A 1*.* a) *om. A 1*.* b) *om. A 2, A 1*.* c) Scribite — perpetua *om. A 2, A 1*.*

1) *Arnoni episcopo Salisburgensi cf. Ann. Iuvav. mai. 785:* 'Arn episcopus ordinatur III Idus Iunii'. 2) *Ex Hieronymi epist. 3 (Opp. ed. Vallarsius I, 9; cf. infra epp. 184. 193. 229):* O si nunc mihi dominus Iesus Christus . . Abacuc ad Danielem translationem repente concederet, quam ego nunc tua arctis stringerem colla complexibus, quam illud os . . . impressis figerem labiis? Verum quia non tam *etc.* 3) *Cf. supra ep. 7 p. 32.* 4) *Hoc versus initium saepissime repetit cf. Poet. Carol. I, 238. 245. 251. v. 2.* 5) *Laidradum (postea episcopum Lugdunensem 798 — 814), ortu Noricum teste Theodulfo Contra iudices v. 117 — 120 (Poet. Carol. I, 496):*

Haeserat hac nobis Laidradus sorte sodalis,
Cederet ut magnus, hoc relevante, labor.
Noricus hunc genuit, hunc tu, Lugdune, futurum
Pontificem speras relligionis ope. *J.*

6) *Northanhumbrorum (Aethelredo rege facto). J.*

11. 792?

Alcvinus Angilberto primicerio quendam Romam euntem commendat. Sanctorum reliquias sibi mitti vult. ante 792?

Codd. T fol. 63 (T fol. 58), S 1a fol. 138', S 1b fol. 194' (S 1* fol. 42'—43), K 1 fol. 66', K 2 p. 190—191, (A 1), A 1* p. 131 n. 91*[a].

Edd. C 51, Q 42, F 22, J 5 — Migne col. 181.

FIDELI AMICO ET VENERABILI ANGILBERTO[b] PRIMICERIO[c 1] HUMILIS LEVITA ALBINUS SALUTEM.

Memor[d] condictae[e] inter nos amicitiae has vobis litteras[f] dirigere praesumpsi; deprecans, ut benigne harum portitorem[g] litterarum suscipere dignemini, et peregrinationis illius vias[h] domnum Pippinum[i] regem subvenire depraecamini. Regum[k] vero merces in miserorum iuvamine[l], et maxime peregrinorum sacra sancti Petri principis apostolorum limina petentium[m], magna[n] apud divinam[o] constat esse clementiam.

Insuper[p], carissime frater, devotissime te flagito[q], ut dona dulcissima et mihi[r] multum necessaria, id est sanctorum reliquias, mihi vel aliquas transmittere curaveris[2]. Hilarem enim datorem diligit Deus. Qui te habundare faciat in omni bono et inter 2. Cor. 9, 7. Deuter. 28, 11.
sanctorum gloriam constituat, quorum[s] mihi reliquias tua benivolentia dirigat.

Floreas, fili, virtutum[t] coronis, sapientiae decore[u] et sancta dilectione[v] ad Deum et bona fide ad homines in aeternum.

12.

Alcvinus Fordradum presbyterum peregrinantem amicis commendat. ante 792.

Codd. T fol. 63—63' (T f. 58'), K 1 fol. 80—80', K 2 p. 230—231, S 1 fol. 194'—195, D fol. 231, A 1* p. 144 nr. 103*[a].

Edd. C 67, Q 43, F 160, J 302 — Migne col. 486.

FRATERNAE DILECTIONIS AMICIS PER DIVERSAS NOMINUM DIGNITATES ALBINUS[b] CONSERVUS IN CHRISTO VESTER[c] SALUTEM.

Licet terrarum longinquitas diversas christianorum faciat habitationes, tamen sanctae caritatis societas sub uno pastore Christo unum eos facit[d] esse[e] gregem. In

---

11. a) *Lemma:* Ad Angelbertum primicerium palatii Pipini regis *T, T*;* Albinus Angilberto *K 1;* Epistola ad Angilbertum *A 1*.* b) Angilberto — Albinus *om. S 1.* c) primicero *K 2.* d) Memores *S 1a.* e) dictae *S 1a.* f) literas vobis *K 2, A 1*.* g) portatorem *T, S 1b.* h) viis *A 1*;* apud *add. superscriptum K 1.* i) nostrum *S 1 pro* Pippinum regem. k) Regnum *T.* l) est *add. superscriptum K 1, A 1*.* m) petentibus *T, K,* petentes *S 1.* n) remuneratio *add. K 1, A 1*.* o) divinum *T.* p) Insuper — curaveris *om. S 1.* q) deflagito *K 2 pro* te fl. r) in *A 1*.* s) quorum — dirigat *om. S 1.* t) et *add. K 1.* u) decorem et sanctam dilectionem *K 1.* v) sanctam dileccionem *K 2.*

12. a) *Lemma:* Litterae commendaticiae ad amicos *K 1, T*,* Litere comendacias ad amicos *K 2,* Epistola Albini ad quosdam amicos *A 1*.* b) abb *D, ubi alia manus addidit* Albinus. c) *om. D.* d) fac. eos *A 1*.* e) *om. S 1, D, K 1;* nomine ill. *K, A 1*.*

1) *palatii Pipini regis Italiae, v. n. a. J. Hanc Iaffei opinionem minus probabilem refutavit Simson (Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 435).* 2) *Alcvinum reliquiarum acquirendarum cupidissimum fuisse docent et aliae epistolae (cf. 28. 75. 97. 146. infra) et versus ad Candidum Romam abeuntem (Poet. Carol. I, 256):*

Si te praeveniat clementis gratia Christi
  Ante oculos sacros patris apostolici,
Posce patrum cineres, vestes, vel forte capillos
  Sanctorum, sacrae aut gaudia magna crucis.
Ut sit subsidium nostrae per saecula vitae
  Et nostris pariter semper ubique pium.

791—792 cuius fiducia vestrae pietati per praecatorias nostrae parvitatis litteras hunc presbyterum[a]
Fordradum[b] nomine, diligentissime[c] commendo[d], ut dilectionis vestrae iuvamine[e]
suffultus facilius sanctae peregrinationis viam peragat et vestrae bonitatis merces
Ioh. 14, 11. ante oculos omnipotentis Dei augeatur. Qui est via vita et veritas[f] vobis viam
vestrae salutis ostendere[g] et veritatem[h] aeternae gloriae tribuere[i] et beatissimam
vitam concedere dignetur[k].

13.

Alcvinus de Ricbodi archiepiscopi Trevirensis quondam discipuli sui absentia et de intermisso litterarum commercio conqueritur. Reprehendit in eo nimium amorem Maronis.
c. 791—792.

Codd. T fol. 58' —59 (T fol. 53'—54), K 1 fol. 30—31', K 2 p. 88—92, S 1a fol. 131'—132', b fol. 187—188' (S 1* fol. 30—33. 115—116), A 1 fol. 86, A 1* p. 98 — 99 nr. 64[a].*
Edd. C 17. 18, Q 34, F 129, J 216 — Migne col. 440.

PIO PATRI[b] ET AMICO CARISSIMO[c] MACHARIO, MONACHO ET PONTIFICI[d][1], FLACCUS[e] ALBINUS IN CARITATE CHRISTI[f] SALUTEM.

Matth. 19, 6. Quod Deus coniunxit saeculum non separet[g][2]. Ecce qui venit ignem mittere
Luc. 12, 49. Cant. 8, 7. in corda suorum, ille faciet[h] ardere quod incendit: nec flumina infidelitatis[i] obruent[k]
ignem, qui in altare Dei die[l] noctuque[m] ardere praecipitur: nec alienum quislibet
Cf. Levit. 6, 12. audeat ignem portare in tabernaculum[n] spiritale, ne[o] occidatur ab eo, qui suum semper
ardere iussit. Quis est ignis Dei, nisi caritas[p]? Et quis[q] alienus[r], nisi amor saeculi?
Levit. 10, 2. 6. Ideo duo[s] servati[t] sunt ex filiis Aaron propter duo praecepta caritatis[3]; et duo
Luc. 10, 42. perierunt propter saeculi amorem et amatorem illius. Optimam partem elegit sibi
Maria, quae non auferetur ab eo. Amemus quod[u] non auferetur[v], fugiamus quod
auferri potest. Impium est diligentem non diligere et retribuenti non retribuere.
Quid retribuit nobis Deus? Retribuit nobis pro malis nostris bona sua: retribuamus[w]
ei pro bonis suis bona nostra. Quae sunt bona nostra, nisi[x] ut diligamus eum[y], et
mandata eius observemus? quae[z] sunt mandata illius[a], nisi[b] ut diligamus invicem?
Matth. 22, 40. In his duobus praeceptis tota lex pendet[c] et prophetae.

Cur ista tam[d] longo repetita principio, nisi ut scias ardorem cordis mei[e]? Paene[f] mihi melius esset te pauperem habere praesentem, quam divitem absentem. Quid

---

a) praesbiterum *T*, missum *K*, *A 1**. b) *om. K 1, S 1, D;* nomine ill. *K*, *A 1**, nunc *S 1.* c) diligentissimo *K 2*, -mae *T.* d) comendo *K 2.* e) iuvaminae *K 2.* f) qui *superscriptum est in K 1, add. A 1*.* g) ostendat *A 1*.* h) requiem *K*, *A 1*.* i) tribuę *D.* k) Proficientem te karissime frater divina auxilietur gratia in aeternum *add. S 1.*

13. a) *Lemma:* Ad bontificem Ricbodum Treverensis civitatis conomento *K 2;* Ad pontificem Rigbodum Treverensis civitatis, cognomento Macharium *T;* Alcvinus Richbotoni episcopo cuius cognomen Macharius *A 1;* Albinus Richbodoni episcopo cognomento Machar̄ *K 1.* b) fratri *T.* c) *om. T;* karissimo *S 1*, *A 1.* d) pontifice *S 1.* e) flañiūs *S 1.* f) in christi car. *S 1a;* caritate *om. S 1b.* g) separat *K 2;* dividit *K 1*, *A 1.* h) faciat *K 2*, *S 1b;* facit *A 1.* i) infidelitates *K 2.* k) obruant *K 1*, *A 1.* l) diu *K 2.* m) nocteque *K 1*, *A 1.* n) tabernaculo *S 1a.* o) nec *T.* p) est *add. K 1*, *A 1.* q) karitas *A 1.* r) elienus *K 2.* s) duo *om. S 1.* t) reservati *S 1.* u) quae *A 1.* v) aufertur *S 1.* w) retribuemus *T*, *S 1*, *K 2.* x) *om. K 1.* y) eum — diligamus *om. K 1.* z) quae — invicem *om. S 1.* a) eius *K 1*, *A 1*.* b) *om. K 2*, *A 1*.* c) pendit *K 2.* d) *om. T.* e) sui *T.* f) Poene *K 1*, Pene *K 2*, *S 1.*

1) *Richbodo archiepiscopo Trevirensi (791 — 804) et abbati Laureshamensi (784 — 804), de cuius cognomine v. etiam Poet. Carol. I, 305.* 2) *Cf. infra ep. 49:* Non disiungat saeculum *etc.* 3) *Cf. infra ep. 81.*

mihi divitiae, si non habeo quem amo; si non considero quem desidero? tua potentia mihi[a] est miseria. Ubi est dulcissimum inter nos conloquium? Ubi sacrarum litterarum studium desiderabile[1]? Ubi laeta facies, quam[b] conspicere solebam? Ubi communio[c] caritatis, quam[d] fraternus amor hinc inde exercuit? Ubi saltim memoria nominis nostri? Ecce totus[e] praeteriit annus, quo nec litterarum consolatio[f] oculis advenit, nec salutationis officium auribus insonuit. Quid peccavit pater, ut a filio oblivisceretur? Quid magister, ut discipulus neglexerit[g] eum? Forte[h] exaltatio saeculi[2] dedignata est nomen magistri in[i] illo? Aut[k] peregrinatio mea viluit oculis tuis? Aut[l] amor Maronis[m] tulit memoriam mei? O si mihi[n] nomen esset Virgilius, tunc semper ante oculos luderem tuos, et mea dicta tota pertractares[o] intentione, et iuxta proverbium illius essem apud te 791—792

'Tunc[p] felix nimium, quo[q] non felicior ullus'[r][3].

Quid faciam? An meam doleo[s] infelicitatem, quia[t] non sum, quem diligis? An[u] tuam[v] laudo sapientiam, quia diligis illum qui[w] non est? Flaccus[x] recessit, Virgilius accessit, et in loco[y] magistri nidificat Maro[z]?

Hoc[a] dolens dictavi, vel propter oblivionem[b] mei, vel propter absentiam tui, paululum ferociori[c] pumice[d][4] cartam terens, ut vel iratus aliquid rescriberes: quia bos laesus[e] fortius[f] figit[g] ungulam[5]. Incipe vel te defendere, vel[h] me offendere, ut intellegam studium, in[h*] quo otium[i] istius anni exercuisti[k]. Et quo thesauro cor impleris[l] tuum, pande nobis, ut tecum gaudeamus[m] in bono tuo. Utinam evangelia quattuor, non Aeneades duodecim, pectus compleant[n] tuum[o][6], et ea te vehat[p] quadriga ad caelestis regni palatium, ubi est honor indeficiens et regnum sempiternum, ubi pro me intercedere, credo, memor eris; qui te[q], ut illuc venires, exhortari[r] gaudebam[s].

---

a) mea *A 1**. b) quem *K 2*. c) communia *S 1, K*. d) quem *K 2*. e) dotus *K 2*. f) solacium *K 1, A 1**. g) neglexrit *K 2*. h) vel *add. A 1**. i) in illo *om. K 1*. k) aud *K 2*. l) ut *S 1b*. m) Marronis *K 2*. n) mi *S 1b*. o) pertractaris *S 1, T*, perscrutares *K 1*, perscrutaris *K 2*, perscrutareris *A 1**. p) Tuo *S 1*. q) cui *K 1; et* cui *T, S 1, K 2 pro* quo. r) alter *K 1, A 1**. s) dolo *T*. t) qui *K 2*. u) aut *S 1*. v) tua *S 1*. w) quem *T, S 1, K 2*. x) fl *T*, filius *K*. y) locum *T, K 2*. z) Mara *T, S 1*. a) haec *S 1*. b) oblionem *T*. c) feroci *S 1*, ferociore *A 1**. d) pomice *K 1*. e) lesus *K 2, T*; lessus *S 1a*; laessus *S 1b*; laetus *K 1*. f) fortior *S 1*. g) fuget *T*, figet *S 1, K 2*. h) vel—offendere *om. A 1**. h*) *om. K 2*. i) ostium *A 1**. k) exercui *T*. l) impleres *T, S 1, K 1, A 1**; inpleres *K 2*. m) te congaudeamus *S 1a*. n) conplent *S 1*. o) tum *S 1a*. p) ducat *K, A 1**; et a te vehat *K 2*. q) quia *K 2*; *corr. in* qui *A 1**. r) exortari *S 1b*. s) caudebam *K 2*.

1) *Cf. infra ep. 281:* dum sedebamus quieti inter sapientis scrinia. 2) *His verbis dignitatem archiepiscopi attingere videtur, quam Richbodo a. 791. adeptus est, quo anno hanc epistolam scriptam esse Sickel coniecit (Wiener Sitzungsber. LXXIX, 522).* 3) *Cf. Verg. Aen. IV, 657:* heu nimium felix; *IV, 769:* quo non felicior alter, *cf. infra ep. 300.* 4) *Cf. infra ep. 120:* pumice radenda feroci; *171 v. 18:* Pumice radendum. 5) *Hanc similitudinem, E. Voigtio me docente, sumpsit A. ex Hieronymi epistola 102 (Opp. ed. Vallarsius I, 627):* Memento . . vulgaris proverbii, quod bos lassus fortius figat pedem, *cf. infra ep. 128.* 6) *Cf. versus Alcvini praefixos commentariolo in canticum canticor. (Poet. Carol. I, 299):*

Has rogo menti tuae, iuvenis, mandare memento,
Cantica sunt nimium falsi haec meliora Maronis.
Haec tibi vera canunt vitae praecepta perennis:
Auribus ille tuis male frivola falsa sonabit.

Ipse puer Virgilii amplius quam psalmorum amator *fuerat, postea respuit* libros antiquorum philosophorum Virgiliique mendatia, quae nolebat iam ipse nec audire neque discipulos suos legere *(Vita Alcvini c. 2. 16, SS. XV, 185. 193).*

14.

790—793 *Alcvinus Ioseppo discipulo ob infirmitatem corporis condolet eumque ad patientiam excitat; rogat ut pro se precetur, ad renovandam consecrandamque ecclesiam hortatur.* *790 — 793?*

Codd. T fol. 75', Q fol. 127'—128, K 1 fol. 59'—60, K 2 p. 171—172, A 1* p. 123—124 nr. 79*[a]. *Edd. C 39, Q 67, F 131, J 20 — Migne col. 444.*

DILECTO FILIO IOSEPPO[b] [1] ALBINUS[c] SALUTEM.

Doleo de dolore corporis tui, sed gaudeo de felicitate animae tuae. Quia[d]
Hebr. 12, 6. Iob 5, 18. flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Occidit et vivificat; vulnerat et medetur.
Spes praemii solatium tibi sit laboris[2]. Hi[e] dolores cito finiuntur, praemia patientiae
Rom. 8, 18. numquam. Non sunt condignae passiones huius[f] temporis ad superventuram gloriam,
Psal. 49, 14. quae revelabitur in sanctis[g]. Quapropter cum gratiarum actione immola Deo sacrificium laudis. Non est haec tribulatio poenalis[h], sed propitiatio venialis. Aurum in
Prov. 27, 21. fornace per ignem coquitur[i], ut purius exeat: sic anima corporali tribulatione, ut mundior procedat ad vitam. Disciplina Domini non debet cuiquam esse disciplina, sed hilariter accipiat[k], quod pius medicus salubriter immittit[l]. Inter flagella pietatis, orationes humilitatis ad Deum dirigantur[m], ut qui misericorditer castigat, clementer ignoscat, ut salus aeterna patienti proveniat.

Nostri quoque memor sedulas pro nobis fundere preces non cessa, quatenus divina nobis provideat clementia perpetuae conversationem[n] prosperitatis. Adhuc dubio stamine pacis subtegmine causa texitur[o], et dum plenum perficitur vestimentum, mox[p] ad induendum vestrae dirigetur fraternitati.

Valde placet, quod domum Dei renovare coepisti[q]. Stude, ut et[r] istam perficias et alteram, de qua praesens dixi, facias consecrari[s], ut pro duplici Dei honoris labore[t] multiplicem merearis accipere mercedem. Vivas, vigeas et valeas feliciter[u], fili karissime[v]!

15.

Alcvinus Gislae virgini nobili de caritate sua scribit, ad omnia virtutum genera hortatur et sanctae scripturae lectionem commendat. *793.*

Cod. H fol. 92—93[a].
Edd. F 229, J. 21 — Migne col. 509.

DILECTISSIMAE IN CHRISTO VIRGINI GISLAE [3] ALCHVINUS HUMILIS LEVITA SALUTEM.

Valde enim tuis, clarissima Dei famula, alloquiis gavisus sum, et tuae familiaritatis pietate consolatus, ita, ut ex eo die, quo pactum caritatis tecum inivi, dulcedine

---

a) *Lemma:* Epistola Albini consolatoria de infirmitate hominis *T**; Epistola Albini ad Iosephum *A 1**; Albinus Iosepho *K 1.* b) Iosepho *K, A 1*.* c) Alcuinus *Q.* d) qui *K 2.* e) Hii *Q.* f) uius *K 2.* g) nobis *Q.* h) e *alio atramento in loco raso T*.* i) excoquitur *K 1, A 1*.* k) accipi *T*, Q.* l) inmittit *T*, K 2.* m) dirigantur *Q.* n) conversacione *K 2.* o) texit *K 2.* p) tum mox *K 1, A 1*.* q) cepisti *Q.* r) *om. K 1, A 1*.* s) consegrari *K 2.* t) laude *K 1.* u) filiciter *K 2.* v) carissime *T**, carissimi *K 2.*
15. a) *sine lemmate H.*

1) *Cum Iosephus in Francia comes Alcvini fuerit, haec epistola sicut prior ex Anglia ad eum missa esse videtur.* 2) *Cf. Alc. de Grammat. (Frobenius II, 267):* spes praemii solet laborem relevare; *Pseudo-Seneca de morib. 56:* spes praemii solacium fit laboris. 3) *sorori Caroli regis, abbatissae Calensi, anno 757. natae, quam Angilbertus et Theodulfus etiam commemorant, cf. Poet. Carol. I, 360. 486.*

dilectionis tuae per singula pene momenta pascebar, felicem aestimans me, dum 793
sanctissimae orationis munimine secundum promissionem vestram fruar.

At nunc maxime assidua precum vestrarum protectione muniri indigeo, dum fluctivagi maris incertum iter temptare conpellar[1], ut divina clementia me ad portum salutis perducere dignetur, atque vestris iterum conspectibus gaudentem adstare condonet.

Sed rogo suppliciter te, Deo devotissima virgo, ne aures prudentiae tuae apices insipientiae meae offendant[a]; et quod me dilectio vera scribere ammonet[b], te humilitas sancta doceat perlegere; nec stilum meum praesumptiosum putes, officiosum agnoscens; et quem in Deo diligit, ammonentem accipit.

Primo omnium te de Dei caritate ammoneo: et nobilitatem imaginis illius serva; et cuius viri sponsa esse coepisti, semper rememora. Inclitus est valde et gloriosus sponsus tuus, qui alium ornatum in te non quaerit, nisi spiritalem; non tortas crinium alligationes, sed rectas morum bonorum conligationes; nec vestimentorum vanum exterius nitorem, sed sanctitatis et castimoniae nobilem interius splendorem; cave, ne aliquid[c] in te inveniat, quod oculos illius offendat; et si forsan, ut solet humanae fragilitatis conditio afferre, aliquam neglegentiae maculam in te malignus spiritus infigat, citius paenitentiae lacrimis abluere memento, ne diu sine sponsi tui maneas amplexu, promptior est te recipere quam amittere: tantum ne tardaveris de die in diem reverti ad illum. Haec enim duo mala maxime odit in hominibus, neglegentiam revertendi, et desperationem salvantis. Tantum haec absint a cogitationibus procul nostris, et ille tunc animis prope erit nostris. Ideo habet nomen Salvator, quia
semper salvat et salvare cupit, sicut scriptum est: 'Qui vult omnes homines salvos fieri'. 1. Tim. 2, 4.

Noli de terrena nobilitate gloriari, sed gratias age ei, qui[d] dum te hominem esse voluit, tam sublimes et claros tibi perdonavit parentes, quorum nobilitatem[e] non superbia, sed humilitate prosequere: et maxime in eo gaude, quia alterius noluit te esse sponsam, ni suam. Quae tibi maior esse gloria poterit vel sublimior honor, quam eius regis esse sponsam, qui super omnes reges est: et quanto ille sublimioris est potentiae in virtute, tanto tu maioris esto diligentiae in sanctitate; sanctitas vero in iustitiae operibus constat[f], iustitia vero duobus modis impletur, hoc est, ut quae prohibita sunt a Deo, non faciamus, et quae iussa sunt ab eo, faciamus, iuxta pro-
phetam: 'Diverte[g] a malo et fac bonum'. De quibus vestrae sapientiae me scribere Psal. 33, 15.
supervacuum aestimo, quia in utrisque ab optimis ac nobilissimis magistris a prima aetate abundantius inbuta es, et excellens naturaleque animi tui ingenium te ubique docet; insuper omnis sanctorum librorum series hoc maxime auribus tuis indicat, iterum iterumque replicat, quid sit omni homini cavendum vel sequendum, in quorum lectione te ipsam exerce, quia per illos tibi loquitur ipse Deus et Dominus noster, et pie voluntatis tibi demonstrat effectum. Recognosce et cogita, quali honore nobis illius legatio sit aestimanda: Quid si a rege[2] legatio et indiculus ad te veniet, numquid non mox aliis curis postpositis[h] prompta et cum omni devotione eius litteras accipis et legis, et implere satages? Ecce de caelo rex regum, immo et sponsus tuus, per prophetas, apostolos et doctores tibi, o virgo, dignatus est dirigere litteras suas, non ut aliquod servitium sibi necessarium demandasset, sed quae ad salutem et gloriam tibi necessaria sciebat esse innotuisset. Harum te litterarum sedula reficiat lectio, quia in illis agnoscitur Deus, in illis vitae aeternae gloria adnuntiatur, in illis quid credere, quid sperare, quid amare, vel quid fugere debeamus, ostenditur.

---

15. a) offendat *H.* b) adm. *H.* c) aliquit *H.* d) quia *H.* e) nobilitate *H.* f) costat *H.* g) Deverte *H.* h) post] *H* (*pro* postpositis, *in fine versus*).

1) *de futuro Alcvini reditu ex Anglia in Galliam haec intellegenda sunt.* 2) *Carolo.*

793 Haec scripsi non ignorantem instruens, sed caritatis officium implens, maxime rogans, ut te ipsam inmaculatam in diem domini nostri Iesu Christi serves; et alios tota intentione monitis seu exemplis trahe[a] tecum, et curre multis comitata post illum,
Cant. 3, 4. Luc. 22, 30. donec introducat vos in domum patris et in cubile genetricis suae, ut edatis[b] et bibatis super mensam eius in regno suo, ubi est cibus sine fastidio, et potus sine siti, et vita sine morte, et gaudium sine tristitia et gloria sine fine. Huc, o virgo, propera, ut semper sanctae genetrici virgini coniuncta agnum sequens per omnia caelestis regni penetralia transeas. Sanctitatem tuam, in omnibus bonis florentem, pro me intercedentem Deus Christus conservare et exaudire dignetur, domina virgo!

16.

Alcvinus Aethelredum regem Northanhumbrorum eiusque optimates propter ecclesiam sancti Cuthberti Lindisfarnensem a Nortmannis vastatam, ut cum virtute vivant, hortatur.

793 post Iun. 8.

Codd. (A 1 fol. 34—37), A 1 p. 39—42 nr. 28, A 2 fol. 123'—127'. Fragmenta huius epistolae* 'Ecce — exordium.' 'Quid — populum' *leguntur etiam apud Willelm. Malmesbir. Gesta reg. Anglor. l. I § 70 p. 73; pontif. Anglor. l. III p. 268. 209 ed. Hamilton. Partem* (Ecce trecenti — in luctum. Considerate — pro ornamentis) *nonnullis additis habet cod. Cantabrig. collegii corpus Christi 190 s. XI fol. 140—142 (Londin. Harleian. 438 f. 145'), quem mihi descripsit V. Cl. R. Harmer bibliothecarius*[a].

Edd. F 12, Haddan and Stubbs Councils III, 492—95, J 22. — Migne col. 161.*

DOMINO DILECTISSIMO AEÐELREDO REGI ET OMNIBUS OPTIMATIBUS EIUS HUMILIS LEVITA ALCHVINE[b] SALUTEM.

Memor dulcissime dilectionis vestre, viri fratres et patres, etiam et honorabiles in Christo domini; desiderans longeva prosperitate patriam divinam nobis conservare misericordiam, quam gratuita largitate per suam nobis olim contulit gratiam; idcirco sepius vos, karissimi commilitones, vel presens, si Deus annuerit[c], verbis vel absens spiritu inspirante divino scriptis ammonere non cesso, et que ad sospitatem patriae terrene atque[d] ad beatitudinem perpetuae pertinere noscuntur sepius iterando, quasi civibus eiusdem patrie, auribus ingerere vestris: ut multoties audita mentibus inolescant ad salutem. Quae est enim karitas in amicum, si utilia tacet amico? Cui debet homo fidem, si non patrie? Cui prosperitatem, si non civibus? Duplici enim germanitate concives sumus: unius civitatis in Christo, id est matris ecclesiae filii, et unius patriae indigene. Ideo vestra non horrescat humanitas benigne accipere, quod mea offerre pro salute patrie studet devotio. Nec culpas vobis invehere me arbitramini; sed poenas amovere velle intellegite.

Ecce trecentis[e] et quinquaginta ferme annis[f 1], quod nos nostrique patres huius pulcherrime patrie incole fuimus[g], et numquam talis terror prius[h] apparuit in Brittannia, veluti modo a pagana gente perpessi sumus, nec eiusmodi navigium fieri posse
Iun. 8. putabatur. Ecce ecclesia[i] sancti Cudberhti[2] sacerdotum Dei sanguine aspersa[k], omnibus spoliata[l] ornamentis, locus cunctis in Brittannia venerabilior, paganis gentibus datur

---

a) trahatur *H.* b) aedatis *H.*

16. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Aeđelredum regem *A*; De predatione Nordanimbrorum Alcuinus ad regem Merciorum misit dicens *Cant.* b) Alchuinus *A 1**. c) annuere *A 1**. d) et quae *A 1**. e) trecenti *Cant.* f) anni *C.* g) fuerimus *C.* h) prior *C.* i) eclesia *A 2.* k) aspersum *C.* l) spoliato *C.*

1) *Cf. infra ep. 17 p. 47. Numerat inde ab anno quadringentesimo quadragesimo nono cf. Beda hist. Angl. I c. 15.* 2) *Lindisfarnensis (nunc Holy Island).*

ad depredandum[1]. Et ubi primum post discessum sancti Paulini[2] ab Euboracia[a] [3] christiana religio in nostra[b] gente sumpsit initium[c] [4], ibi miserie et calamitatis coepit exordium[d]. Quis hoc non timet? quis hoc quasi captam patriam non plangit? Vineam electam vulpes depredarunt[e], hereditas Domini data est populo non suo[5]. Et ubi laus Domini, ibi ludus gentium. Festivitas sancta versa est in luctum. 793 post Iun. 8. Cf. Amos 8, 10.

Attentius[e] considerate, fratres, et diligentissime perspicite, ne forte hoc inconsuetum et inauditum malum aliqua inauditi mali consuetudine promereretur. Non dico, quod fornicationis peccata prius non essent in populo. Sed a diebus Aelfwaldi regis[6] fornicationes adulteria et incestus inundaverunt super terram, ita ut absque omni verecundia etiam et in ancillis Deo dicatis hec peccata perpetrabantur[7]. Quid dicam de avaritia rapinis et violentis iudiciis? dum luce clarius constat, quantum ubique hec crimina succreverunt et populus testatur spoliatus. Qui sanctas legit scripturas et veteres revolvit historias et seculi considerat eventum, inveniet pro huiusmodi peccatis reges regna et populos patriam perdidisse. Et dum aliena potentes iniuste rapuerunt, propria iuste perdiderunt.

Signa enim huius miserie precesserunt, alia per res inconsuetas, alia per mores insolitos. Quid significat pluvia sanguinis, qui[f] quadragessimali tempore Euboraca[g] civitate[h], in ecclesia beati Petri principis apostolorum, que caput est totius regni, vidimus de borealibus domus sereno aere de summitate minaciter cadere tecti[8]? Nonne potest putari a borealibus poenas sanguinis venire[i] super populum? quod in hoc facto nuper ingruente super domum Dei incepisse videri potest. Febr. 20. — Mart. 31.

Considerate[k] habitum, tonsuram, et mores principum et populi[l] luxuriosos. Ecce tonsura, quam in barbis et in capillis paganis adsimilari voluistis[9]. Nonne illorum terror inminet, quorum tonsuram habere voluistis? Quid quoque inmoderatus vestimentorum usus ultra humane necessitatem nature, ultra antecessorum nostrorum consuetudinem? Haec superfluitas principum paupertas est populi. Tales consuetudines olim populo Dei nocuerunt et eum paganis gentibus dederunt in obprobrium, dicente propheta: 'Ve vobis, qui vendidistis pauperem pro calciamentis'[m], id est animas hominum pro ornamentis* pedum. Alii inormitate vestium laborant, alii frigore pereunt; alii Cf. Amos 2, 6.

16. * *post* ornamentis *secuntur in Cant. haec:* vanitatum. Paulus quoque apostolus ait: 'Nolite fieri inanis gloriae cupidi.' Et Isaias propheta dicit: 'Pro eo quod elevatae sunt filiae Syon et ambulaverunt extento collo, decalvabit Dominus verticem filiarum Syon, et Dominus crinem illorum iudicabit (*corr.* illar. nudabit). In die illa auferet Dominus ornamentum, lunulas et coronulas et torques, monilia et armillas' et cetera his similia. Supervacua igitur et Deo odiobilis indumenti et ornamenti superstitio signum est arrogantiae et superbiae et luxuriae. De quibus Sapientia dicit: 'Arrogantiam et superbiam et viam pravam et os bilinguae detestor.' Variis enim modis humani generis adversarius indesinenter circuit quaerens quos capiat vitiorum laqueis, id est vana gloria, superbia, avaritia, gula et luxuria. Haec enim et alia multa retia sunt diaboli, quibus infelicium animas decipit et ad interitum pertrahit, nisi vera penitentia subvenerit. Gal. 5, 26. Isai. 3, 16—19. Prov. 8, 13. Cf. 1. Petr. 5, 8.

a) Eboraco *Will.*, Eboraca *A 1**, -racia *C.* b) exordium *Will.* c) initium *Will.* d) depredavit *C.* e) Atentius *A 2.* f) quam *Will.* g) Eboraca *Will.* h) quae — regni est *sequitur ap. Willelm. post* civitate. i) partibus venire sanguinem *Will.* k) igitur nunc *add. C.* l) populos *C.* m) pedum *add. C.*

1) *die 8. Iunii 793. V. Annales Lindisfarn. (SS. XIX, 505) 793:* 'VI Iduum Iuniarum vastata est a paganis Lindisfarnensis aecclesia'. *In Anglo-Saxon chronicle 793. perperam* 'VI Id. Ian.' *exhibetur. Cf. etiam Simeon. Hist. Dunelm. eccl. l. II c. 5 (Opp. I, 52):* veniunt — ad Lindisfarnensem ecclesiam; miserabili praedatione vastant cuncta, calcant sancta pollutis vestigiis, altaria suffodiunt et omnia thesauraria sanctae ecclesiae rapiunt. 2) *primi episcopi Eboracensis.* 3) *Cf. Bedae hist. eccl. L. II c. 20 § 148.* 4) *V. Bedae hist. eccl. L. III c. 3.* 5) *Cf. Carmen de clade Lindisfarn. v. 199:* Atque dei Christi mundissima vinea Sorehe | Vulpinis subito dentibus esca fuit. 6) *Northanhumbrorum 779—788.* 7) *Cf. infra ep. 101. Epist. III, 343; Alcvini carmen elegiacum de clade Lindisfarnens. monasterii (Poet. Carol. I, 229—235).* 8) *Simeon. Hist. Dunelm. eccl. l. l. p. 51:* cuius cladem. . praesignantia horrenda fulmina et dracones igneis iactibus per aera vibrantes et volitantes videbantur. 9) *Cf. supra synod. Anglic. a. 786 c. 19 p. 27.*

793 deliciis et epulis ut purpuratus dives inundant[a] et Lazarus ante ianuam fame moritur.
Cf. Luc. 16, 19. 20. Ubi est fraterna karitas? ubi misericordia, quam in miseros habere ammonetur?
Iac. 2, 13. Satietas divitis esuries est pauperis. Timenda est illa dominica sententia: 'Iudicium
absque misericordia illi est, qui non facit misericordiam'. Item beato Petro apostolo
1. Petr. 4, 17. dicente legimus: 'Tempus est, ut iudicium incipiat a domo Dei'.

Ecce iudicium a domo Dei[1], in qua tanta luminaria totius Brittanniae requiescunt, cum magno ingruit terrore. Quid de aliis estimandum est locis, dum huic sanctissimo loco iudicium non pepercit divinum? Non arbitror illorum hoc esse, qui in eo habitant loco, tantummodo peccatum.

Utinam et[b] illorum correptio aliorum sit emendatio. Et quod pauci perpessi sunt, plurimi pertimescant et unusquisque dicat in corde suo gemens et tremebundus: 'Si tanti viri et tam sancti patres suam habitationem et requiei suae loca non defenderunt, quis mea defendet?' Defendite patriam precibus assiduis ad Deum, iustitiae et misericordiae operibus ad homines. Sit vobis moderatus usus in vestimentis et cibo. Nichil melius patriam defendit quam principum equitas et pietas et servorum Dei inter-
Isai. 37, 36. cessiones. Mementote, quod Ezechias rex iustus et pius una prece impetravit a Deo,
ut hostium centum octoginta quinque milia una nocte perimerentur ab angelo[2]. Similiter
Isai. 38, 5. idem ipse mortem inminentem sibi lacrimis profusis avertit et quindecim annos vite
suae hac prece superaddi promeruit a Deo.

Mores enim honestos habete Deo placabiles et hominibus laudabiles. Estote rectores populi, non raptores; pastores, non predatores[3]. Deo dante honores accepistis: adtendite observationem mandatorum eius, ut eum habeatis servatorem, quem habuistis largitorem. Oboedite sacerdotibus Dei. Illi enim habent rationem reddere Deo, quomodo vos ammoneant; et vos, quomodo oboediatis illis. Sit una pax et karitas inter vos. Illi intercessores pro vobis, vos defensores pro illis. Super omnia autem karitatem Dei habete in cordibus vestris, et eandem caritatem in observatione mandatorum eius ostendite. Amate eum ut patrem, ut ille vos defendat quasi filios. Volentes nolentes illum habebitis iudicem. Adtendite bonis operibus, ut propitium eum habeatis
1. Cor. 7, 31. vobis. Preterit enim figura huius mundi; et omnia kaduca sunt, que hic videntur vel
habentur. Hoc solum de suo labore potest homo secum adferre, quod in elemosinis vel bonis operibus gerit. Omnes oportet nos stare ante tribunal Christi, ut ostendat unusquisque omnia, que gessit, sive bonum sive malum. Cavete tormenta gehenne, dum vitari possunt; et adquirite vobis regnum Dei et[c] eternam beatitudinem cum Christo et sanctis eius in secula sempiterna.

Deus vos et in hoc terreno regno felices efficiat et eternam vobis concedat cum sanctis suis patriam, domini patres fratres et filii karissimi.

---

a) *corr. in* inundantur *A 1**. b) ut *A 1**. c) *om. A 1**.

1) *ab ecclesia S. Cuthberti Lindisfarnensi.* 2) *Cf. infra epp. 19. 22. 125, Carmen de clade Lindisfarn. v. 161 (Poet. Carol. I, 233):* Plurima pro lacrimis sternuntur milia morte | Ezechiae regis pestiferi populi. | Huic quoque ter quinos clemens Deus addidit annos | Pro prece, quam moriens fundit ab ore Deo. 3) *Cf. infra epp. 111:* Sint praedicatores, non praedatores; *251.*

17.

Alcvinus Aethelhardum archiepiscopum Cantuariensem ex Nortmannorum in Britanniam irruptione ad concordiam cum ceteris episcopis habendam hominesque intrepide corrigendos adhortatur. 793 post Iun. 8.

793 post Iun. 8.

Codd. T fol. 48—51 (T fol. 44—47'), K 1 fol. 3—7', K 2 p. 2—18, Q fol. 118—119', S 1 fol. 163—167' (S 1* fol. 77'—80), (A 1 fol. 68—72), A 1* p. 75—80' nr. 51 A 2 fol. 140'—146'. Exstat etiam in codd. Collegii corpus Christi Cantabrig. s. XI 190 fol. 173—179 et 265 f. 7—13 (Nasmith Catal. codd. 270. 310). Fragmentum habet Willelm. Malmesbir. Gesta reg. Anglor. I § 70 p. 74*[a].

Edd. C 1, Q 28 (cf. col. 1718), F 9, Haddan and Stubbs Councils III, 478, J 28. — Migne col. 152.

PIO PATRI ET SANCTAE SEDIS PRAESULI AEÐILHARDO[b] ARCHIEPISCOPO[1] HUMILIS LEVITA ALBINUS[c] SALUTEM.

Audiens vestrae salutationis verba dulcissima et prosperitatis vestrae sanitatem multis pernecessariam[d], valde me esse fateor gavisum; domini et dei nostri Iesu Christi deprecans tota mentis alacritate clementissimam pietatem, quatenus vestram longaevam[d*] custodiat prosperitatem in[e] augmentum[f] sancte suae[g] ecclesiae; ut per tuam devotissimam doctrinam verbum[h] vitae aeternae crescat et currat[i] et multiplicetur numerus populi christiani in laudem et gloriam Salvatoris nostri. In quo opere te, frater[k] sancte[l], laborare tota[m] virtute obsecro. Et quanto plus appropinquat dies remunerationis, tanto magis mercedis tuae felicitatem accumulare studeas.

Cogita, quales haberes[n] antecessores, doctores et lumina totius Brittaniae[o]. Inter[p] horum[q] sacratissima corpora dum oraveris, illorum precibus certissime adiuvaberis, si ab illorum vestigiis te nec saeculi caduca blandimenta subtrahant nec vani terrores principum formidantem efficiant[r]. Memor esto semper, quod guttur tuum tuba Dei debet esse et lingua tua omnibus praeco salutis. Esto pastor, non mercenarius[s]; rector[t] non subversor; lux et non tenebrae; civitas firma fide murata, non domus pluviis[u] diruta; miles Christi gloriosus, non apostata vilis[v] [2], praedicator[w] et non adolator. Melius est Deum timere quam hominem, plus Deo placere quam homini[x] blandiri[y]. Quid est[z] adolator nisi blandus inimicus[3]? Ambos perdit: et[a] se ipsum et suum auditorem. Isti sunt, qui consuunt pulvillos[b] sub omni cubitu[c] et oves Christi morbidas faciunt, non sanatas[d]. Ezech. 13, 18.

Virgam accepisti pastoralem et baculum consolationis fraternae; illam ad regendum, istum ad consolandum; ut merentes consolationem habeant in te et contumaces correctionem sentiant per te. Potestas iudicis est occidere; tua[e] vero[f] vivificare. Quid times hominem propter gladium, qui[g] clavem regni accepisti a Christo? Recordare, quanta[h] passus est ille[i] pro te; et non[k] metuas loqui pro illo. Ille pro tuo amore clavis[l] confixus pependit in cruce; et tu, sedens in sella dignitatis tuae, ob timorem hominis tacueris? Non ita, frater, non ita; sed, sicut ille dilexit te, ita dilige[m] et illum. Qui plus laborat, plus mercedis[n] accipiet. Si persecutionem[o] patieris

---

17. a) *Lemma:* Epistola Albini levitae ad Aeđelhardum archiepiscopum *A*, Epistola exortatoria ad Aedilhardum (Edilhardum *K 2*) archiepiscopum Doroensis (Dorcensis *Q*) civitatis *T, Q, K 2* (archiep. -civit. *om.*) b) Aedilheardo *T;* Aedilhardo *K 1;* Edilhardo *K 2, Q;* Adelhardo *S 1.* c) Alchuinus *Q.* d) pronecessariam *T.* d*) beatitudinem longaeva—prosperitate *S 1.* e) prosperitate et *T.* f) auementum *K 2;* aumentum *K 1.* g) suę sanctę *S 1.* h) verbis *S 1.* i) curat *T,* currat et crescat *K, A.* k) pater *Q.* l) sanctae frater *S 1.* m) tota labor. *T, S 1.* n) habueris *Q, A 1*.* o) huius provincie *S 1;* Brittanniae *Q;* Britanniae *A.* p) Nunc inter *K 1, S 1.* q) chorum *T;* orum *K 2.* r) efficiat *T.* s) mercennarius *S 1.* t) et *add. Q.* u) pluiis *K 2.* v) Iulianus *in litura Q.* w) pater praedicator *A 2, K.* x) hominibus *K 1, A 2.* y) blandire *T, K 2, S 1.; corr. in* blandiri *K 1.* z) *om. K 2.* a) *om. T, Q, K.* b) pulvillas *T.* c) cubito *A 2, K 2, Q.* d) sanitas *T;* sanctas *K 1, A 2;* sanas *A 1*.* e) tua *corr. in* tuum *A 2;* tu *K 2.* f) *om. K 1, A 1*.* g) quid *T.* h) quia *K, A 2.* i) *om. A, K.* k) ne *A 1*.* l) clavibus *T, A, K, S 1.* m) dilie *K 2.* n) mercedem *S 1.* o) persequutionem *T,* persequutione *S 1.*

1) *Cantuariensi 790—805.* 2) *Sedul. C. Pasch. V, 138:* nunc vilis apostata factus. 3) *Cf. infra epp. 188. 209, Hieronymi ep. 22 c. 2 (Opp. ed. Vallarsius t. I, 88):* Adulator quippe blandus inimicus est.

793 post Iun. 8. propter verbum Dei, quid beatius? ipso Domino dicente: Matth. 5, 10. 'Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam[a], quoniam ipsorum est regnum caelorum', et: 'Ibant apostoli[b] Act. 5, 41. gaudentes[c] a conspectu concilii, quoniam digni habiti[d] sunt contumelias[e] pati pro nomine Rom. 8, 18. Iesu'; et: 'Non sunt condignae passiones huius temporis[f] ad superventuram gloriam, quae revelabitur in nobis'. Si corripueris delinquentem et ad tuam increpationem corriget se, ecce[g] tibi est merces apud Deum[h] et sibi erit salus a[i] Deo; si te oderit[k] increpantem[l], illi est damnatio et tibi beatitudo.

Esto miseris consolator, pauperibus pater; omnibus affabilis, donec intellegas, quid cuique[m] respondeas; et semper tua responsio[n] sale sit sapientiae condita, non temeraria sed honesta, non verbosa sed modesta. Sint tibi mores humanitate[o] praeclari, humilitate laudabiles, pietate amabiles; ut non solum verbis, sed[p] exemplis erudias tecum viventes vel ad te venientes. Sit tua manus larga[1] in elymosinis[q], Luc. 12, 33. prompta[r] in reddendo et cauta in accipiendo. Praepara tibi thesaurum[s] in caelis. Divitiae Prov. 13, 8. Act. 20, 35. viri redemptio est animae illius, quia[t] beatius est magis[u] dare quam accipere. Inveni- Cf. Matth. 13, 46. mus[v] unam margaritam[w] pretiosam: demus omnia, quae habemus, et emamus[x] illam.

Lectio sanctae scripturae saepius tuis[y] reperiatur[z] in manibus; ut ex[a] illa te saturare et alios pascere valeas. Vigiliae et orationes assiduae sint tibi; eo magis, quo pro toto populo christiano intercedere debes. Locus tuus est[b] inter Deum stare et homines; ut Dei legationes deferas ad populum et pro populi peccatis intercedas ad Deum. Fac te eius donante gratia dignum ab eo[c] exaudiri. Haec[d] dignitas est[e] Luc. 12, 35. in vitae castitate et praedicandi fiducia, ipsa attestante veritate: 'Sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes in manibus vestris'. In lumbis castitatis[f] sanctitas, in lucernis praedicationis claritas designatur.

Memor esto, quod sacerdos angelus domini Dei est excelsi et lex sancta ex ore Malac. 2, 7. eius requirenda est[g], iuxta quod in Malachia propheta legimus[h]. Speculator quoque est[i] in excelsissimo[k] positus loco: unde et episcopus[l] dicitur, quasi superspeculator[m] [2], qui omni exercitui Christi prudenti consilio praevidere[n] debet, quid cavendum sit quidve agendum. Isti sunt, id est[o] sacerdotes, luminaria sanctae Dei ecclesiae, ductores[p] gregis Christi. Isti in prima acie vexillum sanctae crucis non segniter sublevare Cf. Matth. 25, 15 sq. debent et ad omnem impetum hostilis[q] exercitus intrepidi stare. Hi sunt, qui talenta, redeunte rege[r] nostro deo Christo cum triumpho gloriae ad paternam sedem, acceperunt; et reveniente eodem magno iudici[s] in die ultimae[t] discretionis rationem reddituri sunt, quantum quisque[u] ex[v] praedicationis labore lucratus esset[w] in officio suo. Quapropter te ipsum[x], carissime[y] frater, idoneum praepara ministrum sermonis Dei. Alios[z] quoque consacerdotes tuos ammone diligentissime in verbo vitae cum omni instantia laborare, quatenus cum[a] multiplici negotiationis lucro ante conspectum aeterni iudicis

---

a) iustitiam usque regnum. Et *S 1.* b) apostuli *K 2.* c) *om. S 1.* d) habeti *T*, abiti *K 2.* e) contumeliam *K 1, A.* f) temporis usque in nobis. Si *S 1.* g) cē *K 2.* h) eum *K 2;* dominum *K 1, A 2.* i) a *om. T.* k) odierit *T, K 1;* odeerit *corr. in* -ierit *S 1.* l) increpationem *T.* m) cui *T;* cuicumque *K 1, A 2; eadem manus in margine K 2 addidit:* aliter omnibus. n) sapientia *Q.* o) humanitatē *T.* p) et *add. A 1*.* q) elimosinis *S 1.* r) prumpta *T, S 1,* promta *K 2.* s) tesaurum *K 2;* thesauros *S 1, Q.* t) qui *S 1.* u) *om. K 1, A.* v) inveniamus *A.* w) margaretam *T, S 1.* x) ememus *T.* y) tuus *T.* z) repperiatur *T, S 1.* a) et *Q.* b) *om. K, Q, A 1*.* c) ab eo *om. Q.* d) *om. K 2.* e) esto *K 2.* f) castitas *K 1, A 2 pro* castitatis sanctitas. g) est *om. T.* h) legitur *T.* i) *om. S 1, A 1*.* k) excelso *K, A;* positus in excelsissimo loco *S 1.* l) sepius *S 1 pro* et episcopus. m) speculator *A, Q, K.* n) providere *Q.* o) idem *K 2.* p) doctores *A, T, K.* q) hostili *T, K 2, S 1.* r) regi *K 1, A 2.* s) indicio *T;* indice *K 2, Q;* iudici *corr. in* iudice *K 1.* t) ultima *K 2;* ultime *S 1.* u) quis *S 1.* v) et *K 1.* w) sit *Q.* x) temet ipsum *K 1, A 2.* y) karissimo *S 1.* z) Alio *T.* a) *om. K 2.*

1) *Poet. Carol. I, 263 v. 5:* Sit tibi larga manus, *infra epp. 124. 311.* 2) *Isid. Etymol. VII, 12, 21:* Episcopi autem Graece, Latine speculatores interpretantur. Nam speculator est praepositus in ecclesia.

gloriosi appareant. Estote[a] unianimes[b] in omni consilio pietatis et constantes in omni 793 iudicio aequitatis. Nullius[c] vos humanae dignitatis terror separet, nulla adolationis post Iun. 8. blandimenta[d] dividant[e]; sed quasi acies castrorum Dei firmissima unitate vos coniungite. Sic tandem concordia vestra terribilis apparet omni[f], qui vult veritati contradicere; Salomone[g] dicente[h]: 'Frater si[i] a fratre adiuvatur[k], civitas firma est'. Prov. 18, 19.

Vos estis, dicente veritate, lux totius Brittaniae[l], sal terrae, civitas super montem Matth. 5, 13–15. posita, lucerna super candelabrum elevata. Item beato principe apostolorum attestante: 'Vos autem[m] estis genus electum, regale sacerdotium'. Per vestrae vero[n] praedicationis 1. Petr. 2, 9. instantiam nos erimus, quod in eadem sequitur epistola[o]: 'Gens sancta, populus adquisi- 1. Petr. 2, 9. 10. tionis'; quatenus per vos virtus adnuntietur illius, qui nos omnes[p] de tenebris vocavit[q] in ammirabile lumen suum; qui aliquando non populus Dei[r], nunc autem populus Dei.

Patres[s] itaque nostri, Deo dispensante, licet pagani, hanc patriam bellica virtute primum pagani[t] possederunt[u]. Quam grande igitur obprobrium est, ut nos christiani perdamus, quod illi pagani adquisierunt. Hoc[u*] dico propter flagellum, quod nuper accidit[v] partibus insulae nostrae, quae prope tricentis[w] quinquaginta[x] annis a parentibus Iun. 8. inhabitata est nostris[1].

Legitur vero[y] in libro Gildi[y*] Brettonum[z] sapientissimi[2], quod idem ipsi Brettones[a] propter rapinas et avaritiam principum, propter iniquitatem et iniustitiam iudicum, propter desidiam et pigritiam praedicationis episcoporum, propter luxoriam et malos mores populi patriam perdiderunt. Caveamus[b] haec eadem nostris temporibus vitia inolescere[c]; quatenus benedictio divina nobis patriam conservet in prosperitate bona, quam nobis in sua misericordia perdonare dignata[d] est.

Ut[e] hoc ipsum omnipotentis Dei largissima efficiat pietas, vos, qui clavem regni caelestis cum apostolis, ligandi solvendique[f] potestatem accepistis a Christo, aperite assiduis[g] praedicationibus portas caeli populo Dei. Et nolite tacere; ne populi peccata vobis[h] inputentur[3]. Requiret[i] enim a vobis animas Deus, quas ad regendum[k] accepistis. Ex subiectorum salute[l] vestra multiplicetur remuneratio.

Pusillanimes[m] consolamini, humiles roborate, errantes in viam veritatis reducite, 1. Thess. 5, 14. ignorantes instruite, scientes exhortate[n], et bonis exemplis vitae vestrae[o] omnes[p] confirmate; contumaces et veritati resistentes virga castigate pastorali, ceteros baculo consolationis sustentate. Et si unianimes[q] eritis, quis vobis resistere poterit? Vel quis cum Deo pacem habebit[r], si praedicatoribus suae salutis non obtemperat[s]; dicente ipsa veritate ad praedicatores verbi Dei: 'Qui vos audit, me audit, et qui vos Luc. 10, 16. spernit, me spernit'. Item ad confortandos[t] eos illisque[u] fiduciam ingerendam[v] loquendi sermonis Dei eadem veritas ait[w]: 'Quodcumque ligaveritis super terram, erit[x] ligatum Matth. 16, 19. 18, 18. et in caelis; et quodcumque solveritis super terram, erit solutum et in caelis'.

---

a) Esto *S 1.* b) unanimes *K 2, Q.* c) nullus *K 2.* d) plandimenta *K 2.* e) divident *S 1.* f) omnis *K 1, A.* g) veritatis dicere salamone *S 1.* h) testante *K 1, A.* i) si frater *S 1.* k) adiuvantur *T.* l) Brittanniae *A 2;* Brintanniae *K 1;* Britanniae *Q;* illius provinciae, nostrae *S 1 pro* Britanniae. m) *om. T, K 1, A.* n) vos *T.* o) epistula *K 2.* p) omnis *T.* q) vocaverunt *T.* r) *om. A.* s) Patris *K 2.* t) *om. A.* u) possiderunt *S 1, T, K 2; corr. in* possederant *A 2.* u*) Hoc dico — dignata (tus) est *ap. Will. l. l.* v) in *add. Q, T, S 1.* w) trecentis *A 2, K 1, Q.* x) quadraginta *S 1, A, K, Q.* y) vos *T;* vero *Q; om. A 2, K.* y*) Gildae *Will.* z) Britonum *Q, A;* brecto. Num *S 1.* a) Britones *Q, A;* brectones *S 1.* b) caveam *K 2.* c) inholescere *T, S 1, K 2.* d) dignatus *K 2, Will.* e) Et ut *A 2.* f) ligandique *Q pro* ligandi solvendique. g) adsiduis *S 1,* asiduis *K 2.* h) in vobis *K 2.* i) requirit *T, K, Q.* k) regendas *S 1.* l) salutem *T.* m) sussilanimes *K 2.* n) exortare *T;* exortate *S 1.* o) vitam nostram *K 1.* p) omnis *T; om. Q.* q) unanimes *K 2, Q.* r) habuerit *K 1, A.* s) obtemperet *A, K.* t) confirmandos *Q.* u) illis qui *K 2.* v) ingenerandam *T;* ingerendum *K 1, A.* w) dicit *A.* x) et reliqua *S 1 pro* erit — caelis.

1) *Cf. ep. 16 supra p. 42.* 2) *V. Gildae sapientis epistolam (Monum. hist. Brit. I, 16 sq.); infra ep. 129.* 3) *Cf. infra epp. 33. 217.*

793 Divisa est potestas saecularis et potestas spiritalis; illa portat gladium mortis in
post Iun. 8. manu[a], haec clavem[b] vitae in lingua[1]. His dicitur: 'Ne timueritis eos': de illis dicitur:
Matth. 10, 26. 28. 'Quia[c] corpus occidunt[d], animam autem occidere non possunt[e]'. De spiritalibus quo-
Matth. 18, 20. que[f] dicitur: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio
Rom. 8, 31. eorum'. 'Si Deus pro nobis, ait apostolus, quis contra nos?' Si Christus in medio
suorum, quis illis nocere poterit? Idcirco vos sacerdotes fiduciam habere debetis
praedicandi; ceteri vero[g] humilitatem audiendi et oboedientiam faciendi quae iubetis[h].
Illi sint, id est saeculares, defensores vestri[i], vos intercessores illorum[k]; ut sit unus
grex sub uno deo Christo pastore, et fiat haec patria ab illo nobis nostrisque nepotibus
conservata in benedictione sempiterna; ut ex hac mereamur ad illam pervenire, quae
finem non habet et est perpetua pace beatissima.

Ut ad hanc pervenire mereamur, vos saepius[l] cum Moyse[m] servo Dei devoto
Deut. 26, 15. pectore dicite: 'Respice, Domine, de sanctuario tuo et de excelso caelorum habitaculo,
et benedic populo tuo Israel[n] et terrae, quam[o] dedisti nobis'. Item cum propheta
Ioel 2, 17. Dei[p] Iohel[q] cum lacrimis clamate: 'Parce, Domine, parce populo tuo, et ne des
Iac. 5, 16. hereditatem tuam in obprobrium gentibus'. Apostolo[r] Iacobo praecipiente: 'Orate
invicem[s], ut salvemini; multum enim valet oratio iusti assidua'. Item Petrus apostolus:
1. Petr. 3, 8. 'Omnes unianimes[t] in oratione estote, conpatientes fraternitati[u], humiles et misericordes'.
Act. 9, 15. Sed[v] et vas electionis[w] praecepit pro omnibus orationes fieri, pro regibus et omnibus[x],
1. Tim. 2, 1. 2. qui in sublimitate sunt positi; quatenus omnipotentis Dei gratia populo christiano
tempora cum prosperitate[y] concedat[z] pacifica in laudem et gloriam sancti[a] sui nominis[b].

Urbs aeterna Dei, terrae[c] sal, lumina mundi[2] —
Bis sex signa poli[3], menses et ter quater anni,
Atque diei[d] horae, lapidesque in stemmate[e] Christi —
Vestra aperire polum poterit vel claudere lingua.
Doctores vitae, magnae et medicina salutis,
Vos fontes vivi, paradisi[f] et flumina sacra;
Vos decus ecclesiae, populi spes, ianua lucis;
Inclita progenies, Salomonis[g] nobile templum.
Per vos, o patres, nostro[h] sub tempore[i] tota
Virtutum meritis[k] fecunda Brittania[l4] floret.
Vos simul unanimes Christi defendite castra,
Et clypeo[m] fidei tela exsuperate[n] nefanda[o].
Pectore concordes, fortes virtute superna,
Iudiciis iusti, humiles pietate modesta,

---

a) manu *Q.* b) clavum *T, Q.* c) Qui *Q, K, A, S 1.* d) occidit *T.* e) possum *T.* f) *om. A 2.* g) vos *T.* h) dicitis *K 1, A.* i) nostri *K 1.* k) eorum *K 1, A.* l) *om. S 1.* m) Moysi *K.* n) *om. T, K 2, Q;* Israel — nobis *om. K 1, A ubi legitur:* et ne des hereditatem tuam, *in A 2 praeterea superscriptum est* in perditionem. o) quae *T.* p) *om. A, K 2.* q) deum *add. K;* ad deum *add. A:* Deum *corr. in* Domini *add. A 1*.* r) *om. A 2, K.* s) in invicem *S 1;* pro invicem *A.* t) unanimes *T, K 2, Q.* u) fraternitatis amatores *K 1, A.* v) *om. A, K.* w) id est Paulus *superscriptum est in A 2.* x) et pro omnibus regibus *A 2 pro* pro regibus et omnibus. y) prosperita *K 2.* z) *om. K 1, A; pro quo habent* largiri dignetur (*post* nominis). a) *om. K 1, A;* sui sancti *S 1.* b) *versus om. S 1, Cantt.* c) terra *T.* d) dī *A 2.* e) stemate *K 1.* f) paradysi *A 2.* g) Salamonis *T, K 2.* h) nostri *K 1, A 2.* i) tempora *K 1, A 2.* k) *reliqua desunt in Q, ubi sequentia folia exciderunt.* l) Britannia *K 1, A 1*;* Brittannia *A 2, K 2.* m) clipeo *A;* glypeo *K 2.* n) superante *T pro* exsuperate; telas superate *A 2, K.* o) nefandas *T, A 2, K 2.*

1) *Cf. infra ep. 255, ubi eadem fere verba:* Divisa est sacerdotalis atque regalis potestas: illa portat clavem in lingua caelestis regni, iste gladium ad vindictam reorum; *225.* 2) *Cf. Alcuini versus ad Leonem (Poet. Carol. I, 247):* Aurea lux mundi, terrae sal, porta salutis. 3) *episcopi duodecim.* 4) *Alc. de sanctis Euboric. eccl. v. 22, V. S. Willibrordi l. II c. 1 v. 5, c. 33 v. 3 (Poet. Carol. I, 170. 209. 218); Fortunati Carm. VIII, 3, 155 (p. 185 ed. Leo); Aldhelm. l. virg. v. 878 (Opp. ed. Giles p. 160):* fecunda Britannia.

Doctores populi, ductores[a] et gregis almi, 793
Semper ubique Deo vos[b] vos estote fideles. post Iun. 8.
Multiplicate pio percepta talenta labore,
Maxima quod[c] summo capiatis praemia[d] caelo,
Cum Christo et sanctis caelestia regna tenentes.
Vosque, mei memores, Christus conservet ubique.
Alchvine[e] dicor ego, vestro devotus[f] amori.
O vos pastores, patres; sine fine valete.
Et tu sancte[g] pater, pius[h] Aedilharde[i] sacerdos,
Iam valeas, vigeas Christo donante per aevum.

18.

Alcvinus Aethelredum regem Northanhumbrorum eiusque principes denuo ad virtutem vocat. *793 post Iun. 8.*

Codd. T *fol.* 51—54 (T* *fol.* 47'—49), K 1 *fol.* 7'—11', K 2 *p.* 19—32, S 1 *fol.* 167'—172 (S 1* *fol.* 88—93), A 2 *fol.* 113—117', A 1* *p.* 28—32 *n.* 24[a]. *Fragmentum exstat in codice* Q.
Edd. Q 29, C 2, F 10, *Haddan and Stubbs Councils III, 488—492,* J 23. — *Migne col.* 157.

EXCELLENTISSIMO[b] FILIO[c] AEÐELREDO[d] REGI ET AMICIS DULCISSIMIS OSBALDO[e] PATRICIO[1] ET OSBERHTO[f] DUCI ET OMNIBUS FRATERNAE DILECTIONIS AMICIS ALCHVINUS[g] LEVITA AETERNAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Suavitas sancti amoris saepius me cogit de antiqua ammonere[h] amicitia[i], de animarum vestrarum salute et de fidei veritate et de pacis concordia, quam habere debetis inter[k] vos. Quia amicitia, quae deseri potest, numquam vera fuit[2]. Amicus fidelis diu quaeritur, vix invenitur, difficile[l] servatur. Vos quaerens inveni amicos, servabo amicos nec dimittam[m], quos amare coepi[n]. Et si lingua taceat vestra de me, litterae[o] tamen meae non taceant de vobis. Sed semper ammoneo devotionis studio[p], quorum semper[q] desidero prosperitatis salutem.

Cogitate, quis[r] vos de[s] multiplici liberavit[t] tribulatione: quoties[u] praesentem eius misericordia evasistis mortem; quoties de manibus[v] inimicorum erepti fuistis. Recordamini, quis vobis omnes perdonavit honores quos habetis, prosperitates[w] contulit, sanitates largitus[x] est, omnibus vos vestris fecit inimicis sublimiores. His omnibus bonis nolite ingrati esse, [sed][y] quia [nec][y] horum[z] gratia bonorum[a] vitam merebitur[b] sempiternam[c], nec[d] haec felicitas huius saeculi vobis aeterna esse[e] poterit. studete diligentissime, ut post hos honores terrenos, caelestes habere mereamini. Omnia

---

a) doctores *T.* b) peto *A*; peto *superscriptum est in K 1.* c) quo *A.* d) in *add. K 2.* e) Alcine *A 1*.* f) devonis *K 2.* g) sanctae *T, K 2.* h) *om. A 2, K 1,* ô *A 1*.* i) Aedilhardo *K 1, A 1*;* Aethelharde *T, K 2.*

18. a) *Lemma*: Epistola ad Aedelredum regem *A 2;* Item epistola (Incipit *K 2*) Aedilraedo regi et principibus populoque Nordanhumbrorum gentis *T, K 2;* Albinus genti Anglorum regibus ac ducibus episcopis et omnibus in sublimitate constitutis *K 1, A 1*.* b) Excellentissimo — salutem *om. K 1, S 1.* c) *om. K 2.* d) Aethelraedo *T, K 2;* Aedelraedo *A 1*.* e) Osdaldo *K 2.* f) Osbereto *T;* Hosbereto *K 2.* g) Alc *T;* Alcuinus *A 1*.* h) ammore *T;* amore *K 1;* amare *K 2.* i) amicitiae *K 1.* k) in *S 1.* l) dificile *S 1.* m) demittam *T, S 1;* timittam *K 2.* n) cepi *K 1.* o) lite *K 2.* p) stadio *A 2.* q) *om. A 1*.* r) qui *A 1*.* s) *om. A 2.* t) liberatum *S 1.* u) quotiens *T.* v) manu *T, K.* w) prospera *S 1.* x) largitor *S 1.* y) *add. J.* z) honorum *K 1.* a) eorum *K.* b) merebimini *A 2.* c) vitam mer. sempiternam *T, S 1, K 2.* d) sed quia *A 2, A 1*.* e) non *add. A 1*.*

1) *De quo v. Simeon. Dunelmens. ad 796 (p. 57).* 2) *Proverbium Alcvino valde tritum ex Hieronymi epist. 3, opp. ed. Vallarsius I, 13, v. infra epp. 147. 170. 204. 212. 250.*

793 post Iun. 8. huius saeculi delectamenta[a] velut volatilis fugit umbra[1]; et solummodo[b] manet in remuneratione bonum[c], quod pro Dei amore egistis.

Grandis enim via de terra[d] videtur esse ad[e] caelum. Firmissima debet esse scala, per quam ascenditur: facilis est[f] casus ad inferna. Sed haec facilitas magnam habet difficultatem: sempiternum siquidem ignem, qui urit[g] inextinguibiliter[h] cadentes[i] in illum. Difficultas vero ascensionis[k] in caelum magnum[l] habet gaudium, dum[m] pervenitur[n], quo ascenditur[o]: beatitudinem siquidem sempiternam.

Si forte quaeritis, quomodo quis ascendat[p] in caelum, vel quis quomodo[q] cadat in infernum: per mala igitur opera ruit homo[r] ad infima, per bona vero opera[s] ascendit ad superna.

Mala itaque sunt opera: delectatio[t] carnalis, ambitio saecularis, avaritia et omnis[u] concupiscentia mala, violentia, rapina, mendacia[v], luxoria, fornicatio, invidia, homicidia, ebrietates[w], commessationes[x], inimicitiae[y], superbia et periuria[z]: dicente apostolo: Gal. 5, 21. 'Quoniam[a] qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt', nisi[b] confessione et longa paenitentia[c] et elimosinis[d] multis emendentur. Unumquodque horum[e], quae[f] enumeravi, regnum Dei claudere poterit et infernales poenas aperire homini[g]. Vae animae, quae ardentes flammas semper[h] sustinere cogitur.

Bona vero sunt opera, per quae ascendere in[i] caelum possumus[k]: caritas Dei, honor illius et timor, vigiliae et orationes ad Deum[l], dilectio hominum et misericordia in homines et remissio peccantibus in nos, iustitia in iudiciis, veritas in verbis, pacientia in adversitatibus[m], nemini reddere malum pro malo, elimosyna[n] in pauperes, benignitas in omnes homines, pietas ad amicos[o], fides recta in Deum, spes firma in[p] illius bonitatem, modestia in vestimentis et in omni usu saeculi temperantia, continentia in cibo et potu[q], in mente humilitas, in moribus honestas, in omni vita aequitas. Hi[r] sunt gradus, per quos caelum ascenditur: hi[r] sunt mores, qui homines faciunt laude dignos; haec sunt opera, quae gaudia merentur sempiterna. Haec est sapientia vera, ut homo sibi praevideat, quomodo in aeternum feliciter vivat. Nullatenus homo perire poterit, sicut animal quodlibet. Sed post hanc vitam victurus erit[s] in aeternum: bene Matth. 16,27. propter bona opera, male propter mala[t] opera. Quia Deus unicuique reddet[u] secundum opera sua.

Nolite iniustas amare divitias. Quia omnis iniustitia[v] ulciscitur a Deo: et melior est benedictio Dei quam omnes[w] divitiae[x] mundi. Quicquid in saeculo amatur, amittitur; quicquid pro Deo[y] datur, habetur. Cui largus eris, si tuae animae tenax? vel quis tibi fidelis erit, si tu tibi ipse infidelis eris? Cur[z] in alium spem ponis et tu tibi ipsi[a] benefacere non vis? Morieris, o homo, et omnia dimittis[b], quae habes.

---

a) dilectamenta *T, S 1.* b) solus modo *S 1.* c) bona *T, K.* d) terris *T, K 2.* e) in *K.* f) *om. S 1.* g) uret *A 2, A 1**. h) inextinguiuiliter *T.* i) cadens *K.* k) ascensum *S 1.* l) in caelum magnum in caelum magnum *T.* m) deinde *S 1.* n) pernitur *T.* o) ascendit *K 2.* p) ascendit *T, S 1, K 1.* q) quomodo quis *K 1.* r) *om. A 2, A 1**. s) *om. K, S 1.* t) dilectatio *S 1:* dilectio *T.* u) omnes *S 1.* v) *corr. in* mendacium *A 2, ubi etiam* periurium *superscriptum est.* w) hebrietates *T;* ebrietas *K 1.* x) comesationes *K 1.* y) et *add. K.* z) et superbia periuria *T, S 1:* et periuria *om. K.* a) *om. T, K;* quia *S 1.* b) nisi in *K 2:* nunc *S 1.* c) penitentia *T.* d) elymosina *S 1.* e) eorum *K 2.* f) quos *A, T.* g) hominibus *K 2, S 1.* h) *om. A 1**. i) *om. A, T, S 1.* k) posumus *S 1.* l) Dominum *K 2, A 1**. m) adversantibus *T.* n) elemosinae *A 2;* aelemosinae *K 2;* elymosinae *S 1;* elimosynae *T.* o) in amico *T;* in amicos *S 1, A.* p) ad *K 2.* q) potu et cibo *T.* r) Hii *T.* s) est *A 1**. t) male *K 2.* u) reddit *T, K 2, S 1.* v) iniustitias s *craso T.* w) omnis *K 2.* x) duutiae *A 1**. y) dono *A 1**. z) Quur *K 2.* a) ipse *K 2.* b) dimittes *A 1**.

1) *Cf. Alcuini Dialog. de rhetor. et virtutib. (Rhetor. lat. ed. Halm p. 550):* quae *(scil. felicitates seculi)* velut volatilis umbra recedunt; *infra, ep. 297.*

Hic vis dives esse, peregrinus et parvi temporis hospes; et non vis ibi esse[a] dives, 793 ubi semper eris? Praemitte tibi[b] divitias tuas, ut[c] habeas in aeternum, quod amas[d] post Iun. 8. in saeculo. Construe tibi bonis operibus beatam domum.

O[e] quam miser erit, qui semper arsurus erit in igne, qui tenebris circumdatur horrendis, qui nil[f] audiet nisi voces[g] flentium et stridentium dentibus horrorem, qui Cf. Matth. 8, 12. nil[f] sentit nisi flammas edaces et frigora ingentia et vermium venenatos dentes. Ut[h] haec horribilia, o amice, evadere valeas, nullus tibi labor durus videri debet; ut ad illam beatitudinem pervenire merearis, aeterna pace iocundissimam, aeterna gloria felicissimam. Nulla saecularis ambitio[i], nulla carnis[k] delectatio[l], nulla inimicorum vindicta impediat cursum tuum. Sed curre, dum lucem habes; operare, dum dies est; Ioh. 12, 35. quatenus ad lucem pervenias[m] perpetuam, ut cum Christo et sanctis eius regnare merearis in[n] gloria sempiterna.

Non solum vos, viri clarissimi et filii carissimi[o], his meis ammoneo[p] litterulis. Sed et[q] omnes dilectae gentis[1] principes et diversarum dignitatum[r] nomina[s], seu ecclesiasticae pietatis ordines seu saecularis potentiae sublimitates, communi caritatis intuitu, quasi alumnus vestrae dilectioni[t] devotus, deprecor Dei diligentissime[u] oboedire[v] praeceptis, praedicatoribus[w] salutis vestrae subditos esse. Illorum est[x], id est sacerdotum, verba Dei non tacere. Vestrum est, o principes, humiliter oboedire, diligenter[y] implere. Regis est omnes[z] iniquitates pietatis suae potentia obprimere; iustum esse in iudiciis, pronum in misericordia — secundum[a] quod ille miseretur subiectis[b], miserebitur ei Deus — sobrium in moribus, veridicum[c] in verbis, largum in donis, providum in consiliis; consiliarios habere prudentes, Deum[d] timentes, honestis moribus ornatos. Oportet eum non cupidum esse alienae[e] hereditatis, non avarum, non violenter rapientem; dicente apostolo: ‘Neque fures, neque avari, neque rapaces regnum Dei 1. Cor. 6, 10. possidebunt’. Multi[f] vero per rapinas et iniquitates colligere[g] gestiunt; et nesciunt, quod utrumque propter avaritiam iniquam et terrena cito perdunt bona et caelestia numquam adquirunt. Et saepe[h] per rapinas propria amittunt[i]; quia Deus gemitum exaudit oppressorum.

Legimus quoque[2], quod regis bonitas totius[k] est gentis prosperitas, victoria exercitus[l], aeris[m] temperies, terrae habundantia[n], filiorum benedictio, sanitas plebis. Magnum est totam[o] regere gentem. A regendo vero rex dicitur[3]; et qui bene regit subiectum sibi populum, bonam habet a Deo retributionem: regnum scilicet caeleste. Valde feliciter regnat in terra, qui de[p] terreno regno merebitur[q] caeleste. Orationibus vero et[r] vigiliis eo instantius ad Deum insistere debet, quo[s] non pro se solummodo, sed pro totius gentis prosperitate Deum deprecari debet.

Similiter principes et iudices populi in iustitia et pietate populo[t] praesint. Viduis, pupillis, et miseris sint quasi patres; quia aequitas principum populi[u] est

---

a) dives esse *T, K 2, A 1**. b) ibi *T*. c) et *T*. d) ames *S 1*. e) *om. T, S 1, K 2*. f) nichil *A 2*; nihil *K 2, A 1**. g) vocem *S 1*. h) et *T*. i) ambis *S 1*. k) carnalis *A*. l) dilectatio *T, S 1*. m) pervenies *T*. n) ad gloriam sempiternam *K 2*. o) karissimi *S 1*. p) adm. *T, S 1*. q) *om. A 1*, S 1*. r) dignitatum *om. K, T*. s) nostra *S 1*. t) dileccionis *K 2*, *corr. in* ni *A 1**. u) dilectissimae *T*. v) oboediri *S 1*; obedire *A 1**. w) *corr. in* praedicatoribusque *A 2*. x) *om. S 1*. y) *corr. in* diligenterque *A 2*. z) omnis *T, K 2*. a) Semper *A 2 pro* Secundum. b) obiectis *S 1*. c) veredicum *T, K 2, S 1*. d) dominum *A 1**. e) aliena *T*; alienarum hereditates *K 2*. f) *Haec verba:* Multi — adquirunt, *quae in codicibus non suo loco leguntur (v. infra p. 52 n. w) huc reduxit J.* g) collegere *S 1*. h) Et sepe *corr. in* sepe enim *A 2*. i) *sic scripsit J pro* amittit *codd.* k) docius *K 2*. l) *corr. in* exercituum *A 2*. m) aeries *S 1*. n) abundancię *K 2*. o) totum *S 1*. p) te *K 2*. q) caelestem merebitur *S 1*. r) *om. S 1*. s) quō *A 2*; quoniam *A 1**. t) presint populo dei *S 1*. u) *corr. in* populorum *A 2*.

1) *Northanhumbrorum.* 2) *Nescio, ubi.* 3) *Isidori Etymol. l. III c. 3, 1:* reges a regendo vocati

793 exaltatio[a]. Ecclesiarum Christi sint defensores et tutores: ut servorum Dei orationibus
post Iun. 8. longa vivant prosperitate. Ecclesia[b] enim[c] sponsa est Christi; et qui eam violare nititur vel rapere, quae sua sunt, vindicat in[d] eum deus Christus, sponsus[d*] sanctae suae ecclesiae[e].

Vidistis[f], quomodo perierunt antecessores[g] vestri reges et principes propter iniustitias[h] et rapinas et inmunditias vitae. Nec ab huiusmodi[i] se peccatis[k] criminum capitalium[l], Deum timentes, abstinuerunt; nec[m], quod[n] peius est, inmanissima scelerum vulnera poenitentiae medicamentis sanare curarunt[o]. Sed[p] conputruerunt in peccatis suis; donec repentino terrore cecidit super eos[q] iudicium Dei et tam infeliciter[r] in conspectu omnium[s] perierunt, quam[t] inpudenter sine ulla reverentia pessimis se involvi sceleribus non metuerunt. Heu, quam misere praesentem perdiderunt vitam. Sed multo miserabilius[u] in aeternis cruciantur tormentis. Timete illorum perditionem[v]; et a talibus vosmetipsos impietatibus observate, in quibus illi perierunt. Idem enim Deus super vestra vigilat opera, qui illorum non pepercit sceleribus[w].

Illius modi, viri fratres, in[x] vobismet[y] ipsis cavete iniquitates; quatenus Deum omnipotentem in praesenti vita propitium habere mereamini et in futura[z] aeternorum largitorem bonorum. Pacem habete[a] inter vos et benignitatem[b], misericordiam et iustitiam ad omnes homines. Et castitatem corporis vestri custodite, ut Spiritus sanctus[c] vestris inhabitet[d] pectoribus; qui sapiens[e] vobis semper suggerat[f] consilium vosque ab omni[g] defendat hoste visibili et invisibili. Vestroque domino fideles estote, ut per vestram concordiam regnum dilatetur vestrum[h], quod saepe per[i] discordiam
Luc. 11, 17. minui solebat — dicente ipsa veritate: 'Omne regnum in se[k] divisum non stabit[l]' — sicuti maxima mundi[m] imperia[n] per dissensiones intestinas dilapsa[o] decrescebant[p] et e contrario minima quaeque[q] civitatis cuiuslibet, vel provinciae per pacificam concordiam regnum crescebat et proficiebat et[r] fortioribus sibi tandem imperabat[s] regnis.

Iun. 8. Timete flagellum[t], quod venit super ecclesiam[u] sancti Cudberhti[v], locum scilicet sanctissimum et multorum sanctorum suffragiis diu tutissimum[w], nunc vero miserabiliter[x] a paganis devastatum[y]. Qui hoc non timet et se ipsum non corrigit[z] et pro suae patriae[a] prosperitate non plangit ad Deum, carneum non habet cor, sed lapideum.

Episcoporum est monasteria corrigere, servorum Dei vitam disponere, populo Dei verbum[b] praedicare et[c] diligenter plebem erudire subiectam. Laicorum est oboedire praedicationi[d], iustos esse[e] et misericordes; quatenus[f] divina benedictio per suam magnam misericordiam nobis nostrisque nepotibus patriam in bona prosperitate conservare dignetur, quam nostris parentibus per[e] pietatis suae dexteram perdonare dignata[g] est.

Ad[h] defensionem sanctae suae ecclesiae et prosperitatem gentis nostre divina pietas vos conservare dignetur.

---

a) exultatio *K 2.* b) Aecclesia *T.* c) sp. est en. *T, S 1,* enim *om. K 1.* d) *om. A 1*.* d*) est *add. K 1.* e) aecclesiae *T.* f) videtis *K.* g) antecessore *K 2.* h) insticias *K 2.* i) huiuscemodi *K 1:* hunscemodi mundi *K 2.* k) *om. A.* l) capitalium *corr. in* -talibus *A 1*.* m) ne *K.* n) quid *K 1.* o) curaverunt *A 1*.* p) O *K 2.* q) *om. K 2.* r) feliciter *T.* s) omnes *S 1.* t) quia *A 2.* u) mirabilius *S 1.* v) perditione *S 1.* w) *Secuntur in codicibus* Multi — adquirunt, *quae verba suo loco reddidit J. supra p. 51, v. 25.* x) *om. T, K.* y) nobismet *T.* z) futuro *K;* et futuram *S 1.* a) abeto *K 2.* b) et *add. K.* c) *om. K 1.* d) habitet *K;* in *add. K 1.* e) est *add. K 1.* f) sugerat *S 1.* g) omne *T, S 1.* h) vestram *T.* i) propter *T, K 1;* pro discordia *K 2.* k) ipsum *add. G.* l) *corr. in* in se ipsum — desolabitur *A 2.* m) *om. T, K.* n) imperitia *T, K 2, S 1.* o) dilapse *T, K 2, S 1.* p) decrescebat *T.* q) quoque *S 1.* r) ut *T, K, S 1.* s) imperaret *K 1.* t) flagella *S 1.* u) ecclesias *S 1.* v) Gudbercti *T, S 1;* Cuthberti *K 1;* Gudperti *corr. in* Cudperti *K 2.* w) diutissimum *T, K, S 1;* -giis diutissimum *incipit cod. Q.* x) mirabiliter *T.* y) devastatam *S 1.* z) corriget *S 1.* a) *om. A 2.* b) verba *S 1.* c) et — subiectam *om. A 2, T, K, S 1.* d) et diligenter plebem erudire subiectam *add. T, K, S 1;* sed — subiectam *add. A 2, ubi haec verba sic correcta sunt:* Sacerdotum est diligenter — subiectam. e) *om. T.* f) quatinus *K 1.* g) dignatus *K.* h) Ad — dignetur *om. T, K, Q.*

19.

793 post Iun. 8.

Alcvinus monachos Wiremuthenses et Girrenses cohortatur propter Nortmannorum in Britanniam irruptionem. *793 post. Iun. 8.*

Codd. T fol. 67—69' (T fol. 62—64), K 1 fol. 36'—39, K 2 p. 108—116, S 1 fol. 180'—184', A 1 fol. 20, A 2 fol. 117'—121, A 1* p. 32—36 n. 25, Q fol. 124—126, D fol. 227'—230* [a]. *Fragmentum* (Adsuescant — remunerationis gloriam) *legitur ap. Willelm. Malmesb. Gesta reg. Anglor. I § 70 p. 73.*
Edd. C 23, Q 49, F 13, J 27. — Migne col. 162.

SANCTISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS WIRENSIS[b] ECCLESIAE ET[c] GYRVENSIS[d] HUMILIS LEVITA ALCHVINE[e] SALUTEM.

Semper pietatis[f] vestrae relegionem[g], ex quo scire potui, amavi; magnamque in vestrae[h] unanimitatis[i] orationibus habens fiduciam et, modo licet corpore procul[k] positus, animo tamen[l] inter vos[m] semper adsistens[n]. Quia latitudo caritatis nulla dividitur longinquitate, nullis clauditur terminis; sed quo magis ardet in pectoris antro, eo latius flammam suavissimi[o] ardoris[p] spargere adsuescit. Sicut fons paradisum (Gen. 2, 10.) inrigans quadrivido[q] tramite latum diffunditur in orbem, sic fons caritatis, pectus virtutum floribus pullulans[r], in quattuor amoris rivos dirivatur[s]; veluti sanctus Augustinus[t] in libro primo de doctrina christiana dixit[1]: 'Cum ergo quattuor sunt[u] diligenda[v], unum quod supra nos est, alterum quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est — Deus[w] supra nos est, proximus iuxta nos est, corpus nostrum infra nos est — de secundo et quarto nulla praecepta danda erant[x]. Quantumlibet enim homo excidat[y] a veritate, remanet illi dilectio sui et dilectio corporis sui'. Ideo praecepit scriptura[z], ut[a] Deus diligatur et proximus. 'Nullum[b] [2] rerum diligendarum genus in his duobus praeceptis praetermissum est'. Salus vero corporis propter servitium[c] Dei amanda est, et integritas animae in Deo diligenda est[d]. Proximus, id est omnis homo, propter Deum et super omnia Deus[e] diligendus est. 'Diliges[f]' inquit[g] 'dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et (Matth. 22, 37.) ex tota mente tua; et diliges[f] proximum tuum[h] sicut te ipsum'. Omnem[i] vero hominem proximum esse, exemplo vulnerati et Samaritani discamus[k]. 'Nullum[l] [3] autem exceptum esse[m], cui misericordiae[n] denegetur officium, quis non videat? quando[o] ad inimicos etiam porrectum est, eodem Domino dicente: 'Diligite inimicos vestros, bene- (Luc. 6, 27.) facite his, qui oderunt[p] vos'. Si inimici diligendi sunt, quanto magis et fratres, qui uno ovili continentur?

Vos vero, fratres[q] sanctissimi, iisdem[r] patribus spiritali doctrina congeniti eisdemque[s] diu[t] pastoribus per pascua vitae deducti, similibus regularis[u] vitae

---

19. a) *Lemma:* Epistola Albini ad fratribus Viorensis aecclesiae *A*; (Epistola *Q*) ad fratres Wirensis et Gyrvensis (Girv. *Q*) ecclesiae *T, Q.* b) Viorensis *A*, hr̄ *D*, Wirensis — Gyrvensis *om. K.* c) humilis ill. *S 1*, humillimus ill. *D pro* et — Alchvine. d) Girvensis *Q.* e) Albinus humilis levita *K 1*; Alchune *A 2*; Alchuinus *Q*; Alcuinus *A 1**; *om. K 2.* f) pietas *T.* g) religionem *K 1, A 1*.* h) unan. orat. vestrae *K 1.* i) unanimitates *T.* k) *om. K 1.* l) *om. K.* m) inter vos *om. A.* n) *corr. in* adsisto *Q.* o) suavissimis *T.* p) odoris *S 1, D.* q) quadrifido *K 1, A*; quudruuo *Q.* r) pululans *T, K 2, S 1.* s) *corr. in* derivatur *A 2.* t) Agustinus *K 1, S 1.* u) sint *Aug.*, sunt *codd.* v) eligenda sunt *superscr. D*; *corr. in* eligenda *S 1.* w) Deus — iuxta nos est *om.*, corpus — nos est *del. Q.* x) sunt *S 1.* y) excedat *K 1.* z) script. praecepit (praecipit *A 1**) *S 1, A 1**; dicens *add. S 1, D.* a) *om. S 1.* b) Nullus *S 1*; Nulla *D.* c) servitutem *A.* d) diligendae *S 1.* e) *om S 1.* f) Diligis (Diliis *K 2*) *S 1, T*; *corr. in* diliges *A 2.* g) inquid *T, S 1.* h) *om. S 1. D.* i) Omnis vero homo proximus esse *S 1, D.* k) dicamus *T.* l) Nullus *S 1.* m) *om. Q.* n) misericordia *D.* o) quoniam *S 1, D.* p) vos od. *S 1.* q) *om. T.* r) isdem *A 2*; hisdem *T, Q, K 2*; a sanctis *S 1, D.* s) eisdem *T, K*; *om. Q.* t) atque a bonis *S 1, D pro* eisdemque diu. u) canonicae *S 1, D.*

1) *August. de doctrina christ. I c. 23 § 22, opp. edd. Benedict. III, 11—12.* 2) *Ibid. I c. 26 § 27, col. 13.* 3) *Ibid. I c. 30 § 31, col. 15.*

[793 post Iun. 8.] institutionibus edocti, pacis et concordiae unanimitatem[a] diligentissime[b] observate. [Matth. 5, 9.] 'Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'. Non sint scismata occultae aemulationis[c] [1. Ioh. 4, 16.] inter vos; quia deus Christus, deus est[d] pacis et caritatis[e], et 'qui in caritate manet, in Deo manet'. Dilectio vero[e*] proximi in officio misericordiae et doctrina salutis ostenditur. Qui[f] habet[g] verbum Dei in corde, doceat proximum; qui habet saeculi facultatem[h], adiuvet proximum[i]; qui habet[k] cuiuslibet ministerii scientiam, opituletur [Matth. 7, 12.] proximo; ipso praecipiente Deo: 'Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, haec eadem et vos facite illis'.

Regularis[l] vitae observationem quam statuerunt vobis[m] sanctissimi patres Benedictus[n] [1] scilicet et Ceolfridus[o] [2], diligentissime custodite; quatenus[p] cum illis aeternae[q] benedictionis[r] mercedem habere[s] mereamini. Haec est laus vestra, iste[t] honor vester apud homines et retributio apud Deum. Nolite conformare[u] vos saeculi hominibus in vestimentorum vanitate, in ebrietatis luxoria[v], in ioci[w] lascivia[x], in ociositatis[y] petulantia; sed cum omni modestia et pietate conversatio vestra Deo sit amabilis et hominibus venerabilis, sicut decet filios sanctae matris[z] et monachicae vitae alumnos.

Vos vero, qui estis patres et pastores sanctae congregationis, docete[a] diligentissime[b] fraterno amore familiam, quam accepistis[c] regendam; omneque[d] bonitatis exemplum in vobismetipsis ostendite. Seniores ut patres cum honore ammonete, iuniores ut filios cum omni dilectione castigate, omnes in spiritu mansuetudinis et verborum honestate instruite.

Saepiusque regula[e] sancti Benedicti legatur[f] in conventu fratrum et[g] propria exponatur lingua[3], ut intellegi[h] possit ab omnibus. Ad cuius institutionem unusquisque suam corrigat[i] vitam; ut, quod Deo vovistis ante altare, inviolabiliter custodiatur a [Ps. 75, 12. Eccle. 5, 3.] vobis; dicente propheta: 'Vovete[k] et reddite domino Deo[l] vestro'. Displicet enim Deo infidelis promissio.

Cogitate[m] quem habeatis defensorem contra paganos, qui[n] apparuerunt circa [Iudith 13, 17.] terminos maritimae habitationis. Nolite in armis spem ponere, sed in Deo, qui numquam deserit sperantes in se. Nolite in fuga confidere carnali[o], sed in prece[p] patrum vestrorum; sicque tandem[q] filii eritis, si eorum vestigiis adherere studeatis[r]. Non enim loci malefacientes adiuvat sanctitas[s]; sed benefacientes relegionis integritas efficiet sanctos et dignos protectione divina. Quis non timet terrorem, qui accidit in ecclesia[t] sancti Cudberhti[u]? Corrigite quapropter mores vestros; ne propter peccata sceleratorum pereant et[v] iusti; ne vinea Domini vulpinis detur[w] dentibus ad derodendum[4]; ne sanctuaria Dei pedes paganorum pertranseant[x]. Hoc impium esse videtur: sed

a) unanimitate *D.* b) diligentissimae *T.* c) occulta et emulationes *D.* d) pacis est *S 1.* e) caritas *D.* e*) *om. S 1.* f) Qui — proximum *om. K 1.* g) habeat *A 2.* h) facultatem *corr. in* -tes *A 1*.* i) proximo *D.* k) habeat *T.* l) vel canonicae *add. S 1, D.* m) *om. D;* viri *add. A 2;* vestri *add. A 1*.* n) Benedictus (Bedictus *K 2*) scilicet seu reliqui patres *K;* Benedictus scil. et Ceolfridus *om. S 1, D.* o) Ceolfredus *Q.* p) quatinus *K 1.* q) aeternam *T, Q, K.* r) benedictione *corr. in* -nis *K 1.* s) *om. K 2.* t) est *add. A.* u) conformari *D.* v) luxurie *Q;* luxuria *K 1, A 1*.* w) iocis *K.* x) lasciviae *K 1.* y) ocietatis *T, K 2; corr. in* ociositatis *K 1;* otietatis *S 1.* z) ęcclesię *add. S 1, D.* a) docete — saepiusque *om. K 1.* b) diligentissimae *T:* diligentissime — saepiusque *om. K 2.* c) ad *add. S 1, A 1*, Q.* d) omnemque *T, S 1.* e) regulam *K 1.* f) *om. A 2, T, Q, K.* g) *om. K, S 1.* h) intelligi *K 1, A 1*.* i) corrigit *K 2.* k) vovite *S 1, T, K 2, D.* l) Deo vestro *om. S 1, D.* m) Cogitate — sequi vestigia *om. K.* n) vel contra inimicos *S 1, D pro* qui — habitationis. o) *om. A, T, Q.* p) praece *T; corr. in* precibus *A 1.* q) tantum *A.* r) studeamini *A 2.* s) vestra *add. Q.* t) ecclesiasque *S 1 pro* eccl. sancti. u) Cudberti *T;* Cuthberti *Q;* ill. *D, ubi alia manus superscripsit* Cutberti; Cutbereti *S 1.* v) *om. A, S 1, D;* etiam *Q.* w) dent. ad derod. detur *S 1.* x) pertranseat *S 1, D.*

1) *qui obiit a. 703.* 2) *qui abbatiam abdicarit a. 716. De quibus cf. Bedam de vita abbatum Wiremuthensium (Opp. ed. Giles T IV, 382. 390. 398). J.* 3) *Anglosaxonica.* 4) *Cf. supra p. 43 n. 5.*

multo peius est, si diaboli[a] atrocitas propter scelera[b] nostra cordis nostri devastat 793
penetralia. Propter interiores hostes exteriores potestatem habent. post Iun. 8.

Si igitur Deus pro bona conversatione[c] et castitate vitae habitator est cordis
nostri; numquam inimicos suos vastare dimittit, quae sua[d] sunt. Quanta[e] multitudo Isai. 37, 36.
exercitus Assyriorum propter unam iusti regis et Deo dilecti orationem[f] perierat[g]!
Aliorum castigatio vestra sit[h] ammonitio; et paucorum tribulatio multorum sit salvatio.

Vos[i] maritima habitatis, unde pestis primo ingruit. In nobis impletum[k] est,
quod olim per prophetam praedictum[l] est: 'Ab aquilone inardescunt mala et a Domino Ierem. 1, 14.
formidolosa laudatio veniet'. Ecce fugax latro boreales[m] insulae nostrae[n] partes[o] Iob 37, 22.
pervasit[p]. Plangamus, quod fratres nostri[1] perpessi sunt. Caveamus, ne nobis aliquid
accidat tale. Praeveniamus faciem Domini[q] in confessione et ploremus coram Domino, Ps. 94, 2. Ps. 94, 6.
qui fecit nos; ut ille, qui creator est et redemptor, sit etiam protector et rector
pro[r] bonisque[s] vitae meritis et relegionis castitate dextera potentiae suae defendat
ovile suum.

Recordamini quam[t] nobiles habuistis patres; et non sitis tantis progenitoribus
degeneres filii. Videte librorum[u] thesaura[v]; considerate ecclesiarum decorem, aedifi-
ciorum pulchritudinem, regularis vitae ordinem. Rememorate, quam[t] beatus est[w] homo,
qui de his pulcherrimis habitaculis ad caelestis regni gaudia transeat[x].

Adsuescant pueri laudibus adstare superni regis; non vulpium fodere cavernas,
non leporum fugaces sequi[y] cursus. Quam[z] impium est Christi amittere obsequia[a]
et vulpium sequi vestigia[2]. Discant[b] pueri scripturas sacras[c]; ut aetate perfecta
veniente alios docere possint[d]. Qui non discit in pueritia, non docet in senectute[3].
Recogitate nobilissimum[e] nostri temporis magistrum Baedam[f] praesbiterum[4]: quale[g]
habuit in iuventute discendi studium, qualem nunc habet[h] inter homines laudem,
multo maiorem apud Deum remunerationis gloriam. Illius[i] igitur[k] exemplo[l] dormientes
excitate[m] animos. Magistris adsidete[n], aperite libros, perspicite litteras, intellegite
sensus[o] illarum[p], ut et[q] vosmetipsos pascere et aliis spiritalis vitae pastum[r] praebere
valeatis. Absconditas[s] commessationes[t] et furtivas[u] ebrietates quasi foveam inferni
vitate; dicente Salomone[v]: 'Aquae furtivae dulciores[w] et panes absconditi suaviores Prov. 9, 17. 18.
sunt; sed et[x] apud inferos illarum sunt[y] convivae'; volens intellegi talibus[z] aepulis
daemones esse praesentes.

Vos decet[a], ut filios Dei, morum nobilitas, vitae sanctitas, vestimentorum
modestia. Risus hominis et habitus illius et incessus[b] eius — iuxta Salomonem[c] — Eccle. 19, 27.

---

a) diabuli *S 1, D.* b) scelera — penetralia *om. T.* c) propter bonam conversationem et castitatem *A.* d) nostra *A, T, Q.* e) O quanta *A 2.* f) oratione *S 1.* g) perierit *Q.* h) *om. S 1, D.* i) Vos — in nobis *om. S 1, D.* k) Nunc impletum *S 1, D.* l) praedicatum *T, Q.* m) horeales *D.* n) *om. S 1, D.* o) insulas nostrae partis *A 2,* partes *superscr. al. man. D.* p) pervassit *S 1, corr. in* pervas. *D.* q) eius *Q.* r) protector pro *D.* s) *corr. in* bonis *A 2.* t) quia *A.* u) librum *T, S 1, D.* v) *corr. in* thesaurum *Q;* thesauros *A.* w) homo est *S 1.* x) transiet *Q.* y) sequere *T, Q, S 1.* z) quia *A.* a) obsequium *S 1, D.* b) discunt *T,* discant nunc *A.* c) *om. K 1.* d) quia *add. K 1.* e) nobilissimos magistros nostros qualem habuerunt *S 1, D pro* nobilissimum — habuit. f) Boedā *A 2;* Bedan *Q;* Bedum *K 2.* g) qualem *K 2.* h) habeat *A;* habent *S 1, D.* i) Illorum *S 1.* k) ergo *A, Q, K 1.* l) *om. Q.* m) excitare *S 1.* n) adsedete *T, K 2, S 1; corr. in* adsidete *K 1;* assidete *A 1*;* magisteriis assidue *Q.* o) sensos *K 2.* p) illorum *K.* q) in *T.* r) *om. T, K 2;* exempla epulas *D;* et aliis alimoniam vitae praebere *Q.* s) ineptas *S 1;* Absconditas — Salomonem enuntiant *om. K.* t) comesationes *A 2, S 1, D.* u) adsiduas *S 1 pro* et furt. v) Salamone *S 1, D.* w) dulciores *om. A, T, Q.* x) *om. A, T, Q, K 2.* y) *om. D.* z) iniquis *S 1 pro* talibus. a) docet *T, Q, S 1.* b) insensu *A 2;* incessu *S 1.* c) Salamonem *S 1.*

1) *Lindisfarnenses, cf. Annal. Ultoniens. 793 (Rer. Hibernic. SS. IV, 117):* Vastatio omnium insolarum Britanniae a gentibus. 2) *Cf. infra ep. 114:* vulpes agitando. 3) *Cf. infra epp. 31. 88. 117. 243. 270.* 4) *Beda Venerabilis obiit die 27. Maii 735, cf. Poet. Carol. I, 294 LXXII, 4—5:* Baeda magister . . . nostrae cathegita terrae; *II, 665:* Beda Dei famulus, nostri didascalus aevi.

793 enuntiant de eo. Quod[a] in laicis laus esse videtur, id est vestimentorum cultus, hoc
post Iun. 8. in clericis et maxime[b] in monachis reprehensio[c] esse cognoscitur[1]. Sed et[d] ipse
1. Petr. 3, 3. princeps apostolorum etiam feminas a pretiosis[e] vestimentis et circulatis capillis
prohibuit. Si hoc peccatum non esset, dicit[f] Gregorius papa[2], numquam pastor
1. Cor. 14, 40. ecclesiae a deliciis[g] vestium feminas prohibuisset. Omnia vestra honeste[h] cum ordine[i]
fiant; ut laudetur Deus in vestra bona conversatione et honor vester apud homines
crescat[k] et[l] merces[m] meritorum multiplicetur apud Deum.

Breve est praesentis vitae tempus, et ultima dies unicuique incerta; et cito rapimur ad iudicium[n]. Qualis quisque tunc[o] cupiat esse, talem se nunc tota virtute exhibeat. Si quid peccati pro fragilitate carnis commiserit, abluat[p] confessione, deleat[q] poenitentia; ne damnetur in poena, sed coronetur in gloria. Habetis sanctos patres, qui vos genuerunt, adiutores, si illorum praeceptorum eritis factores. Sed et angelicae dignitates et omnium[r] sanctorum agmina congaudent bonis vestris, desiderant[s] vos
1. Tim. 2, 4. socios habere suae beatitudinis; immo et[t] ipse Deus, qui vult omnes homines salvos fieri, vobis aeterni regni praeparatam[u] habet gloriam. Nolite vos propter desidiam animi[v] vel carnales[w] delectationes[x] aeternis fraudare bonis; sed magis omni studio intendite[y], ut[z] Deum[a] hic habeatis[b] defensorem, illic remuneratorem. Qui[c] vos proficere faciat in omni bonitate, et[d] constituat inmaculatos ante conspectum gloriae suae.

Obsecro, ut pietas vestra placide perlegat, quod caritas nostra[e] devote conscripsit; optans[f] vos praesentem habere prosperitatem et futuram accipere beatitudinem. Meae quoque parvitatis ut[g] memores sitis in sanctis orationibus vestris, per caritatis almitatem obtestor. Et[h] familiaritatem, quam perdonastis[i] mihi, inviolabili fide custodire recordamini[k]; quatenus[l] per vestras intercessiones veniam habere merear meorum delictorum et vos mercedem fraternae dilectionis apud Deum habeatis aeternam[m]. Dextera Dei omnipotentis ab omni hoste visibili et invisibili[n] vos[o] protegat[p], ubique et[q] in[r] omni[s] bono florere[t] faciat[u], fratres carissimi[v].

20.

Alcvinus Higbaldum episcopum Lindisfarnensem de ecclesia S. Cuthberti a Nortmannis vastata consolatur. De captivis per eosdem abductis se Caroli Francorum regis fidem imploraturum esse. *793 post Iun. 8.*

Codd. A 1 fol. 24, A 2 fol. 121—123', A 1 p. 36—38 n. 26, S 1 fol. 192'—194[a]. Fragmentum apud Willelm. Malmesb. Gesta pont. Angl. l. III p. 267 ed. Hamilton.*

Edd. F 8, Haddan and Stubbs Councils III, 472, J. 24. — Migne col. 150.

---

a) Quod — prohibuisset *om. S 1, D.* b) maxima *T.* c) repraehensio *T*, repreensio *K 2.* d) *om. Q, K 2, T.* e) et (*pro* a) praetiosis *T.* f) ut ait *Q*; sanctus *add. A.* g) diliciis *A 2, K*; dilicis *T.* h) honesta *A 2, T, S 1, K 2.* i) hordine *T.* k) requiescat *K 1.* l) in *T.* m) mercis *T, K 2, S 1*; meritis *D.* n) ad iudicem nostrum *A.* o) te *T.* p) commissum est abluatur *S 1, D.* q) deleatur *D.* r) omnis *T*; omnia *Q.* s) desederant *A 2.* t) *om. S 1.* u) paratam *K 1.* v) vestri *add. S 1, D.* w) carnalis *K 1.* x) delectationis *K 1, D.* y) *om. Q.* z) ad *K 1.* a) dominum *K 2.* b) habetis *T*; in *add. A.* c) qui — gloriae suae *om. K.* d) *om. T.* e) vestra *T.* f) Optans — beatitudinem *om. K.* g) et *K 1.* h) ut *K 2.* i) donastis *K.* k) custodite *pro* cust. record. *S 1.* l) quatenus — carissimi *om. K.* m) sempiternam *A.* n) et invisibili *om. A 2.* o) *om. S 1, D.* p) proteget *S 1.* q) *om. T, S 1.* r) *om. S 1, D.* s) *om. S 1.* t) vos *add. A.* u) flore reficiat *D.* v) karissimi *S 1.*

20. a) *Lemma:* Epistola Alcuini magistri ad Lindisfarnensis (Lindisearnensis *A 1*) aecclesiam et ad Higobaldum episcopum et ad congregationem Cuthberhti *A.*

1) *Cf. Aldhelm. de laudib. virginitat. c. 58 (Opp. ed. Giles p. 77), ubi in nimium vestium cultum acriter invehitur.* 2) *Gregorii in evang. l. I hom. 6, opp. edd. Benedictini I, 1451 J.*

BEATISSIMI PATRIS, SANCTI SCILICET CUÐBERHTI[a] EPISCOPI OPTIMIS IN CHRISTO FILIIS, 793
HIGBALDO[b] EPISCOPO[c 1] ET OMNI CONGREGATIONI[d] LINDISFARNENSIS ECCLESIAE ALCHVINE[e] post Iun. 8
DIACONUS CAELESTI[f] IN CHRISTO[g] BENEDICTIONE SALUTEM.

Vestrae vero karitatis familiaritas presentem me multum laetificare solebat. Sed versa vice vestrae tribulationis calamitas licet absentem multum me cotidie contristat, quando[h] pagani contaminaverunt sanctuaria Dei et fuderunt sanguinem Iun. 8.
sanctorum in circuitu altaris, vastaverunt domum spei nostre, calcaverunt corpora Cf. Is. 5, 25.
sanctorum in templo Dei quasi sterquilinium in platea. Quid nobis dicendum est, nisi plangendum animo vobiscum ante altare Christi, et dicere: 'Parce, Domine, parce Ioel 2, 17.
populo tuo, et ne des hereditatem tuam[i] gentibus, ne dicant pagani, ubi est Deus christianorum?'

Quae est fiducia aeclesiis Brittanniae[k], si sanctus Cudberhtus[l] cum tanto sanctorum numero suam non defendit[m]? Aut[n] hoc maioris initium est doloris aut[o] peccata[p] habitantium hoc exigerunt. Non equidem[q] casu contigit, sed magni cuiuslibet[r] meriti indicium[s] est.

Sed modo, qui residui estis, state viriliter, pugnate fortiter, defendite castra Dei. Mementote Iudam Machabeum, quia templum Dei purgavit et populum a servitute[t] 2. Mac. 10, 2–4.
liberavit extranea. Si quid corrigendum sit in moribus mansuetudinis vestre, citius corrigite. Patronos[u] vestros ad vos revocate, qui vos ad tempus dereliquerunt. Non defuit illis potestas apud Dei clementiam. Sed, nescimus cur, tacuerunt. Nolite gloriari in vanitate vestium. Haec non est gloria, sed contumelia sacerdotum et servorum Dei. Nolite in ebrietate[v] verba orationum vestrarum delere. Non exeatis post luxurias[w] carnis et avaritias seculi; sed in servitio Dei et regularis vitae disciplina firmiter permanete, ut sanctissimi patres, qui vos genuerunt, vobis protectores esse non cessent[x]. Per illorum vestigia gradientes, illorum precibus securi permaneatis. Nolite tantis patribus degeneres esse filii. Nequaquam illi a vestra[y] cessabunt defensione, si vos illorum sequi videbunt exempla.

Tamen de ista miseria nolite mente consternari. Castigat Deus omnem filium, Cf. Hebr. 12, 6.
quem recipit; et ideo forte vos plus castigavit, quia plus dilexit. Hierusalem, civitas Deo dilecta, cum[z] templo Dei Chaldea flamma periit[2]. Roma, sanctorum apostolorum et innumerabilium martyrum corona circumdata, paganorum vastatione disrupta est[3]; sed pietate Dei[a] cito[b] recuperata. Tota pene Europa Gothorum vel Hunorum gladiis evacuata et flammis[4]; sed[c] modo, miserante Deo, ut[d] celum stellis, ita aeclesiis ornata fulgescit et in eis officia vigent et crescunt relegionis[e] christiane. Hortamini vosmetipsos invicem dicentes: 'Revertamur[f] ad dominum Deum nostrum, quia magnus Cf. Isai. 55, 7.
est ad ignoscendum et numquam deserit sperantes in se'. Iudith 13, 17.

Et tu, pater sancte[g], dux populi Dei, pastor gregis sancti, medicus animarum, lucerna super candelabrum posita, esto forma in omni bonitate omnibus[h] te videntibus,

---

a) Cudberchti *S 1.* b) Hugibaldo *S 1.* c) eps̄ *A 2.* d) congregatione *S 1.* e) Alcuinus *A 1*;* Alchuinus *Will.* f) *corr. in* caelestem *A 2.* g) *corr. in* Christi *A 2.* h) quomodo *S 1;* quod *Will.* i) *om. S 1.* k) brinttanniae *A 2;* brittanniae *S 1.* l) Cudberctus *S 1.* m) suam—defendit *om. S 1;* ecclesiam *add. Will.* n) an *S 1.* o) ut *S 1.* p) peccat *S 1.* q) Nem quidem *S 1.* r) cuilibet *S 1.* s) iudicium *S 1.* t) eruit ut e *S 1 pro* servitute. u) patrones *A 2, S 1.* v) ebritate *A 2.* w) luxorias *S 1.* x) cessant *A 2, A 1*.* y) vestro *S 1.* z) cum templo Dei *om. S 1.* a) *om. S 1.* b) citius *S 1.* c) si *S 1.* d) velut *S 1.* e) religionis *A 2, A 1*.* f) revitamur *S 1.* g) sanctae *S 1.* h) cunctis *S 1.*

1) *Lindisfarnensi 780—803, cui Alcvinus etiam elegiam de clade Lindisfarnensis monasterii compositam (cf. supra p. 43. 44) dedicavit.* 2) *Carmen de clade Lindisf. v. 49:* Nobile nam templum toto et venerabile in orbe, | Quod Salomon fecit, Caldea flamma vorat. 3) *V. 51:* Deicit hoc iterum Romana potentia bellis, | In cineres solvens moenia tecta simul. 4) *Cf. ibidem v. 77. 81.*

793 post Iun. 8. esto preco salutis[a] cunctis te audientibus. Sit tuus comitatus honestus[b] moribus, aliis exemplum ad vitam non ad perditionem. Sint tibi epule non in ebrietate, sed in sobrietate. Sint vestimenta tuo gradui condigna. Noli te conformari seculi hominibus in vanitate aliqua. Inanis ornatus vestimentorum et cultus inutilis tibi est obprobrium ante homines et peccatum ante Deum. Melius est animam in perpetuum permanentem bonis ornare moribus, quam corpus cito in pulvere[c] putrescens[d] exquisitis comere vestibus. Vestiatur[e] et satietur Christus in paupere, ut hec faciens regnes[f] cum Christo. (Prov. 13, 8.) Redemptio viri proprie divitiae. Si aurum diligamus, premittamus nobis in caelum, ubi servabitur nobis. Et quod amamus[g], habemus. Amemus eterna et non peritura. Veras diligamus divitias et non caducas, sempiternas et non transitorias. Paremus nobis laudem a Deo et non ab hominibus. Faciamus[h] quod fecerunt sancti, quos laudamus. Sequamur illorum vestigia in terris, ut illorum glorie consortes esse mereamur in celis.

Divine pietatis protectio vos ab omni adversitate custodiat et in celestis regni gloria cum patribus vestris constituat, karissimi fratres. Cum[i] domnus[k] noster rex Karolus[1], hostibus per Dei misericordiam subditis, domum revertetur, nos Deo iuvante ad eum[l] venire disponimus. Et si quid tunc vel de pueris, qui in captivitatem a paganis abducti[m] sunt[2], vel de aliis quibusque necessitatibus vestris vestre sanctitati proficere possumus[n], diligenter ad affectum perducere curabimus.

Valete in Christo dilectissimi et confirmamini semper proficientes.

21.

Alcvinus Hygbaldum episcopum Lindisfarnensem eiusque monachos iterum consolatur.
793 post Iun. 8.

Codd. A 1 fol. 60—61', A 1 p. 66—67 n. 45[a].*
Ed. J 25.

VENERANDO PATRI HYGBALDO EPISCOPO ET SANCTISSIMIS FRATRIBUS PATRIS NOSTRI CUÐBERHTI HUMILIS LEVITA ALCVINUS IN CHRISTO SALUTEM.

Memor dilectionis vestrae, qua me semper familiari suscepistis karitate, saepius ammonere vos curans[b], karissimi fratres, de maximo pietatis dono, id est orationum nostrarum communione, in qua me suscipere dignati estis. Quapropter semper de vestra prosperitate gaudeo et salute; quam vos, Deo miserante, habere confido per intercessionem sanctissimi patris nostri domni[c] Cudberhti, si in illius piissimis in Christo praeceptis et statutis vitae regularis permanere vultis.

Ideo suadeo sanctitati vestrae, ut diligentissime regularem vitam a sanctis patribus vestrae congregationi statutam, custodire studeatis, in omni obedientia castitate et karitate; Deum magis timentes quam secularibus inherentes pompis, quae multum nocent religionis vestrae proposito. Dum a pompis feminas prohibere curavit, de[d]

a) salutis *S 1.* b) honestis *S 1.* c) pulverem *A.* d) putriscentem *S 1.* e) vestietur *A, S 1.* f) regnet *S 1.* g) amemus *S 1.* h) faciemus *S 1.* i) cum — perducere curabimus *om. S 1.* k) dominus *Will., A 1*.* l) illum *A 1*.* m) ducti *Will.:* deducti *corr. in* abducti *A 1*.* n) poterimus *Will.*
21. a) *Lemma:* Alia epistola ad Higebaldum episcopum *A.* b) *sic.* c) DnI *superscriptum est in A 1*.* d) de *corr. m. rec. in* et *A 1;* et *A 1*.*

1) *qui in Bavaria commorans* Pannoniam iterum petere disposuerat. *V. Annales Einharto attributos ad 793. J.* 2) *Cf. Simeon Hist. Dunelm. eccl. l. II c. 5 (p. 51):* Quosdam e fratribus interficiunt, nonnullos secum vinctos assumunt, plurimos opprobriis vexatos nudos proiciunt, aliquos in mare demergunt.

pretiosis vestimentis, quanto magis viros[a] non decet vanitas vestimentorum; et maxime Deo servientibus sub nomine monachicae vitae nocet, quorum[b] laus est omnia temperanter[c] agere et religiose vivere; ut nulla in illorum moribus possit esse reprehensio, sed exempla totius bonitatis, ut magis aedificentur videntes illorum optimam conversationem et Deo placentem. 793 post Iun. 8.

Castigatio vero, quae facta est in monasterio vestro, dignum est, ut vobis proficiat ad salutem sempiternam. Fortior est defensio[d] sanctorumque intercessione[e], qui apud vos requiescunt, quam sagittarum collectio, et morum emendatio quam armorum congregatio. Memento Ezechiam regem quantos hostes una prece prosterneritt[f][1]. Quis Isai. 37, 36.
unquam in Deo sperans derelictus est? Castigat omnem filium, quem recipit. Nolite Cf. Hebr. 12, 6.
pusillanimes esse in tribulatione, quae facta est vobis; sed erigite animos vestros ad misericordiam Christi dei, qui nunquam deserit sperantes in se. Confirmate vos in Iudith 13, 17.
karitate Dei et in praeceptis illius seduli estote, ut posteriora vestra meliora sint 2. Petr. 2, 20.
prioribus[2].

Lectionis studium exercete. Audiantur in domibus vestris legentes, non ludentes in platea; et inter seniores consilia salutis, non ebrietatis iniquitas, quae fovea est perditionis et multum Deo servientibus noxia; dicente apostolo: 'Ebriosi regnum Dei 1. Cor. 6, 10.
non possidebunt'. Omnis bonitas et omne pietatis exercitium et religionis pulchritudo et pacis iocunditas et regularis vitae observatio videatur in vobis; quatenus vos divina protectio ab invisibilibus vel visibilibus conservare dignetur inimicis.

Quae vos[g] in omni bono proficere faciat et ad perfectam cum bonorum laude meritorum beatitudinem pervenire concedat. Orantem pro populo christiano vestram sanctitatem et in optima florentem religione melioris vitae Christus deus aeterna clementia custodire dignetur, domini patres et fratres.

22.

Alcvinus Cudrado presbytero Lindisfarnensi e manibus Northmannorum erepto gratulatur. Monet, ut vitam solitariam agat et pro se precetur. *793 post Iun. 8.*

Cod. H fol. 11—11'[a].
Edd. F 163, J 26. — Migne col. 144.

VENERANDO PATRI CUDRADO PRESBITERO ALCHVINUS DIACONUS[b] SALUTEM.

Valde sanctorum locorum ingemesco vastationem; sed vestrae fidei laetificor constantia. Deique omnipotentis conlaudaris clementiam, qui tibi inter manus paganorum pepercit[3]. Ideo firma fide in quo coepisti proposito permaneas; confidens[c] in misericordia Dei, ut te suae pietatis[d] conservet, ubicumque — fraterno consilio — te habitare velit Deus. Tamen — sive in loco habitationis singularis sive in fraterna[e] cohorte — solitariam conversationem et secretas orationes et ieiuniorum propositum diligenter observa; quia, non qui coeperit, sed qui perseveraverit [hic salvus erit][f]. Matth. 10, 22.

Meque, obsecro, in sanctis tuis orationibus habeto memorialiter; sicut Buitta mihi ex tuis verbis fideli relatione promisit.

---

a) viris *A.* b) quarum *A.* c) temperante *A 1;* temperater *A 1*.* d) Dei *excidisse videtur. J.* e) et sanctorum intercessio *A 1*.* f) *corr. in* prostraverit *man. rec. A 1;* prostraverit *A 1*.* g) Quae vos *scripsit J. pro* Quos *A 1, A 1*.*
22. a) *Lemma:* Ad Cudradum presbiterum *H.* b) Alchuiñ *H.* c) *alia manus addidit* tu *in H.* d) *supple* clementia *vel simile FROB.* e) fraternas cohortes *H.* f) hic salvus erit *addidit J.*

1) *Cf. supra p. 44 n. 2.* 2) *Cf. Carmen de clade Lindisfarn. v. 183:* Posteriora vobis meliora prioribus esse | Legistis, fratres; sic quoque vestra fient. 3) *Cf. Simeon. Hist. Dunelm. eccl. l. II c. 6 (p. 57):* omnesque monachi varia sunt morte necati praeter paucissimos qui quoquo modo evaserant.

793 post Iun 8 Visitantesque te fratres consolatione sancti Spiritus diligenter ammone exhortans eos, ut in Dei confidant protectione et intercessione sancti Cudberchti patris nostri; non in armorum strepitu vel in ruitura lapidum[a] congerie, sed in muro pietatis supernae spem sibi certae defensionis constituant; et praesentis tribulationis miseriam ad aeternae felicitatis beatitudinem transferant; toto se corde convertant ad Deum; et si quid in moribus suis emendandum sit, non segniter corrigant; ut Deo illorum placeat conversio,
Ion. 3, 10. sicut Ninivitarum ei placuit poenitentia, et pepercit civitati per lacrimas confitentium
Ion. 4, 2. peccata sua. Clemens est Deus et misericors et nullum derelinquit in se sperantem:
Cf. Iob 42, 12. nam et novissima Iob fuerunt meliora prioribus; sic et vobis, credo, faciat, si ad eius clementiam deprecandam unanimiter conversi fueritis.

23.

Alcvinus Felicem Urgellitanum episcopum hortatur, ut novitatem doctrinae deserat et universalis ecclesiae sanctorumque patrum doctrinam sequatur. *c. 793.*

Cod. S fol. 179—183'[a].

Edd. Alcuini opp. ed. Frobenius I, 783—787, J 30. — Migne CI col. 119.

VIRO VENERANDO ET IN CHRISTI CARITATE DESIDERANDO FELICI EPISCOPO[1] HUMILIS LEVITA ALCVINUS SALUTEM.

Non est cura fraternae salutis parvi pendenda: non est, quamdiu spiritus hos regat[b] artus[2], divina praeveniente gratia cuilibet conversio disperanda. Dum haec ita se habent, et a nemine iuste contradici potest, semper sunt seu verborum conlatione praesentes ammonendi[c], seu litterarum devotione absentes exhortandi, ut hinc caritatis officium suam ostendat devotionem, et inde humilitas communis fraternitatis suam
Apoc. 22, 17. demonstret oboedientiam. Illi scriptura sacra clamat: 'Qui audit, dicat veni'; huic
Luc. 10, 16. Ioh. 3, 8. evangelica auctoritas intonat: 'Qui vos audit, me audit'. 'Spiritus ubi vult, spirat'. Unde et de persecutore Saulo factus est Paulus praedicator.

Olim me ipsum, celeberrimam tuae sanctitatis audiens famam, per quendam ex illis partibus presbyterum tuis sacratissimis[d] . . . .[e] commendare curavi, et quem tunc solius famae auditu amare gestiebam[3]; nunc in Christi caritate et catholicae pacis unitate ardentius amare audeo, optans illi aeternae beatitudinis gloriam, quae nullatenus cuilibet sine universalis ecclesiae pace et concordia evenire valet. Unde et has, honorande pater et amande frater, deprecatorias cum magna humilitatis caritate litterulas tuae laudabili sapientiae dirigere curavi; non contentiosum disceptationis

---

a) lapide *H.*

23. a) *Lemma:* Epistola Albini ad Felicem hereticum *S.* b) regiat *S.* c) ammomendi *S.* d) *in margine appositum est:* rq̄. e) ceffcōmdare *S;* intercessionibus *suppl. FROBEN.*

1) *Meminit huius epistolae Alcvinus ipse postea in libro contra Felicem primo (ed. Frobenius I, 789):* Scripsi epistolam pridem Felici episcopo caritatis calamo, non contentionis stimulo, fraternae salutis desiderio, non mordacis reprehensionis stilo . . . sed, ut agnosco, non eo caritatis officio vel humilitatis obsequio meae literulas diligentiae recepit, quo me scribere, qui meam pietatis intuitu legerit epistolam, agnoscere poterit, *et adversus Elipandum l. I c. 16 (ed. Frobenius I, 882):* Cui *(sc. Felici)* ego in has adveniens partes caritatis calamo epistolam exhortatoriam, ut se catholicae iungeret unitati, dirigere curavi. Cui ille non epistolari brevitate sed libelli prolixitate respondere nixus est. *Groessler (l. l. p. 18 n. 4. 57. 59) hanc epistolam post annum 794. scriptam esse opinatus est, cui Hauck (Kirchengesch. Deutschlands II, 265 n. 1) se opposuit.* 2) *Verg. Aen. IV, 336:* dum spiritus hos regit artus. 3) *cf. supra ep. 5 p. 30.*

funem trahentes[1], sed triplicem caritatis Christi resticulum trahentes, qui[a] exploratores c. 793
Iesu Nave[b] de peritura Hierico salvavit: de cuius perditione nos pariter fugere[c] festine Ios. 2, 15.
suppliciter exhortor, et nihil de anathemate illius desiderare. Nam quicquid doctrinarum
extra ecclesiastice fidei et apostolicae doctrinae muros[d] invenitur, Hierichontine per-
ditionis anathemati[e] tradendum est. Quapropter, karissime frater, te per sanguinem
salutis nostrae humiliter obsecro, ut caveas diligenter, ne quid apud te exuviarum Ios. 7, 21.
perditae civitatis inveniatur, ne pars populi Dei propter inprobitatem unius hominis,
licet sit de tribu Iuda, fugiens proelia Domini, et corruit coram hostibus suis.
Recollige[f] te ipsum cum consociis tuis in castra regis superni, et si alicubi lapso
pede titubasti, reforma gressum, et sta in gradu tuo, et fortiter proeliare bella Domini. Dan. 10, 11.
Ecce Iesus levat clypeum ante te. Revertere et persequentes te hostes trucidare non
desine, donec ad palmam victoriae pervenias.

Non est hereticus, nisi ex contentione. Noli contendere frustra; claret enim
evangelica per totum orbem doctrina: hanc unianimiter teneamus et fideliter prae-
dicemus. Quid nos homunculi in fine seculi[2], refrigescente caritate multorum, melius Matth. 24, 12.
excogitare poterimus, quam ut tota animi intentione apostolicam et evangelicam omni
fidei firmitate et veritate sequamur doctrinam, non nova fingentes nomina, non in-
consuetum quid proferentes, non nomini nostro per novitatem cuiuslibet doctrinae
vanam cantantes laudem, ne inveniamur reprehensibiles, ubi laudabiles esse desi-
deravimus. Convertere in spe ad domini Dei tui sanctissimam clementiam, et deprecare
eum die noctuque, ut extremos dies vite tuae in viam veritatis et fidei catholicae
pacem convertat, ne si te hic sanctitas universalis ecclesiae respuat, illic te in aeterna
pace habere contradicat. Memento sententiam domini dei Christi, et privilegium
magnae auctoritatis, quod suae sanctae concessit ecclesiae dicens: 'Amen dico vobis, Matth. 18, 18.
quia quecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelis, et quecumque
solveritis super terram', reliqua[g]. Ecce qualis auctoritas sanctae Dei ecclesiae; ecce
qualis terror recedentibus ab ea. Scimus enim unam esse sanctam Dei ecclesiam,
de qua in symbulo catholico decantare solemus: 'Unam sanctam catholicam et
apostolicam ecclesiam'. De qua et ipse sponsus decantavit: 'Una est columba mea, Cant. 6, 8.
perfecta mea, inmaculata mea, electa genetrici suae. Viderunt eam filiae, et beatis-
simam praedicaverunt'.

Ecce scismaticus error partem rumpit ab ea, et caritatis unitatem maculavit.
Igitur in nobis vel in vobis remansit ecclesia. Duae enim partes sunt, et non est
unitatis concordia. Nos toto mundo teste clamamus Christum verum Dei esse filium,
sicut Iohannes Deo dilectus discipulus post multa testimonia, quae in evangelio suo
de unigeniti nativitate secundum carnem protestari solet, hoc addidit: 'Multa quidem Ioh. 20, 30. 31.
et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum eius, quae non sunt scripta in
libro hoc. Haec autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus Christus filius Dei, et ut
credentes vitam habeatis in nomine ipsius'. Quid[3] post tale tonitruum dubitatis,
fingentes nativitatem illius novum adoptionis nomen, quod in toto veteris novique
testamenti serie non invenitur[h]. Cognoscite, viri fratres, quam parvum est Christo
deo plures non habere electos in hoc mundo, quam vos paucos; latiorem non habere
ecclesiam, quam intra angustiae vestrae terminos[i] sitam. Ubi est potestas Petro

a) q; *S.* b) nři *S.* c) fuge *S.* d) muro *S.* e) anathemate *S.* f) recolligi *S.* g) rł *S.*
h) de Christo *add. Alc. adv. Fel.* i) termino *S.*

1) *Cf. infra ep. 145:* Nec ego cum quolibet contentiosum funem trahere velim. 2) *Alcuini opp. ed. Frobenius I, 791:* in ultimo tempore mundi. 3) *Cf. Alc. adv. Felic. l. II c. 5 (Opp. I, 804):* Opposuisti etiam et nos dixisse inter alia: Quid post tale — invenitur.

c. 793 principi apostolorum data: 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam Matth. 16, 18. meam, et cetera usque: caelorum'? Numquid haec potestas ab eo ablata est, et tibi tradita, quatenus super te in fine seculi et in angulo mundi nova aedificetur ecclesia, et apostolicis inconveniens traditionibus? Caveas diligenter, frater venerande, ne haec aedificatio tua super harenam fiat, et sit labor tuus in domo aliena: Surge fili, surge et revertere ad patrem tuum, et in gremium sanctae matris eclesiae. Pia est mater: te ipsum recollige, ovesque tuas tecum in ovile Christi, quod ipse ob trinam confessionis Ps. 40, 9. gloriam beato Petro principi apostolorum pascendas commendavit, congrega. 'Numquid qui dormit, non adiciet, ut resurgat'? Noli erubescere converti, noli dispicere animas, frater! omnium [a] filiorum, quos genuisti. Tota evangelica clamat auctoritas, omnia apostolorum protestantur dicta, mundi latitudo credit, Romana praedicat eclesia Christum Iesum verum esse Dei filium et proprium. Quid vultis ei nomen adoptivi inponere? Quid est adoptivus filius, nisi falsus filius? Et si Christus Iesus falsus est Deo patri filius, et (quod impium est dicere) falsus est et deus, falsa est et tota nostrae salutis dispensatio; quia, si adoptivus est filius in humanitate, adoptivus et deus homo ille, qui natus est ex virgine. Et quid est, quod psalmista canit: 'Veritas Ps. 84, 12. de terra orta est'? Quid est, qui ad dexteram Dei sedet, et venturus est in gloria iudicare vivos et mortuos? O [1]! quantis sanctorum patrum exemplis hanc fidem probare potui [b], quod Christus Iesus verus est Deo patri [c] filius, et mox a conceptione virginalis uteri verus conceptus est Deus, verus et natus Deus. Sed mihi propositum fuit deprecatorias, caritate cogente, pro salute tua tuorumque tuae sanctitati dirigere litterulas.

Plurima in scriptis tuis iusta et vera inveniuntur. Cave, ne in hoc solo [d] adoptionis nomine a sensibus sanctorum patrum dissentias, noli tui sensus cum paucis esse amator, sed cum plurimis veritatis adsertor [2]. Me enim habebis in Christi caritate tuae salutis fidelem, quantum valeo, cooperatorem; et si tecum loquerer, non dispicerem tecum discere quae vera sunt, et fidei catholice consentanea. Nolim te perdere laborem relegiosae vitae, quem pro Christi nomine ab ineunte aetate sustinuisti, ne dicatur Cf. Gal. 3, 4. tibi: 'Tanta patiebaris sine causa'. Veni, frater, veni, Christus te vocat, eclesia te desiderat; omnes sancti te civem concupiscunt.

Etsi mihi non esset in mente exemplis tecum agere, sed precibus, tamen ex plurimis pauca proponam, ut si meae parvitatis litteris non flecteris, sanctorum patrum catholicis sensibus in viam deducaris veritatis.

Beatus Hilarius, doctor mirabilis, et omni eclesiae Dei laudabilis in sexto libro operis pulcherrimi, quem de catholicae fidei professione edidit, post multa veritatis testimonia ita intulit [3]: 'Adsignetur sanae [e] hoc communionis in Christo nomen, ut filius Matth. 3, 17. sit, si de quoquam dictum repperiatur: 'Hic est filius meus'. Sin vero proprium ac

---

a) animas from *S.* b) possimus *Alc. adv. Fel.* c) Dei patris *A. a. F.* d) selo *S.* (i. e. seculo). e) *corr. in* sane *S.*

1) *Alc. adv. Fel. l. III c. 17 (l. l. p. 819):* Ponis itaque verba epistolae nostrae, ubi post convenientem sermonis nostri exhortationem diximus: O quantis — natus Deus. 2) *cf. infra p. 65; ep. 155; Adv. Felic. l. I c. 2 (ed. Froben. I, 790):* Nonne haec omnibus hereticis causa fuit perditionis, quod suae magis voluerunt amatores esse sententiae, quam veritatis? 3) *Hilarii De trinit. l. VI, 23, opp. ed. Oberthür I, 156. 157, cf. Alc. adv. haeresin Felicis c. 4 (Opp. ed. Frobenius I, 761):* Dicit enim Hilarius, ecclesiasticae fidei doctor mirabilis, in libro sexto, quem de sancta Trinitate scripsit post alia catholicae fidei convenientia sic *(sequitur idem locus, ut supra, sed copiosior); Adv. Felic. l. IV c. 11 (p. 827):* Hilarius virtutum omnium atque ornamentorum et, sicut vita, ita et eloquentia insignis, in libro fidei secundo *etc.; Adv. Elip. III c. 14 (p. 901):* Hilarius . . non parvae in ecclesia Christi auctoritatis doctor Arianaeque perfidiae fortissimus debellator.

singulare ei est: Hic est filius meus, quid calumniam Deo patri proferre de filio pro- c. 793 prietatis adserimus? Anne tibi in eo, quod dicitur: hic est, non hoc significari videtur? Alios quidem cognominatos ab eo in filios, sed hic filius meus est: donavi adoptionis plurimis nomen, sed iste mihi filius est: Ne quaeras alium, ne non hunc esse credas; hunc ego tamquam digito[a] indice ac verbi significatione contingo, qua dico: Et meus est, et hic est, filius est. Quid post haec intellegentiae[b] poterit esse, ne non esse credatur'? Item ipse in eodem libro[1]: 'Generalis professio, quid[c] habet meriti? aut quae revelationis est gloria, si ex adoptione est filius? aut unde est in beato Petro confessio, hoc filio deferenti[d], quod est commune sanctorum'?

Item beatus Athanasius in epistola ad Epictetum in quinto capitulo sic ait[2]: 'Quomodo autem et ambigere audent quidam[e] christiani, si, qui ex Maria processit Dei filius, qui de substantia et natura Dei est, secundum carnem autem ex semine David, ex carne autem sanctae Mariae. Quidam[f] autem plus[g] temerarii facti sunt, ut dicerent Christum, qui carne passus est, et crucifixus, non esse dominum salvatorem, et Deum filium patris. Aut quomodo christiani volunt nominari, qui dicunt in hominem sanctum, sicuti in unum prophetarum venisse verbum, et non ipsum hominem factum, sumentem ex Maria corpus?' Item ipse post pauca in eadem epistola capitulo sexto[3]: 'Non per adoptionem haec facta sunt, absit, sicut aestimaverunt, sed sicut est veritas, homine facto salvatore, totius hominis salus facta est. Si enim adoptione erat in corpore verbum secundum illos; quod autem adoptione dicitur, fantasia est: repperitur et putative salus'.

Item beatus Cirillus in epistola ad monachos directa contra Nestorianam[h] heresem inter multa sic ait[4]: 'Dictum est enim ad eum: 'Sede a dextris meis, donec ponam Ps. 109, 1. inimicos tuos scabellum pedum tuorum'. Adoret etiam nos supernorum spirituum multitudo. Quando enim, inquit, introducit primogenitum in orbem terrarum dicit: 'Et adorent eum omnes angeli Dei'. Sed nos quidem, etsi sancto uncti sumus spiritu, Hebr. 1, 6. adoptionis quidem ditamur gratia, vocamurque etiam[i] dii, nostrae vero naturae mensuram non ignoremus. Sumus ex terra et habitamus inter servos: at ille est non in quibus nos[k], sed natura et verus filius et omnium[k] dominus'.

Item beatissimus Augustinus in expositione psalmorum in psalmo LXXXVIII.[5]: 'Quis in nubibus aequabitur Domino, aut quis similis erit Deo inter filios Dei?' 'Ille Ps. 88, 7. unicus, nos multi: ille unus, nos in illo unum: ille natus, nos adoptati: ille ab aeterno genitus per naturam, nos a tempore facti per gratiam: ille sine ullo peccato, nos per illum liberati a peccato'. Item ipse in expositione evangelii secundum Iohannem in homelia VII. ait[6]: 'Oportebat enim, ut ille baptizaret, qui est unicus filius Dei, non adoptivus[l]; adoptivi autem ministri sunt unici; unicus enim habet potestatem, adoptandi ministerium'. Item ipse in eodem libro homelia XIII. dicit[7]: 'Pater diligit filium, et Ioh. 3, 35. omnia dedit in manu eius'. Pater diligit filium, sed quomodo pater filium, non quomodo dominus servum; quomodo unicum, non quomodo adoptatum'.

a) digno *S.* b) intellegentia *S.* c) quidquid *S.* d) differenti *S.* e) quidnī *S.* f) qui *S.* g) patus *S.* h) Nestorianum *S.* i) etia *S.* k) *om.* *S.* l) adoptatus adoptati . . adoptati *Aug.*

1) *Hilarii l. l. VI, 36, Opp. I, 168.* 2) *S. Athanasii Epist. ad Epictet. c. 2, Opera dogmat. ed. Thilo (Lips. 1853) p. 827; eundem locum laudat Alc. adv. haeres. Fel. c. 17 (p. 764), adv. Felic. l. VII c. 5 (p. 849. 850).* 3) *Athan. Ep. c. 7, p. 833; Alc. opp. I, 850; adv. Elipand. l. III c. 16 (opp. I, 902).* 4) *Cyrilli epist. ad monachos Aegypti c. 16 (Mansi Collectio conciliorum IV, 603–605), eundem laudat Alc. ex parte adv. haeres. Fel. c. 14, cf. adv. Elipand. l. IV c. 5. 6 (opp. I, 763. 908).* 5) *Augustini opera, ed. Veneta IV, 939, enarr. I, 7.* 6) *Ib. III, 2, 343 tractat. VII, 4. Eundem locum laudat Alc. adv. haer. Fel. c. 10, adv. Elip. l. III c. 18 (Opp. I, 762. 904).* 7) *Ib. III, 2, 406 tractat. XIV, 11. cf. Epist. III, 639 n. 5; adv. haer. Fel. c. 27, adv. Felic. l. VII c. 6 (Opp. I, 767. 850).*

c. 793 Item beatus Gregorius in Moralium libro XVIII. ait[1]: 'Aliud est enim natos homines gratiam adoptionis accipere; aliud unum singulariter per divinitatis potentiam Deum ex ipso conceptu[a] prodisse. Nec aequari potest gloriae[b] unigeniti habitae[c] per naturam alia[d], accepta[e] per gratiam'. Item ipse in primo libro[2]: 'Quia si et adoptivus quisque filius ad percipiendam divinitatem proficit, nequaquam, ut Deus esset, naturaliter accepit'. Item ipse in eodem libro[3]: 'Omnes, qui in fide Deo nascuntur, superat; quia non eum, ut ceteros, adoptio, sed natura illum divinitatis exaltat'. Item ipse in homelia de pentecoste ait[4]: 'Pensate, fratres karissimi, post nativitatem unigeniti filii, qualis sit hodierna solemnitas de adventu Spiritus sancti. Sicut enim illa, sic et ista quoque est honorabilis; ibi enim Deus in se creando suscepit hominem; hic homines desuper venientem susceperunt[f] Deum; ibi Deus naturaliter factus est homo; hic homines per adoptionem facti sunt dii'. Audi denique, quod beatus Gregorius
Exod. 12, 9. in eodem homeliarum libro, cum de agno paschali tractaret dicens: 'Non comedetis[g] ex eo crudum quid, nec coctum aqua'. Et paulo post intulit[5]: 'Redemtor autem noster nec purus homo existimandus est, neque per humanam sapientiam, qualiter Deus incarnari potuisset, cogitandus', et post pauca[6]: 'Qui igitur paschalis gaudii festivitatem celebrare desiderat, agnum nec aqua coquat, neque crudum comedat, id est, ut per dissolutam scientiam, qualiter Deus incarnari potuit, cogitans, neque in eum tamquam in hominem purum credat'.

Item Chromatius, sanctae Romanae antistes eclesie, in libello, quem de octo beatitudinibus scripsit, ita dicit[7]: 'In mysterio enim baptismi[h] et filius manens videtur in corpore, et spiritus sanctus in specie columbae descendit[i], et vox patris de caelis auditur, ut trinitatis unitas declaretur; quia nec pater sine filio intellegi potest, nec filius sine Spiritu sancto cognosci. Vide igitur, quale patris de filio testimonium sit
Matth. 3, 17. dicentis: 'Hic est filius meus'. Suus utique non per adoptionem gratiae; neque per relegionem creaturae, ut heretici volunt, sed sui proprietate generis, et veritate naturae. Multi enim sanctorum filii Dei dicuntur, et sunt, sed hic sine dubio conpassione unus Deo patri filius unigenitus et verus et proprius, non aliunde, quam de patre natus, qui tam verus pater pater est, quam verus et Deus est. Sicuti tam verus filius filius est, quam verus et dominus est. Perfecta ergo fides est trinitatis ostensa, cum et pater Christum dominum ac Deum nostrum filium suum esse testatur, et Spiritus sanctus, id est paraclytus, in tanto fidei sacramento patri filioque coniungitur, ut verum patrem, verum filium, verum etiam Spiritum sanctum crederemus tres personas, sed unam divinitatem trinitatis, unamque substantiam'.

His et huiusmodi venerabilibus sanctorum patrum sententiis non credere impium esse putamus. Nemo sobrius contra veritatem; nemo catholicus contra sanctae et unicae eclesiae doctores; nemo pius contra sanctarum testimonia scripturarum sentit[8]. Discite quae ad salutem animarum vestrarum pertinent, et regiam viam ab apostolis tritam, a patribus frequentatam, a mundi latitudine electam, pleno catholicae fidei pede incedite. Hortare fratrem tuum venerabilem episcopum, quem cum amore

---

a) concepta *S.* b) gloriam *S.* c) habita *S.* d) aliis *S.* e) acceptā *S.* f) susciperunt *S.* g) comeditis *S.* h) beatismi *S.* i) discendit *S.*

1) *Moralia in Iob. l. XVIII c. 52 n. 85 (Gregorii opp. edd. Benedictini I, 598); eundem locum laudat Alc. adv. haer. Fel. c. 24, adv. Fel. l. VII c. 4, adv. Elip. l. IV c. 3 (I, 766. 849. 907).* 2) *Ibid. l. I c. 23 n. 42 (Gregorii opp. I, 55) cf. adv. Elip. l. l. (I, 906).* 3) *Ib. l. I c. 18 n. 26 col. 26. Eundem locum laudat Alc. adv. haer. Fel. c. 23, adv. Elip. l. IV c. 3 (Opp. I, 766. 906).* 4) *In evang. l. II hom. 30 n. 9; I, 1580.* 5) *Gregor. in evangel. l. II hom. 22 n. 8 col. 1535.* 6) *Ib. l. II hom. 22 n. 8 col. 1535, cf. Alc. adv. Felic. l. III c. 6 (Opp. I, 815).* 7) *Biblioth. max. patrum Lugdun. V, 990; Alc. adv. haer. Felic. c. 26 (Opp. I, 767).* 8) *Cf. infra ep. 137, ubi eadem fere verba.*

nomina[a], Elipantum, ut tecum et cum sanctorum innumerabili multitudine ad portam 793. 794?
perpetuae civitatis ascendat. Nolite gregem Christi, quem accepistis pascendum, perdere,
sed salvare. In uno tantummodo[b] adoptionis verbo a sancta et apostolica eclesia
discordamini. Facile est hoc verbum, divina vos auxiliante gratia, inmutare, et
evangelicis atque apostolicis uti verbis. Quam speciosa, laudabilis et salubris est
conversio vestra ad unitatem pacis et fidei, et quantam habetis gloriam apud Deum
et sanctos eius! Utinam legat et videat in pace et profectu parvitas mea litteras
beatitudinis vestrae, ut gaudens intellegam, si aliquid devotionis meae et caritatis,
quam habeo pro vobis in Christo, proficerent preces. 'Humiliamini sub manu omni- 1. Petr. 5, 6.
potentis Dei, ut vos exaltet in tempore tribulationis': et nolite vestrae amatores esse
sapientiae cum paucis, sed veritatis adsertores sitis cum plurimis[1]. 'Convertimini Zach. 1, 3.
ad me, et ego revertar ad vos, dicit Dominus'. Divina vos in spiritu paraclyto prae-
veniat gratia ad intellegendam et praedicandam fidei veritatem, quatenus inmaculati
et coronati ante tribunal summi iudicis audire mereamini: 'Venite benedicti' reliqua[c 2]. Matth. 25, 34.

24.

Alcvinus Hygbaldo episcopo Lindisfarnensi scribit de mutua amicitia. Candidum praeterito anno retentum remittit; quem, si discendi causa iterum venerit, a sese amplius doctum iri promittit. *794?*

Codd. A 1 fol. 59'—60, A 1 p. 65—66 n. 44* [a].
Ed. J 3.

DOMINO IN CHRISTO DILECTO HYGBALDO EPISCOPO ALCHVINUS HUMILIS LEVITA SALUTEM.

Amicitia fraternae dilectionis, quae inter homines Dei servos inviolata debet observari, olim inter nos quoque specialiter verbis est coniuncta[3] pacifica. Quam etiam indesinenter fixam durare desidero, ideoque sanctitatis tuae excellentiam humiliter obsecro, ut cum fratribus Deo devotae congregationis, cui divina te gratia iure regiminis sacerdotalis praeesse voluit, pro me, licet indigno, in fide tamen et dilectione socio vestro, supernam clementiam exorare digneris. Quod idem quoque nostra parvitas, in quantum[b] Deo favente valebit, vobis impendere non desinit.

Candidum praeterea, filium nostrum communem, ad nos venientem in peregrinatione, suscepimus; nobiscumque praeterito anno retinuimus[4]; et, in quantum valuimus Deo donante, iuvare curavimus. Ipsumque modo ad vos incolomem remeare fecimus. Quem[5] si iterum vobis placuerit ad nos reverti, quicquid ad profectum eiusdem sanctae ecclesiae provenire credimus, ei libenter impendemus.

Quaecunque enim a magistris ad utilitatem sanctarum ecclesiarum Dei didici, haec maxime gentis nostrae hominibus communicare delector; et non solis tamen illis, sed et omnibus, qui desideranter quaerunt; si quid utile possum ad animae profectum et sanctae Dei incrementum ecclesiae.

---

a) *leg.* nomino *FROB.* b) ttm̄ *S.* c) rł *S.*
24. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Higebaldum magistrum *A.* b) quauto *A.*

1) *Cf. supra p. 62 n. 2.* 2) *Ex hoc additamento ad evangelii verba pertinente epistolam ipsam a librario abbreviatam esse minime cum Sickelio (Alcuinstud. p. 472) concludere possum.* 3) *Fortasse in synodo a. 786. celebrata, cui uterque interfuit, cf. supra p. 27.* 4) *Itaque non ante annum 793. missa haec epistola est. De Candido sive Wizzone cf. Vit. Alcv. c. 11 (SS. XV, 191).* 5) *Verba* Quem si — delector *laudat iam a. 1709. Lelandus, Comment. de SS. Britann. I, 133.*

794?

25.

Alcvinus Riculfo, cum Carolo rege in Saxonia moranti, bene precatur. Refert de Angilberto, de Candido, de Martino, de Mopso. *794?*

Codd. T fol. 95'—96, K 1 fol. 64'—65', K 2 p. 185—187, A 1* p. 129—130 n. 88*[a]*.*
Edd. C 47, Q 93, F 39, J 4. — Migne col. 210.

FLACCUS[b] ALBINUS FLAVIO DAMOETAE[1] FILIO CARISSIMO[c] SALUTEM.

Tuae congaudeo[d] dilectioni et praefatae[e] fidei congratulor, quia semper ubique te fidelem inveni, et benivolum erga me agnovi sicut filium in patrem. Nec aliter inveni, nisi ut voluntas tua semper meam subsecuta[f] est voluntatem. Ideo taedium[g] habet animus meus de absentia faciei tuae, tamen in caritate cordis mei te[h] semper praesentem habeo; Deumque pro tua deprecor prosperitate, ut te mihi in[i] gaudium tibique ipsi in salutem longaevis conservare dignetur temporibus.

Sed valde sollicitus[k] sum de itinere[l] tuae[m] profectionis[n] in hostem[2]; quia[o] plurima solent in talibus evenire pericula rebus. Tamen, qui iustitiam habet eundi et pro Deo decertandi, fiduciam potest habere de auxilio illius[p], pro cuius amore tantum subire laborem non formidat. Tu vero iter tuum[q] confessione confirmare, elemosinis[r] roborare[s], orationibus servorum Dei undique munire[t] memento; ut angelus Domini te inter omnia adversa tueatur et comitetur[u], quatinus cum securitate vadas et cum pace revertaris.

Ego pene quasi orbatus filiis remaneo domi. Damoeta Saxoniam. Homerus[3] Italiam, Candidus Brittanniam[v][4] recessit. Martinus in Vicos[5] apud Sanctum Iodocum[w][6] remansit infirmus. Pro cuius sanitate, ut Dei depreceris clementiam, obnixe flagito. De Mopso[x], qui apud Sanctum Martinum[y], sicut audisti, infirmatus est, nihil[z] audivi certum nec te abeunte[a] missos illius vidi.

Sed pene[b] tristitia totus absortus[c] fui in filia mea, quae tres dies pene[b] desperata[d] fuit. Sed modo donante divina misericordia[e] per preces servorum Dei et elemosinarum[f] largitatem bene consolati sumus in ea, quia bene recuperata est.

---

a) *Lemma:* Eiusdem ad Damoetam filium *T*;* Albinus Damoetae *K 1;* Epistola Albini ad Dametum *A 1**. b) Flacus ... Dametae *K 2*. c) karissimo *K*. d) gaudeo *K 1*. e) ac praefatae fidei congratulor quia semper ubique te fidelem inveni, *in K leguntur post* et benivolum erga me. f) subsequuta *K 1*. g) dedium *K 2*. h) *om. K 1*. i) in *om. T**. k) solicitus *K*. l) itenere *T*;* itinerę *K 2*. m) *om. K 2;* prof. tuae *A 1**. n) proveccionis *K 2*; provectionis *T**. o) qui *K 2*. p) eius *K*. q) iterum *K pro* iter tuum. r) elemosynis *T**, aelimosinis *K 1*. s) laborare *K*. t) invenire *T**. u) comitetur et tueatur *T**. v) Brittaniam *K 2, post corr.* Brittanniam *T**. w) Iodicum *K 2*. x) Dein pro ipso *K;* Demopso *K 2*. y) Martynum *T**. z) nihil aliud certum audivi *T**. a) habeunte *K 2*. b) poene *K 1*. c) absorptus *A 1*;* totus abs. *T*, K 2*. d) disperata *K 2;* disp. *post alio atram. corr.* desperata *T**. e) gratia *K 1, A 1**. f) aelimosinarum *K 1*.

1) *Riculfo archiepiscopo Moguntino, 787—813. Eundem in aula regia multum auctoritate valuisse probat tituli sepulcralis versus hic (Poet. Carol. II, 432):* inclitus officio regis in aede fui. *Ex totius autem huius epistolae tenore perspicuum est missam eam esse ad Riculfum nondum episcopatui praefectum. Praepositum etiam in inscriptione est Albini nomen nomini Damoetae. J. Haec ratio inter amicos non tanti habenda est, ut tempus inde definiri oporteat, cf. Sitzungsber. der Berl. Akad. 1893 p. 522.* 2) *Expeditionem auctumno a. 794. contra Saxones susceptam A. dicere videtur (cf. Mühlbacher Reg. p. 128), ut facile cognoscitur ex iis, quae infra leguntur, verbis his:* Damoeta *(in)* Saxoniam — recessit *et his:* quatenus spiritus consolationis — David *(Carolum)* dilectum suum et vos omnes victores — reducat. *J.* 3) *Angilbertus, qui anno 794. secundo legatus ad papam missus est.* 4) *ad Hygbaldum episcopum Lindisfarnensem; v. ep. 24. supra p. 65.* 5) *s. Cuentawich. De Martino sacerdote cf. infra ep. 210.* 6) *St. Iosse.*

Ecce qualibus pater tuus agitatus est fluctibus[1]. Tu, fili carissime[a], cum tuae reverentiae[b] commilitonibus pro eo intercedere satage, quatenus spiritus consolationis hos eius animi motus tranquilla pace componere[2] dignetur; et David[3], dilectum suum, et vos omnes victores cum gaudio reducat in patriam. Aeternae patriae civem te faciat divina clementia, dilectissime fili[c]. c. 794?

26.

Alcvinus Riculfo de pectine artificioso misso gratias agit; eumque officio suo fungentem hortatur, ut iustitiam colat miserosque adiuvet. c. 794?

Codd. T fol. 76—76', K 1 fol. 61—61', K 2 p. 174—176, Q fol. 128, A 1* p. 125 n. 81*[a].
Edd. C 41, Q 68, F 41, J 9. — Migne col. 212.

FLAVIO DAMOETAE[b] VIRO[c] CLARISSIMO PLURIMAM[d] ALBINUS[e] PERPETUAE PACIS SALUTEM.

De vestra valde gaudeo prosperitate, et de munere caritatis vestrae multum gavisus sum; tot agens gratias, quot[f] dentes in dono[g] numeravi. Mirum animal[3] duo habens capita[h] et dentes sexaginta[i] non elefantinae magnitudinis[k], sed eburneae pulchritudinis[l]. Nec ego huius bestiae territus horrore[m], sed delectatus aspectu, ne[n] me frendentibus[o] illa morderet[p] dentibus, timui; sed blanda[q] adulatione[r] capitis mei placare[s] capillos adrisi[t]. Nec ferocitatem in dentibus intellexi, sed caritatem in mittente[u] dilexi, quam semper fideliter in illo probavi.

Sed quantum gaudeo in amoris dulcedine, tantum doleo in absentiae longinquitate. Noluissem tanto[v] tempore ab invicem separari, quos eiusdem caritatis dulcissima colligant[w] vincula. Quid faciam, nisi lacrimis sequar amicum, donec reveniat[x], quem animus[y] optat[z] habere praesentem.

O fili[a] carissime[b], inter occupationes seculi non obliviscaris[c] tui. Sed dum corpus epulis[d] pascitur[e], anima elemosinis[f] reficiatur. Et dum fatigata ex itinere membra quiete refocilentur[g], mens in Deo orationibus roboretur. Et in diversarum auditu causarum iustitia semper resonet in ore[4]; et ex intimo cordis affectu miserorum

---

a) karissime *K 1.* b) tua reverencia *K 2.* c) -mi filii *K 2.*

26. a) *Lemma:* Albinus Damoetae *K 1;* Albinus ad Damoetam *T*.* b) Damoeta *K 2;* Dametae *Q.* c) viro — plurimam *om. K, A 1*.* d) uro consul presule *Q pro* viro — plurimam. e) Alchuinus *Q.* f) quod *K 2.* g) domo *K 1.* h) *om. K 1.* i) LX *T*;* singuli *K, A 1*.* k) elif. magnidud. *K 2.* l) pulcridud. *K 2.* m) orrore *K 2.* n) nec *K, A 1*; corr. in* ne *Q.* o) ut *add. A 1*.* p) mordet *K 2;* ut ille mordet *K 1 pro* illa morderet. q) planda *K 2.* r) adolatione *T 1*, K 2.* s) placere *K.* t) arrisi *Q.* u) minente *K 2.* v) tantum *T*.* w) colligunt *K 1, Q, T*;* conligunt *K 2;* colligant *scr. Querc., A 1*.* x) veniat *K 1.* y) amavi *K 1.* z) opto *K 1.* a) filii *K 2.* b) karissime *K, Q.* c) obliviscas *K 2.* d) aepulis *T*.* e) pascatur *K 2, T*.* f) aelymosinis *K 1;* ęlemosinis *T*.* g) refocilantur *K 1;* refocilentur *post corr.* -cillentur *T;* refocillantur *A 1*.*

1) *Cf. infra epist. 56.* 2) *Cf. infra ep. 173.* 3) *De hoc Caroli cognomine cf. Neues Archiv XVII, 399. Frobenius adnotavit haec: 'Ita iocari placuit Alcvino de pectine a Damoeta sibi donato, quod caput animalis praeferebat. Huc pertinet carmen CCXIX editionis Quercetanae (Poet. Carol. I, 223), quod cum hac epistola connexum fuisse videtur et ita sonat:*

Bestia nam subito nostras subrepserat aedes,
In qua [imago] fuit capitum miranda duorum;
Quae maxilla tamen pariter coniunxerat una.
Bis ternis decies sed dentibus horruit illa.
Esca fuit crescens illis de corpore vivo.
Nec caro nec fruges. Fructus nec vina bibentum
Dentibus edebat; patulo non tabuit ore.
Scis, Damoeta meus, quae sit haec bestia talis?' *J. De eodem pectine fortasse agit Vita Alcvini c. 28 (SS. XV, 197).* 4) *Cf. Poet. Carol. I, 241 v. 38:* Semper in ore sonet. *p. 265 LIII v. 10:* resonet quapropter in ore.

794 procedat[a] consolatio: et spes aequitatis non fallat advenientes: nec pietatis desint suffragia confugientibus ad vos, quia pietas in pauperes[b] gesta aeterna remuneratur beatitudine.

Haec, fili mi[c], faciens floreas in omni virtutum decore. Et te, quocumque vadas, divina comitetur protectio, euntemque ubique deducat prospere, ac redeuntem cum omni prosperitate citius reducat[d] ad nos, ut[e] gaudeat amor patris in filio et laudetur Deus ubique, qui suos[f] famulos sibimet invicem praesentabit[g] ovantes.

Vigeas, valeas et floreas, dulcissime Damoeta[h].

27.

Alcvinus ab Adriano papa petit, ut sibi peccata ignoscat. Angilbertum, Caroli regis Francorum legatum, laudat. *794 Iul. Aug.*

Codd. T fol. 73—74, K 1 fol. 47—48', K 2 p. 140—143, A 1* p. 112—113 n. 71[a].*
Edd. C 28, Q 63, F 15, J 32. — Migne col. 170.

BEATISSIMO ET OMNI HONORE DIGNISSIMO ET PONTIFICI MAGNO ADRIANO[b] PAPAE[1], HUMILLIMUS[c] OMNIUM SANCTAE ECCLESIAE FILIORUM ALBINUS AETERNAE BEATITUDINIS[d] SALUTEM.

Venerabilis atque toto orbe[e] laudabilis vestrae bonitatis, pater optime, pietas mihi, ultimo sanctae Dei ecclesiae servulo, quantulamcumque[f] attulit[g] fiduciam[h] vestram deprecandi clementiam, ut me licet indignum paternae pietatis amore in gremium sanctissimae intercessionis vestrae colligere dignemini. Scio certissime vestrae devotionem[i] sanctitatis pro populo iugiter totius orbis intercedere christiano; tamen specialius aliquid pro his egisse, qui vestrae almitati se ipsos obnixa[k] humilitatis obsecratione commendant[l] et maiore credulitate ad tantae auctoritatis confugiunt
Ioh. 10, 11. suffragia. Scio me per sacri[m] baptismatis adunationem de illius esse ovili pastoris, qui pro suis ovibus animam ponere non dubitavit; quas etiam post[n] altissimam suae
Ioh. 21, 15—17. resurrectionis gloriam beatissimo Petro principi apostolorum ob trinam[o] magnificae dilectionis confessionem pascendas commendavit. Cui etiam caelo terrisque aeternam
Matth. 16, 19. ligandi ac solvendi potestatem delegavit. Huius te, excellentissime pater, ut vicarium sanctissimae sedis agnosco, ita et mirificae potestatis heredem esse fateor[p].

Ecce ego una sum regiminis vestri ovicula, sed valde peccatorum maculis morbida[2]. Quapropter me totum tuae offero[q] sanctitati, pater[r] piissime, sanandum. Et[s] medicinali potentia, quae tibi post longas[t] sanctorum patrum series hereditaria[u] successione a deo Christo tradita esse cognoscitur[v], me iubeas salutiferae[w] pietatis verbo a peccatorum vinculis esse solutum. Nam mihi cum evangelicae[x] humilitatis
Matth. 8, 8. regula fas esse video dicendum: 'Domine, non sum dignus, ut intres sub[y] tectum meum[z]; sed tantum[a] dic verbo, et sanabitur puer meus'. Qui mox ut speravit invenit:

---

a) praeveniat *K*; proveniat *A 1**. b) quia pauperibus pietas *K 1*. c) *om.* *K 1, A 1**. d) redeas *K 1, A 1**; reducas *K 2*. e) et *K 1*. f) vos *K 2*. g) praesentavit *T**. h) Dameta *Q*.

27. a) *Lemma:* Albinus Adriano papae *K 1*; Albinus ad Adrianum papam *T**; Epistola Albini ad Hadrianum papam *A 1**. b) adriano h *eraso* *T**; Hadriano *A 1**. c) humilis *K, A 1**. d) beatidinis *K 2*. e) orbi *K 1, A 1**. f) quantulumcumque *K 2*. g) adtulit *K 2*; adt. *corr. in* att. *T**. h) fidutiam *corr. in* -ciam *T**. i) dev. vestrae *A 1**. k) obnixe *A 1**. l) obsecrationis commendent *K 2*. m) sacram *T**. n) pro *K 2*. o) trinan *corr. in* -nam *T**. p) confiteor *K 2, T**. q) offerre *K 1*. r) pastor *T*, A 1**. s) ut *A 1**. t) longos *K 2*. u) hered. *alio atram. corr. in* hęr. *T**. v) dinoscitur *T*, K 2*. w) salutifero *T**. x) euangelica *K 1, A 1**. y) sup *K 2*. z) *om.* *K 2*. a) *om.* *K 1*; sed tantum *om.* *K 2, A 1**.

1) *I. 772—795.* 2) *Cf. infra epp. 94. 125. ad Leonem III papam datas, ubi Alc. eodem vel simili vocabulo utitur, ep. 266.*

ut credidit accepit. Ó, beatissima[a] lingua oris vestri — in qua est aeternae[b] medicina 794
salutis, per quam caeli aperiuntur credentibus — numquam, obsecro[c], sileat; semper ammoneat et sanct; semper aperiat perpetuae beatitudinis[c*] ad se confugientibus portas.

Ó domine Iesu, fac eum longeva valere et vivere prosperitate et, qui talem populo tuo dedisti pastorem, hunc pietatis tuae dextera multis temporibus conservare digneris. Quatinus[d] cum multiplici laboris tui[e] mercede[f] ante thronum sue[g] veniens gloriae, audire merearis[h]: 'Euge serve bone et fidelis, quia[i] super[k] pauca fuisti fidelis, Matth. 25, 21.
supra multa[l] te constituam; intra in gaudium Domini tui'.

Iam aliquas petitiones propriae necessitatis meae his quoque litteris insererem. Sed quia electissimus domini[m] mei regis[n] missus, filius equidem[o] meus carissimus[p], Angilbertus[q] [1] ad beatissimam summae auctoritatis vestrae dirigitur paternitatem, non esse necesse putavi litteris exarare[r], quod ille vir fidelis et prudens melius viva voce secundum mandatum domni regis auribus excellentiae vestrae poterit intimare. Nam inter ceteras fidelissimae dilectionis[s], quam[t] ad vos[u] habet[2], legationes meae[v] quoque necessitatis[w] postulationes eodem praefato regiae voluntatis secretario commendavit, quem omnibus amicis valde esse fidelem[x] probavimus; maxime vobis, ut vere dignum est, sanctissime pater[y]. Qui vestram laudabili voce bonitatem saepissime domno regi sub praesentia multorum testium narrare solebat[3], et egregiae pietatis per vos gesta purae fidei[z] verbis[a] de vobis proferre studuit, quatinus[b] fidem[c] piae dilectionis ostenderet et vestrae almitatis amorem[d] plurimorum mentibus ingereret.

28.

Alcvinus Paulino patriarchae Aquileiensi scribit de suo erga eum amore. Rogat ut pro se precetur reliquiasque sanctorum sibi mittat. Monet, ut muneris suscepti officia exsequatur. *c. 789—795.*

Codd. A 1 fol. 11, A 1 p. 16 n. 9, K 1 fol. 77'—78', K 2 p. 222—224*[a].
Edd. Q 113, C 63, F 36, J 11. — Migne col. 202.

---

a) beatisma *K 2.* b) aeterna *K 2.* c) haec *add. T*.* c*) beatudinis *K 2.* d) quatenus *K 2, T*, A 1*.* e) sui *T*, A 1*.* f) mercedem *K 2.* g) tuae *T*, A 1*;* sui *K.* h) mereatur *T*, A 1*.* i) quia — fidelis *om. A 1*.* k) supra *T*.* l) multo *post corr. in* multa *T*.* m) domni *T*.* n) *om. K 1.* o) et quidem *A 1*.* p) karissimus *K 1.* q) ill. *K, A 1*;* Angilbertus *T*.* r) iterare *K 1, T*.* s) directionis *T*;* dilectioni *K 2.* t) quas *K 1, A 1*;* quam *K 2, T*.* u) quam in nos *T*.* v) meas *T*.* w) necessitates *T*.* x) fid. esse *T*.* y) est, ut sanctissimo patri *sic corr. in K 1, A 1*.* z) fides *K 2.* a) *om. T*.* b) quatenus *T*, A 1*.* c) piae dil. fidelem *T*.* d) amore *K.*

28. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Paulinum lectorem in Francia *A 1;* Item alia *K 1.*

1) *abbas S. Richarii, qui post synodum Francofurtensem a. 794. congregatam libros Carolinos Romam pertulit. Cf. Hadriani epistol. ad. Carol. reg. datam (Binius Concc. gen. III, 1, 263, coll. cum cod. Vatic. 3827):* Preterea directum a vestra clementissima precelsa regali potentia fidelem familiarem vestrum, videlicet Angilbertum abbatem et ministrum capellae, qui pene ab ipsis infantiae rudimentis in palatio vestro enutritus est, et in omnibus consiliis vestris receptus: et ideo sicut a vobis in omni familiaritate recipitur, ideoque et a nobis reciperetur et condecenter honoraretur. Unde pro nimio amore, quod erga vestram mellifluam gerimus regalem excellentiam, sicut misistis, cum nimio amore dulcedinis eximie eum suscipientes, prout voluit, et qualiter voluit cum magna familiaritate nobis enarrante aure placabile et mente benigna eum suscepimus, et quasi vestrae corporalis excellentia nobis enarrante nostrum ei poenitus credidimus consilium, ad perfectum sanctae nostrae Romane ecclesiae, et vestrae a Deo protecte regalis potentiae exaltatione. 2) *Carolus rex. Cf. de tempore huius legationis Ann. Mosellan. 793 (i. e. 794, SS. XVI, 498):* Ibi *(sc. ad Franconofurd)* Kalendis Iunii sinodum congregavit de adoptione Christi et de imaginibus adorandis. Ibique Fastrada moritur. *Obiit autem Fastrada 4. Id. August. secundum Ann. Fuldenses et Guelferbyt. (SS. I, 45; II, 237; III, 116), Simson Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 80.* 3) *Iam anno 792. primo Romam missus est, cf. Simson l. l. II, 35.*

c. 789—795 PAULINO SANCTISSIMO[a] PATRIARCHAE[1] HUMILIS LEVITA ALCVINUS[b] SALUTEM.

Absentia corporis non oportet dilectionem dividere; quia amicitia, quae deseri potest, numquam vera fuit[2]. Ex quo te sciebam, dulcissime amice, semper te[c] amabam; et pepigit cor meum[d] foedus amicitiae cum corde[e] tuo. Et scripsi[f] nomen Paulini mei[3] non in cera, quae deleri potest, sed[g] in anima, quae perire non potest[4], ut non sit. Quae utinam Deo donante et te intercedente beata sit, sicut et illam assidue beatam esse optat qui amat. Ne queso[h] obliviscaris in tuis sanctis orationibus nomen amici tui Albini[i]; sed in aliquo memoriae gazofilacio[k] reconde illud, et profer ore[l] tempore oportuno[m], quo elementa panis et vini[n] in substantiam sanctissimi[o] corporis Christi et sanguinis[p] consecraveris[q].

Diu dilectionis tuae[r] exspectavi promissa, hoc[s] est vivificae crucis Christi[t] vel aliarum reliquiarum patrocinia[5]. Noli me, obsecro, tanto fraudare munere nec te
Cant. 8, 7. veritatis mercede[u]. Nolo, longinquitatem viae causeris. Caritas pennas ad volandum
inveniet, nec flumina obruent[v] illam. Sufficiunt alae fidei[6] in palatio[w] regis[7], quibus nec voluntas deest in accipiendo nec fides in reddendo. Si quid nostra petitio apud vos valeat, utinam et tua semper apud Deum[x] valeat petitio, qui te in[y] tam sublimi statuit gradu, ubi angelus[z] eiusdem dei et[a] domini nostri Iesu Christi effectus es[b].

Vide, quam sublime est hoc nomen[8]. Contende meritis esse quod nomine vocaris.
Isai. 58, 1. Oseo 8, 1. Clama, ne cesses, exalta quasi tuba vocem tuam. Sit guttur tuum tuba Domini.
2. Tim. 4, 2. Prov. 30, 31. Praedica importune, oportune[c]. Tu gallus in praedicatione, succinctus in castitate[d];
Matth. 5, 15. tu aries in veritate fortissimus, cui nullus regum resistere poterit. Tu lucerna super[e]
Apoc. 3, 7. candelabrum in domo Dei. Tua lingua caelum claudit et aperit. Aperi tibi celum[f]
primum per praedicationis devotionem. Ad exemplum Christi recurre; qui per civitates,
Matth. 9, 35. castella, vicos, villas evangelizando iter agebat, etiam et domus[g] publicanorum[h] vel
Luc. 5, 30. peccatorum propter occasionem praedicationis non abhorruit[i] intrare. Spes praemii[k]
solatium sit laboris[9].

Quid[l] facio, insipiens ego contra philosophicum[m] proverbium ligna[n] in silvam

a) sanctissimo — levita *om. A.* b) Alchuinus *K 2; Albinus A 1, qui addit* pacem et. c) *om. K.* d) nostrum *K 1.* e) cordi *K pro* cum corde. f) si *K.* g) scripsi *K pro* sed in — amat *(cf. ad hunc locum, quem Foltz ex parte supplerit, Sickel Alcuinstudien p. 524).* h) neque *K 1.* i) Abbini *K 2.* k) gazophilatio *K 1;* gazofilacio *corr. in* -phil. *A 1.* l) eo *K.* m) *om. K 1.* n) panem et vinum *K pro* elementa — vini. o) *om. K.* p) corp. et sang. Christi *K.* q) consecraberis *K 2.* r) tua *K 2.* s) hoc est — reddendo *om. A 1.* t) *om. K 2.* u) *J. scripsit* mercede *pro hac fere nota* ʾM., *quae habetur in K 2; om. K 1.* v) obruant *K.* w) palatia *K 1,* palacio *K 2.* x) valeat apud eum *A 1.* y) qui in te *K 2.* z) *om. K;* preco *in margine K 1 additum est.* a) dei et *om. K 1;* et *om. K 2.* b) *om. K.* c) oport. et imp. *A 1.* d) *hic finit A 1*, ubi paginae 17 et 18 desunt.* e) supra *A 1.* f) Aperit *K,* tibi celum *om.* g) domos *A 1.* h) puplicanorum *K 2.* i) oborruit *K 2.* k) proemii *A 1.* l) quod *K 1.* m) philosoficum *K 2.* n) lignā *K 2.*

1) *Aquileiensi. Is cum anno 802. vitam reliquerit (v. Annales Laurissenses minores et Enhardi Annales Fuld. 802, SS. I, 120. 353), annosque 15 sedisse tradatur in chronico patriarcharum Aquileiensium (ap. De Rubeis Monumenta eccles. Aquil., appendix p. 8, cf. p. 9), anno 787. ecclesiae Aquileiensi praefectus est. Fuit in Italia illo anno Carolus rex; quare et ad hunc annum et ad Paulinum referenda est narratiuncula ap. Monachum Sangallensem (Jaffé Bibl. IV, 694). Non recte Madrisius Paulinum vult praefuisse ecclesiae Aquileiensi ab a. 776. ad a. 804 (Paulini opp. p. XIX—XXXVI). J.* 2) *cf. supra p. 49 n. 2; Hieronymi ep. 3 (opp. ed. Vallarsius I, 13):* Amicitia, quae desinere potest, vera numquam fuit. *J.* 3) *cf. Paulini epistolam Carolo regi scriptam (opp. ed. Madrisius 168), in qua meminit* Albini scilicet summae religionis praecipui oratoris vestri mihique super omnia flaventium favorum dulcissimi mella. *J.* 4) *Cf. Alc. in Apoc. l. IV c. 6 v. 14:* non in membranis tantum calamo, sed etiam in tabulis cordis carnalibus Dei spiritu scripta. 5) *Cf. supra p 37 n. 2.* 6) *nuntii fideles.* 7) *Caroli in Italia morantis; v. supra n. 1.* 8) *patriarchae.* 9) *Cf. supra p. 40 n. 2.*

ferens [1], stillicidiis [a] flumina inrigans? Modulum meum extuli [b] figurae [c]. Obsecro per c. 790—795
eius amorem [d], qui duo minuta viduae donis [e] divitum praeferebat [f]. Caritas omnia Marc. 12, 42. 43. 1. Cor. 13, 7.
suffert, in qua qui manet, in Deo manet, quia Deus caritas est. 1. Ioh. 4, 16.

29.

Alcvinus Pippino regi Italiae presbyterum suum iter facientem commendat.

c. 790—795.

Codd. A 1 fol. 14—14', A 1 p. 20 nr. 13 [a].*
Ed. J 6.

EXIMIAE DIGNITATIS IUVENI, PIPPINO [b] REGI [2], ALBINUS MAGISTER SALUTEM.

Nativae bonitatis vestrae fiducia vobis scribere presumpsi, et hunc meae parvitatis presbiterum vestrae commendare pietati, ut per vos tutus eat et revertatur et vestro solatio sublevatus ad nos pervenire valeat. O nobilissime iuvenis [3], quam nobilibus te decet esse moribus, ut sublimitas paternae gloriae appareat in filio, quia iuxta Salomonem filius sapiens gloria est patris. Cf. Prov. 10, 1.

Vive Deo felix, florens virtutibus almis:
Spes, decus Italiae, salve per saecula semper.

30.

Alcvinus Aethelredum regem Northanhumbrorum de virtute monet. 790—795.

Codd. T fol. 62 (T fol. 57), S 1 fol. 191'—192' (S1* fol. 123—124'), (A 1 fol. 31) A 1* p. 43 n. 29, A 2 fol. 127'—128 [a].*
Edd. Q 39, F 11, J 42. — Migne col. 160.

DOMINO DILECTISSIMO AEÐELREDO [b] REGI [4] ALCHVINE [c] DIACONUS SALUTEM.

Propter familiaritatem dilectionis familiares tibi soli litteras scribere curavi. Et quia semper te amabo, semper te ammonere non cessabo; ut, Dei voluntati [d] subditus, Dei protectione dignus efficiaris et nobilitas regiae dignitatis [e] magna morum nobilitate honorificetur.

Non est liber vel nobilis, qui peccatis serviet [f]; dicente Domino: 'Omnis, qui Ioh. 8, 34.
facit peccatum, servus est peccati'. Non decet te in solio sedentem regni rusticis vivere moribus. Ira tibi non dominetur, sed ratio. Misericordia te amabilem [g] faciat, non crudelitas odibilem. Veritas audiatur [h] ex ore [i] tuo, non falsitas. Castitatis tibi conscius esto, non libidinis; continentiae, non luxoriae [k]; sobrietatis, non ebrietatis.

---

a) stillicidib *K 2.* b) excessi *A 1.* c) ignosco *A 1.* d) amore *K 2.* e) *om. A 1.* f) proferebat *K 2;* Quas (?) *add. A 1.*
29. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad *(om. A 1*)* regi Pipino *A 1.* b) Pipino *A 1*.*
30. a) *Lemma:* Alia epistola ad Aeđelredum regem *A;* Ad Aedilraedum regem *T.* b) Aedilreto *T;* Edilrado *S 1;* Aedelraedo *A 1*.* c) Alchuini *T;* Alcuinus *A 1*.* d) voluntate *T, S 1.* e) sublimitatis *T, S 1.* f) servierit *S 1.* g) amabile *T.* h) auditur *A 2.* i) ori *T.* k) luxuriae *A.*

1) *Horatii Sat. I, 10, 34:* In silvam non ligna feras; *Hieron. Apol. contra Rufin. l. I c. 17 (Opp. II, 472):* ne veteri proverbio sus Minervam docere videar et in silvam ligna portare; *Alc. de sanctis Eboracc. eccl. v. 783 (Poet. Carol. I, 187):* Utpote commemorans veteris proverbia dicti: | Tu ne forte feras in silvam ligna, viator; *infra ep. 126.* 2) *Italiae (781—810), a. 777. nato.* 3) *Ita ante annum 790. Alcvinus eum vix alloqui potuit.* 4) *Northanhumbrorum 774—779 et 790—796. Videtur missa cum priore (scil. ep. 18) ad regem solum. FROB.*

793—795? Noli notabilis esse in aliquo peccato, sed laudabilis in omni opere bono. Largus esto[a] in dando, non avarus in rapiendo. Iustitia omnes[b] tuos exornet actus. Esto forma[c] honestatis omnibus te videntibus[d]. Noli[e], noli rapere aliena, ne et propria perdas. Matth. 7, 2. Deum time, qui dixit: 'In quo enim iudicio iudicabitis, iudicabitur de vobis'. Ama deum Christum et eius oboedire mandatis, quatenus illius misericordia tibi tuisque filiis et amicis in benedictione conservet regnum, quod te habere voluit, et gloriam futurae beatitudinis concedere dignetur[f].

Deus omnipotens regni felicitate, morum dignitate, longaeva prosperitate te florere faciat, dilectissime fili.

31.

Alcvinus Aedilberctum episcopum Hagustaldensem eiusque sacerdotes cohortatur, ut pro se precentur litterarumque studia colant[1]. *793—795?*

Codd. T fol. 57—58 (T fol. 52'—53), K 1 fol. 29—30, K 2 p. 83—88, S 1 fol. 185'—187 (S 1* fol. 113—115), A 1 fol. 26', A 1* p. 38—39 n. 27, D fol. 230—231*[a]. *Fragmentum ap. Willelm. Malmesbir. Gesta pontif. Angl. l. III p.* 255 (O nobilissima — mereamini).

Edd. C 16, Q 32, F 134, J 88. — Migne col. 448.

PRAECIPUAE DIGNITATIS PASTORI AEDILBERCTO[b] EPISCOPO[2] ET OMNI CONGREGATIONI IN[c] ECCLESIA[d] SANCTI ANDREAE[e][3] DEO SERVIENTIUM ALCHVINI[f], VESTRAE[g] CLIENTELLUS CARITATIS[h], IN CHRISTO SALUTEM.

Spiritalis amicitiae[i] cupidus, vestrae sanctitati parvitatis meae litterulas dirigere curavi, ut et[k] pactum antiquae familiaritatis innovarem et me vestris sacratissimis Iac. 5, 16. commendarem orationibus. Et si unius iuxta apostolum 'multum valet deprecatio iusti', quanto magis et[k] totius sanctissimae congregationis[k*] in[l] Christo, quorum cotidie canonicis horis pacificae[m] unanimitatis postulationes caelum penetrare credendum est, etiam et singularis uniuscuiusque in secreto oratio ad aures omnipotentis Dei pervenire non dubitandum est[n]. Quapropter cum omni petitionis humilitate me ipsum etiam utrumque et communi[o] omnium[p] et speciali[q] singulorum, quantum mea[r] valet apud vestram pietatem deprecatio, commendo orationi[s]; ut, per vestrae sanctitatis preces meorum[t] catenis[u] peccatorum absolutus, vobiscum, fratres carissimi[v], vitae ianuas ingredi merear[w].

O nobilissima sanctorum progenies patrum, illorum honoris venerabilisque vitae successores et pulcherrimorum habitatores locorum, vestrorum sequimini vestigia patrum; ut de his pulcherrimis habitationibus ad horum[x], qui vos genuerunt, aeternae beatitudinis[y] consortium in caelestis regni pulchritudinem[z] Deo donante pervenire mereamini.

---

a) *om. A.* b) omnis *T.* c) *om. S 1.* d) viventibus *corr. in* videntibus *A 2.* e) Noli — perdas *om. T.* f) dignabitur *S 1.*

31. a) *Lemma:* Alcuinus Sancti Andreae ecclesiae servientibus *K 1;* Epistola Alcuini ad Aeilbertum episcopum *T*;* Epistola Albini magistri ad Aedelberhtum episcopum adhegstalding *A 1.* b) Aedelberhto *A 1*;* Aedilbercto *om. S 1, D;* ill. *K.* c) sancti ill. *S 1, D pro* in — Andreae. d) ecclesiae *K 1 pro* in ecclesia. e) apostoli *add. A 1*.* f) Alcuinus *K 1, A 1*;* Alcuini *K 2;* Alchuinus *S 1, D.* g) vester *K 1.* h) caritatis — vestrae *om. K 2.* i) inimicitiae *corr. in* amicitiae *T.* k) *om. K 1.* k*) sanctissima congrecacionis *K 2.* l) in — horis *om. D.* m) pacificas *K 1.* n) esset *S 1.* o) commune *T, S 1;* communa *K 2.* p) om̃ *S 1;* omnes *D.* q) speciale *T, K 2, S 1;* specialiter *K 1.* r) ea *K 2.* s) orationibus *K.* t) ceteris meorum *add. K 2.* u) actenus *K 1.* v) karissimi *S 1, K 2.* w) mer. ing. *A 1*.* x) orum *K 2.* y) beatidud. *K 2.* z) pulchridud. *K 2.*

1) *Ad has litteras adnotat West (Alcuin, New-York 1892 p. 77 n. 1): The date of this letter is uncertain and may be earlier than Alcuin's removal to Tours.* 2) *Candidae casae 777—789, Hagustaldensi 789—797 Oct. 16, cf. Simeon. Dunelm. hist. reg. 790. 797 (p. 53. 59).* 3) *Hagustaldensi.*

Dei discite scire et implere praecepta, illo dicente: 'Si vis[a] vitam ingredi, serva mandata'. Ideo necessaria[b] est sanctorum lectio[c] librorum: quatenus in eis quisque intellegat[d], quid sequi vel quid cavere debeat. Maneat vero in vobis lumen scientiae et per vos aliis luceat ecclesiis[e], ut vestra laus in ore resonet[f] omnium[g] et vobis in caelis merces[h] maneat aeterna. Unusquisque proprii laboris mercedem accipiet[i]. Pueros adolescentesque[k] diligenter librorum scientiam ad[l] viam Dei docete[m], ut digni vestri honoris fiant successores, etiam et intercessores pro vobis. Suffragia vero viventium prosunt morientibus vel ad veniam peccatorum vel ad maioris gloriae[n] augmentum. Qui non seminat, non metet: et qui non discit, non docet. Et talis locus sine doctoribus aut[o] non aut vix salvus fieri poterit. Magna est elimosina[p] pauperem cibo pascere corporali; sed maior est[q] animam doctrina spiritali satiare[r] esurientem. Sicut pastor providus gregi suo[s] optima[t] praevidere[u] pascua curat, ita doctor bonus suis[v] subiectis perpetuae[w] pascua vitae omni studio procurare debet. Nam multiplicatio gregis gloria est pastoris; et multitudo sapientium sanitas est[x] orbis.

793—795? Matth. 19, 17. Cf. Luc. 12, 24. Sap. 6, 26.

Scio vos, sanctissimi patres, haec optime[y] scire et voluntarie[z] implere. Sed caritas dictantis ab ore rapuit verba[1]; credens vos pia velle humilitate legere, quae sobria in Dei dilectione dictavi devotione. Iterum[a] iterumque obsecro, ut mei nominis inter familiares vestros[b] memoriam habere[c] dignemini. Almitatem vestram pro tota Dei intercedentem[d] ecclesia[e] ipse deus Christus[q] exaudiat[f] vosque ad aeternae beatitudinis[g] gloriam pervenire concedat, carissimi fratres.

32.

Alcuinus mulieres duas ad bona opera hortatur et precibus earum se commendat.

793—795?

Codd. T fol. 58 (T fol. 53')*[a].
Edd. Q 33, F 146, J 299. — Migne col. 467.

ALBINUS MATRI ET FILIAE[2] IN CHRISTO SALUTEM.

Laetante animo salutationem accepi vestram, suppliciter deprecans, ut deus Christus misericorditer respiciat devotionem vestram: magis magisque faciat vos in sua proficere voluntate, et ad coronam gloriae vestram deducat conversationem. Filia sit matri in omni bono oboediens; mater sit in salute filiae devota; utraque in Dei servitio semper studiosa, in castitate facientes quae sunt Deo placita. Subiectamque vobis filiam in omni timore Dei educate[b], quasi rationem redditurae pro singulorum animabus. Quapropter ut filios filiasque cum omni diligentia eos erudite, ut non solum carnale solacium, sed etiam spiritale gaudium habere mereamini. In pannoso paupere Christus non despiciatur, sed in domum deducatur, foveatur et reficiatur, quia refectio

---

a) ad *add.* *A 1**. b) necessarium *D*. c) lectiones *D*. d) inveniat *K*. e) acclesiis *S 1*. f) sonet *D*, rosonet *K 2*. g) omnes *S 1*. h) mercis *T, K 2, S 1*. i) ancipiet *T*; accipiat *K 2*. k) adoliscentesque *T, S 1, K 2*. l) in *K*. m) ad veram Dei docete scientiam *pro* scientiam — docete *A 1**. n) gloriam *D*. o) aud *K 2*; aut non aut *om. S 1, ubi lacuna in hoc loco*. p) elymosina *S 1*, elem. *K 2*. q) *om. S 1, A 1**. r) ratione *T*; reficere *A 1**. s) suae *T, S 1, D*. t) obtima *D*. u) providere *A 1**. v) *om. A 1**. w) perennae *K 1*; perennis *K 2*. x) *om. K 1*. y) optimae *T, S 1*. z) voluntariae *T*. a) Iterum *om. T*. b) *om. D*. c) memorare *D pro* memoriam habere. d) intercedente *S 1, D*. e) ecclesiam *T, K 2*. f) exaudiet *A 1**. g) beatidud. *K 2*.

32. a) *Lemma:* Ad matrem et filiam *T*. b) edocate *T*.

1) *Cf. Poet. Carol. I, 70 n. XXXVI v. 3:* Quae calamus rapuit subito dictantis amore (*corr.* ab ore). 2) *Gislae et Rotrudae?*

c. 793—795 egeni[a] salus est divitis. Canonicas horas in laude divina omni studio peragite, quatenus
Philipp. 4, 5. ab angelis exaudiatur et a Christo accipiatur[b] concentus psalmodiae vestrae. Modestia vestra iuxta apostolum nota sit omnibus hominibus; quatenus et praesens vita exemplum sit in salutem multis, et futura pro laudabili pietatis conversatione[c] a Deo remuneratore omnium bonorum recipiatur.

In fine vero huius cartulae vestram deprecor almitatem, ut inter vestras orationes mei nominis memoriam habere dignemini et ea caritate mihi salutem deprecamini perpetuam, qua vos per hanc epistulam de vestra ammonere studui; hosque[d] legentes apices in Christo valete semper, carissimae sorores.

33.

Alcvinus Magenharium Senonensem comitem[1] *hortatur ad virtutem curamque sui muneris.* *c. 793—795.*

Codd. T fol. 59—60 (T 54'—55), K 1 fol. 67'—68', K 2 p. 193—196, S 1 fol. 188'—190 (S 1* fol. 116—119), (A 1 fol. 15') A 1* p. 26—27 n. 23*[a].

Edd. C 54, Q 35, F 152, J 256. — Migne col. 475.

DILECTO AMICO[b] MAGENHARIO[c] COMITI[d] HUMILIS LEVITA[e] ALBINUS[f] SALUTEM.

Audivi vos, vir venerande, nostrae parvitatis optasse[g] conloquia[h]; et ut[i] vere fateor, vestram valde desideravi praesentiam, ut dulci conlocutione[k] vestrae prudentiae consolarer. Sed quia rerum eventu[l] hoc fieri non valuit, visum est mihi condignum litteris implere[m], quod verbis non potui, et meam[n] in vos ostendere dilectionem[o], et vobis utilia per cartam suadere, ut vester[p] profectus meus esset fructus. Ut qui[q] in sublimi dignitate positus es in terris, per opera iustitiae et misericordiae caelestem tibi merearis[r] honorem. Cogita, quod[s] transitoria sunt haec omnia, quae in hoc saeculo habemus[t], et quia necessarium est unicuique hominum[u] aeternam[v] sibi[w] per temporalia benefacta promereri gloriam. Quapropter, ut ad perpetuam pervenias[x] Deo donante beatitudinem, nulla te[y] saeculi delectatio[z], nulla carnalis concupiscentia[a] impediat[b]. Sed esto in iudiciis iustus[c], in operibus misericordiae pius, viduis et orfanis quasi pater, defendens[d] eos ab omni violentia.

Esto quoque ecclesiis Christi quasi frater, ut per orationes servorum Dei[e], inter pericula hostium, fluminum, viarum[f], infirmitatum, divina te protegat dextera, regat, atque conservet semper ubique. Fac ut cotidie[g] pauperes de pane tuo comedant[h],

---

a) egenis *T.* b) accipiat vir *T.* c) conversationem *T.* d) hasque *T.*

33. a) *Lemma:* Ad Magenharium comitem (Magenhardium *T**) Sensoniae civitate (Senonicae *T**) *T;* Albinus Maginhario comiti *K 1;* Epistola Albini magistri ad Maegenarium comitem *A 1.* b) in Christo *T pro* amico. c) Maegenario *A 1*.* d) comite *T, K 2, S 1.* e) *om. S 1.* f) abb. *K 2.* g) obtasse *K 2.* h) collo *A 1*.* i) *om. S 1.* k) conloqutione *S 1;* conloquutione *T;* collocutione *A 1*.* l) evento *T, S 1;* evente *K 2.* m) complere *K 1;* inplere *K 2.* n) in eis *pro* meam *K 1;* meis *K 2.* o) dilectione *S 1;* dulcedinem *K 1.* p) nrı *T, S 1, A 1*;* vestre *K 2.* q) quoniam *K 1.* r) promerearis *K 1.* s) quam *S 1.* t) sunt *K 1.* u) homini *S 1.* v) veram *K 1;* veniam *K 2.* w) *om. A 1*.* x) venias *S 1.* y) *om. K.* z) dilectatio *T, S 1.* a) concupesceneia *K 2;* b) carn. n. conc. abstrahat *A 1*.* c) *om. T.* d) defendas *K.* e) serv. dei or. *S 1, A 1*.* f) variarum *K 1.* g) cotidiae *T,* cottidie *K 2.* h) comedent *T, S 1, K 2.*

1) *Testamento Caroli M. subscripsit* Meginheri *comes (Einharti V. C. M. c. 33), idem fortasse, quem Carolus* virum sapientem et strenuum gnarumque utilitatis et honestatis regiae *Hludorico regi Aquitaniae misit (Vita Hludowici imp. c. 7, SS. II, 611); cfr. etiam diplomata Hludorici Pii annorum 825 et 835, Mühlbacher n. 797. 918; Simson Jahrb. des fr. Reiches unter Karl dem Gr. II, 92.*

quia miserorum[a] consolatio tibi erit aeterna remuneratio. Esto quoque in consiliis c. 793—795 providus, sapiens in cogitatione[b], modestus[c] in sermone; Deum semper habens praesentem, quatenus illius loquens voluntatem[d], eius dignus[e] efficiaris[f] protectione. Corpus tuum in castitate et animum[g] in sobrietate conserva. Fidelis esto ad dominos, quos dedit tibi[h] Deus[1], ad amicos benignus, ad omnes homines aequus, et miseris largus. Debitoribus tuis[i] vel in te peccantibus culpas ignosce, ut tibi ignoscat Deus, si quid contra eius fecisti voluntatem.

Tuis quoque[k] diligenter praecipe subiectis, ut iusti sint in iudiciis, misericordes in miseros, Deum timentes, ecclesiamque[l] Christi honorantes, ut illorum bonitas tibi in mercede[m] conputetur. Saepe subiectorum peccata rectoribus inputantur[n] [2], si minus diligenter eos ammonent praelati, quomodo facere debent; sicut eorum bona opera[o] dominis prosunt[p] ad praemia, qui eos studiose erudiunt Deum timere, eiusque oboedire praeceptis.

Obsecro, ne[q] me praesumptiosum[r] arbitreris haec[s] tibi scribentem[t]. Caritas Christi et vestrae salutis amor, et vestrae bonitatis fiducia, haec me[u] monuit scribere; optans vos[v] et praesentem habere prosperitatem et futuram promereri[w] beatitudinem. Divina vos gratia in omni bonitate florere faciat, vir dilectissime[x].

34.

Alcvinus ob discipuli cuiusdam prosperitatem et litterarum studium gaudet; ad poenitentiam et ad pugnam contra animae inimicos hortatur. Ornatum corporis reprehendit. *c. 793—795.*

Codd. T fol. 60—61 (T fol. 55—56), K 1 fol. 58—59', K 2 p. 167—171, S 1a fol. 139—140', b fol. 190—191' (S 1* fol. 43—48', fol. 119—123), A 1* p. 121—123 n. 78*[a].

Edd. C 38, Q 36, F 141, J 292. — Migne col. 456.

Dilectionis vestrae litteras grata[b] suscepi dextera, et laeto legebam animo, intellegens in eis vestrae vitae prosperitatem et litteralis exercitii[c] studium, ex quo dictantis eloquentia claruit. Hoc mihi maximum esse[d] gaudium constat, ut filios[e] florere videam in conversationis puritate et profectus diligentia[f]. Iste est ornatus, quem optavi[g] in eis[h]. Istae sunt deliciae[i], quibus illos desideravi vestiri. Ista est munditia, quam[k] concupivi in illis. Hae[l] sunt aepulae, in quibus illos[m] iocundari[n] amavi[o]. His etiam anima reficitur esuriens et sitiens iustitiam. Hoc est vinum, quod miscet sapientia invitatis ad mensam suam, dum septem columnis subnixam sibi Cf. Prov. 9, 1. 2. domum construxit[3]. In hac te[p] domu[q], fili[r] carissime[s], te habitare semper obsecro;

---

a) miserarum *K 2.* b) cogitationibus *K 1;* cogitacionis *K 2.* c) moderatus *A 1*.* d) veritatem *K.* e) dignos *K 2.* f) efficaris *T.* g) animam *S 1, A 1*.* h) tibi ded. *S 1, A 1*.* i) *om. K 2.* k) tuisque *T.* l) ecclesiam *K 1.* m) mercedem *K, A 1*.* n) implicantur *K.* o) *om. K, T.* p) sunt *S 1;* presunt *T, K 2.* q) *om. T;* nec *S 1.* r) pręsumtuosum *K 2;* esse *add. S 1.* s) hoc *K 1.* t) scribens *T, S 1, K.* u) *om. T, K.* v) *om. S 1.* w) promeriri *T.* x) dilectissimae *T;* dilectissimę *S 1.*

33. a) *Lemma:* Albinus ad quendam discipulum *T;* Ad quendam discipulum *K 2, A 1*;* Item alia *K 1.* b) gratia *T.* c) litterulis exercui *K 1.* d) *om. K 1.* e) meos *add. S 1.* f) diligentii *T, K 2.* g) ornavi *K 1.* h) meis *K 2.* i) diliciae *T, K, S 1.* k) quae *S 1a.* l) Haec *S 1.* m) illis *S 1a.* n) iucundari *S 1a.* o) *corr. in* amabam *K 1.* p) Huius te *S 1;* de *K 2.* q) In hac divina domo *A 1*;* domo *K 1.* r) frater *K.* s) carissimae *T, K 1;* kar. *K 2.*

1) *De Carolo rege ac filio eius Hludorico rege Aquitaniae (inde ab a. 781) loqui videtur.* 2) *Cf. supra p. 47; infra ep. 217:* saepe subiectorum culpa dominis deputatur. 3) *Cf. Alc. de Grammat. (ed. Froben. II, 267—268):* sapientia liberalium litterarum septem columnis confirmatur.

c. 793—795 illius te aepulis pasci deprecor: huius[a] te calicis mero inebriare[b] exopto; non vanas saeculi pompas, non noxias corporis delectationes[c] exsequi[d], quae non proderunt ambulantibus in eis, sed suos sequaces in aeternae perditionis voraginem demerserunt[e].

Tu vero, amor animae meae, si quid sordium ex his contraxisti[f], lacrimis lava, paenitentia[g] ablue, et vitae melioris manu[h] dele: memor tui memorque mei: animam meam laetificans, tuae parcens, quia salus tua consolatio mea est. Noli patrem sua mercede[k] fraudare de te. Noli filii nomen delere in te. Si pro te non vis, vel pro me fac. Si vel[l] me non curas, et te[m] neglegis[n]: Deum time[o], dilige[p], honora. Ille est verus pater, ille redemptor[q], ille omnium[r] largitor bonorum suscitat dormientem in deliciis[s] animam.

Contra tres tibi cotidie[t] pugnandum[u] est inimicos: contra diabolum[v], contra saeculum, contra carnem. Quomodo poteris[w] securus dormire? Te vero dormiente vigilant, qui te occidere quaerunt. Quomodo non times flammas aeternae perditionis? Quid tu, parvi temporis hospes, patriam quaeris in peregrinatione, et illam obliviseeris, in qua civis[x] conscriptus es in baptismo[y]? Cogita, quis pro te pependit in cruce[z]. Huius[a] latus lancea perforatum tuae sanguinem redemptionis emanavit. Noli parvi pendere pretium propriae[b] salutis[c]. Pro te traditus est, qui te fecit, immo omnium[d] creator[e] ad redemptionis tuae[f] pretium se ipsum expendit. Cur te ignobilem facis, nobilissimo emptus pretio? Noli ex filio[g] Dei facere servum diaboli.

Quid pompaticis carnem induis vestimentis, et ornamenta animae non quaeris?
Ps. 39, 5. Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius[h], non respicit[i] in[k] vanitates et insanias
falsas. Melius est collo sapientiae monile[l] suspendi, quam sirico[m] vanitatis involvi.
Cf. Luc. 12, 35. Melius est castitate lumbos circumcingi, quam numerosis pomparum cingulis constringi;
et ardentes bonorum operum in manibus portare lucernas, quam digitos anulis osten-
Cf. Eph. 6, 15. tationis radiare[n]. Satius est pedes in evangelium pacis expeditos esse, quam longo
fasciarum nexu ligari. Heu quod corrumpitur, tanta diligentia ornatur[o]: et quod permanet, tanta socordia neglegitur? Illud omni cura ornatur, pascitur[p] et[q] vestitur: hoc quasi vile suppellectile[r] nullo[s] decore dignum ducitur[t]? Terrenum colitur, et caeleste non curatur? Dei[u] imago[v] vilescit, et terrae species honoratur? Non ita, fili, non ita in te sit.

Tu sacri altaris minister: tu summi honoris socius: tu sapientiae vas[w]: flos adolescentiae[x], dignitatem tuam[y] adtende, et esto, quod nominaris. Cogita corpus tuum in pulverem reverti et animam tuam ad iudicium rapi. Qualis[z] tunc esse cupias[a], talem[b] te nunc exhibe[c]. Nunc tempus est laborandi, tunc remunerandi: nunc promerendi,
Ioh. 12, 35. tunc accipiendi. Qui plus laborat, plus mercedis accipiet. Curre, dum[d] lucem habeas[e].
Ecclo. 5, 8. Qui hodie est[f], cras non erit, dicente scriptura: 'Noli tardare converti ad Deum,

a) hac *T.* b) inebriari *K 1, A 1**. c) dilectationes *T, S 1.* d) sequi *A 1**. e) dimerserunt *K 1; corr. in* demergunt *A 1**. f) construxisti *S 1a.* g) penitencie *K 2;* poenitentię *S 1b.* h) manū *S 1a.* k) suam mercedem *K 2.* l) vel si *K 1, A 1**. m) *om. S 1b,* non te (*pro* et te) *A 1**. n) negleges *T, S 1, K 2;* negligas *A 1**. o) timete *S 1b.* p) et *add. K 1, A 1**. q) redemtor *K 2.* r) omnem *S 1b.* s) diliciis *T, S 1, K 2;* peccatis *K 1, A 1**. t) cotidiae *S 1.* u) pugnandus *S 1b.* v) diabulum *S 1b.* w) potes *S 1.* x) cives *T, S 1, K 2.* y) babtismo *T.* z) patienter sustinens probra invidorum *add. cod. S 1**. a) cuius *A 1**. b) tuae *T, K 1, A 1**. c) precium *add. K 1.* d) omni *S 1a;* omne *S 1b.* e) cretor *K 2.* f) *om. A 1**. g) filium *T.* h) et *add. K 1, A 1**. i) respexit *S 1.* k) et in *S 1.* l) munile *T, K 1, S 1;* munili *K 2.* m) syrico *S 1b.* n) radiari *T, S 1, K 2.* o) *om. K 1,* ornat *K 2.* p) *om. T.* q) *om. K 1, A 1**. r) vilis suppellex *A 1*;* subpellectile *S 1b, K 2;* abutitur et *add. K 1, A 1**. s) nulla *T, S 1, K 2.* t) dicitur *T.* u) Dei — honoratur *om. S 1.* v) magno *T.* w) decus *K 1;* curatur *add. T.* x) aduliscentiae *T, corr. in* adol. *S 1a;* adulescencie *K 2.* y) tu autem *S 1b.* z) Quales *K 2.* a) cupis *A 1**. b) talis *corr. in* talem *A 1**. c) exibe *K 2.* d) du *K 2.* e) habes *K, A 1**. f) es — eris *K, A 1**.

quia nescis, quid ventura pariat[a] dies'. Omnis gloria[b] saeculi quasi flos feni decidet. c. 793—795 Arescit fenum et flos eius deperit. 1. Petr. 1, 24. Memento creatoris tui, antequam[c] veniat tempus adflictionis. Pugnemus fortiter, et vincamus viriliter[d], ut coronemur feliciter. Illum habemus adiutorem, quem et remuneratorem. Ille prior hostem vicit, ut nos vincere possimus[e]. Triumphavit in cruce, ut nos regnemus in caelo. Ad nos descendit[f] in terram, ut nos ascendamus ad illum in caelum. Filius hominis factus est, ut nos filii Dei esse[g] mereremur[h], cui laus et[i] gloria in omnes aeternitates. Amen[k].

35.

Alcvinus Riculfi archiepiscopi Moguntini diuturnam absentiam aegre fert. Monet ut divinis humana postponat. *c. 793—795.*

Codd. T fol. 62'—63 (T fol. 58), K 1 fol. 66, K 2 p. 189—190, S 1 fol. 184'—185 (S 1* fol. 111—112'), B fol. 46—46', A 1 fol. 11, A 1* p. 21—22 n. 18*[a].

Edd. C 50, Q 41, F 40, J 211; Formulae ed. Zeumer p. 447 n. 35. — Migne col. 211.

PROBATISSIMO AMICO DAMOETAE[b] ALBINUS SALUTEM.

Nimium mihi[c] longum[d] videtur tempus, quod tuae dilectionis faciem non vidi, verba non audivi. Et quantum ex praesentia tui gaudebat[e] animus, tantum in absentia contristatur. Quid faciet mens, nisi lugeat, dum[f] paucos habet amicos? Pro dolor, sed illi semper paene[g] absentes. Tamen quod valeo faciam[h], te[i] memorans[k] ante[l] Deum, tibi prospera semper illius concedere clementiam deprecans[m]. Cuius dilectione[n] tuum semper impleatur pectus[o]. Hae[p] sunt verae divitiae, quae numquam decipiunt habentem nec in ipsa morte amittuntur[q], sed plus habundant, dum cernitur[r] quod amatur. Inter temporalia et aeterna hoc interest: quod[s] temporale aliquid plus diligitur, antequam habeatur, vilescit autem, cum advenerit; aeternum autem ardentius diligitur adeptum quam desideratum. Ideo plus amemus aeterna quam temporalia, ut in aeternitate beate[t] et feliciter vivere mereamur. Valeto[u] in secula[v].

36.

Alcvinus Aedilburgae, abbatissae Flaedanbyrgensi, Offae Merciorum regis filiae, castitatem et beneficentiam suadet. *c. 793—795.*

Codd. T fol. 63'—64 (T fol. 58'), K 1 fol. 70—70', K 2 p. 200—202, S 1 fol. 172—173, D fol. 237'—238, A 1* p. 133—134 n. 95, Q fol. 121'*[a].

Edd. C 57, Q 44, F 148, J 279. — Migne col. 469.

---

a) pariet *S 1, T, K.* b) Omnes gloriae *S 1, K 2.* c) attequam *T.* d) perniciter *T, K 1, A 1*; corr. in* pertinaciter *S 1.* e) possumus *T;* possemus *S 1;* possumus *corr. in* possimus *A 1*.* f) discendit *T, S 1.* g) fieri *A 1*.* h) meremur *T;* mereamur *K, A 1*.* i) *om. S 1.* k) *om. A 1*.*

35. a) *Lemma:* Ad Riculfum archiepiscopum Magensis citatis cognomento Dameta *T;* Albinus Damoetae *K 1;* Epistola Albini ad Dametum *A.* b) Damoetae Albinus *om. S 1;* illi *B* (Alb. sal. *om*). c) *om. S 1, B.* d) longe *S 1.* e) gaudebit *K 2.* f) dies *S 1.* g) *om. T, K.* h) faciat *K.* i) *om. S 1, B, K 2.* k) tamen orans *K 2.* l) apud *K 1.* m) depraecans *T.* n) dilectioni *S 1, B.* o) pecus *manu rec. corr. in* pectus *T.* p) haec *K 1:* hec *K 2.* q) amittunt *K.* r) cernit *K 2;* decernitur *S 1 pro* dum cernitur. s) quod temporale *om. T, K.* t) beatae *T.* u) valato *K 2.* v) in secula *om. K 1;* seculo *T, K 2, S 1.*

36. a) *Lemma:* Ad filiam spiritalem *T;* Incipit epistola ad Eugeniam *Q;* Albinus Eugeniae *K 1;* Epistola Albini ad Eugeniam *A 1*.*

c. 793—795 CARISSIMAE IN CHRISTO FILIAE EUGENIAE[1] ALBINUS[a] SALUTEM.

Placet[b] mihi sepius, tametsi[c] paucis[d] litteris, non tamen parva officia salutationis[e] tuae dirigere germanitati et tuis ingerere[f] cogitationibus ammonitionis[g] meae[h] vel promissionis[i] tuae[k] salutiferas conlationes[l]; quatenus nobilissimum virginitatis decus integro conservare corpore coneris, rememorans gloriosam castitatis mercedem eorum,
Apoc. 14, 4. qui[m] in caelis per magna aeterni[n] regis palatia agnum sequuntur[o], quocumque ierit. Quid hac gloria beatius vel hac beatitudine gloriosius? ubi naturae[p] victor omnium[q] conditori creaturarum consociabitur[r]. Nec labor cotidianus deterreat[s], quem spes[t] tantae remunerationis[u] consolabitur. Paucorum labor dierum aeternis remunerabitur[v] praemiis.

Sit quoque virginitas elemosinarum[w] largitate fertilis; nec sibi caducas divitiarum gazas avida congreget[x] manu, sed larga mente in membra sui distribuat[y] sponsi. Geminis[z] caritatis scilicet et castitatis pennis ad alta caelorum regna transvolet. Nec virgo, carnis concupiscentiae[a] vinculis libera, avaritiae laqueis constringatur[b]; sed, sui ipsius victrix, etiam saeculi ignavae cupiditati[c] non succumbat. Sed sibi misericordiae operibus[d] quasi ramis virentibus in arcem[e] caelestis Hierusalem viam sternat, ubi, laudibus excepta angelicis, magni[f] imperatoris thalamum aeterna introducatur[g] laetitia.

Ut hoc fieri valeat, vigilare debet huius inquisitor margaritae[h], non inertiae[i] sopitus[k] somno[l] dormitare: immo saepius orationibus[m] nocturnis vel diurnis pulsare ianuas perpetuae[n] civitatis. Et[o] veniens[p] apertas inveniet[q], quas[r] quisque, ab hoc[s] carnali carcere deductus, nimium intrare cupiet[t]. Quod[u] ante summa diligentia praevidere debet[v], ut portas tunc inveniat[w] patentes angelicosque choros[x] suscipientes obviis[y] manibus animam[z] ad deducendam[a] in cubiculum regis, aeternis[b] fruituram[c] gaudiis[d]. Perpetuumque laudis carmen decantabit in praesentia sui sponsi, dicens: 'Benedic anima mea Dominum et omnia opera[e] eius[f]; in omni loco dominationis[g] eius benedic anima mea Dominum'.

Vivas, valeas et floreas, virgo nobilissima in Christo.

---

a) Alchuinus *Q.* b) placuit *S 1, D.* c) tamsi *T;* licet *A 1*;* tam̄ si *D.* d) si paucis tamen (tam *K 2*) *K.* e) salutationes *T, K 2.* f) ingere *S 1, D.* g) ammonitiones *T, K; corr. in* -nis *A 1*;* ammonis *S 1.* h) meas *K 1.* i) promissiones *K 2.* k) sanctae *S 1; om. K 2.* l) conlocutiones *K 1;* collocutiones *A 1*.* m) et *T, K, D, S 1;* Ecce *pro* eorum qui *A 1*.* n) aeterna *T.* o) sequentes *S 1 (?), D.* p) natura *S 1, D.* q) omne *S 1.* r) sociabitur *K 1;* consotiabitur *S 1.* s) descrescat *K 1.* t) spei *K 1.* u) remuneratione *K.* v) praem. rem. *S 1.* w) elymosinarum *S 1;* elimosinarum *K 1.* x) congregat *T, S 1, K 2, D; corr. in* congreget *Q.* y) dispenset *K 1, A 1*.* z) gemmis *T, S 1, K 2, D, Q.* a) concupiscencia *K 2.* b) confringatur *Q.* c) ignava cupiditate *T, S 1, Q;* ignavia cupiditate *K, A 1*.* d) operis *D.* e) arce *Q.* f) magna *S 1, D.* g) introducitur *T, S 1;* inducatur *K 1, A 1*.* h) margaretae *T, S 1, K 2.* i) inercia *K 2.* k) sopitur *S 1, D.* l) sompno *Q.* m) oracione *K 2.* n) *om. D.* o) ut *Q.* p) venies *K 2.* q) inveniat *Q.* r) quia *D, om. A 1*.* s) hac *T, S 1, D, Q, K;* ac *K 2.* t) cupiat *S 1, D;* cupiens *Q.* u) *om. Q.* v) est *S 1, D;* debet — angelicosque *om. K 2.* w) inveniet *T, S 1, K 1, D; corr. in* inveniat *Q.* x) choras *K 2.* y) obvios *K 1, A 1*; om. S 1.* z) *om. S 1.* a) ducendam *K 1;* ad te ducendam *K 2;* deducendum *A 1*.* b) *corr. in* aeterni *Q;* aeterni *K 1; corr. in* -nis *A 1*.* c) fruitura *S 1, D.* d) gaudens *K 1.* e) operę *S 1.* f) *om. T, S 1.* g) dominationes *T.*

1) *i. e. Aedilburgae, filiae Offae regis Merciorum, quae inter nomina reginarum et abbatissarum in libro vitae Dunelm. p. 3 occurrit* (Aedilburg), *cf. Offae regis tabulam d. anno 787 (Birch Cartular. Saxonic. I, 349)*: pro me et pro Cynedritha regina mea et pro Egfrido filio meo et filiabus meis Ethelburgae abbatisse et Aethelflede et Edburge et Aethelsvithe; *Aldredi subreguli Huicciorum tabulam datam spatio annorum 778—781 (ib. 331), qua is Aethelburgae abbatissae* propinquae *suae tribuit* monasterium illud on Flaedanbyrg *(Fladbury in Worcestershire). J.*

37.

c. 793—795

Alcvinus Hechstanum presbyterum ad virtutem cohortatur et precibus amicorum cupit se commendari. *c. 793—795.*

Codd. T fol. 64—64' (T fol. 59), K 1 fol. 55'—56', K 2 p. 161—164, S 1 fol. 173—174' (S 1* fol. 93—96), Q fol. 121'—122', A 1* p. 119—120 nr. 76, D fol. 238'—239*[a]. *Edd. C 36, Q 45, F 138, J 283. — Migne col. 452.*

FILIO MEO CARISSIMO[b] ALTAPETRA[c 1] ALBINUS[d] LEVITA[e] SALUTEM.

Utinam iuxta nomen tuum fiat merces[f] tua alta et firma. Hoc vero, ut Deo donante[g] fiat, labora instanter: curre, dum lucem habes, (Cf. Ioh. 12, 35.) ascende[h] cotidie[i] per singulos gradus[k] virtutum, ut de te dici possit[l]: 'Ibunt sancti de virtute in virtutem'; (Ps. 83, 8.) ut, quod sequitur, fieri possit; hoc est[m], ut[n] a te 'videatur[o] Deus Deorum in Sion'.

Vigiliis et orationibus insta, castitate et humilitate, dilectione[p] Dei et proximi, et aliorum mandatorum observatione te ipsum exorna. Quae tamen omnia[q] ad caritatis firmamentum respiciunt[r], in qua tota lex pendet et prophetae. (Matth. 22, 40.) Si nondum[s] adhuc annis, ordine tamen sacri[t] ministerii, senior esse coepisti. Nam presbiter senior Latine interpretatur[u 2]: ut significet moribus esse debere[v] senes, constantia perfectos[w], praedicationi[x] verbi Dei intentos[y], ita ut opere impleant, quod ore doceant[z].

Tu vero, fili[a] carissime[b], vigilanter tibi[c] praepara[d] bonis meritis domum perpetuam in caelis. Modo est tempus laborandi et promerendi Deum: tunc erit tempus iudicandi, et pro[e] bonis operibus videndi Deum; quia tunc iudicabitur unusquisque (Matth. 16, 27.) secundum opera sua. Non tibi sit saeculi pompa suavior quam salus aeterna; nec delectatio[f] carnalis dulcior quam dilectio Dei. Qui hic Deum diligit, ibi cum Deo esse laetetur[g]. Quam iocunda[h] est beatitudo aeterna, et quam misera perditio sempiterna. Qualis in vita futura fieri velis, talem te praepara in praesenti. Parvi temporis[i] hospes[3] perpetuam tibi[k] promerere[l] mansionem[m]. Hodie te cogita cras esse moriturum. Omnis[n] dies quasi ultimus est habendus[4]. Ideo semper homo debet esse paratus, ut quacumque die iudex pulsaverit ostium[o], aperiatur ei cum laetitia. (Luc. 12, 36.) Rapietur[p] ad iudicium[q] anima[5], dum ducetur[r] de corpore.

---

37. a) *Lemma:* Ad Hechstanum presbiterum *T;* Epistola ad Hestanum presbiterum *Q;* Albinus Altae petrae *K 1;* Epistola Alcuini ad Altam Petram *A 1*.* b) karissimo *S 1.* c) *corr. in* Altapetrae *K 1, Q;* Altaepetrae *A 1*.* d) Alchuinus *Q:* Albinus levita *om. A 1*;* Albinus — salutem *om. K 1.* e) *om. T, Q, K 2.* f) mercis *T, S 1, D, K 2.* g) dante *S 1, D.* h) ascendere *T.* i) cotidię *T;* quotidie *A 1*.* k) grados *D.* l) posit *S 1.* m) *om. T, Q, S 1, D.* n) vero *D (pro* ut), *om. Q.* o) videbitur *Q;* videtur *K 2.* p) dilectio *S 1, D.* q) *om. S 1, D.* r) respicient *T, D, Q, K 2, S 1.* s) non de *S 1.* t) sacro *K 2.* u) senior in latina interpractatur *T, K;* senior et latina interpretatio *D;* senior in latino interpretatur *A 1*;* senior in latina lingua interpretatur *Q.* v) *om. K, A 1*.* w) perfecti *T, D, S 1;* perfectus *K 2.* x) praedicatione *T, K 2, Q, S 1, D.* y) intentus *K 2.* z) impleat — doceat *K, T, D, Q, A 1*.* a) o fili *Q.* b) carissimae *T;* karissime *S 1.* c) *om. D.* d) praepera *K 2.* e) *om. S 1.* f) dilectatio *S 1;* dilectio *T, K, A 1*.* g) laetatur *A 1*.* h) inc. *corr. in* iocunda *S 1.* i) tempore *D.* k) vel *D.* l) promeriri *T;* promereri *K 2, S 1;* promeriti *D.* m) Parvi temporis ut hospes — promereri valeas mansionem *sic corr. Q.* n) oms *S 1.* o) statim *add. K 1, A 1*;* hostium *K 2.* p) Raperint *T;* Rapitur *S 1, D, Q;* Rapiatur *K.* q) anima ad iudic. *S 1;* imalicium *K 2;* domicilium *(A 1*)* animae *K 1.* r) deducitur *Q;* deducetur *S 1 pro* dum ducetur; deducitur *D;* educitur *A 1*, K 1.*

1) *Tam Hechstani nomen, quod in altam petram transfertur, quam sociorum eius Scaest et Baegnod clericos Anglicos eos fuisse probare videtur. J. In synodo Cloveshoensi a. 803. habita adfuerunt* Heahstan abbod *sive* Heahstan presbyter abbas *et* Beagnođ presbyter *(Birch Cartular. Saxonic. I, 436. 437).* 2) *Isidori Etym. VII, 12, 20:* presbyter graece latine senior interpretatur. 3) *Cf. supra p. 51. 76, ep. 241.* 4) *Seneca de morib. 10:* omnis dies velut ultimus iudicandus est; *Praecepta vivendi v. 22 (Poet. Carol. I, 276):* Quisque dies vitae est velut ultimus ecce putandus. 5) *Cf. supra p. 76; Alcvini Carm. LXXVI v. 15. 16 (Poet. Carol. I, 297):* Mors properat horis mox omnibus atque momentis, | Ut rapiat nosmet iudicis ad faciem.

c. 793–795 Quid tunc ebrietas, quid tunc[a] luxoria[b] carnalis[c], quid pompa vestimentorum, quid anulus in digito[1], quid aurum[d] in sacculo[e]? Dives moritur similiter sicut et pauper, et una est amborum conditio: nisi forte[f] quis melior altero[g] fiat. Bonus in vitam vadit sempiternam[h], impius tormentis[i] traditur[k] aeternis. Esto filius vitae et[l] non mortis. Esto heres caeli cum Christo, non esca ignium cum diabolo[m]. Per singulos dies semper esse melior[n] studeto, ut semper cum Deo esse[o] merearis.

Saluta meo[p] nomine Scaest et Baegnod[q] [2] Dei famulos, amicos nostros, filios vitae aeternae. Roga eos nostri esse memores in orationibus suis cum sua familia[r], quam[s] diligenter[t] in Dei servitio[u] erudiunt[v], quatenus mercedem[w] ex illis habeant et non poenam, laudem et non contumeliam. Quia profectus subiectorum[x] salus est praelatorum[y] et[z] pastor bonus ex[a] gregis multiplicatione coronabitur. Et tu[b], fili mi[c], memor esto mei et tui in orationibus, ut divina nos clementia[d] perpetuo munere in[e] salute sempiterna conservare dignetur. Vale[f], vale[g], fili in aeternum.

38.

Alcvinus Monnam presbyterum et fratrem eius ad saeculi contemptum et ad humilitatem exhortatur. *c. 793–795.*

Codd. T fol. 65—65' (T fol. 60), K 1 fol. 56'—58, K 2 p. 164—167, S 1 fol. 174—176 (S 1* fol. 96'—99'), D fol. 239—239', Q fol. 122'—123, A 1* p. 120—121 nr. 77*[a].

Edd. C 37, Q 46, F 139, J 282, Form. Salzburg. 40, Formulae ed. Zeumer p. 448. — Migne col. 454.

DILECTISSIMIS IN CHRISTO AMICIS FRATRI[b] ET FILIO ANTHROPO[c] [3] ET STRATOCLEI[d] HUMILIS LEVITA ALCHVINE[e] SALUTEM.

Solet caritas litteris appellare, quos oculis cernere non valet, quia apices cartarum amoris magnitudinem[f] exprimere conantur, ut oculis legatur in syllabis[g], quod videri non potest in mentibus. Ideo[h] vestrae[i] memor, carissimi[k], germanitatis hanc cartam vobis in commune[l] direxi, ut cognoscatis, quantam[m] pro vobis habeo sollicitudinem, quam[n] nec[o] terrarum longinquitas, nec temporum diuturnitas delere valuit, quo minus ammoneam, quos magis diligam; desiderans salutis vestrae prosperitatem et in Deo credere et in saeculo scire. Ut utrumque fiat, unum est studendum, id est Deo

---

a) *om. T, Q, K, A 1*.* b) luxus *T, S 1, Q, K 1, A 1*.* c) carnis *D.* d) aurus *S 1.* e) saeculos *T, K 2.* f) *om. Q;* nisi forte quis melior inveniatur, ut ad regnum perducatur aeternum *K 1, A 1* pro* nisi — sempiternam. g) alteri *T, K 2, S 1, Q, D; om. K 1, A 1*.* h) aeternam *S 1, D.* i) poenis *K 1, A 1*.* k) tradetur *Q;* aeternis trad. torm. *S 1.* l) et *om. A 1*;* et — mortis *om. K 1.* m) diabulo *S 1.* n) melius *S 1.* o) cum Deo s. e. *A 1*.* p) meo — famulos *om. S 1, D.* q) illos *pro* Scaest et Baegnod *K, A 1*;* Begnod *Q.* r) fam. sua *A 1*.* s) quas *T, S 1, Q;* qui sunt *D.* t) dilienter *K 2.* u) eruditione *A 1*.* v) erudiant *S 1;* eruditi *D.* w) mercede *S 1.* x) supiectorum *K 2.* y) praedicatorum *K 1, A 1*.* z) *om. K 1, A 1*.* a) *om. K 1, A 1*.* b) tui *K 2.* c) mei *S 1, D; om. K 1.* d) a *add. S 1.* e) in — sempiterna *om. S 1, D.* f) valae *K 2.* g) *om. D.*

38. a) *Lemma:* (Epistola *Q*) Ad Monnam presbiterum et fratrem eius *T, Q;* Item Albinus dilectis amicis *K 1;* Epistola Albini ad amicos *A 1*.* b) ill. *K, A 1* pro* fratri — Stratoclei. c) Anthropo *Q;* Anthropo et Stratoclei *om. S 1, D.* d) Stratodei *Q.* e) Albinus *K 1, D;* Alchuinus *Q, A 1*; om. K 2.* f) magnidudinem *K 2.* g) sillabis *S 1, K 2.* h) charissimae *add. A 1*.* i) vestri *K 1;* vestrae non inmemor *K 1, A 1*.* k) karissimi *S 1, Q, om. A 1*.* l) communem *K.* m) quantum *K 2.* n) quia *K, A 1*.* o) *om. K 1.*

1) *Cf. supra p. 76, infra ep. 282.* 2) *Cf. supra p. 79 n. 1.* 3) *Anthropon idem significare quod Monna patet; sub Stratocle nomen Anglosaxonicum Herebeorht aut Heriberet latere Zupitza v. cl. suspicatur. Eidem fortasse 'Monimagno' in itinere versanti et Turonibus exspectato Alcvinus post annum 796. carmen inscripsit (Poet. Carol. I, 260). Monn sive Monna presbyter occurrit nobis a. 803. et 805. (Gray Birch Cartular. Saxonic. I, 435. 447).*

placendum. Praeterit[a] quicquid amatur in mundo, et solum[b] permanet quicquid[c] c. 793—795
agitur in Deo. Ideo temporalia non tardent iter ad aeterna[d] tendentium, dicente discipulo, quem diligebat Iesus: 'Nolite diligere ea, quae in mundo sunt'. Numquid[e] 1. Ioh. 2, 15.
ex umbra panis esuriens se saturare[f] poterit? Umbratica est saeculi felicitas, vera tantummodo[g] in futuro spectatur.

Nolite vinculis saeculi[h] teneri, nec laqueis diaboli[i] ligari[k]. Et vincula, quae per confessionem et poenitentiam praecidistis, nolite reformare[l], ut liberas[m] manus valeatis relevare[n] ad Deum, et puro corde deprecari quem toto corde amare debetis. Vigiliae[o] et orationes sint assiduae[p] vobis. Beatus servus ille, quem, cum venerit[q] Luc. 12, 37.
dominus eius, invenerit vigilantem[r]. Vigilandum[s] est in bonis operibus, non dormiendum[t] in delectationibus[u] carnalibus. Ebrietatem[v] quasi perditionis foveam fugite[1], quia iuxta prophetam[w] 'vinum et ebrietas auferunt[x] cor'. Pompas[y] vestimentorum non Osee 4, 11.
sequimini[z]. Beatus homo, qui non respicit in vanitates et[a] insanias falsas. Melius Ps. 39, 5.
est animam[b] ornare, quae[c] permanet, quam corpus[d] vestimentis, quod putrescit in pulverem[e], dicente quodam[f] philosopho[g] [2]: 'Ridiculum est in vanitate laudem quaerere'; volens vestimentorum supervacuas curas vanitatem intellegi[h]. Quodsi plurimi hoc faciunt, scriptum est: 'Non sequeris turbam ad faciendum male'. Melius est[i] cum Exod. 23, 2.
paucis salvari[k], quam cum plurimis perire.

Scitote, cuius exempla diligentius sectamini[l], eius meritis maxime[m] adhereatis[n]. Christus per humilitatem viam nobis fecit ad[o] caelum; quid[p] superbiam pravorum sequimur? Angelus per superbiam proruit e caelo; quid superbit homo terra[q] et cinis? Quis superbienti homini[r] locus deputetur, si angelo superbienti infernales poenae praeparatae sunt[s]? Non est opus vos quasi insipientes vel[t] inscios ammonere[u], dum evangelium Christi ante oculos habetis. Legite et intellegite, quid sit cavendum[v] vel quid observandum[w]. Quicquid[x] ibi scriptum est, necesse est[y] ut fiat, dicente ipsa veritate: 'Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt'[z]. Item: 'Si Matth. 24, 35. Ioh. 14, 23.
quis diligit me, sermones meos[a] servabit'[b]. Indicium[c] dilectionis Dei est mandata eius observare; et praemium dilectionis visio[d] est[e] divinitatis[f]; eo ipso[g] promittente[h], quem diligere iubemur, qui dicit[i]: 'Qui[k] autem diligit me, diligetur[l] a patre meo, et Ioh. 14, 21.
ego diligam[m] eum, et manifestabo[n] ei me ipsum'.

Pro me orantes valete, viri fratres karissimi[o] in Christo[p].

---

a) praeteriit *T, D.* b) solum *corr. in* solus *S 1.* c) quod *K 1, A 1**. d) eternam *K 2.* e) nunquam *A 1**. f) satiare *K 1, A 1**. g) tamen modo *S 1, D.* h) saeculi vinclis *A 1**. i) diabuli *T, D.* k) *om. Q.* l) reformari *T, K 2, D, Q, S 1.* m) liberans *T.* n) revelare *T;* levare *K 1, A 1**. o) vigiliis *S 1,* vigilias *D.* p) assidue sint *S 1.* q) verit *K 2.* r) *Reliqua om. D.* s) vigilaudus *S 1.* t) tormiendam *K 2;* dormiendus *S 1.* u) dilectationibus *S 1.* v) Aebrie. *K 2.* w) prof. *K 2.* x) aufert *T, K, A 1**. y) pompam *A 1**. z) sectemini *K, A 1**. a) in *add. K 2.* b) moribus *corrigens add. Q.* c) quam *K 2.* d) corbus *K 2.* e) pulvere *Q.* f) quidam *S 1.* g) filosofo *S 1,* filosopho *K 2.* h) intellegere *S 1.* i) *om. K 2;* enim est *S 1.* k) salvare *K 2.* l) sectemini *T, Q, K 1;* sectaemini *K 2;* sectimini *S 1.* m) *om. K 1.* n) inhaereatis *K 1.* o) in *K 1, A 1**. p) quod si *K 1, A 1*;* per *add. Q.* q) pulvis *K 1, A 1* pro* homo terra. r) homi *S 1.* s) deputata est *K 1;* deputatae sunt *A 1**. t) insipientes vel *om. T, K, Q, A 1**. u) ammore *K 2.* v) cavendum sit *S 1;* observandum *A 1**. w) sit cavendum *A 1**. x) quod *K 1, A 1*;* quid *K 2.* y) *om. K 2.* z) transient *S 1.* a) sermonem meum *S 1.* b) servat *K, Q, A 1**. c) indicium *erasum est in K 1;* indicionis *K 2.* d) visitatio *K, A 1**. e) *om. T, K, S 1, A 1*, Q.* f) dilectionis *T.* g) *om. S 1.* h) promitte *K 2.* i) qui dicit *om. T, K, A 1*, Q;* eo promittente quod dicit quem diligere iubemur *S 1.* k) quisquis *A 1**. l) diligitur *K 2, S 1.* m) dilicam *K 2.* n) manifesto *K 1.* o) car. *K 2.* p) in Christo *om. K, A 1**.

1) *Cf. supra p. 59.* 2) *Nescio quis.*

c. 793—795

39.

Alcvinus amico fideli ardorem amoris sui significat, hortatur, ut omnibus exemplum sit bonae vitae, rogat, ut evangelia et librum pastoralem sancti Gregorii diligenter legat.
c. 793—795.

Codd. T fol. 65'—66' (T fol. 60'—61), K 1 fol. 48'—49', K 2 p. 143—146, S 1 fol. 176—177 (S 1* fol. 99'—102', B fol. 44'—45), Q fol. 123—123', (A 1 fol. 11') A 1* p. 22—23 n. 19*[a].

Edd. C 29, Q 47, F 142, J 293, Form. Salzburg. 33, Formulae ed. Zeumer p. 447. — Migne col. 457.

DULCISSIMAE[b] DILECTIONIS FRATRI ET AMICO IN CHRISTI CARITATE SALUTEM.

Eccle. 9, 14. Amico antiquo[c] novus non est similis[1]. Amicus qui fortunam sequitur, et tempus observat, qui iuxta loci qualitatem mutatur, numquam verus fuit. O si mihi[d] vox ferrea[e 2] esset, et omnes pili verterentur in linguas[f], ut vel sic ad aures[g] tui cordis verba dilectionis meae pervenire valuissent; vel in tuo pectore spiritus esset prophetiae, ut perspicere cordis mei arcana[h] potuisses[i], crederes utique, quam suavissimo sapore tui amoris pectus meum impleretur[k].

Sed nunc quod valeo faciam. Hos parvos apices magnae indices caritatis tibi dirigo, ut per hos intellegas quod vix intellegi potest. Sicut flamma potest[l] videri, tangi autem non potest: ita caritas in litteris cerni potest, sed vix in animo scribentis sentiri[m] valet. Quasi scintillae de igne sparguntur[n], ita dilectio litterarum[o] officio volat[p]. Sed plurimi[q] sunt, in quorum corde[r] exstinguitur[s]: ideo gratius lucescit, ubi vel aliqua eius flammula[t] ardescit.

Quia[u] in te, frater sanctissime[v], veram inveni caritatem, ideo nulla terrarum spatia me prohibent. secundum oportunitatem[w] portantis cupiens te in Christo perenniter frui, cuius amor nostra utinam impleat corda, ut per eius dilectionem[x] nobis inviolabilis permaneat fraternitas, cuius caritatem[y] sicut sacerdos Dei summi, sicut[z] tuba caelestis, sicut praeco salutis cunctorum ingerere cordibus studeas. Quicquid illius respuit sanctitas instantissime[a] prohibe[b]: quicquid illius diligit[c] bonitas ardentissime[d] praedica. Non te[e] terrenae fragilitatis terreat potestas, non saecularis ambitio
Matth. 10, 28. sacerdotalem severitatem conpescat. Noli[f] timere eos, qui corpus possunt occidere[g], animam[h] autem non possunt[i].

Esto omnibus vitae lucerna, praevius viarum Dei, exemplum honestatis: esto miseris consolatio, medicina vulneratis[k], afflictis[l] consolatio, pastor non mercenarius[m],
Cf. Matth. 21, 13. domus Dei, non spelunca latronum, palma florens, oliva[n] semper virens. Noli columbas
Cf. Matth. 10, 8. Dei vendere. Gratis da, quod gratis accepisti[o]. Inreprehensibilem[p] te ipsum in omnibus exhibe, ut vita tua doctrina sit populi, ut[q] ex bona conversatione tua aedificentur[r] plurimi.

---

39. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad quendam amicum *A 1*;* Ad amicum fidelem *Q;* Alcuinus ad amicum *K 1.* b) dulcissimo *A 1*.* c) Ant. am. *A 1*.* d) O — mihi *om. K.* e) ferre *S 1.* f) linguis *K 1;* linguam *A 1*.* g) auris *K 2.* h) archana *K.* i) potuisset *K, A 1*.* k) completur *K 1;* inpleretur *K 2.* l) *om. K 1.* m) sentire *T, K 2.* n) sparcuntur *K 2.* o) literum *K 2.* p) valet *K 1.* q) plurimis *T.* r) cordibus *S 1.* s) extinguitur *A 1*;* extingitur *S 1;* extinguntur *K 1.* t) flammivola *Q;* flamma *K 1.* u) Qua *K 2.* v) karissime *K 1.* w) opornitatem *K 2.* x) in *add. A 1*.* y) caritate *T, S 1, K 2.* z) sic? *T.* a) instantissimae *T, S 1.* b) respue *K 1.* c) diligi *K 2.* d) ardentissimae *T, S 1.* e) *om. K 2.* f) Nolite *K 2.* g) qui occidunt corpus *Q pro* qui — occidere. h) anima — potest *T.* i) occidere *add. Q.* k) salutis *Q.* l) adflictis *K 2.* m) mercennarius *S 1.* n) ovile *K 1.* o) accipisti *S 1.* p) inreprecensibilem *K 2.* q) *om. K 1.* r) edificent *K 2.*

1) *Cf. Praecepta vivendi v. 59 (Poet. Carol. I, 277):* Non erit antiquo novus anteferendus amicus.
2) *Aen. VI, 626:* Ferrea vox.

Lege diligenter, obsecro, evangelia Christi; libros quoque alios canonicae 793—795? auctoritatis[a]. Sed et pastoralem beati Gregorii papae saepissime perscrutare[1]. His aepulis animam tuam pasce, ut habeas, unde alios quoque[b] reficere valeas.

Mei quoque, obsecro, ut[c] memoriam habeas inter missarum sollemnia[d] et sacras orationes tuas, ut divina clementia veniam mihi peccatorum et coronam tibi meritorum praestare dignetur.

40.

Alcvinus episcopum quendam amicum ad pietatem reliquasque virtutes hortatur curamque divinae laudis in ecclesiis ei commissis commendat. *793—795?*

Codd. T fol. 72 (T fol. 66), K 1 fol. 50—50', K 2 p. 147—149*[a].
Edd. C 31, Q 53, F 137, J 294. — Migne col. 452.

Pars mea, dixit Dominus animae meae[2]. Pars mea, dixit pater filio suo, cui Threm. 3, 24. sit pars cum sanctis in aeternum. Tuae beatitudinis perlectis litteris gaudebam de tuae prosperitatis salute, cuius praesens, quantum valui, fautor fui; etiam et nunc absens cupidus. Et utinam, ut litteris promisisti, memor sis antiquae[b] paternitatis et dulcedinis inter nos in Domino, qui semper nos in sua provehat[c] voluntate, et proficere faciat in suis mandatis. Memores simus, quod nos de[d] stercore erexit, et Ps. 112, 7. 8. posuit inter principes populi sui; non nostris meritis, sed sua gratuita misericordia; cui semper gratias agamus[e] in omni vita nostra, ut ille, qui exaltavit, etiam[f] conservet.

Omnes vero ecclesias, quas Deo donante ad regendum accepisti, diligentissime in Dei laude exorna. Sint in eis canonicis horis psalmorum melodia, orationum instantia, missarum solemnia et intercessiones pro te tuisque amicis. Sint tibi, fili mi, mores[g] cum honestate et temperantia, vestimentorum moderatus cultus, convivia[h] non[i] in luxoria et ebrietate, sed in sobrietate et congruentia temporibus et personis. Ubique Dei timorem[k] ante oculos habeas. Humilitas te exaltet, et veritas honorabilem faciat, et misericordia amabilem. Sit tua manus pauperibus larga, amicis benigna. Esto fidelis dispensator domui Dei. Esto forma salutis omnibus tecum habitantibus. Cf. 1. Thess. 1, 7. Et quia Deus te[l] honore nobilem fecit, esto quoque et moribus nobilis. Luceat lux tuae bonitatis coram omnibus. Glorificetur in te pater caelestis, qui te in hac praesenti vita custodiat, et in futura vita gloriam tibi cum sanctis concedat aeternam.

Pars mea, pars valeas; semper sit[m] pars tua Christus.
Esto memor patris, pars, precor, alma tui.

---

a) actoritatis *K 2.* b) *om. K.* c) *om. A 1*.* d) solemnia *K 2.*

40. a) *Lemma:* Item eiusdem ad quendam *T*.* b) antiqui *K 2.* c) proveat *K 1.* d) te *K 2.* e) agimus *K 2.* f) et *add. K 1.* g) filii minores *K 1 pro* fili mi mores; filii minoris *K 2.* h) conviviae *T;* convia *K 2.* i) nun *K 2.* k) timore *K 2.* l) de *T.* m) *om. K 1.*

1) *Hunc librum saepius commendat. Cf. infra epp. 113. 124. 209.* 2) *Cf. carmen Alchvini ad Paulinum datum XX, 2 (Poet. Carol. I, 240):* Pars animae melior, nostrae pars inclyta vitae.

c. 794—795

41.

Alcvinus Carolum ut videtur regem ob studium veritatis catholicae laudat; carpit novum Adoptianorum errorem. *c. 794—795.*

Codd. T fol. 99'—101, H fol. 4—7*[a].
Edd. Q 97, F 14, J 29. — Migne col. 168.

Veniente ad nos filio nostro Candido[1], vestro autem fideli servulo, multum nos vestrae prosperitatis adnuntiatione laetificabat, necnon magna salutatione[b] vestrae dilectionis[c] dulciter reficiebat. Laudabilis quoque doni allatione intimae mentis affectum fecundabat. Insuper mentis probamentis vestrae auctoritatis pro nobis explicavit devotionem, quam pura et sancta inquisitione catholicae fidei veritatem examinare studuistis, et semper viam regiam, apostolica[d] confortatus praedicatione, plano veritatis sermone vestram adseruit prudentiam tenere.

Ps. 32, 12. Beata gens, cuius est dominus Deus eorum: et beatus populus tali rectore exaltatus et tali praedicatore munitus; et utrumque: et gladium[e] triumphalis potentiae vibrat in dextera et catholicae praedicationis tuba resonat in lingua. Ita et David olim praecedentis populi rex a Deo electus et Deo dilectus et egregius psalmista Israheli[f] victrici gladio undique gentes subiciens, legisque Dei eximius praedicator
Cant. 2, 1. in populo extitit. Cuius eximia filiorum nobilitate in salute mundi, de virga flos campi et convallium floruit Christus, qui istis modo temporibus ac eiusdem nominis, virtutis et fidei David regem[2] populo suo concessit rectorem et doctorem. Sub cuius umbra superna[g] quiete populus requiescit christianus, et terribilis undique gentibus extat paganis. Cuius devotio a sectis perversi dogmatis fidem catholicam evangelica soliditate munire non cessat, ne quid novi et apostolicis inconveniens doctrinis per clandestinas[h] subreptiones alicubi oboriri[i] valeat, sed caelestis gratiae lumine fides ubique fulgeat catholica.

Cuius luminis, heu pro[k] dolor! quidam extorres, Christum ex virgine sancta natum, impia temeritate Deum verum, et[l] filium Dei proprium negare non timent[3]. Qui error eo usque, ut videtur, latenter quorundam etiam fidelium doctorum animis subrepsit[4], ut durum videatur illis confiteri vel credere Deum esse tantum Iesum Christum, qui sedet ad dexteram patris, et in gloria paternae maiestatis venturus est iudicare vivos ac mortuos. Nec in spiritalem nunc gloriam carnem Christi dei esse mutatam, quae pro nobis pependit in ligno, contra illud apostoli dictum, qui de nostri
1. Cor. 15, 44. corporis inmutatione ait: 'Seminatur corpus animale, surget[m] corpus spiritale'. Nec illam considerantes sententiam, qua[n] idem ipse a Deo electus mundi praedicator
1. Cor. 5, 51. iustorum resurrectionem discernens ab impiis dixit: 'Omnes quidem resurgemus, sed non omnes inmutabimur'. Si nostris corporibus[o] secundum modum[p] meritorum spiritalis gloriae promittitur inmutatio, quanto magis corporis Christi clarificatio gloriosa esse credenda est post resurrectionem? dicente apostolo de nostrae resurrectionis
Philipp. 3, 21. gloria: 'Qui reformabit[q] corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae'. Unum verum Deum et unum Dei filium in duabus naturis, divina scilicet et humana,

---

41. a) *Lemma:* Ad Candidum *H;* Alcuinus ad quendam *T**. b) salutationis *H.* c) *om. H.* d) apostolicam *T** in *eraso.* e) gladius *T**. f) Israel *H.* g) superiora *H, T*;* superna *coni. Frobenius.* h) cladestinas *corr.* clandestinas *T*;* clandestines *H.* i) aboriri *H, T**. k) proh *H* (?). l) vel *T**. m) surgit *H.* n) quia *T**. o) operibus *T**. p) novum *H, T**. q) reformavit *T**.

1) *Cf. supra p. 65 n. 4; 66.* 2) *Carolum Francorum regem.* 3) *Loquitur de doctrina Felicis Orgellitani episcopi a. 792. Regini primum condemnata.* 4) *Grössler (Die Ausrottung des Adoptianismus p. 47—48) his verbis initia doctrinae adoptianae cis Pyrenaeos montes dilatatae significari censuit.*

dominum nostrum Iesum Christum regnantem cum patre et Spiritu sancto praedicamus c. 795
et confitemur, non divisa potestate nec partita, quasi una sit maior potestas et altera minor; quia divisionem et partitionem vera non recipit aeternitas vel divinitas, quae est in Christo Iesu domino nostro, apostolo dicente: 'Si Christum noveramus secundum 2. Cor. 5, 16.
carnem, sed nunc iam non novimus', id est, qui mortalis fuit in terris ea natura, quae mori potuit, nunc totus spiritalis regnat in divinitatis maiestate in caelis, qui post resurrectionem ait apostolis: 'Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra'. Matth. 28, 18.
Quae potestas multo ante filio hominis danda dicitur a prophetis.

42.

Alcvinus Eboracensibus monachis se ab infantia usque ad virilem aetatem ab eis educatum grato animo profitetur. Illorum omnium orationibus se commendat et ut a vitiis sibi caveant hortatur. *c. 795.*

Codd. H fol. 7'—9, T fol. 101—102, K 1 fol. 33'—35', K 2 p. 100—104, A 1* p. 101—103 n. 66*[a]. *Edd. C 21, Q 98, F 5, J 34. — Migne col. 145.*

DILECTISSIMIS ET VALDE VENERABILIBUS IN CHRISTI CARITATE EUBORACENSIS[b] ECCLESIAE FRATRIBUS VESTRAE[c] FILIUS PIETATIS ALCVINUS[d] DIACONUS[e] SALUTEM.

Totum meae[f] devotionis pectus vestrae caritatis dulcedine impletur, et si quid pleno[g] amoris modio superaddi potest, cotidie crescendo accumulatur; ita ut solius memoriae de vobis suavitas supervenientes saecularis angustiae tribulationes[1] longe a secretis mentis meae cubilibus depellit[h]. Et hoc mihi singulare solacium[i] in spiritu consolationis sanctae[k] dominus Christus[l] perdonare dignatus est.

Vos fragiles infantiae meae annos[2] materno fovistis[m] affectu[n]; et lascivum[o] puericiae[p] tempus[q] pia sustinuistis patientia[r] et paternae castigationis disciplinis ad perfectam[s] viri[t] edocuistis[u] aetatem[v] et sacrarum eruditione disciplinarum roborastis[3].

Quid plus dicere habeo? nisi ut aeterna[w] summi[x] regis pietas omnia pietatis in me, famulum suum, per vos benefacta perpetua[y] summae[z] beatitudinis gloria remuneretur? Hoc singulis vigiliarum mearum momentis, hoc cotidiana subplicatione[a], in hac prece in conspectu altissimi intimas[b] desiderii mei lacrimas per loca sanctorum martyrum vel confessorum Christi, quo me iter instabilitatis deducat[c], fundere non cesso. Vos semper in corde et primi inter verba precantia in[d] ore.

Vos, piissimi patres, seu in communibus[e] sanctae orationis horis[f] vel in secretis

---

42. a) *Lemma:* Fratribus Eboracensis ecclesie *H;* Alcuinus Euburacensae fratribus *K 1;* Albinus ad fratres Euboracensis ecclesiae *T*;* Alcuinus Eboracensis ecclesiae fratribus *A 1**. b) Eboracensis *A 1*, corr. in* Euboracensis *H;* Euboracensae *K 1;* Euboracense *K 2.* c) vestris *K 2.* d) Albinus *H, T**. e) *om. K, A 1**. f) me *K 2.* g) pleni *K, A 1**. h) depellat *A 1**. i) solatium *T*, A 1**. k) sancto *K, A 1**. l) Iesus *K, A 1**. m) fuistis *K 2.* n) effectu *K 2.* o) lasciviam *A 1**. p) meae *add. K, A 1**. q) *om. H, K 1, A 1**. r) potencia *K 2.* s) perfectum *K 2.* t) vires *T**. u) educastis *A 1**. v) etate *K 2.* w) aeterni *K 1, A 1**. x) *om. H, K, A 1**. y) perpetuae *K 1, T**. z) summa *K.* a) supplic. *T*, K 2, A 1*;* requiro *add. A 1**. b) intimi *K 1, A 1*;* intimax *K 2.* c) deducit *T*, A 1**. d) in ore *om. K 1.* e) commune *K, A 1**. f) foris *K 2.*

1) *Scripsit igitur hanc epistolam, priusquam ad monasterium Turonense se recepit, eodem fere tempore quo et sequentem.* 2) *Cf. infra ep. 131:* fragiles vestrae aetatis annos. 3) *cf. Poema de pontificc. Euboricens. v. 1651 (Poet. Carol. I, 206):* quae *(sc. Euborica)* proprium sibi me nutrivit alumnum; *ibidem v. 17. 18 (p. 170) laudat* veteres cunas . . | Euboricae . . urbis.

c. 795 deprecationum[a] vestrarum intercessionibus[b] Alchvinum[c], filium vestrum, per Dei[d] deprecor[e] caritatem[f], iugiter in corde habete et in ore.

Vos quoque, qui estis aetate filii, sed meritorum sanctitate patres, per divinam obtestor[g] clementiam: numquam eruditionis vestrae in sanctis orationibus obliviscimini magistrum[1]. Testis enim cordis mei mihi est inspector, quam[h] devote[i] vestrum semper in[k] ecclesiasticis[l] disciplinis et spiritali doctrina[m] desiderabam[n] profectum. Et si quid minus accepistis[o], non meae, credo[p], culpae[q] deputari potest. Et numquam istius voluntatis meae, sive absens sive praesens, de vestro profectu benivolentia cessabit[r].

O omnium[s] dilectissimi patres et fratres[2], memores mei estote. Ego vester ero, sive[t] in vita, sive[t] in morte. Et forte miserebitur mei Deus[u], ut, cuius infantiam aluistis, eius senectutem[v] sepelietis[w]. Et si alter[x] corpori locus deputabitur, tamen animae — qualemcumque[y] habitura[z] erit — per vestras[a] sanctas, Deo donante, intercessiones[b], requies[c] vobiscum[d], credo, donabitur[d*]. Quia — sicut puer noster[3] Seneca[e] se vidisse testatur — nostrae fraternitatis animas in eodem laetitiae[f] loco congregandas esse credimus. Etsi meritorum diversitas alium beatius laetari faciat[g], tamen aeternitatis aequalitas[h] cunctos feliciter vivere efficiet[i]. Et sicut unus sol omnibus lucet, non tamen propter oculorum distantiam aequaliter ab omnibus videtur, ita aeterna beatitudo omnibus in Dei regno iustis perdonabitur, licet meritorum sublimitas alios maiore[k] gloria coronet.

Ad quam gloriam, carissimi[l] fratres, tota intentione et voluntatis et operis vosmetipsos dignos pervenire praeparate. Nulla carnalis concupiscentia, nulla saecularis ambitio hoc[m] beatitudinis iter[n] vos[o] intercludat[4]; sed[p] viam veritatis et sanctitatis, per quam beati patres, praedecessores[q] nostri, ad regna pervenerunt caelestia, superna[r] vos comitante gratia, pari[s] pietatis consensu, uno voluntatis affectu[t], cotidianis currite[u] profectibus. Omnem a vestra sancta conversatione[v] repellite segnitiem[w]; luxoriam castitate[x] mutate; ebrietatem quasi inferni foveas fugite[y]; supervacuos vestimentorum[z] ornatus[a] nolite exquirere. Melius[b] est servis[c] Dei animam[d] ecclesiasticis ornare moribus, quam corpus laicorum consuetudine pompatica vestire vanitate. Et melius est sacrae[e] matris ecclesiae mundissima calcare[f] limina, quam lutulentas villanae[g] foeditatis[h] semitas frequentare. Regularis vitae vos ordinet[i] disciplina et ecclesiasticae pietatis moderatio venerabiles[k] efficiat[l]. Sanctae humilitatis pedibus[m] et divinae caritatis gradibus[n] per passus[o] oboedientiae caeli conscendite regna. Haec enim

---

a) deprecacinem *K 2.* b) intercessio *K 2;* deprecationem vestram Domino funditis *K 1, A 1* pro* deprecationum — intercessionibus. c) Alcuinum *K, A 1*.* d) deum *K 1, A 1*.* e) et *add. A 1*.* f) vestram *add. A 1*.* g) attestor *K 1, A 1*;* ut testor *K 2, om. T*.* h) quia *K 1, A 1*.* i) devota *H, K 2; corr. in* devote *T*.* k) *om. A 1*.* l) ecclesiastis *T*.* m) doctrine *K 2.* n) desiderabat *K 2.* o) tis *post add. in* accepistis *T*.* p) *om. K, A 1*.* q) mea culpa *K 2.* r) cessabo *K, A 1*.* s) omnes *K, A 1*.* t) sivel *T*.* u) *om. K, A 1*.* v) senectute *K 2.* w) sepeliatis *A 1*; alio atram. in ras. T*.* x) alterius *K,* alius *A 1*.* y) qualecumque *T*.* z) abitatura *K 2.* a) vestros *K 2.* b) intercessionis *K 2.* c) *corr. in* requiem *K 1, A 1*.* d) vobis *K;* erit *add. A 1*.* d*) *om. K 2, A 1*.* e) Senecta *K 1;* Seneta *K 2.* f) letiae *K 2.* g) faciet *K 2.* h) qualitas *K, A 1*.* i) efficiat *K.* k) maioris *K 1;* maiorum *K 2;* maiori *A 1*.* l) karissimi *T*.* m) *om. A 1*.* n) hoc beatitudinis iter *H, T*;* a beatitudinis itinere *K 1;* ac beatidudinis inter *K 2.* o) vobis *A 1*.* p) per *add. T*.* q) praecessores *H;* processores *K 2.* r) superno *K 2.* s) patri *K 2.* t) effectu *H, K 2; corr. in* affectu *A 1*.* u) curratur *K 1.* v) conversacionem *K 2.* w) segniciam *K 2.* x) castitatem *K 2.* y) effugite *K, A 1*.* z) vestium *H, T*.* a) ornatos *K 2.* b) melior *K 2.* c) servos *K 2, A 1*.* d) animas *K, A 1*.* e) sacra *H, K 2, T*.* f) calcari *T*.* g) favillanae *K 1.* h) feritatis *K, A 1*.* i) ordine *K;* ordinata *A 1*.* k) venerabilis *K 2.* l) efficiet *K, A 1*.* m) *om. K 1.* n) eradibus *K 2.* o) perpassi *K 2.*

1) *id est Alcvinum ipsum.* 2) *Cf. Ad fratres Euboric. v. 18 (Poet. Carol. I, 273):* tu patri nimium dilecta iuventus. 3) *de eo v. Poet. Carol. I, 205 v. 1601—1647, ubi vocatur* quidam iuvenis nutritus in urbe | Euborica. 4) *Cf. p. 51; Adhort. de S. Vedasto c. 2 (Opp. II, 173):* Nulla carnalis concupiscentia, nulla saecularis ambitio impediat iter nostrum.

caduca et transitoria fortitudinis[a] evincite animo; quatenus ad amabilem caelestis 795
gloriae patriam[b], divina vos ubique gratia praeveniente[c] et subsequente, laudabilibus bonorum operum meritis cum omni prosperitate et gaudio pervenire mereamini[d].

43.

Alcvinus Eboracensibus respondet de suo ad eos redeundi desiderio nondum expleto propter absentiam Caroli regis, Saxoniam vastantis. De sua cum eodem rege amicitia. Se fidei confirmandae causa apud Carolum commorari. De haeresi Feliciana; de penuria praedicatorum. Admonitiones addit. *795.*

Codd. T fol. 70—71 (T fol. 64'—65), K 1 fol. 39—40', K 2 p. 116—122, S 1 fol. 178—180 (S 1* fol. 104'—108), A 1 fol. 37'—40, A 2 fol. 128—131, D fol. 226—227'*[a]. *Fragmentum ap. Willelm. Malmesbur. Gesta reg. Anglor. l. I § 70 p. 73* (Non pro auri — necessitatis.)

Edd. C 24, Q 50, F 6, Haddan and Stubbs Councils III, 500, J 35. — Migne col. 147.

SANCTISSIMAE CONGREGATIONIS ET DULCISSIMAE[b] DILECTIONIS EBORACENSIS[c] AECCLESIAE FRATRIBUS EIUSDEM PIAE MATRIS FILIUS[d] ALCHVINE[e] DIACONUS, PERPETUI[f] HONORIS IN CHRISTO[g] PACEM ET SALUTEM.

Venerabiles vestrae dilectionis ab[h] Eanbaldo[i] presbitero[1] accepi litteras, quarum pacificam inscriptionis seriem idem ipse, qui portavit, mellifluis[k] vestrae[l] salutationis[m] verbis valde amplificavit[n], referens a vobis fraterni[o] amoris perseverantiam in[p] nos; ita ut[q] inter lacrimas allocutionis[r] nostrae vestras per singula verba voces me[s] audire aestimarem[t]. Quod et[u] in litteris[v] apertissime agnovi[w].

In quibus legens vestras visum est mihi facies cernere. Quod ut vere fiat[2], Ioh. 16, 20.
omnium[x] efficiat largitor bonorum; ut tristitia[y] vestra vertatur[z] in gaudium, et[a] gaudium
nostrum[b] impleatur in illo, qui suis quoque[c] ait discipulis: 'Et gaudium vestrum nemo ib. 22.
tollet[d] a vobis'[3]; in quo est gaudium indeficiens[e]; salus perpetua, prosperitas beata et[f] beatitudo[g] gloriosa. Ut haec omnia nobis[h] per suam concedere misericordiam[i] dignetur, illius tota dilectione et tota virtute inhereamus praeceptis.

Sanctorum patrum sequamur vestigia, qui nos genuerunt in Christo et in hoc sacratissimum[k] ovile[l][4] congregaverunt[m] et paternae pietatis[n] lacte enutrierunt[o]. Horum animas in conspectu summi pastoris ac redemptoris[p] nostri aeternis gaudiis semper adsistere credimus[q] et inde nostris favere precibus[r], si mandata vitae, quae[s] nobis

---

a) fortidinis *K 1;* fortidudinis *K 2.* b) gloria patria *K 2.* c) protegente *K 1, A 1* pro* praeveniente — gaudio; *K 2 om.* praeveniente — gaudio. d) mereamur *K 1, T*.*

43. a) *Lemma:* Alcuinus diaconus fratribus Euboracensibus (*corr. in* -boracensi) congregationi *K 1;* Epistola Albini magistri ad congregationem Eboracensis aecclesiae *A 2;* Ad fratres Eboracensis ecclesiae *T*.* b) dilectissime *K 2.* c) Eboracensi *T, S 1, K 2, D.* d) filiis *A 1*.* e) Alchuinus *K 2;* Alcuinus *A 1*.* f) perpetuae *T, D;* perpetue *K 2, S 1;* perpetuae *corr. in* -uę *K 1.* g) in Christo *om. A.* h) ab — presbytero *om. A, S 1, D.* i) Enbaldo *K.* k) mellifluuis *K 1;* mellifluae *D.* l) *om. T, K.* m) salutationis *corr. in* salutatione *S 1.* n) amplicavit *K 2.* o) fraternae *T, S 1, D, K 2.* p) in *corr. in* ut *K 1.* q) ita ut *om. K 1.* r) alloquutionis *S 1.* s) mea *T.* t) aestimavi *T, S 1, D;* estimavi *K 1;* estima *K 2.* u) *om. A.* v) lite *K 2.* w) cognovi *K 1.* x) largitor omnis (omne *S 1*) efficiat bonorum *S 1, D.* y) tristia *K 2.* z) *om. T.* a) ut *K 1.* b) ñm *D;* vestrum *A 2.* c) in illo quoque qui suis ait *D.* d) tollit *D, T;* tollat *K 2, S 1, A 1*.* e) indefeciens *K 2.* f) *om. A 1*.* g) beatidudo *K 2.* h) *om. A.* i) conc. dign. clementiam *K 1* (clem. *in marg. suppl.*). k) sacratissimo *K.* l) ovili *K 1.* m) congregaverint *T.* n) piaetatis *T, S 1.* o) nutrierunt *A 1*.* p) remptoris *K 2.* q) credamus *K.* r) praecibus *T.* s) quod *D.*

1) *postea II archiepiscopo Eboracensi facto mense Augusto anni 796. (Simeon Dunelmensis 796 p. 58):* Eanbaldus, eiusdem ecclesiae presbyter, in episcopatum est electus . . *XVIIII Kal. Sept.* die dominica. *J.* 2) *i. e. ut ipse, Eboracum reversus, eos videam. J.* 3) *Ioh. 16, 22:* Iterum autem videbo vos — et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. 4) *Eboracense.*

795 Spiritu sancto inspirante statuerunt, concordi devotione nos observare agnoscunt[a]. Recordemur omni hora, dilectissimi[b] fratres, quales habuimus patres et progenitores, quam praeclaros et pios, Deo amabiles et omni populo honorabiles. Non simus degeneres[c] illorum nobilitate filii[1]. Dum horum[d] inter sacratissimas constamus reliquias, eorum cogitemus imitari[e] conversationem; quatenus[f] eorum consortes gloriae effici[g] mereamur[h]. Non nos saeculi ambitio, non[i] carnalis delectatio[k], non luxoriae[l] putredo[m], non ebrietatis[n] venena a rectissimo vitalis viae[o] tramite revocent; per[p] quem illi gradientes gloriam cum Deo meruerunt sempiternam.

Unianimes[q] estote in omni bono consilio, concordes in omni regularis[r] vitae disciplina. Dei omnipotentis, qui cordis secreta conspicit, honorem et voluntatem pura primo omnium[s] quaerite conscientia; ut eius gratia quae optima[t] sunt et saluti proxima vos[u] invenire faciat. Fraternam et pacificam semper habemus caritatem, ut oves decet[v] Christi, eiusdem vitae pascuis[w] epulantes, unius ovilis muro manentes, in una orationis domo Dei nobis misericordiam convocantes. Nec aliquis[x] se canonicis horis a communione sanctae orationis, suae neglegens salutis[y], separet. Melius[z] est, ut angelica[a] nos[b] visitatio horis conpetentibus inveniat cum fratribus orantes quam diaboli saevitia in aliqua neglegentia[c] vel luxoria[d] torpentes.

Cf. 1. Cor. 3, 8. Unicuique secundum suum[e] laborem merces manet in aeternum; qui plus laborat
plus mercedis accipiet[f]. Nec labor salutis nostrae durus debet videri; saepe austeriora
Matth. 7, 14. medicamenta optatam[g] praestare solent[h] salutem. Videmus, quam[i] angusta porta et
arcta via sancti martyres[k] vitam ingressi sunt sempiternam. Nos vero, fratres, faciliori[l]
via et leviori cursu ad eiusdem vitae possumus pervenire beatitudinem ipsa dicente[m]
Ioh. 14, 2. veritate: 'Multae mansiones sunt in domo[n] patris mei'. Propter merita diversa
mansiones multae. Tamen omnibus beata[o] aeternitas et aeterna beatitudo erit; quia,
Matth. 13, 43. quisquis[p] ibi erit, beatus erit et gloriosus, ubi[q] iusti fulgebunt sicut sol in regno
patris eorum. Sicut enim sanctorum martyrum persecutores fuerunt diabolo[r] instigante[s] impii homines; sic nostri persecutores[t] sunt diabolo[u] suggerente saeculi[v] concupiscentia et carnalis delectatio et animi inconstantia et Dei neglegentia[w] mandatorum. Et veluti[x] illi martyres sancti, gratia adiuvante[y] divina, impios constanter vicerunt tyrannos[z], palmam aeternae[a] acceperunt[b] gloriae; sic et nos, si nostros[c] Deo auxiliante superamus[d] adversarios et[e] diabolicis viriliter resistimus suggestionibus, coronam perpetuae laudis et palmam aeternae beatitudinis accepturi erimus.

Mox[f] remisissem Eanbaldum dilectioni vestrae, si eum infirmitas gravissima non occuparet[g].

Ego quoque vestrae petitionis[2] neglegens non fui. Sed ille praefatus presbiter

a) aguoscant *T, K.* b) dilectionis *D.* c) ignobiles *K 1.* d) orum *K 2.* e) imitare *T, K 2, S 1, D.* f) quatinus *K 1.* g) efficere *D.* h) merear *K 2;* efficiamur *corr. in* effici mereamur *K 1.* i) *om. K 2.* k) dilectatio *T.* l) luxuriae *T, K 1, D, A.* m) putrido *T, S 1, D, K 2.* n) ebrietates *K 2.* o) vitae *T, S 1, D, K 1.* p) ber *K 2.* q) unanimes *K.* r) regulares *T.* s) omnes *D.* t) obtima *K 1.* u) nos *T, K, S 1.* v) *om. T, D, K.* w) pascuum *K 1.* x) aliis *A 2.* y) negligens saluti *K 1.* z) melior *T.* a) angeli *T;* euangelica *K 2.* b) *om. T, D, K 2.* c) neglientia *K 1.* d) luxuria *D, A.* e) suam *T, S 1.* f) accipiat *D;* accipiet *corr. in* accipit *A 2.* g) obtatam *K 1;* opoptatam *K 2.* h) soleat *D;* soleant *K 2, S 1.* i) quia *A 2, ubi sequentia sic correcta sunt* per angustam portam et artam viam *(sic K 1).* k) marthyros *D.* l) faciliora — leviora *D.* m) docente *D.* n) domu *A.* o) habeat *S 1.* p) quisque *K 2;* ibi quisque *K 1.* q) ubique *T, A 2, S 1.* r) diabulo *T, D, K, S 1.* s) instigante — diabolo *om. A 2.* t) persequutores *S 1.* u) diabuli *S 1,* diabulo *K 2.* v) est *add. S 1, D.* w) negligentia *K 1.* x) velut *S 1,* velud *D.* y) adiuvati *K 1.* z) tirannos *K 2,* thyrannos *D.* a) *om. A.* b) acciperunt *D.* c) nos — nostros *om. K 1.* d) nos superemus *K 1.* e) si *K 1.* f) Mox — maneat regno *in uno A leguntur.* g) praeoccuparet *K 2.*

1) *Cf. supra p. 55.* 2) *ut Alcvinus Eboracum rediret.*

me euntem per loca sancta[1] invenit; et rex cum exercitu Saxoniam venit vastandam[2]; 795
et ego absque eius convenientia ire non potui. Quia talis amicus mei cuilibet simili non est contemnendus[a]. Dei enim gratia faciente plurimis profuit amicitia, quam Deus mihi donavit cum illo. Non enim[b] auri avaritia — testis est cognitor cordis mei — Franciam veni nec remansi in ea, sed ecclesiasticae causa necessitatis et ad confirmandam catholicae fidei rationem[3].

Que a multis heu modo maculari nititur: et desuper contextam Christi tunicam,
quam milites iuxta Christi crucem scindere non ausi sunt, in varias rumpere partes Ioh. 20, 23. 24.
praesumunt[4]. Ve mundo ab scandalis; necesse est tamen ut veniant, ut probati fiant Matth. 18, 7.
electi. 'Filioli' dicit Iohannes 'novissima hora est et multi apparent antichristi'. Et 1. Ioh. 2, 18.
forte ille unus adpropinquat, in quo est omnis versutia diaboli, sicut plurimos habet
praecursores; cuius faciem, iuxta quod in Iob legitur, egestas praecedit: non panis Iob 41, 13.
egestas, sed audiendi verbum Dei.

Pro dolor, quam rari sunt praedicatores verbi Dei et quam plurimi seculi amatores. Idcirco vos, fratres sanctissimi, nostros studiose adolescentes in sapientia sanctarum scripturarum instruite; ut scientie lumen, quod ab origine fidei in nostra refulsit ecclesia[5], numquam extinguatur, sed ad laudem et ad[c] honorem[d] Dei multis clarescat in locis, et nobis perpetua merces in celesti maneat regno.

Vos, fratres karissimi, mei habete obsecro memoriam in sanctis orationibus[e] vestris; ut anima mea[f] perpetua prosperitate gaudeat in vobis. Ego, devotus vestrae paternitatis filius, numquam obliviscor[g] vestri, sed semper praesenti[h] super omnes alios diligo caritate; Deum cotidie[i] cum intima cordis conpunctione deprecans, ut vos aeterna pietate custodiat, regat atque protegat. Valete[k] in Christo[l], fratres dilectissimi.

44.

Alcvinus Eanbaldo I archiepiscopo Eboracensi scribit se propter febrim Caroli que regis Francorum in Saxonia moram in Britanniam non venisse. Monet, si abdicaverit, agat ut successor libere deligatur. 795.

Codd. T fol. 71—71' (T fol. 65'—66), K 1 fol. 49'—50, K 2 p. 146—147, (A 1 fol. 57'—58) A 1* p. 62—63 n. 40*[a].

Edd. C 30, Q 52, F 49, Haddan and Stubbs Councils III, 499, J 36. — Migne col. 220.

a) temnendus *A 1**. b) pro *Will.* c) *om. A 1**. d) onorem *A 2.* e) oracinibus *K 2.* f) *om. K 2.* g) obliviscatur *corr.* -car *A 1**. h) prae et *K 2;* et *K 1.* i) cotidiae *T.* k) valeto *K 2.* l) domino *D.*
44. a) *Lemma:* Epistola alia ad Eanbaldum archiepiscopum *A 1;* Item alia *K 1;* Alcuini ad quendam *T**.

1) *Cf. ep. 42 supra p. 85:* loca sanctorum martyrum vel confessorum Christi, quo me iter instabilitatis deducat. 2) *De Saxonia anno 795. a Carolo pervastata in multis annalibus expositum est cf. Ann. Mosellan. 794 (i. e. 795, SS. XVI, 498):* rex . . in eadem *(sc. villa Aquis)* usque ad mensem Iulium quietus resedit. Postea vero autumni tempore iterum in Saxonia profectus eandem provinciam usque prope Albiam pervagans *etc. J.* 3) *Alcvinus etiam anno 800. Adversus Elipandum L. I c. 16 (opp. ed. Frobenius I, 882) haec scripsit:* Admones me, non pio ut videtur animo. sed severa invectionis castigatione, gloriosum regem Carolum non corrumpere. Non ego illum corrumpere veni in Franciam, qui corrumpi non potest, sed adiuvare in fide catholica, in qua ille ab ineunte aetate nutritus fuit et optime a christianissimis parentibus et magistris catholicis edoctus. *J.* 4) *His verbis Alcvinus haeresim Elipandi et Felicis attingit, ad quam oppugnandam anno 793. in Galliam redierat. J.* 5) *Eboracensi.*

DOMINO OMNIUM DILECTISSIMO[a] [1] AETERNAM IN CHRISTO SALUTEM[b].

Audiens ab Eanbaldo[2], famulo vestro, optatae prosperitatis vestrae sospitatem. valde me gavisum[c] fateor. Quia caritas et fides, quae olim in pectore nostro[d] habitare coepit, numquam recedere poterit, et quanto plus tempus remunerationis adpropinquat, tanto magis observari debet[e]: ut, qui prius transierit a saeculo, amicum sibi sentiat reliquisse in saeculo[f].

Me vero, filium tuum, febrium acerbitas[g] et regis tardatio in Saxonia[3] retinuit, ut ad vos venire non potui[h], sicut desideravi. Concedat mihi clementia divina faciem tuam in laetitia videre, antequam moriar.

Opto et obsecro, ut in ea te[i] honoris dignitate[4], si fieri possit, inveniam[5], in qua te pergens[6] videbam. Tamen si[k] aliud aliquid tuo placeat[l] animo[7], rogo, ut nullam violentiam super ecclesiam Christi fieri ullatenus permittas, sed fratres libera electione[m] in timore Dei summi[n] optimum, Deo donante, elegant. Quia[o] in sanctis canonibus terribile anathema legitur super omnes, qui violentiam aliquam inferunt super ecclesiam Christi. Scio[p] te[q] semper dilexisse familiam nostram et plurima illis[r] bona fecisse. Sed nunc maxime indigemus[s], ut bene illis agamus: ut, ubi nobis requies erit aeterna[t], ibi sint quoque intercessores perpetui pro nobis[u].

Tempus est nunc nobis praevidere dies aeternos et cum omni modestia et integritate[v] et elimosinarum largitate viam nobis praeparare ad caelos. Omnis gloria Cf. Ps. 143, 4. saeculi transitoria est et quasi umbra recedet: ideo ad aeternam bonis operibus properemus gloriam. Omnes saeculi vitemus vanitates, ut ad beatitudines caelestes pervenire mereamur. Dies huius vitae, qui nobis restare videntur, vivamus Domino; ut post hanc[w] illius consequamur misericordiam.

Divina tibi clementia huius vitae dies felices concedat et aeternam cum sanctis suis tribuere gloriam dignetur, domine pater dilectissime.

45.

Alcvinus cuidam vel episcopo vel abbati aegrotanti medicamenta mittit. De Basilio in montanis medico mortuo. *795.*

Codd. A 2 fol. 116'—167, A 1 p. 165—166 n. 117.*
Ed. J 38.

DILECTO PATRI PERPETUAM SALUTEM.

Misi vobis per Eanbaldum[a] presbiterum[8] litteras et legationes; utinam vobis tam acceptabiles, quam desiderabili caritate ego direxi. Et si adhuc aliquid possum ediscere[b] vel adquirere, libenter vobis dirigere studeo.

---

a) Eanbaldo archiepiscopo Albinus *add. A 1**. b) salutem *K*, *T notis tironianis.* c) gavisus sum *pro* me gav. *A 1**. d) vestro *K 1.* e) servare debebit *T*, *A 1**; observari debet *K 1.* f) seculum *K 2.* g) acervitas *T*, *K 2.* h) possem *A 1**. i) *om. T.* k) Tametsi *A 1**. l) placet *K 1.* m) eleccio *K 2.* n) sum *T*; sicut *K*; *om. A 1**. o) eligant quam *A 1**. p) scito *T*, *K 2.* q) *om. K 2.* r) eis *K.* s) dignemus *T*; indiemus *K 2.* t) aterna *K 2.* u) *reliqua om. K.* v) inte *T*; vitae *pro* et integr. *A 1**. w) vitam *add. A 1**.

45. a) Anbaldum *A 1**. b) dediscedere *correctum est in* dediscere *A 2*: *J. scripsit* ediscere; discere *A 1**.

1) *Eanbaldo I archiepiscopo Eboracensi 778—796.* 2) *presbytero Eboracensi, v. ep. 43 supra p. 87 n. 1.* 3) *V. ep. 43 supra p. 89 n. 2.* 4) *archiepiscopali.* 5) *Hoc revertendi in Britanniam consilium ab Alcvino demum anno 796. post Aethelredi Northanhumbrorum regis occisionem abiectum est; v. infra epp. 101 et 102. J.* 6) *e Britannia anno 793.* 7) *ergo Eanbaldus I illo tempore de abdicatione cogitabat. J.* 8) *Eboracensem, v. ep. 43 supra p. 87 n. 1.*

Nam Basilius medicus, qui vobis in montanis, Romam pergenti, medicamenta 795 tradidit, iam mortuus est. Sed vivit caritas in nobis, quae tuae salutis semper curam habebit. Vivit etiam et semper vivit[a] verus[b] omnium in se sperantium salvator, deus Iesus; qui[c] tibi praesentem tribuat sanitatem et perpetuam perdonet beatitudinem.

Tu vero, fideliter et veraciter in illius permanens caritate, spem habeas in illius bonitate et magnam in eius servitio devotionem; ut ille te honorificet in eternum et, nostri memor per te tuosque[d] amicos, valeas in eternum.

46.

Eanbaldus presbyter Eanbaldo I archiepiscopo Eboracensi de itinere suo transmarino scribit, portitorem litterarum ei commendat. *795.*

Codd. A 2 fol. 167, A 1 p. 166 n. 118.*
Ed. J 39.

DOMINO VENERANDO ET VERE DILECTO ILLI SUMMO PONTIFICI ILLE FIDELIS SERVULUS VESTER AETERNE PROSPERITATIS IN CHRISTO SALUTEM.

Notum tibi sit, amantissime pater, per harum praesentiam litterarum, quod per vestre intercessionis auxilium prospero itinere ultra mare et postea ad nostrum magistrum[a], vestrum fidelem amicum[1], pervenimus; sicut harum portitor litterarum tibi melius, eo quod semper mecum fuit, viva voce indicare potest. Tuamque legationem de orantibus[b] et de medicamentis[2] et de aliis rebus, quas mihi iniungere[c] dignans fuisti, quantum memorie retinere potui, fideliter demonstravi. De quibus aliquid certe responsionis, ut credo, per hunc missum litteris tibi demandat[d].

Deprecor etiam, ut illos cabballos tres[e], quos tuae paternitati commendavi, huius portitori indiculi praestari facias; ut eo facilius possit per vestrum adiutorium cum legationibus Albini magistri meisque ad patriam venire.

Semper enim habeo solacium ammonitionis, benedictionis, et promissionis tue in sanctis orationibus, quas mihi pro tua bonitate promisisti. Remunerator omnium bonorum Deus tibi retribuere dignetur, quicquid mihi indigno sive in seculari seu in spiritali bonitate concedisti[f] et te per multorum tempora annorum ad defensionem sue sancte ecclesie conservare dignetur.

47.

Alcvinus Eboracensibus (ut videtur) scribit se tam celeriter, quam petiissent, ad eos venire non potuisse. Concordiam suadet. *795?*

Cod. T fol. 93[a].*
Edd. Q 87, F 18, J 40. — Migne col. 174.

---

a) vivet *A 1**. b) *sequitur iterum* etiam *in A 1*, A 2*. c) *om. A 1**. d) perpetuosque *corr. in* per te tuosque *A 1**.

46. a) magistris *corr. alia manus superscribendo* vel magis *A 2;* magis vestrum *A 1**. b) orationibus *A 1**. c) iniungungere *A 2*. d) demandavi *A 1**. e) caballos IIII *A 1**. f) concessisti *A 1**.
47. a) *Lemma:* Albinus ad quosdam *T**.

1) *Alcvinum diaconum.* 2) *cf. supra ep. 45.*

795 SANCTISSIMIS IN CHRISTO ATQUE DILECTISSIMIS FRATRIBUS ET FILIIS IN CHRISTO SALUTEM.

Vestris in Domino profectibus valde congaudeo; desiderans vos praesenti florere felicitate et perpetua futura[a] beatitudine. Ideoque saepius de concordia pacis et de consilio salutis ammonere non desisto, licet parvo ingenio, non tamen parva caritate. Nec mihi tam cito veniendi occurrit facultas, quam vestra flagitabat sanctitas; propter quasdam ecclesiae Christi necessitates. Iam totus vobiscum sum in desiderio prosperitatis vestrae; etsi corpore absens, non tamen dilectione.

Hoc maxime obsecro, ut concordes sitis cum piissimo patre nostro[1]; et timorem Domini ante oculos habeatis; et quod ei placitum speratis, concorditer loquimini, viriliter perficiatis, firmiter retineatis. Nec aliquis vestrae unanimitatis viscera disrumpere valeat. Constanter state in Dei timore; dum ille misericorditer vestrum
Iudith 13, 17. praevidit honorem, qui numquam dimittit sperantes in se. Si qua in moribus humanae conversationis inter vos corrigenda sunt, citius cum omni instantia corrigite, ut spiritus
Matth. 18, 20. Domini sanctus vobiscum manere dignetur. Et si Deus, qui dixit: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio', si ille inquam in vobis est, quis contra vos? Et si amor illius in corde vestro ardet, quis vobis nocere poterit? Habetis sanctos Dei in omni opere bono adiutores, si sanctorum vestigia sequi tota virtute studeatis. Mementote, quales habuimus patres, qui nos genuerunt in Domino: illorum emulamini vitam, ut cum illis aeternae beatitudinis participes esse mereamini. Meique memores in sanctis orationibus vestris sitis. Vestramque unanimitatem in omni opere bono omnipotens Deus proficere concedat, dilectissimi fratres.

48.

Alcvinus Eboracenses obtestatur, si ante adventum suum creari novum archiepiscopum necesse sit, ut simoniam devitent. *795.*

Cod. T fol. 93—93'*[a].

Edd. Q 88, F 48, Haddan and Stubbs Councils III, 501, J 37. — Migne col. 219.

DILECTISSIMIS AMICIS SALUTEM.

Rogo vos per caritatis fidem, ut fideliter et sapienter in electione pontificis faciatis; si necesse sit electionem fieri, antequam veniam[2]. Iterum iterumque obtestor vos per nomen domini nostri Iesu Christi, ut nullatenus aliquem sinatis per simoniacam heresim episcopatum adquirere: quia omnino perditio gentis est, si fiet. Et est heresis
Act. 8, 20. pessima, simoniaca videlicet, quam sanctus Petrus aeterno anathemate damnavit[3]. Qui vendit episcopatum, aurum accipiet, sed et regnum Dei perdet.

Hucusque sancta Eboracensis ecclesia in electione sua inviolata permansit. Videte, ne in diebus vestris maculetur. Si illa, quod absit, auctoritatem amittit ecclesiasticam, timeo, ne vos regnum amittatis aeternum. Iudas vendidit sponsum[b], id est Christum. Qui autem vendit sponsam, id est ecclesiam, eiusdem criminis reus
Eph. 5, 23. est: quia Christus et ecclesia unum corpus sunt, apostolo teste. Venditor vero necesse est extra ecclesiam sit; at qui extra ecclesiam est, ubi erit, nisi cum diabolo in aeterna

---

a) futuri *corr. in* -a *T**.
48. a) *Lemma:* Albinus ad dilectissimos amicos *T**. b) siponsum *littera* i *erasa* *T**.

1) *Eanbaldo I archiepiscopo Eboracensi, ut videtur.* 2) *Facile cognitu est hoc cohaerere cum abdicatione ab Eanbaldo I archiepiscopo cogitata (de qua v. supra p. 90 n. 7) neque vero cum illa electione, quae post eiusdem obitum (796 Aug. 10)* statim *facta es teste Simeone Dunelmensi 796 p. 58. J.* 3) *Cf. infra ep. 258.*

perditione? Nolite metuere, veritate[a] vobis dicentem odisse. Hoc enim, quod dico, libri Spiritu sancto prolati testantur. Opto enim vos inmaculatos in conspectu Dei esse, et in hoc seculo feliciter regnare et in perpetuo gaudere cum Christo. Vivite et valete felices in Christo. 795

49.

Alcvinus de Richodi archiepiscopi Trevirensis amici absentia dolet litterasque eius librum et vasa exoptat. Item de suo regisque itineribus. *795.*

Codd. A 1 fol. 10, A 1 p. 21 n. 17, T fol. 62' (T* fol. 57'), K 1 fol. 31', K 2 p. 92—93, S 1 fol. 185—185' (S 1* fol. 112'—113), B fol. 46'—47*[a].

Edd. C 19, Q 40, F 130, J 215. — Formulae Salzburg. n. 36, ed. Zeumer p. 448 — Migne col. 442.

DILECTO PATRI MACHARIO[b] HUMILIS LEVITA[c] ALBINUS[d] SALUTEM.

Caritatis dulcedinem litterarum officia implere non possunt, tamen qualecumque[e] lumen illius ostendere nituntur. Sicut[f] digito[g] praesens homo ostenditur, ita litteris absentis caritas demonstratur. Fateor, meae[h] mentis dilectio[i] tui tedet absentiam, essetque[k] aliquod[l] amoris refrigerium, si vel tui cordis affectum per alterius[m] audirem os; vel cum litteras legerem, quo[n] ardentius cuperem[o], intellegerem[p]. Non disiungat[q] saeculum quod Christi caritas coniunxit[1]. Et veniat per eum optata dies videndi, qui omnes dies creavit[r] ad videndum.

Rogo[s], si Samuel[2] libellum excerptionis in Iohannis evangelium[3] habeat perscriptum, ut dirigas nobis, et vasa ad missarum sollemnia, si adhuc parata sint, mittantur. Si de meo requiris itinere, obviam domno regi vadam, per quam viam nescio, quia illius ignoro egressionem de Saxonia vel hiemalem mansionem[4].

Multa tecum habuissem conferre, si tuae conlocutionis[t] familiaritate uti valuissem. Veniet tempus, dum[u] vult ille, qui[v] disponit omnia tempora, [ut te][w] cum omni caritatis dulcedine[x] videre valeam[y]. Valeas[z] fili frater amice[a].

50.

Alcvinus Liutgardam feminam nobilem rogat, ut se de Caroli regis in Saxonia morantis et salute et reditu edoceat. *795.*

Codd. A 1 fol. 14', A 1 p. 20 n. 14*[a].

Ed. J 89.

---

a) veritatem v. d. audisse *corr. Querc.*

49. a) *Lemma:* Epistola Albini ad Macharium *A1;* Ad Rigbodum episcopum qui et Macharius *T;* Item alia *K 1.* b) *om. S 1;* illi *B* (humilis—sal. *om.*). c) *om. S 1.* d) *om. K 2.* e) aliquod *S 1;* aliquid *B;* qualicumque *T, K 2.* f) Si *T, S 1, B, K 2.* g) tigito *K 2.* h) mei *T, S 1, K.* i) dilectionis *S 1, B.* k) quae *S 1.* l) aliquot *K 2;* aliquid *B.* m) altius *S 1, B.* n) quam *T, S 1, B, K;* quem *Jaffé.* o) cupirem *K 2.* p) intellegere *T, S 1;* intelligere *K 1, B, A 1*.* q) disiungit *T, S 1, B, K.* r) cravit *K2.* s) Rogo — mansionem *om. T, S 1, K (cf. ad hunc locum, quem Pertz iam supplevit, Sickel Alcuinstudien p. 509).* t) conlationis, *T, S 1, B.* u) cum *S 1, B.* v) quis *K 2.* w) ut te *add. Frob.* x) *corr. in* dulcidine *S 1;* dulcidine *T.* y) videre valeam *om. T, K, A;* val.—amice *om. B.* z) *om. S 1.* a) amicae *T.*

50. a) *Lemma:* Epistola ad Leotgardam feminam *A 1.*

1) *Cf. supra p. 38 n. 2; Poet. Carol. I, 240 XIX, 4—5:* Ne caros animis subito disiungat amicos, | Quos Christi caritas caros coniunxit amicos. 2) *idem, qui Beornradus vel Berneradus vocatur, abbas Epternacensis (777—797) et archiepiscopus Senonensis. Alc. dedicavit ei vitam sancti Willibrordi et versus (Poet. Carol. I, 228. 239) meminitque eius in alio carmine (ib. I, 221), cf. Epist. III, 632.* 3) *De quo cf. infra ep. 214.* 4) *De reditu Caroli regis ex Saxonia exspectando a. 795 Alc. loquitur p. 89. 90. 94.*

782—796 NOBILISSIMAE FEMINAE LEUTGARDAE[1] IN CARITATE CHRISTI SALUTEM.

Obsecro, si longior domni regis tardatio fiat in Saxonia, ut mihi demandare curaveris de prosperitate illius exercitusque christiani: et de reversione eius in patriam: et de hiemali mansione, in quo palatio prosperante Deo hibernare dispositum habeat.

Tu vero, femina nobilissima, semper optimis moribus vivas ante omnes homines et sacratissima conversatione ante Deum, ut omnium ore lauderis et omnium corde ameris. Larga clementia Dei semper te in maiores sublevet honores[2], donec te terrenae prosperitatis felicitate ad eternam pervenire merearis beatitudinem. Vivas et floreas summis virtutibus in Christo.

51.

Alcvinus monachos S. Martini Turonenses laudat et confirmat. 782—796.

Codd. T fol. 55'—57 (T fol. 51'—52), Q fol. 121, K 1 fol. 27—29, K 2 p. 78—83, A 1* p. 24—26 n. 22*[a]. *Edd. C 15, Q 31, F 19, J 41. — Migne col. 176.*

SANCTISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS ET BEATI[b] MARTINI CONFESSORIS CHRISTI SERVIENTIBUS HUMILIS LEVITA ALCHVINE[c] SALUTEM.

Ex quo vestram beatitudinem scire potui, semper amare volui — quia sanctitas vestra cordi[d] meo amorem infundit[e] vestri — optans unus esse ex vobis. Et[f] si meritis esse[g] nequivissem, caritate[h] tamen fraternae dilectionis coniunctus essem, quatenus in die magno resurrectionis omnium particeps essem eorum, quos tantus[i] pastor suo regi[k] praesentabit.

O felix familia, tali[l] gaudens pastore[m], talem habens in die Domini ductorem! Felix, qui eius tota voluntate sequitur vestigia, ut illius inhaerens praeceptis ipsius mereatur consociari gloriae[n]. Ut[o] hoc fieri valeat, nulla vos saeculi concupiscentia, nullum carnale desiderium abstrahat; nec vestrae salutis vosmetipsos[p] neglegentes[q] esse decet[r] nec paratam vobis a Deo gloriam parvi pendere. Habetis enim Dei gratiam auxiliantem[s] vos et magnum intercessorem, sanctum scilicet Martinum, deprae-cantem cotidie[t] pro[u] vobis; quia, in cuius servitio cotidie statis[v] in domo[w] sua, illum habetis in caelis omni hora suffragatorem.

---

51. a) *Lemma:* Item epistola ad fratres sancti Martini Turonicae civitatis *Q;* Alcuinus levita sancti Martini servientibus *K 1;* Epistola ad Turoniam civitatem *A 1**. b) beato Martini confessoris *T;* beati Martini confessoris *Q;* beato Martino confessori *K.* c) Alchuinus *Q;* Alcuinus *K 1, A 1*;* Alchuini *K 2.* d) corde *T, K 2.* e) infudit *K 1;* infund. *corr. in* infudit *A 1**. f) ut *K.* g) *om. A 1**. h) caritati *K 2.* i) quantus *T pro* quos tantus; tantos *K 2.* k) rege *T, K 2;* gregi *corr. in* regi *A 1**. l) *reliqua om. Q.* m) pastori *T, K 2.* n) gloria *T, K.* o) et ut *K 1.* p) ipsi *A 1**. q) neglientes *K 1.* r) debet *T, K 2;* debetis *K 1, A 1**. s) gratia auxiliante *K 1.* t) cotdiae *K 2.* u) pro vobis *om. T.* v) stantis *T.* w) domu *T.*

1) *uxori Caroli regis, c. 796—800 Iun. 4. Cf. versus Theodulfi Aurelianensis vere a. 796. scriptos (Poet. Carol. I, 485):*

Est sociata quibus Leutgardis pulchra virago,
  Quae micat ingenio cum pietatis ope.
Pulchra satis cultu, sed digno pulchrior actu,
  Cum populo et ducibus omnibus una favet.
Larga manu, clemens animo, blandissima verbis,
  Prodesse et cunctis, nemini obesse parat.
Quae bene discendi studiis studiosa laborat,
  Ingenuasque artes mentis in arce locat.

2) *Liutgarda igitur nondum uxor, sed sponsa Caroli tunc fuisse videtur, cf. Simson Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 214 n. 6.*

782—796

Quapropter, dilectissimi fratres, diligentissime[a] contendite, ut saepius vos inveniat visitatio[b] sui sanctissimi spiritus in laudibus divinis vigilantes. In loco, in quo elegit sibi requiem dulcissimam, sic fundite praeces vestras, quasi praesente Deo loquentes[c] et sanctis eius. Nec sit aliud in corde, aliud in ore; quia homo audit quod os loquitur, Deus inspicit quod cor cogitet. Quia contritum cor[d] et humiliatum (Ps. 50, 19.) Deus non spernit[d*]. Et omnis, qui se humiliat, exaltabitur. Per humilitatem vero (Luc. 14, 11.) oboedientiam et caritatem monachus caelum ascendit. Non est igitur laudabile in vestimentis habitum imitari patrum sine observatione mandatorum, quae illi statuerunt Deo servientibus. Qui foris in oculis hominum[e] ovis in vestimentis videri cupiat, intus autem[f] ante conspectum Dei per[g] cordis secreta esse contendat, quod foris ante homines putari[h] cupiat.

Caritas igitur, quam Deus praecepit[i], duplex esse debet: id est Dei et proximi[1]. Una, quae supra[k] nos est, id est Deus; altera, quae[l] iuxta nos est, id est homo. (Matth. 22, 37.) Deus ex toto corde et ex tota anima et ex tota[m] diligatur[n] virtute; proximos[o] vero (ib. 22, 39.) sicut nosmetipsos diligamus. Si quaerit quislibet, qui[p] sit proximus, omnem christianum intellegere debet, veluti in evangelio legimus de Samaritano, qui vul- (Luc. 10, 33 sq.) neratum adiuvavit. Item oboedientia duplex esse debet: id est et mala non facere quae prohibentur, et bona facere quae iubentur. Et haec duo, id est caritas et oboedientia, cum summa humilitate impleantur[q]. Haec sunt tria praecepta, quae aperient[r] monachis[s] portas caeli. His itaque quasi radicibus aliae subcrescunt[t] virtutes, quasi ramorum fertilitas, quibus fructus vitae nascitur aeternae.

Nec me, rogo, sanctissimi patres et fratres, praesumptiosum aestimate, cur vobis haec scriberem[u]. Caritas[v] me conpulit in has prorumpere litteras[2]; optans vobis omnia bona a Deo donari, ut[w] in hoc[x] saeculo honorem[y] habeatis cum hominibus[z] et in futuro[a] vitam aeternam cum sanctis Dei.

Vos vero seniores in spiritu mansuetudinis, sicut apostolus praecepit[b], iuniores (1. Petr. 5, 1.) vestros ammonete; quia illorum salus vestra est merces[c], illorum eruditio vestra est remuneratio. Quia qui arborem plantat, mercedem de fructu illius accipere[d] cogitat. (Cf. Luc. 13, 6.) Habete adolescentes[e] quasi filios, quatenus illi vos habeant ut patres. Exemplis bonis illos instruite, ammonete ut carissimos, castigate ut conservos. Quia haec est fraterna caritas, ut omnes[f] quasi vosmet[g] ipsos ad coronam supernae beatitudinis perducere studeatis.

Adolescentes[h] vero senioribus quasi patribus subditi estote, sicut de deo Christo (1. Petr. 5, 5.) legitur in evangelio, quod subditus esset suis[i] parentibus. Si vero Deus homo et (Luc. 2, 51.) dominus omnium subditus[i*] esse non dedignatur[k] hominibus, quanto magis et vos pueri vel[l] adolescentes[h] subditi esse[m] debetis magistris vestris, ut pro[n] illorum bona doctrina[o] proficere et florere et exaltari in ecclesia Christi et ad vitam aeternam cum illis Deo donante pervenire mereamini.

---

a) diligentissimae *T.* b) visitati *T.* c) *om. K 1.* d) *om. K 2.* d*) dispernit *K 2.* e) omnium *corr. in* hominum *A 1*.* f) *om. A 1*.* g) pro *T.* h) videri *K 1.* i) praecipit *A 1*.* k) super *K 1.* l) qui *T.* m) et ex tota *om. T, K 1.* n) ac ex tota *add. K 1.* o) proximum *K 1.* p) quis *K 1, A 1*.* q) iubentur humilitate implere (impleri *K 2*) *K pro* humilitate impleantur. r) aperiunt monacho *K 1.* s) monachi *K 2.* t) succrescunt *K.* u) scripserem *T.* v) mea *add. K 2.* w) *om. A 1*.* x) hoc *om. K 2.* y) honorem — hominibus *om. A 1*.* z) omnibus *T, K 1.* a) saeculo *add. K.* b) praecipit *A 1*.* c) mercis *T.* d) expectat *K 1 pro* accipere cogitat. e) aduliscentes *T.* f) omnis *T.* g) nosmet *T, K 2.* h) adulescentes *K 2;* aduliscentes *T.* i) *om. K 1, A 1*.* i*) subdidus *K 2.* k) dedignabatur *A 1*.* l) *om. K 2.* m) estote *K 1 pro* esse debetis. n) per — bonam doctrinam *K, A 1*.* o) bonam doctrinam *T duobus* m *erasis.*

1) *Cf. supra p. 53.* 2) *ex his verbis sumi oportet scriptam esse hanc epistolam, priusquam Alcvinus coenobio S. Martini praefectus sit. J.*

782—796 Pro me semper intercedere dignemini, quatenus vestris precibus veniam meorum[a] merear accipere peccatorum et amabilem vobiscum in die novissimo domini nostri Iesu Matth. 25, 34. Christi audire sententiam: 'Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi'.

Vos aeterna Dei conservet gratia, fratres.
Nominis[b] atque mei[c] memores sine fine valete.

52.

Alcvinus Itherium abbatem S. Martini Turonensem, minus commoda valetudine usum, hortatur, ut pium quoddam votum persolvat. 782—796.

Codd. T fol 82—82' (T fol. 85), K 1 fol. 60—61, K 2 p. 172—174, A 1* p. 124 nr. 80*[a].
Edd. Q 75, C 40, F 27, J 19. — Migne col. 187.

DILECTISSIMO PATRI ITHERIO[b][1] ALBINUS[c] SALUTEM.

Cf. Iob 5, 18. Gratias agamus[d] deo Iesu, vulneranti et medenti, flagellanti et consolanti. Dolor corporis salus est animae: et infirmitas temporalis sanitas sit[e] perpetua. Libenter accipiamus, patienter feramus voluntatem salvatoris nostri.

Ioh. 12, 35. Sed nunc[f] noli tardare. Fac quod facturus es. Curre, dum lucem habes. Festina ad eum, qui[g] vocat te. Quod necessitas cogit voluntas praeveniat. Esto scriba Cf. Matth. 13, 45. sapiens[h], negotiator fidelis: vende terrena[i], eme caelestia. Quid spectatur diei crastini[k] incertitudo?[k*] Non sit dilatio[l] in salute animae. Quod animo cogitetur[m] opere perficiatur[2]. Quod infirmitas optavit sanitas peragat.

Testis est, qui omnia novit mei cordis, hoc plena caritate et fideli consilio me suadere. Scio me post te in loco tuo[3] talem non habere amicum. Sed[n] magis te velim amicum habere in honore permanente quam[o] pereunte[p]; et intercessore[q] apud Deum gaudere quam largitore[r] in seculo. Petatur a Deo auxilium, ut amicorum confirmet consilium[s]; et suis iter salutis ostendat, et dirigat in viam pacis quos proprio redemit sanguine. Ecce quali pretio empti sumus! Non amemus ea, quae nos separant ab eo, qui nos usque ad mortem suae carnis dilexit. Plurimos dies saeculo satis[t] servivimus[u]: vel[v] paucos, qui restant, vivamus Deo nostro: ut digni efficiamur Matth. 5, 8. faciem illius videre, qui dixit: 'Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt'.

Laetus lege et constanter incipe et feliciter perfice. Et sit Dominus tecum in aeternum.

---

a) *om. K 2.* b) *om. A 1*, qui post* memores *addit* semper. c) Atque mei nominis *T, K.*

52. a) *Lemma:* Item alia *K 1;* Eiusdem ad Itherium *T*;* Item alia ad eundem *A 1*.* b) ill. *K, A 1*.* c) illi *K 2; om. K 1, A 1*.* d) agimus *corr. in* agamus *A 1*.* e) fit sanitas *A 1*.* f) ne *corr. in* nunc *A 1*.* g) quo *K 2.* h) sabiens *K 2.* i) et *add. K 2, A 1*.* k) *om. T.* k*) incertidudo *K 2.* l) delatio *T;* delacio *K 2.* m) cogitatur *K 1, A 1*.* n) non *superscriptum est in K 1.* o) quem *K 2.* p) praeeuntem *K 1.* q) intercessorem *K, A 1*.* r) largitorem *K 1, A 1*;* largitori *K 2.* s) auxilium *T; sequitur lacuna octo fere litterarum in K 2.* t) *om. K 1, A 1*.* u) satis *add. K 2, A 1*.* v) nunc *A 1*:* nunc Deo nostro oportet *K 1 pro* vel — Deo nostro.

1) *Caroli M. notario atque abbati S. Martini Turonensi c. 775—796, de quo cf. Sickel Acta regum Karolinor. I, 77.* 2) *Haec spectare videntur ad aedificandum coenobium Cormeriacense; quod quidem conditum Itherius die 7. Febr. 791. tabula confirmarit ap. Mabilionem Ann. ord. Bened. II, 714. J.* 3) *in coenobio S. Martini.*

53.

782—796?

Alcvinus Eadae presbytero pro muneribus gratias agit; dolet se de gradu paupertatis raptum esse in voraginem divitiarum; precibus eius se commendat. *782—796?*

Codd. T fol. 61—61' (T fol. 56'), K 1 fol. 61'—62, K 2a p. 176—179, K 2b p. 229—230, A 1* p. 125—126 n. 82*[a].

Edd. C 42, Q 37, F 140, J 47. — Migne col. 455.

DILECTO AMICO EADA[b] PRAESBITERO[c] ALBINUS[d] SALUTEM.

Dilectionis tuae munera[e] magna[f] devotionis laetitia suscepi, desiderans donante deo[g] Christo prosperitatem vos[h] praesentem habere[i] atque futuram, agnoscens antiquae in vobis[k] munificentiae largitatem. Quapropter et[l] in nobis antiquae fidei reformastis[m] amicitiam. Utinam ut divina clementia in nobis usque ad[n] finem vitae perseverare faciat, quod ab incunte[o] aetate in nobis operari dignata[p] est. Praeterit[q] enim[r] 1. Cor. 7, 31
figura huius temporis. Idcirco necesse est, ut nos dies extrema in dilectionis geminae sobrietate vestitos inveniat. Quia qui offenderit in uno, id est in uno caritatis[s] Iac. 2, 10.
praecepto, factus est omnium reus.

Habeto nos, obsecro, socios beatitudinis tuae, sicut te[t] cupimus socium habere prosperitatis nostrae[u]. Et orationibus devotionis vestrae deduc nos in eundem paupertatis gradum, in quo perficiente Deo salubriter consistis. Tu tenes[v] in manibus quod nos olim tenere[w] cogitavimus. Sed fluctus saeculi nostram naviculam procellosis ventis[x] in voraginem divitiarum rapuerunt[1]. Sed deprecor[y], ut me pietatis precibus[z] in portum quietis revocare studeas. Cupio, sed non facio. Tranquilla est paupertas[a], quam feliciter[b] olim amasti. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum Matth. 5, 3.
caelorum. Sed paupertas haec humilitatis gubernaculo[c] regatur, et caritatis velo, flante[d] sancto Spiritu[e] in eum[f], ad aeternae beatitudinis portum perveniet[g], ubi mei nominis memor intercedere pro mea infelicitate[h] te[i] supplex obsecro, ut duplicem habeas mercedem: unam[k] tui ipsius, alteram fratris[l] tui. Utinam, ut[m] merear te videre cum laetitia illic[n], si hic fieri non possit[o].

Divina te gratia comitetur et in omni bono florere faciat, ut cum multiplici bonorum operum fructu[p] vitam merearis ingredi[q] sempiternam.

54.

Alcvinus Arnoldi abbatis ac congregationis eius mores laudat, ad vitam religiosam hortatur. *782—796.*

Cod. H fol. 13'—15[a].

Edd. F 225, J 268. — Migne col. 506.

---

53. a) *Lemma:* Ad presbiterum Eada *T;* Albinus Aeda presbitero *K 1.* b) Aeda *corr. in* Aedae *K 1;* Aedae *A 1*.* c) prespitero *K 2a;* amico illi *K 2b.* d) alminus *K 2a.* e) munerem *K 2a.* f) magnae *K 1, A 1*.* g) domino *A 1*.* h) et *add. K 2a.* i) hab. praes. *A 1*.* k) nobis *K 2.* l) *om. T.* m) reformasti *K 2b.* n) in *K, A 1*.* o) eunte *T, K 2.* p) dignatus *K 1, K 2a, A 1*.* q) Praeteriit *T.* r) etiam *T, K 1, K 2a, A 1*.* s) caritis *K 2b.* t) de *K 2a.* u) tuae *K 1.* v) tene *K 2b.* w) tene *K 2b.* x) ventibus *T, K 1, K 2b.* y) precor *K 1, A 1*;* te precor *K 2.* z) *om. K.* a) tranquillitatem paupertas *K 2a;* tranquillitatem paupertatis amare *K 1, A 1* pro* tranquilla est paupertas. b) felicem felix *K 1, A 1* pro* feliciter, quam felix *K 2b;* felicę *K 2a.* c) baculo *corr. in* gubernaculo *A 1*.* d) flanta *K 2a.* e) spir. sa. *A 1*.* f) eam *A 1*.* g) perveniat *A 1*.* h) promeatur *T;* pro me mereatur *A 1*, pro* pro mea infelicitate. i) Date te *T;* te *om. K 2b.* k) utinam *K 1.* l) fratres *T, K 2a.* m) *om. K 1, A 1*.* n) illuc *K 2b.* o) possent *T;* posset *K, A 1*.* p) fructuum *K 2b.* q) ingredire *T;* ingredere *K 2a.*

54. a) *Lemma:* Ad Arnoldum abbatem *H.*

1) *Scripta sunt haec sine dubio priusquam Alcvinus ad regimen abbatiae Turonensis accessit.*

782—796? VENERANDO PATRI ARNOLDO ABBATI[1] ET SANCTAE CONGREGATIONI HUMILIS LEVITA ALBINUS SALUTEM.

Satis mihi placuit religiosa conversatio vestra in Domino, et caritatis humilitas, et ecclesiae ornatus, et domorum, quas in transitu cernebam, constitutio, et dulcissima susceptio, qua me cum magna familiaritate suscepistis[2]: cognoscens in cordibus vestris Ioh. 13, 35. illum habere praeparatam habitationem, qui dixit: 'In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis invicem'. Ideo supplici deprecatione exortans fraternitatem vestram, ut in perfecta permaneatis fideliter caritate, et concordia pacis inter vos vigeat, et oboedientiae decus resplendeat in conversatione vestra, et humilitatis honestas videatur in omni actu vestro, et corporis castitas quasi lilia floreat in conspectu Dei, et sitis unanimes in omni opere perfecto, oboedientes patri spiritali absque omni contradictione, quia ipse rationem redditurus erit pro vobis in die magno Domini, et vos similiter oboedientiae vestrae plurimam in die illa accepturi eritis mercedem.

Rom. 14, 17. Non est regnum Dei esca et potus, sed caritas in conscientia pura; hae[a] sunt itaque victimae, quas monachi singulis horis domino Deo offerre debebunt; his hostiis placabitur maiestas divina; per has semitas regni caelestis portae aperiuntur. Hoc Cf. Matth. 22, 11. 12. cogitate iugiter, hoc rememorate semper, in his conversamini deliciis[b]: haec sunt nuptialia vestimenta, in quibus superni regis convivia possidere digni efficiamini. Nullus ex vobis avaritiae studeat, nec caducas congregare divitias quaerat; nec unum habeat absque patris sui licentia nummum: sufficiat unicuique communis vitae iocunditas, seu in vestimentis, seu in cibi potusque religiositate[c]: tantum pater spiritalis praevideat, ne iustam quislibet habeat murmurationem; nec quarumlibet indigentia rerum regularis vitae destruat[d] ordinem. Sit unusquisque contentus secundum facultatem loci et temporis stipendio, quod ei administratur, et quo maiore suffert humilitate indigentiam, si subito eveniat, eo maiorem a Deo accipiat mercedem. Qui pro regno Dei certare desiderat, non debet pro uno calice vini contendere. Nobilissimus omnium creator pater nobiles habere filios cupit: magna generositas est filium esse Dei: sed haec dignitas, tam alta et praeclara, magna morum et conversationis nobilitate observari debebit.

Quod caritate cogente scripsi vestra humilitas patienter relegere dignetur et, si quid memoriae dignum ex his meis litteris invenietis, ob intentionem salutis vestrae et recordationem nominis nostri in thesauro cordis vestri recondite, quatenus divina pietas vos in gaudium supernae beatitudinis deducat, et mihi peccatori veniam peccatorum meorum per sanctas orationes vestras concedat. Vestram sanctitatem superni regis pietas in omni bona conversatione proficere faciat, fratres carissimi.

55.

Alcvinus discipulum quendam aegrotum solatur et ad peccatorum confessionem hortatur. *782—796?*

Cod. H fol. 15—16'.
Edd. F 231, J 291. — Migne col. 457.

---

a) haec *H.* b) diliciis *H.* c) relegiositate *corr. in* religiositate *H.* d) distruat *H.*

1) *Cui monasterio praefuerit plane ignoratur, nisi forte sit Arnulfus abbas S. Filiberti in insula Heri, cui Ludovicus a. 819. diploma dedit (Mühlbacher Reg. n. 667).* 2) *Haec ad id tempus mihi videntur referenda esse, quo Alcvinus nondum in monasterium Turonense secesserat.*

CARISSIMO FILIO[1] UNICAE DILECTIONIS IN CHRISTI BENEDICTIONE SALUTEM. c.782—796

Festinavi obviam vestrae dulcedinis praesentiae, et ecce mutuata vice pro laetitia visionis vestrae tristitiae cartula advenit, vestram denuntians lacrimabili textu infirmitatem, propemodum te in limine huius vitae suspirare: sed quantum de tuo contristor labore, tantum de divina laetificor pietate, qui te tam diuturna infirmitate decoxit, ut purior appareas conspectui illius. Beatus homo, qui corripitur a Domino; Tob. 5, 17. flagellat vero omnem filium, quem recipit. Haec spes te consoletur, carissime fili, et Hebr. 12, 6. si quid saeculi in tuam deveniat potestatem, quasi obsides pacis praemitte ad Dominum, et diligenter minutissimas quasque[a] verborum vel cogitationum[b], immo et factorum sordes apud confessorem fidelem et prudentem secundum tuam conscientiam purifica, ut nihil remaneat, in quo malignus te apud summum iudicem habeat accusare. In domino Iesu fortissima spe confide, qui ad unam confessionis vocem latroni paradisum Luc. 23, 43. promisit: et si illius clementia, que occidere solet et vivificare, te in pristinum sanitatis officium revocare velit, talis esto moribus, qualis nunc voluntate: et talis tunc opere, qualis nunc cogitatione, ut tibi in salutem proficiat perpetuam sive infirmitatis labor sive sanitatis effectus. Habes me, quantum valeo, fidelem sive in iter illud terribile adiutorem, sive in vitae praesentis solacium consiliatorem.

Quod vero tua inquisivit caritas de duorum distantia locorum, id est sive in canonica sede, sive in monachica sanctitate melius esset ultimi diei[c] expectare spiraculum: ubique Deus est, qui meritorum[d] magis, quam locorum considerat qualitatem; et si sub orario plus laborasti, quam sub cucula in servitio Dei, quid causae est in articulo mortis tui laboris insigne abicere, et alterius quaerere indicium? Nisi forte sub cucula, si[e] Deo miserante ab hac convalescas infirmitate, militare disponis, tamen quamdiu vivas, in maiorem sanctae Dei ecclesiae profectum tuae cogitationis dirige voluntatem: orationum igitur causa et fraternae intercessionis solatium cum monachis corporis requies optanda esse videtur.

Si quid perperam dixi, non mala voluntate, sed inperitia me arbitreris loqui: tu vero consiliarios tecum, scio, pios et prudentes habes, quorum consilio ad salutem animae tuae uti ratum esse videtur; mea vero parvitas numquam a vestra recedit caritate, et si, ut decet, intellegere nequeat, tamen, ut debet, desiderare non cessat. Rogo, ut quicquid de tua eveniat vita, citius me cognoscere facias, ut sive abeuntem[f] lacrimosis prosequar intercessionibus. Deo miserante dies aeternos vel temporales habeas semper felices in Christo.

56.

Alcvinus Benedictum abbatem Anianensem laudat, quod aegrotum quendam fratrem pie curet. De negotiis suis. De herbis medicis gratias agit. Eum videre cupit.

c. 782—796.

Cod. H fol. 16'—17.

Edd. F 209, J 150. — Migne col. 494.

BENEDICTO PATRI[2], UTINAM IN CHRISTO BENEDICTO, PERPETUAM SALUTEM.

Valde mihi placet fides vestrae devotionis et caritatis in fratrem vestrum et filium nostrum. Quia amicus in necessitate conprobatur, quo[a] maxime de hac vita

55. a) minutissimos quosque *H.* b) cogitationem *H.* c) dei *H.* d) meritor *H.* e) si *erasum est in H.* f) *nonnulla excidisse videntur. J; an* vel *legendum?*

56. a) quos *H.*

1) *eidem fortasse, cuius in epistola sequente ad Benedictum abbatem data mentionem inicit.* 2) *Vita Alcvini c. 14 (SS. XV, 192):* Vir quoque Domini Benedictus ei prae omnibus monachis familiaritate iunctus ad eum gratia consilii salutis suae et suorum accipiendi saepius Gothiae de partibus properabat; *cf. versus eidem dicatos (Poet. Carol. I, 264 VI).*

c. 782—796? quisque transiens indiget[a], ut fraterna intercessione iudicis sui faciem videat clementem. Tu illum, quantum valeas, verbis consolare et factis, donec videas, quid de illo faciat Deus.

Me vero seculi fluctus diversis agitat motibus[b][1]; tu vero cum fratribus tuis, sicut promisisti, orationibus adiuvare non cessa, ne cuiuslibet cupiditatis vel peccati me vorago submergat.

Causas vero et rationes huius mei eventus tibi viva voce volente Deo pandam. Et quod petisti faciam temporibus oportunis. Semper meae parvitatis litterulas vestrae dirigere caritati recordor, vestrasque mutua vice accipere deprecor. Obsecro, ut fiducialiter mihi studeas de vestris profectibus vel prosperitatibus intimare.

Herbas medicinales, quas direxisti, gratanti animo accepi. Et sicut corporali me sanitate praevidere curasti, ita tuae spiritali saluti praevideri semper desidero, optans te in eo strenue perficere opere quod coepisti et gregem[2] gubernare fideliter quem congregasti. Nullatenus fatigeris vel cogitationum desidia vel ab aliquorum neglegentia. Qui plus laborat, plus mercedis accipiat.

Multum te isto anno praesenti videre desidero, si fieri potest, quia familiaritas humilitatis vestrae multum animo meo conplacuit. Aequalitas animorum dulcedinem generare solet dilectionis; et si disparia sint operum merita, tamen par potest esse desiderium salutis. Nam infirmus suam desiderat sanitatem, sicut et medicus; licet ille egrotus iaceat et iste sano vigeat corpore.

Tuam paternitatem pro nobis intercedentem pius Deus in omni bono proficere faciat.

57.

Alcvinus Benedicto abbati Anianensi mandat, ut epistolas suas, quibus conceptae sint, tradat; in his unam Carolo regi. Eum saepius ad se litteras scribere cupit.

c. 782—796?

Cod. H fol. 62'—63.
Edd. F 204, J 208. — Migne col. 495.

BENEDICTUS DEUS BENEDICTO PATRI BENEDICTIONEM DET AETERNAM.

Scripsi epistiunculas aliquas, sicut intellegere earum lectione[a] poteris, si tibi dignum videatur. Redde singulis singulas, regi[3] vero suam cum multis salutationis[b] verbis. Et melius mihi visum est te dicere eius pietati de nobis nostraque voluntate et filio nostro, quam inde aliquid scripsissem. Quia litterae per manus currunt multorum, verba vero in corde permanent fideli.

Epistolam vero ad fratres nostros communiter scripsi: si dignum quid in ea invenies, iubeam melius perscribere: et si quid addendum aestimas, fac secundum consilium. Quia sub festinatione dictata fuit ad rememorandum amicitiae iocunditatem et orationum pro nobis sedulitatem; sicut scis magnum nos habere desiderium, magnam etiam necessitatem spemque bonam de illorum habere sacratissimis orationibus. Ubi tu, ibi et ego; et Deus nobiscum in aeternum.

Secundum oportunitatem portitoris saepius litterae veniant. Nunc rusticitas, de

a) indigit *H*. b) montibus *H*.
57. a) lectionum *H*. b) *corr. in* salutationibus *H*.

1) *Cf. supra p. 97:* Sed fluctus saeculi nostram naviculam procellosis ventis in voraginem divitiarum rapuerunt. 2) *Anianenses monachos, cf. Simson Jahrbücher des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. I, 440.* 3) *Carolo.*

qua te excusare soles, caritatem tacere faciat; ne minus flamma luciscat[a] illius, sed fulgeat in cartulis, quae in corde perpetualiter incensa ardet. 782—796?

Vadens vade Deo miserante cum omni prosperitate.

Videat te oculus meus, antequam moriar, non semel, sed saepius. Donante Deo semper in aeternum valeas.

58.

Alcvinus, ut discipulus quidam sibi inimicus in pristinam amicitiam redeat, postulat.
782—796?

Cod. S fol. 177'—178'.
Edd. F 156, J 48. — Migne col. 479.

CARISSIMO IN CHRISTI CARITATE FILIO SALUTEM.

Obsecro, ut solite pietatis dilectione has paternae devotionis litterulas legere digneris[1]. Cur, dulcissime fili, contumeliam dissensionis nostrae in aures palatinas mittere voluisti? Ecce ibi sonat: 'Quid nos sperare debemus de illorum amicitia, qui nec inter se ipsos fidem vel concordiam servare potuerunt'? Magis haec potest esse confusio quam laudatio, disperatio fidei nostrae quam confirmatio causae tuae. Et qua fronte reprehendere poteris eum, quem totiens laudare solebas? Scio, quod tibi ira tua iusta videtur; quia haec est natura humani furoris, ut haec quidquid agit vel dicit iustum sibi esse videtur. Irascimini et nolite peccare, id est nolite permanere [Ps. 4, 5.] in ira. Concessit quod naturae est; tulit quod culpae est. Idcirco et apostolus ait: 'Sol non occidat super iracundiam[a] vestram'. [Eph. 4, 26.] Sepe melior est defensor quam accusator: quia ille ad[b] pacem defendit, iste ad discordiam accusat. Nec in mea diffido causa, licet in presentia regis[2] ventiletur. Testis est mihi renium scrutator, quam fideliter [Ps. 7, 10.] te semper amavi, et quam bene cupivi de fratre tuo, quem video te plus carnaliter amasse, quam patrem spiritaliter, licet ille de me superbae egisset. Testis est mihi domnus rex de Iese[c] causa[d], an illius pietas prius alterum nominaret, an ego precarer. Et non erubescerem de ambabus[e] accusationibus in illius sanctissima praesentia diiudicari, si non confunderemur de dissensionis nota. Quod vero te nesciente perrexi, necessitas hoc fecit, non voluntas.

Quare oblitus fuisti, fili mi, quomodo cum lacrimis et inclinata[f] cervice te pro pace et concordia, pro Christi amore praecatus sum, cuius debitor es omni homini etiam non rogatus. Et si fratrem tuum occidissem, utique ob Christi praeceptum ignoscere debuisses: quanto magis, dum nihil ei nocui, sed omnino benefeci. Et ob hoc benefactum in illum inimicus factus es amico tuo. Nec tibi plus est in regeneratione sancti Spiritus fratris[g] quam mihi. Et si in prima mansisset generatione, ex qua orta est discordia inter carissimas personas; et in qua plus illum amas, quam me, nec tibi nec mihi esset frater.

Revertere, revertere, licet non pro meo, sed pro illius amore, qui cum inimici essemus, reconciliavit nos Deo in sanguine suo. Sit ille nobis nunc mediator ad [Col. 1, 20.] pacem, qui fuit ante mediator ad vitam. Si has humilitatis meae preces dura mente

---

a) luciscatur *H.*

58. a) iracondiam *S.* b) ad *scripsit Frobenius pro* et *S.* c) rex deiese *S; an* de Iesse *id est David? J.* Dei esse *scripsit Frobenius.* d) causam *correctum est in* causa *in S.* e) ambubus *S.* f) incliuato *S.* g) fratris *corr. in* fratres *S.*

1) *Eidem fortasse discipulo infenso scripsit Alc. versus, quos edidi Poet. Carol. I, 243 n. XXII.*
2) *Caroli Magni, in cuius aula Alcvinus etiamnunc versatus esse videtur.*

785—796 contemnis. et nocere cupis, cui prodesse[a] fas esse negare non poteris, nisi paternum nomen et magistrale[b] de pectoris tui arcano vel oris eloquio delere velis: quod impium esse nemo est qui nesciat, qui beneficia caritatis inter nos umquam agnovit, tamen eo protegente, pro cuius amore haec tam suppliciter deposco. credo nocere non poteris. Absalon patrem suum regno expulit. sed se ipsum vita privavit; et quod illa dissensio carnaliter perpessa est. timeamus, ne nos spiritaliter patiamur. si ad caritatem Christi 1.Cor. 13, 4. non revertamur. Caritas patiens est ad sufferendum, benigna ad prestandum; non agit perperam. id est non superquaerit fratrem suum in negotio: omnia sperat, omnia credit. Quae meliora sunt sperare debemus et optima credere.

Utinam haec cartula in locum me apud te remittat pristinum; et si hoc perficere non valeat, vel excusatum habeat apud iudicem meum; quia feci quod potui. si optinere non valuissem quod voluissem. Possum, possum, credo, per eum, qui inspiravit pectusculum meum, ut peterem quod pium putavi. Inspiret[c] etiam pectus tuum, ut concedas quod deposceris. Conditio vero pacis non puer sit pater dissensionis, sed puer pater Isai. 9, 6. Matth. 12, 18. futuri saeculi, de quo dictum est: 'Ecce puer meus, quem elegi, electus meus, in quo bene conplacuit animae meae': ut digni habeamur inter eos numerari, et esse Isai. 8, 18. pueros, de quibus antea ille per prophetam predixit: 'Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Deus'.

59.

Alcvinus ob Arnonis episcopi Salisburgensis adventum frustra exspectatum dolet, pro muneribus acceptis gratias agit. 785—796.

Codd. S 1 fol. 144—145' (S 1 fol. 53'—57').*
Edd. M 17, F 88, J 151. — Migne col. 318.

DULCISSIMAE DILECTIONIS PATRI AQUILAE ANTISTITI TRANSMARINUS CIGNUS IN SANCTAE CARITATIS PENNIS PERPETUAM SALUTEM.

Spectavi, speravi, obtabam: et ecce quem spectavi, non venit: et quem speravi, non consideravi: quem obtabam, non accipiebam. Frustrata est exspectatio, evacuata est spes. Et utinam pro spe esset praesentia, nunc esset plenum gaudium. Sed, pro dolor, pro exspectata laetitia tristitia inopinata subrepsit. Infelicitas mea viam nobis obstruxit veniendi et mihi hilaritatem abstulit gaudendi.

Quid facies modo mens caritate vulnerata[1]? estne aliquod solacium, quod[a] tantum vulnus vel aliquod refocilare[b] valeat? An spem quasi falsum omnino a te repellis consolatorem? An inter tenebras tuae miseriae, quasi scintillam cuiusdam ardentis flammae, iterum tibi illam adsumis[c]? Ecce flamma caritatis totum inardescit pectus, cui si spes collega[d] accessit, feliciter ardet, si veraciter illi evenit quod optat. Bona est enim spes in absentia; sed melior est amor in praesentia. Nam spes nostra quasi Cf. Hebr. 6, 19. ancora ad caelestis nos trahit[e] patriae soliditatem: sed tunc erit perfecta felicitas, Cf. 1.Cor. 13, 12. cum plena erit visio veri amoris, et videbitur Deus in gloria sua, qui nunc amatur in pectore nostro. Sed huius exilii peregrinatio patienter feratur, donec optata beatis- Hebr. 10, 36. simae patriae veniat praesentia. Patientia nobis necessaria est, sive in exspectatione speratae beatitudinis, sive in absentia amicorum carissimorum. Habeamus semper hodie in caritate; in spe vero crastinum desiderium, ut veniat quod hodie amatur.

---

a) prodisse *S.* b) magisteriale *S.* c) inspirat *S.*
59. a) qui *S 1.* b) refocilari *S 1.* c) adsumereris *S 1.* d) colliga *S 1.* e) retrahit *S 1.*

1) *Cf. infra ep. 159:* vulnerata karitate ego sum.

c.787—796

Ecce mens variis fluctuat cogitationibus, te consiliatorem quasi portum firmae stabilitatis sperans venire, sed ut video, longius a quiete optata fluctibus rapitur, in salo agitatur, ad quem portum perveniet ignorans. Adsiduis tamen sanctitatis vestrae precibus dubitantem in cogitationum disceptationibus amicum, ad firmum divina concedente gratia salutis consilium deducere dignemini[1]. Praesto est ubique pius sanctarum exauditor orationum, qui et fraternae dilectionis preces exaudire et in se sperantes (Cf. Ps. 17, 31.) spiritu consolationis sancto adiuvare[a] solet. Ad illius dulcissimam clementiam erigamus spem nostram, simusque[b] de eius opitulatione indubitantes, qui inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum. (Ioh. 1, 9.) Illum tota cordis intentione, tota animi affectione incessanter deprecemur, ut inluminet nobis oculos interiores, ne umquam in (Cf. Ps. 12, 4.) morte ignorantiae obdormiamus.

Munera dilectionis vestrae tam laeto accepi[c] animo, quam plena vos caritate dirigere cognovi. Sed quam laete ex muneribus mens hilarescit, tam tristis ex absentia vestrae beatitudinis ingemescit. Sed quid ad haec? Vivat caritas in Christo, sit praesens in spiritu, qui absens est in facie, donec Deo donante beata veniat praesentia, quae numquam finiri valeat. Dominus Deus in sua misericordia, in sua proficientes voluntate custodiat vos ubique, frater dulcissime!

60.

Alcvinus cum tribus amicis Paulino patriarchae Aquileiensi de litteris missis gratias agit. Petunt ut pro illo precetur. *c. 787—796.*

Codd. T fol. 89'—90, K 1 fol. 79—80, K 2 p. 226—228, A 1* p. 142—144 n. 102*[a].
Edd. C 66, Q 82, F 16, J 129. — Migne col. 172.

OPTIMO TIMOTHEO[2] FILII BIS[b] BINI, EVANGELICAE VERITATIS DISCIPULI[c], ET SANCTARUM[d] QUADRIGAE VIRTUTUM[3] FIDELIUM QUADRIGA AMICORUM, PLENA CARITATIS NAVE TRANS ALPINAS AQUAS DIRIGIT SALUTEM.

Accepimus dignitatis vestrae cartam, vere, ut agnovimus, caritatis floribus depictam ac mellifluo spiritalis iocunditatis sapore refertam[4]. Unde et nos, discipuli sanctitatis vestrae, in abundantia roriflui nectaris, quod ex eius gremio pleniter hausimus, refecti ac[e] satiati[f], valde laetati sumus; agnoscentes caelestem[g] caritatis thesaurum vestro sufficienter recondi in pectore; et affluenter inde per lata terrarum spatia flumina salutiferae doctrinae emanare[h] et arida iustitiae fontem[i] sitientium corda inrigare, (Cf. Matth. 5, 6.) non septigeno Niliaci[k] fluminis gurgite[5], sed septiformi sancti Spiritus inundantia[6]: (Ioh. 4. 14.)

---

a) adiuvari *S 1.* b) simulque *S 1*.* c) accipi *S 1.*

60. a) *Lemma:* Epistola Albini ad Paulinum *K 1;* Alchuinus ad quendam *T*;* Epistola Philippi ad Timotheum *A 1*.* b) Optimo Timotheo Philippus *K 1, A 1*;* Optimo theo fili bis *K 2 (Itaque scriptor codicis K 1 pro* filii bis *posuit* Philippus; *scriptor autem codicis K 2 pro* Optimo timotheo *posuit* Optimo theo; Theofilo bis binę *T* (*filii *om.).* c) discipulo *T*.* d) sacrum *T*.* e) *om. T*, K 2.* f) saciati *T*;* satiata *corr. in* -ti *A 1*.* g) celeste *K 2;* caeleste *T*.* h) emittere *T*.* i) fonte *K, T*, A 1*.* k) Niliatici *T*.*

1) *Haec scripsisse videtur Alcvinus, antequam in monasterium Turonense secedendi consilium cepit.* 2) *Fuit Timotheus Pauli apostoli discipulus. (Cf. Pauli epistolas ad Timotheum.) Itaque propter nominis Paulini e Pauli nomine derivationem Paulinus est Timotheus appellatus. V. supra notas a. b. J. Praeter Alcvinum Arnonem quoque in partem huius epistolae venisse crediderim cf. carmina XVII et XVIII Poet. Carol. I, 239.* 3) *In Libri Carolini IV praefatione haec habentur:* quatuor virtutes: prudentia videlicet, fortitudo, iustitia seu temperantia, humanam vitam honestissimis regulis moderantes esse describuntur, *cf. Albini De arte rhetor. dialog. c. 46 (p. 550 ed. Halm):* in hac virtutum quadriga. 4) *Cf. Carmen XVII v. 4 l. l.:* Mellifluis nostras musis qui impleverat aures. 5) *Cf. Verg. Aen. VI, 801:* septemgemini . . ostia Nili. 6) *Cf. Jaffé Biblioth. T. IV, 375 n. 2.*

786—796 viventis atquae fluenta in vitam salientia sempiternam. Unde et lucidissima apostolicae fidei pocula nobis propinare larga pietate studuisti, quae cum omni caritatis aviditate accepimus et cum magna gratiarum actione potavimus. Nec unius parvissimi et variis motibus vibrantis[a] in sole spurcitiam[b] athomi[c] offendimus in eis[1], sed cristallina puritate micantia: ita ut superni solis radiis nostri cordis lichinos[d 2] mirabiliter inluminavit[e].

Et[f] consideravimus diligentius et desideravimus ardentius; legimus[g] saepius et elegimus[h] semper; et laetificati laudavimus Deum, qui solita pietate tale lumen nostris concessit[i] temporibus. Quapropter intentius precamur: luceat lux tibi a Deo datae sapientiae ex corde caritatis tuae per os veritatis tuae, ut omnis auditor aedificetur et solus omnium dator bonorum glorificetur in te et per te.

Saepius ad nos currat carta exhortacionis[k] tuae, nec eam[l] Alpium[m] frigus[3] vel viarum asperitas vel exundatio fluminum ullatenus impediat. Caritas omnia superat,
Cant. 8, 7. de qua dulcisonus[n] decantavit psalta[o]: 'Aquae multae non potuerunt extinguere caritatem nec flumina obruent illam'. Illa[p] ex abundantia cordis dictando scribat, ut nos ex diligentia legendi aedificemur.

In calce vero cartulae huius obsecramus, quod in capite optamus, quatenus nostrae navigium vitae sanctitatis vestrae orationibus gubernare digneris. Nam procellosa saecularium negotiorum[q] tempestas huc illucque nos agitat[r 4], falsa[s] nos tranquillitate in salo profundissimae voraginis submergere[t] quaerens. Sed pius omnium gubernator rerum et humanae semper amator salutis, tuis[u], pater venerande, exoratus lacrimis, nos licet indignos huius fluctivagi pericula maris evadere faciat et ad perpetuae stabilitatis stationem[v] prospero cursu plenis mercedibus[w] pervenire concedat.

Dextera te Christi semper defendat ubique,
Protegat atque regat. Felix tu vive[x], valeto.

61.

Alcvinus Ecgfrido regi, Offae regis Merciorum filio, virtutem suadet. 786—796.

Codd. T fol. 66'—67 (T fol. 61'), Q fol. 123'—124, S 1 fol. 177'—178 (S 1* fol. 102'—104'), A 1* p. 24 n. 21*[a].

Edd. Q 48, F 45, J 45. — Migne col. 214.

NOBILISSIMO IUVENI ACGFREDI[b 5] HUMILIS LEVITA ALCHVINE[c] SALUTEM.

Quia sciebam te bonae[d] indolis et summae[e] nobilitatis adolescentem[f], exhortatorias[g] praesumpsi tibi dirigere litteras. Non quod tibi aliquid desit a sapientissimis et optimis parentibus ammonitionis necessariae, quorum honestatis exempla populo praedicamenta

---

a) fibrantis *K 2.* b) spurtitiam *K 1.* c) atomi *A 1*; corr. alio atram. in* athomi *T*.* d) lichnos *T*;* lychnos *A 1*.* e) inluminavit *K 2; corr. in* inluminavimus *K 1;* inluminaverit *A 1*.* f) haec *A 1*.* g) laegimus a *eras. T*.* h) legimus *A 1*.* i) esse *add. A 1*.* k) exortationis *K 2; post corr.* exhort. *T*;* exhortationis *A 1*.* l) aeam *K 2.* m) alpinum *K 2, T** n *eraso.* n) dulcisonum *K 2.* o) *post corr.* psalmista *T*;* psalmista *A 1*.* p) *om. K 2.* q) negotiatorum *T*.* r) agat *T*.* s) falso *K 2.* t) puergere *K 2.* u) *om. K 1.* v) stacione *K 2.* w) velis *A 1*.* x) tui uiuo *K 1.*

61. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Ecgfridum *A 1*;* Nobilissimo iuveni Ecgfrido regi Merciorum *Q.* b) Egfrido *S 1;* Ecgfrido *Q, A 1*.* c) Alch *S 1;* Alchuinus *Q;* Alcuinus *A 1*.* d) bene *T.* e) sum *T.* f) adoliscentem *T, S 1.* g) exortatorias *S 1.*

1) *in fidei poculis. J.* 2) *lychnos.* 3) *Cf. infra ep. 186:* Alpina frigora. 4) *Haec scripta esse priusquam Alc. a. 796 abbatiam Turonensem regendam susceperit vix dubitaverim. Cf. epp. p. 97. 100. 103.* 5) *qui rex consecratus est anno 786, vivente patre Offa rege Merciorum v. Anglo-Saxon chronicle 785 (786). J.*

sunt salutis; sed ut meae dilectionis in te ostenderem fidelitatem; cupiens te proficere in Deo virtutumque floribus ornari et cunctis[a] Anglorum[b] populis prodesse in prosperitatem[c]. c. 786—796

Ecce[d] quam nobilissimis natus es parentibus, quam magna enutritus[e] cura. Noli moribus esse degener, qui[f] nativitate generosus[g] exstas[h]. Disce diligenter illorum exempla: a patre auctoritatem, a matre[1] pietatem; ab illo regere populum per iustitiam, ab ista conpati miseris per misericordiam; ab utroque christianae relegionis devotionem, orationum instantiam, elymosinarum largitatem et totius vitae sobrietatem. Tu baculus senectutis illorum esto, humiliter illorum oboediens praeceptis[i]; quatenus illorum te benedictio consequatur in aeternum. Nam iuxta Salomonem[k] benedictio parentum Cf. Eccle. 3, 11.
filios exaltat; item idem ait: 'Filius sapiens gloria est patris'[l]. Noli luxoriae subditus Cf. Prov. 13, 1.
esse, sed Deo; quia castum corpus et animam[m] vitiis non maculatam Spiritus inhabitat sanctus. Non decet te rusticum esse moribus vel verbis lasciviosum, qui natus[n] es in solio regni[2]. Temperantia et honestas vitae te amabilem etiam[o] et laudabilem cunctis efficiat[p] populis. Incipe bona promereri conversatione Deum ubique habere protectorem. Ex illius enim misericordia tua consistit prosperitas. Si illum toto corde amaveris et illius tota[q] intentione te ipsum subdideris voluntati, exaltabit te in regno praesenti et in futuro gloriam tibi concedat sempiternam.

Divina te in omni bonitate pietas florere faciat, fili carissime[r].

62.

Alcvinus Hundrudae monachae de muneribus gratias agit. Monet ut in aula Offae regis Merciorum bonum vivendi exemplum prodat. De Cynethrith regina. De monasterio Inmercum. Egfrido regis filio salutem ascribit. *c. 786—796.*

Cod. T fol. 93'—94 n. 89*[a].
Edd. Q 89, F 149, J 46. — Migne col. 470.

DEO DEVOTĘ FEMINĘ HUNDRUDĘ ALCHVINUS DIACONUS SALUTEM.

Benignitatis tuae salutationem et munuscula gratanter accepi, quibus in[b] te agnovi condictę olim amicitiae bonam abundare[c] memoriam; credens quoque tuam similiter non oblivisci prudentiam, qualiter devotio mea te iam pręsentem[d] de caritate Christi et honestate vitę diligentissime ammonuit[e].

Ideo non opus esse arbitror multis illa reiterare sermonibus, sed paucis deposcere litterulis, ut omni hora vel momento dies in mente habeas aeternos et prępares te Amos 4, 12.
in occursum domini Dei tui; ut sine timore videre valeas iudicem vitę tuę, quem tota virtute dilexisti in pectore tuo. Sit cogitatio tua in pręsentia Dei, in sobrietate vitę; et[f] sermo tuus in modestia veritatis; et opera tua in castitatis honestate; ut exemplis tuis adolescentiores erudiantur, seniores congaudeant, omnes aedificentur; ut in palatio regis[3] regularis vitae[4] devotio in tua videatur conversatione: quatenus summi regis

a) cunctorum *A 1**. b) *om. S 1.* c) prosperitate *T, Q, A 1**. d) Eo *S 1.* e) enutritur *S 1*; nutritus *A 1**. f) quia *S 1.* g) generos *S 1.* h) existas *T, S 1, Q.* i) praeceptorum *Q.* k) Salamonem *S 1.* l) patri *Q.* m) a *add. Q.* n) nutritus *A 1**. o) *om. Q.* p) efficit *T, A 1**; effic̄ *S 1.* q) toto *T.* r) carissimae *T*; karissime *S 1.*

62. a) *Lemma:* Alchuinus ad Hundrudem feminam *T**. b) quibus in *scripsit J. pro* in quibus *T**. c) habundare h *expuncto T**. d) praesente *T**. e) ammonui *T**. f) et — in mo- *in loco raso T**.

1) *Cynethrith regina J.* 2) *Cf. supra ep. 30 p. 71:* Non decet te in solio sedentem regni rusticis vivere moribus. 3) *Offae regis Merciorum.* 4) *ergo Hundruda monacha fuit.*

787—796 pietas in omni te custodiat prosperitate et in bonis operibus usque ad finem vitę perseverantem aeterna te remunerare gloria dignetur.

Saluta, obsecro, domnam reginam[1] ex meę parvitatis nomine: scripsissem exhortatorias illi litteras, si illi propter occupationes regis meos apices legere licuisset. Sciat tamen certissime me[a] sibi quoque domino[b], quantum valeo, fidelem esse. Tamen gestum est de monasterio Inmercum, sicut de illorum non speravi bonitate. Faciant de me, sicut illis placeat. Nam fides mea apud illos non violabitur; credens tanto meliores[c] habere illos, quanto[d] meliores sunt meritis et dignitate. Omnipotens[e] aeterna protectione eos ubique custodiat, protegat et regat cum omnibus fidelibus suis. Egfridum[2], filium meum, diligenter saluta. Opto, ut floreat in voluntate Dei et prosperitate multis feliciter annis. Valeto semper, dulcissima soror.

63.

Alcvinus abbatem quendam admonet, ne malis cedat. Offam regem Merciorum a se rogatum esse, ut eum tueretur. 787—796.

Codd. T fol. 83—83' (T fol. 85'), K 1 fol. 63—63', K 2 p. 180—182, A 1* p. 127 n. 84*[a].
Edd. C 44, Q 77, F 51, Haddan and Stubbs Councils III, 495, J 44. — Migne col. 226.

Acceptis litteris tuis, frater sancte[b], laetus de salute tua, sed tristis de tribulatione
et persecutionibus[c], quas te pati a gente tua in illis tuis apicibus agnovi. Attamen
Matth. 5, 10. beatos esse, Domino[d] dicente, legimus, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam:
quoniam ipsorum est regnum caelorum. Quapropter suadeo tibi, frater venerande, ut[e]
viriliter[f] fide integra et devotione infatigabili pro commissis tibi a Christo ovibus
Ioh. 10, 13. certare non cesses; ne mercenarius[g] fugiens et non pastor firmus ab ipso domino et
Ioh. 10, 11. pastore omnium deputeris. Aspice in eum, qui pro ovibus suis animam suam posuit,
Luc. 9, 23. qui[h] omnibus generaliter praecipiens dixit: 'Qui vult venire post me, abneget semetipsum et tollat[i] crucem suam et sequatur me'. Cui gregem Christi abiturus[k] relinquis? Nec haec[l] dico, quasi[m] me excusando[n] ad benefaciendum[o] servis Dei, sed magis te adhortando[p] ut bona, quae incepisti[q] facere, ad finem aeternae salutis per-
Matth 10, 22. ducas. Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus[r] erit.

Idcirco scripsi ad Offanum regem, ut te adiuvaret et[s] defenderet sanctam ecclesiam[t] secundum suam potestatem[u]; quatenus tibi liceat[v] Deo servire[w], et talentum tuum[x] multiplicare in loco, ubi accepisti eum[y]: et mercedem[z] spectare[a] perpetuae[b]
Matth. 25, 21. beatitudinis, dicente Domino tuo: 'Euge serve bone et fidelis'.

a) me *addidit J.* b) domino *alio atram. corr. in* dominę. c) *an* maiores mercedes ? *J.* d) quantum *T*.* e) Omp̄s *T*.*

63. a) *Lemma:* Alcuinus exhortatoriam ad abbatem *K 1;* Alchuinus ad quendam *T*;* Alcuinus exhortando abbatem *A 1*.* b) sanctae *T.* c) factus sum *excidisse videtur J.* d) deo *A 1*;* domino dicente *om. K 1.* e) *om. K 1, A 1*.* f) *sequitur* in *in K 2, sed est erasum.* g) mercennarius *K 1.* h) quod *K 1.* i) tollet *T;* dollat *K 2.* k) habiturum *K 1.* l) hoc *K 1, A 1*.* m) quia si *A 1*.* n) *sic.* o) befaciendum *K 2.* p) ad hortandum *T;* adortando *K 2.* q) incipisti *T, K 2;* cepisti *K 1, A 1*.* r) salvos *K 2.* s) ac *K 1, A 1*.* t) *om. T.* u) possibilitatem *T.* v) licent *K 2.* w) *om. K 1.* x) *om. A 1*.* y) illud *A 1*.* z) mercede *K 2, A 1*.* a) expectare *K.* b) perpetuo *K 2.*

1) *Cynethritham, uxorem Offae regis.* 2) *Offae regis filium.*

64. 787—796

Alcvinus Offae regi Merciorum remittit discipulum suum iam ad docendum aptum. *787—796.*

Codd. T fol. 61'—62 (T fol. 57), A 1* p. 23 n. 20*[a].
Edd. Q 38, F 44, J 43. — Migne col. 213.

DOMINO EXCELLENTISSIMO OFFA[b] REGI HUMILIS LEVITA ALCHVINE[c] SALUTEM.

Fideliter voluntati tuae semper placere cupiens, hunc meum carissimum filium ad vos remisi, sicut petisti[d]; deprecans, ut eum honorifice habeatis, donec ad vos volente Deo veniam. Nec eum sinite otiosum vagare[e] nec ebrietati servire[1]; sed praevidete[f] ei discipulos; et praecipientes praecipite, ut diligenter doceat. Scio, quod bene didicit. Et utinam bene proficiat. Quia discipulorum meorum profectus merces est mihi apud Deum.

Et valde mihi placet, quod tantam habetis intentionem lectionis, ut lumen sapientiae luceat in regno vestro, quod multis modo extinguitur[g] in locis. Vos estis decus Brittaniae, tuba praedicationis, gladius contra hostes, scutum contra inimicos. Habete Deum semper ante oculos, facite iustitiam, amate misericordiam: quia, qui ignoscit, ignoscitur ei. Discite et[h] diligite mandata dei Christi, ut benedictio illius in omni bonitate et prosperitate te tuosque nepotes consequatur in aeternum. Divina[i] te tuumque regnum caelesti benedictione comitetur gratia, Domine excellentissime. Cf. Matth. 6, 14.

65.

Alcuinus Dodonem discipulum luxuriae ac vanitati deditum ad mores emendandos instanter exhortatur[2]. *c. 789—796.*

Codd. (A 1 fol. 1), A 2 fol. 162—163, A 1 p. 1—4 nr. 1, K 1 fol. 78—79, K 2 p. 224—225. Fragmentum exstat apud D fol. 232—232', quod contulit L. Traube*[a].
Edd. C 64, Q 114*, F 159*, J 286. — Migne col. 484.*

Do[b] do iuxta nomen tuum tibi[c], tu mihi da da.
Do tibi me totum; sed tu, Dodo[d], mihi te da.

Carissimo[e] filiolo[f] meo, quem et[g] sero genui et cito dimisi[3], nec bene ablactatus raptus est ab uberibus meis. Inimitiorque[h] noverca tam[i] tenerum[k] de paterno gremio per libidinum vortices caro rapuit[4]. Heu pro dolor, quid faciam, nisi plangam per-

64. a) *Lemma:* Ad Offanum regem Merciorum *T, T*;* Epistola Albini magistri ad regem Offam *A 1.* b) Offae *A 1*.* c) Alcuinus *A 1*.* d) petistis *A 1*.* e) vagari *A 1*.* f) previd. *corr. in* providete *A 1*.* g) extinguetur *T.* h) *om. T.* i) ubique *add. A 1*.*

65. a) *Lemma:* Epistole Albini *A 2;* Incipiunt epistolę Alcuini magistri *A 1*;* Albinus de lapsu cuiusdam *K 1.* b) *versus om. K.* c) *om. A 2.* d) *om. A 1*.* e) kar. *K, A 2.* f) filio *K* meo *om.* g) *om. K.* h) inimicior quę *K 2;* inimiciorque *corr.* — ciciorque *K 1,* inmitior *corr. J.* i) *om. K.* k) tenera *K.*

1) *De discipulo prodigo aut Osulfo aut Dodone haec intellegenda esse videntur, cf. infra epp. 65. 66. 294. 295.* 2) *De tempore, quo haec et sequentes epistolae scriptae esse videantur, v. Sickel Alcuinstudien (Sitzungsber. der phil. histor. Cl. der Wiener Acad. LXXIX, 524). Ordinem codicis servavi eis omissis, quae iam anteceesserunt.* 3) *Ex his verbis apparet hunc Dodonem non eundem esse discipulum, cui Alcvinus scripsit (cf. infra ep. 294):* Olim te genui, nutrivi, alui et ad perfectum virum usque, Deo donante, perduxi *etc.* 4) *Cf. Versus Alcvini* De Cuculo *(Poet. Carol. I, 269):*

Plangamus Cuculum, Dafnin, dulcissime, nostrum,
Quem subito rapuit saeva noverca suis . . . . .
Heu mihi! si Cuculum Bacchus demersit in undis.
Qui rapiet iuvenes vortice pestifero.

c.789—796 euntem, si forte calidis lacrimarum fomentis resuscitari[a] possit. Ve carni, quae non timet sulphureos[b] quinque urbium ignes[c] vel potius perpetuas[d] infernalium tormentorum flammas. Constringe[e] te ipsum, obsecro, huius timoris catenis et tempta, quomodo vel unam ardoris[f] scintillam sufferre possis, et cogita, quid si forte totum[g] corpus aeterno crucietur incendio. Resipisce[h] tandem et noli consentire ei[i], qui tibi talia praeparat[k] incendia. Sed magis castiga te ipsum et paternis adquiesce obsecrationibus et Dei oculis te semper praesentemesse recole[l] et[m] sanctorum[n] aspectibus[o] apertum[p]. Erubesce in conspectu illorum facere[q] quae horrescis[r] in conspectu cuiuslibet hominis perpetrare. Scio, quod iudicium credis omnibus esse futurum. Ubi credis illos[s] esse, qui talia egerunt, qualia tibi cotidie diabolus[t] suadet? Ecce heri fecisti voluntates[u] carnis tuae; quid[v] hodie[w] habes ex illis? Quod commedisti[x] et bibisti hesterno, hodie stercus est, quod non dico tangere, sed etiam horrescis[y] videre[1]. Tales sunt nostrae voluptates[z]: stercus et putredo. Talia sunt corpora, in quae deperimus[a], omni putredine et inmunditia sordidiora, dum in sepulchro iacent.

Quid in haec ardes, quae te in perpetuum ardere suadent? Si tibi sit aliqua patris tui memoria, si aliqua salutis recordatio, si aliquod celestis beatitudinis desiderium[b], si aliquis in te sit Dei timor vel horror[c] eius praesentie, qui omnia videt, viriliter age et te ipsum castum et inmaculatum illius cotidie offer aspectui, ut mei memor gaudeas cum illo. De praeteritis penitentiam agere non cessa[d] et de futuris
Eccl. 11, 10. praecavere memento. Adolescentia enim et voluptas vana sunt. Esto animo vir, etsi corpore puer. Ora cotidie cum lacrimis, ut te adiuvet, qui te redemit; ut te custodiat, qui te sibi[e] adoptavit in filium. O quanta est generositas esse filium Dei. Sed quanta diligentia haec nobilitas est observanda. Gratis enim nobis donatum est esse filios Dei. Sed magno labore, adiuvante gratia eius, contendere debemus, ne tanto patri degeneres simus. Spiritus itaque sanctus fugit corpus peccatis subditum, sicut
2. Cor. 6, 16. dixit apostolus: 'Vos enim estis templum Dei et spiritus Dei abitat in vobis. Si quis
1. Cor. 3, 16. 17. autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum
Cf. 1. Petr. 4, 16. est, quod estis vos', et iterum: 'Sancti estote, quia ego sanctus sum'. De cetero, dilectissime fili, caritate Dei confortatus in humilitate et patientia[f], in castitate et sobrietate, in[g] pietate et benignitate, in vigiliis et orationibus te ipsum exerce. Hac[h] te lorica[i] contra venenatas diaboli[k] sagittas armare[l]. Non a te vacuus redeat miser, cui benefacere valeas. Non infirmus sine tuo solacio[m] iaceat. Neminem ledas. Nemini convitia facias. Nemo propter te tristis efficiatur. Non te[n] canonicae praetereant
Ps. 118, 164. horae[o] [2] absque suo synaxi, memor propheticum illud: 'Septies in die laudem dixi[k] tibi'.

---

a) resuscitare *K 2*. b) sulphoreos *K 2*; sulphoreas *K 1*. c) ignis *K 2*. d) vel pena *K 2*; vel poena *superscr.* les *K 1*. e) Stringe *K*. f) *om. A 1**. g) quid sit totum *K 2*; quod (*corr.* quid) si totum *K 1*. h) Respice *K*. i) eo *K 2*. k) parat *K*. l) cognosce *K*. m) et ante *K*. n) angelorum *add. K*. o) aspectus *K 1*. p) *om. K*. q) feere *A 2*. r) orrescis *K 2*. s) et te credis inter illos *K*. t) diabulus *K 1*. u) voluntatem *K*; voluptatem *corr. in* voluntatem *A 1*. v) *om. K*. w) hodie vadis in incendio ignis aeterni *K*, *cetera desunt*. x) cọmedisti *A 2*; comedisti *A 1**. y) horresscis *A 2*. z) voluntates *A 1**, *A 2*. a) deperimur *A 1**, *A 2*. b) desidernm *A 2*. c) honor *A 1**, *A 2*. d) cessas *A 2*. e) *om. A 1**. f) patienta *A 2*. g) cum *D*; *hic incipit fragmentum codicis D, quod protenditur usque ad verba:* perveṅias sempiternam, *ita tamen, ut* ut salutem suam — sempiternam *antecedant,* in pietate — caput conscientie *ordine inverso sequantur.* h) Hac H *craso D*. i) lurica *D*. k) *om. D*. l) armo *corr. in* armare *A 2*; armare *corr. in* -to *A 1**. m) solatio *D*. n) a te *D*. o) hore *D*.

1) *Cf. Versus Alcvini (Poet. Carol. I, 321), qui inscribuntur:* Ad latrinam:

Luxoriam ventris, lector, cognosce vorantis,
Putrida qui sentis stercora nare tuo.
Ingluviem fugito ventris quapropter in ore,
Tempore sit certo sobria vita tibi.

2) *Cf. eundem locum infra ep. 281.*

Quis, si tu taces, pro te psallat? Quomodo inermis pugnat contra armatum[1]? Quis tui curam habet, si tu te ipse neglegis[a]? Quis tibi erit amicus, si tu tibi ipse eris inimicus? Quis nolentem sanare potest, nisi Ypocratis[b] vinculis alligetur[2]? Quis sano capite salutem suam odit? Sanandum est caput conscientiae, ut salutem suam amare sciat. c. 789—796

Dum pauca tibi scribere curaveram[c], et calamum in caritatis fonte semel et iterum tinxeram[3], nescio qua dulcedine repletus plura[d] scripsi quam cogitavi. Non plura[e] quam volui, tamen qualiscumque sit haec pagina, testem eandem[f] habeto ammonitionis meae. Et quotiescumque eam[g] perleges[h], me loquentem in corde tuo[i] agnosce, et si tibi sit mei cura praecepti, sepius eam perlegere non refuge. Credo ex[k] eius lectionis assiduitate posse, divina donante gratia, virtutum pectori tuo adcrescere constantiam; in ea meam poteris erga te noscere dilectionem et tuae salutis sepius discere ammonitionem. Ne quaeso me rogantem spernas, sed toto animo quae[l] nobis[m] prodesse posse cognoscas, prosequere, quatenus Deo donante, me ammonente et te laborante cum triumphis gloriae ad vitam pervenias sempiternam. (Versus eiusdem.)

Auribus haec cordis quaeso te audire libenter,
Ut capias vitam, quam tibi corde loquor.
Hec tibi si recipis, fert palam pagina patris[n],
Hec tibi si respuis[o], pagina testis erit.
Hec tibi demonstrat affectum pagina patris,
Hec tibi celestis sit rogo causa vite[p].
Hec tibi, queso, comes, fili, sit pagina semper,
Hec te perficiat esse Deo comitem[q].
Hec nostri memorem faciat te vivere Christo,
Hec tibi demandat[r] pagina mille vale.
Vive Deo felix, felix carissime vive,
Noxia despiciens, quae bona sunt cupiens[s].

66.

Aquila (Arno episcopus) Cuculum amicum ad vitae emendationem hortatur.

c. 789—796.

Codd. A 1 fol. 2, A 1 p. 4—5 n. 2, A 2 fol. 163—163'.*
Ed. J 287.

Kartula dic: Cuculus valeat per saecula noster[4].
Prospere nos spectet, kartula[a] dic, Cuculus.

CARISSIMO[b] AVI CUCULO[c] AQUILA[5] SALUTEM.

Memor esto mei et tui, ut quod praecepi facias, et quod promisisti impleas. Esto suavis et fidelis patri nostro, esto Deo oboediens et devotus. Dilige eum, qui Cf. Ps. 112, 7.

a) ipsum negliges *A 1**. b) Ypp. *D*. c) curam *A 2*; curavi *D, A 1**. d) repletur pluriora *D*. e) pluriora *A 1*, A 2*. f) eam *D*. g) *om. D*. h) perlegas *D*. i) os tuum *D pro* cor. tuo. k) per — assiduitatem *D*. l) quod *D*. m) nobis *corr. in* vobis *A 1**. n) olim feret pagina vitam *A 1**. o) respuis *corr. in* renuis *A 1**. p) vite *A 2*; viae *A 1**. q) comite *A 2*. r) demanda *A 1**. s) *corr. in* capiens *A 1**.
66. a) Kartula — cuculus *om. A 2*. b) carrissimo *A 2*. c) aviculo *pro* avi cuculo *A 1**.

1) *Cf. Decreta Damasi papae c. 13 (Pseudoisidorus ed. Hinschius p. 503):* Scimus enim homines inermes non posse cum armatis rite pugnare. 2) *Cf. de Hippocrate infra ep. 170; Hieron. ep. 109 (Opp. I, 721):* quasi vinculis Hippocratis volui ligare furiosum. 3) *Cf. infra p. 110 n. 1, ep. 163.* 4) *Cuculum, Alcvini discipulum, vino nimium indulsisse versus, quibus Alcvinus eum exhortatur et ad studia revocat, nos docent; cf. Carmen* 'De Cuculo' *(Poet. Carol. I, 269). Cum epistola Alcvini Dodoni inscripta similisque argumenti in eodem codice hanc antecedat, Cuculi cognomen Dodoni alias ignoto inditum fuisse mihi persuasum est.* 5) *Arno; utrum tunc iam ad abbatiam S. Amandi, an ad episcopatum Salisburgensem, an ad neutrum accessisset, haud constat.*

c. 789—796 te de stercore erexit et fecit ante principes stare. Salus tua laus illius est, ut
Ps. 49, 23. psalmista: 'Sacrificium laudis honorificavit me'. Sta viriliter contra adversarium tuum.
Philipp. 3, 14. ascende et noli descendere; profice et noli deficere. Contende ad bravium superne
vocationis. Christus te vocat: curre, festina, amplectere pedes illius, lacrimis lava.
Mich. 2, 9. Si quid commisisti, ille clemens et pius periclitanti occurret filio et cum letitia deducet
in domum deliciarum[a] suarum. Angeli et omnes sancti te desiderant socium suae
beatitudinis habere. Cur tu non ardenter concupiscis, qui maxime indiges, quod illi
inhianter optant? Noli te subtrahere illorum[b] societati. Dic carni: 'Quid me impedis?
Omnes qui me[c] debellant, timebunt[d], quia ego sperabo in Domino. Spes mea et salus
Isai. 40, 6. Eccl. 11, 10. mea Deus, non timebo, quid faciat mihi caro. Omnis caro foenum est'. Adolescentia
Eccl. 12, 1. et voluptas vana sunt. Memento creatoris tui in die iuventutis tuae, antequam veniat
tempus adflictionis.

Cf. Cant. 2, 10—14. Calamum in caritate tinxi[1], dum hanc cartulam scripsi[e]. Surge, surge, gratissima avis[2]. Iam hiems transit[f], imber abiit et recessit. Flores apparuerunt[g] in terra, tempus carminis[h] advenit. Fac amicos, id est angelicas dignitates, audire vocem tuam. Vox tua dulcis est illis et facies tua decora sit domino Deo tuo, qui concupiscit speciem tuam. Cui[i] laus et gloria semper in ore tuo sonent et in corde caritas Dei ardescat et in opere efficacia[k] fulgeat. Fiat tibi pax et salus in sempiternum.

Adveniant aquilae cuculi, rogo, carmina nostri,
  Audiat ut cuculi prospera cuncta[l] sui.
Mellifluum turdus[m] variat de gutture carmen,
  Ecce tuum resonat semper in aure mea.

67.

Alcvinus Acthelbaldo S. Petri Wiremuthensi et S. Pauli Girwensi abbati constituto gratulatur. Petit, ut fraternitatem sibi tributam confirmet. Admonitiones addit.

c. 789—796.

Codd. (A 1 fol. 3'—4'), A 2 fol. 163'—164', A 1 p. 5—7 n. 3*[a].
Ed. J 272.

VENERABILI PATRI ET SANCTAE CONGREGATIONIS PASTORI AEÐELBALDO[b] ABBATI HUMILIS CLIENTELLUS[c] VESTER ALCVINE[d] IN CHRISTI CARITATE SALUTEM.

Non ignotum esse tuae dilectioni, venerande frater, credo, quod olim sancti patres, antecessores tui, mihi licet indigno familiaritatis vestre gratiam perdonaverunt et in albo beatitudinis[e] vestre meae parvitatis nomen conscribi iusserunt[3]; ita ut unus essem ex vobis, ubicumque Deo volente essem. Quapropter has mee devotionis

a) diliciarum *A 2*. b) eorum *A 1**. c) me me *A 1**. d) timebant *A 2; timeant corr.* -mebant *A 1**. e) scipsi *A 2*. f) transiit *A 1*; sequitur* ut *sed deletum A 2*. g) apparunt *A 2*. h) tui *add. A 1**. i) Cuius *A 1**. k) eficacia *A 2*. l) cunta *A 2*. m) *superscriptum* vel sturdus *A 2*.

67. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Aedelbaldum Guiorensis familiae abbatem *A 1**. b) Aedelbaldo *A 1**. c) clientelus *corr. in* clientulus *A 2, A 1**. d) Alcuinus *A 1**. e) beatudinis *A 1**.

1) *Cf. Isid. Etym. l. II c. 27, 1:* Aristoteles quando perihermenias scriptitabat, calamum in mente tingebat. 2) *Cf. versus de Cuculo (quem infra ep. 226 vernalem avem Alcvinus vocat):* Non pereat Cuculus, veniet sub tempore veris | Et nobis veniens carmina laeta ciet. *In carmine, cui inscribitur* 'Conflictus veris et hiemis' *Cuculus vocatur (v. 11. 53)* gratissimus hospes *(Poet. Carol. I, 271. 272).* 3) *Cum in Britannia versaretur.*

litterulas tue, dulcissime pater, direxi dignitati; obsecrans, ut per tuam bonam c. 789—796
voluntatem renovetur in me, quod per priorum patrum piam dilectionem perdonabatur mihi.

Et ut vere fateor, multum gavisus sum, dum te illorum loco audivi subrogatum; sperans divina donante clementia te illorum tota devotione sequi exempla, quorum regiminis et honoris sedem tenere videris; certissime sciens eorum te gloriae[a] coniungi in celis, si illorum vestigia secteris[b] in terris.

Memor esto cotidie nobilissimi patris Benedicti, primi fundatoris vestri, et successoris eius[c] Ceolfridi[1]. Et regularem vitam, quam illi optima discretione conposuerunt, exercendo, ammonendo toto corde sectare. Sic enim et cum hominibus laudem tibi et honorem adquirere poteris et cum sanctis Dei perpetuam gloriam et beatitudinem[d] possidere. Noli[e] seculi hominibus in vestimento vel[f] ebrietate vel aliis vanitatibus te ipsum ullatenus conformare, sed praenominatis patribus in sobrietate continentia et caritate assimilari omnimodis[g] stude. Nec solum te ipsum ad illorum corriges[h] exemplum, sed alios quoque diligentissime ammoneas[i]. Si qua sunt errata, corrigere non cessa; et benefacta hortari satage; ut mercedem habeas ex omnibus: sciens te rationem redditurum pro omnibus. Grandis honor est, quem accepisti; sed grave pondus, quod portas: te solum ex cunctorum tibi subditorum factis[k] iudicari. Et idcirco omni instantia contende, ut premium habeas ex illis, non penam. Et ideo ut pastor devotissimus singulorum vitam suspicere et perscrutari[l] non cessa; ne[m] aliquam ex ovibus tibi commissis insidiantis lupi calliditas laceret aut devoret: sciens: quantum diliges[n] fidelem pastorem ovium carnalium, tanto[o] magis Deus amat fidelem pastorem ovium spiritalium. Et si rationem queris a pastore tuo de ovibus tuis, si aliqua per neglegentiam illius deperiit, quomodo non Deus multo magis requiret rationem a te de animabus ovium, quas tuae commisit custodire diligentie[p]? Heu frater, heu, quia paene ubique regularis vite in hac terra cadit normula et secularis vitae crescit formula. Et quod pessimum est, ipsi structores multis in locis fiunt destructores, et
edificatores dissipatores. Et hoc est, quod[q] per prophetam dictum est: 'Ipsi enim Cf. Isai. 56, 11.
pastores erraverunt'. Ideo, dilectissime frater, studiosius intende, ut cum bonis pasto-
ribus connumerari merearis et audias beatam vocem: 'Euge serve bone et fidelis, Matth. 25, 21.
quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini Dei tui'.

Obsecro, ne me praesumptiosum[r] estimes et vanum, dum te haec omnia melius
scientem ammoneo. Caritas me conpulit loqui, quae omnia suffert; per quam ut 1. Cor. 13, 7.
meam imperitiam sufferas deprecor et ut diligentem te diligas, quia qui in caritate
manet, in Deo manet; quia Deus caritas est. 1. Ioh. 4, 16.

Divina clementia ad profectum sancte congregationis, cui deservies[s], incolumem et prosperis successibus florentem in multa tempora te conservare dignetur.

---

a) gloria *A 1**. b) l sequeris *superscripsit alia manus A 2; sequeris A 1**. c) sancti *add. A 1**. d) beatutinē *A 2*. e) Non *A 2*. f) vel in *leg. Pertz*. g) omnibus modis *A 1**. h) corrigas *A 1**. i) dilientissime admones *A 2*. k) *om. A 1**. l) perscutari *A 2*. m) nę *A 2*. n) quod si tantum diligis *pro* quantum diliges *A 1**. o) quanto *A 2*. p) dilientie *A 2*. q) qud *A 2*. r) *corr. in* praesumptuosum *A 2;* praesumptuos. *A 1**. s) deservis *A 1**.

1) *V. ep. 19 supra p. 54 n. 2. 3.*

c.789—796

68.

Alcvinus Adaulam abbatissam[1] *ad virtutem exhortatur.* *c. 789—796.*

Codd. A 1 fol. 8—8', A 1 p. 11—12 n. 5*[a].
Ed. J 280.

ALBINUS ADAULAE SORORI SALUTEM.

Vere soror in Christo suavi caritate te rememorare soleo, optans, ut bene habeas in Domino et proficias in conspectu eius de die in diem. Ideo diligentius obsecro, ut contendas placere ei in omni humilitate patientia pietate et dilectione, et non
1. Cor. 7, 31. dimittas ire animum tuum post vanitates huius seculi. Praeterit enim figura huius mundi, et maiores eius dilectiones maiores postea parturient dolores. Sit vita tua sobria et casta, et sermones tui pauci et pleni veritatis. Quia de omni re quodcunque feceris vel loqueris, rationem redditura eris coram terribili iudice Christo. In omni momento ante oculos tuos habeto poenas impiorum et praemia iustorum. Non deficiat spes et dilectio tua in bonitate Dei, tunc non deficiet misericordia eius in te. Ora illum assidue et conservabit te semper. Quia ille solus fidelis est amicus aeter-
Ioh. 14, 21. 23. nus, sicut ipse ait: 'Qui autem diligit me, diligetur a patre meo, et ego diligam illum. Et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus'. Itemque[b] Iohannes: 'Qui
1. Ioh. 4, 16. in caritate manet, in Deo manet et Deus in ipso, quia Deus caritas est'.

Bene valeto, dilectissima soror.

69.

Alcvinus duci cuidam in Francia atque uxori eius de mutua dilectione scribit.
c. 789 — c. 796?

Cod. A 1 fol. 11'—13 (deest in A 1)*[a].
Ed. Gundlach in Neues Archiv XII, 501 ex apographo Pertzii, quod iterum contulit v. cl. R. Priebsch.

Reminiscens dilectionis vestrae dulcedinem satis gratulor in Deo, qui mihi licet indigno tam excellentium personarum[2] indulsit familiaritatem, quarum laus et bonitas, a multis[b] ante divulgatae, a nobismetipsis novissime experte fuerunt[c]. Et quod fama narravit veritas probavit. Hac ego bonitatis et familiaritatis fiducia animatus, litterulas rusticitatis meae[3] vestrae dirigere dignitati praesumpsi. Quas licet atramento stiloque[d] perscriptas, tamen karitate intelligite esse dictatas, quam in nullo spernendam esse puto, maxime quia, ubi karitas manet, ibi Deus regnat. Cuius praecepti
Ioh. 13, 35. excellentiam ipse deus Christus in evangelio ostendens ait: 'In hoc enim cognoscent omnes, quia [mei] discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem'. Quid est enim dilectionem habere invicem, nisi mutua adortatione[e] sive orationum suffragio vel seculari subsidio nos[f] pro virium qualitate adiuvare invicem? Quapropter primo obsecro, ut parvitatem meam sanctarum orationum solatio sustentare dignemini et[f] meae ammonitionis verba non spernatis. Nec ego quasi ignotus scribo, sed quasi karitatis

68. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Ulam (Aulam *A 1**) abbatissam *A.* b) que *om. A 1*.*

69. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad quendam ducem et ad uxorem illius in Francia *A 1.* b) a multis *iam legi non possunt.* c) fuerunt — karitate *iam legi non possunt.* d) *haec vox incerta est.* e) ob oratione *A 1, emend. Gundlach.* f) *vox incerta.*

1) *Sickel in libro confraternitatum S. Petri Salisburg. (Necrol. Germaniae II, 14) Atulam inveniri monuit (Alcuinstudien p. 525 n. 1).* 2) *De quibus nihil certi erui potest.* 3) *Cf. supra p. 32 n. 2, 36 n. 3.*

debita solvo. Nec Moises, dux et legista Israhelitici populi et ipsius Dei eloquio dignus, utilem[a] alienigenae sprevit[b] ammonitionem, sed[c] grata suscepit mente, quod utile aligenigena[d] dedit consilium. Ita et vos facere credo, si me alienum[a] quidem vobis utilia fundere cognoscitis. Quae sunt utilia, nisi quae Deus mandavit? Quid est quod mandavit Deus? Ut breviter ostendit: 'Deverte a malo et fac bonum'. Item per alium prophetam: 'Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum aut quid Deus requirat a te: facere iudicium et iustitiam et sollicitum ambulare cum Deo tuo'. Si enim terreno regi sollicite servire debemus, quanto magis regi caelesti! Hoc enim seculare servitium saepe dubium est, illud semper certum. Hoc morte finit, illud mercede aeterna remuneratur.

c. 789—796
Exod. 18, 17 sq.
Ps. 33, 15.
Mich. 6, 8.

Nec mihi opus est quasi nescientibus singula virtutum nomina vobis pandere, sed de earum quasi scientes observatione vos generaliter ammonere. Tamen quod unusquisque intentius amat, hoc saepius audire desiderat. Ideo primo vos ammoneo de dilectione, quae est in Deo vel in proximo, in quibus duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae. Dilectio enim Dei est eius mandata tota intentione conservare et eum omnibus seculi huius delectationibus anteponere. Dilectio proximi est ea: alteri non facere quae tibi non velis fieri ab altero. Horum duorum praeceptorum flores sunt pax patientia et humilitas, bonitas, benignitas et misericordia, iustitia iudicium, defensio miserorum, elemosina pauperum, castitas corporis, orationum instantia, ieiunii assiduitas, linguae utilitas et modestia totius corporis. Horum autem florum fructus est vita eterna, ad quam nos pervenire ille concedat, qui nos suo sanguine redemit et in filios suae dilectionis adoptavit, Iesus Christus dominus noster.

Matth. 22, 40.
Matth. 7, 12.

70.

Alcvinus Vulfhardo abbati Anglico monachum poenitentem commendat.

c. 789—796.

Codd. A 1 *fol.* 13—14, A 2 *fol.* 161', A 1* *p.* 19 *(n.* 11), *ubi initium deest*[a].
Ed. J 1.

PIO PATRI VULFHARDO ABBATI[1] ALBINUS HUMILIS LEVITA SALUTEM.

Gaudeo de salute et prosperitate vestra; fiduciam habens nostre parvitatis memoriam vos habere in Christo, qui nos coniunxit in caritate.

Inveni oviculam istam per neglegentiae precipitia[b] errantem; quam misericordia motus sedula ammonitione reduxi in domum discipline nostre, alligans vulnera eius, infundens oleum et vinum. Quam tuae pietati, pater mitissime, remitto; suppliciter obsecrans, ut eam benigno ac[c] familiari animo suscipias pro eius amore, qui nos omnes per abrupta scelerum errantes propriis humeris, congratulantibus angelis, in domum diliciarum[d] suarum revexit. Noli eam per austeritatem repellere a te, quam Christus per misericordiam recollegit[e] ad se, immo et poenitenti occurrit, ruensque in amplexus, reduxit in domum conviviorum. Quodsi invidiosus aliquis suadet, ut repellas

Luc. 10, 34.

a) *vox incerta.* b) spevit *A 1.* c) sed — fundere *in fine folii 12r scripta iam legi non possunt.* d) *sic cod.*

70. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Pulehardum abbatem Hoddahelmi *A 1.* b) *hic incipit A 1* folio exciso.* c) hac *A 2.* d) delic. *corr. in* diliciarum *A 2.* e) recollexit *superscr.* vel -git *A 2.*

1) *non abbati Turonensi, ut Jaffé quondam opinatus est, sed abbati Anglico monasterii incerti, postea episcopo Herefordensi (800—822) cf. Stubbs Registr. sacr. Anglican. 171, Gray Birch Cartular. Saxon. I, 357. 358. 416. 420. 427. 433. 435. 439. 446 etc., Sickel Alcuinstudien p. 509. 519 n. 3.*

c. 789—796 eam, timeat qui talis est, ne repellatur ab eo, qui dixit: 'In quo iudicio iudicaveritis, Matth. 7, 2. Prov. 19, 18. iudicabitur de vobis'. Memor esto sapientiae dicentis: 'Erudi filium tuum instanter et ad interfectionem eius ne ponas[a] animam tuam[b]'. Quid est ad interfectionem filii animam ponere, nisi patrem irato animo filium abicere a se et salutem eius neglegere? Quod[c] si decies peccavit, numquid non nos centies? si debitor est ille denariorum centum, numquid non nos decem milium talentorum? Nec mihi opus est apud tuam prudentiam exemplis diutius agere, dum omnia certius nosti, quia melius servas quam ego. Ideo fiducialius tibi scripsi; confidens tuam bonitatem nec me spernere nec istum abicere, qui hanc meae petitionis palmam portat in manu. Cogita me prostratum ante pedes iacere, etsi non corpore, animo tamen, ut petitionis meae preces exaudias pro caritate illius, qui per suam pietatem preces tuae devotionis semper Matth. 5, 7. exaudiat. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Vive Deo carus multis feliciter annis
Atque memor nostri[d], dulcis amice, vale.

71.

Alcvinus amicis omnibus Norobertum presbyterum commendat. *c. 789—796.*

Codd. T fol. 71 (T fol. 65), K 1 fol. 66'—67, K 2 p. 191—192, Q fol. 127, A 1* p. 19—20 n. 12*[a].
Edd. C 52, Q 51, F 161, J 303. — Migne col. 486.

OMNIBUS IN CHRISTI CARITATE AMICIS HUMILIS LEVITA ALCHVINE[b] SALUTEM[c].

Ubicumque iste presbiter Noroberet[d] nomine in[e] vestram perveniat praesentiam, obsecro, ut benigne eum suscipere dignemini, in quocumque negotio vel necessitate[f] opus habeat[g]. Certissime[h] Deum habetis[i] bonitatis vestrae remuneratorem, qui dicturus Matth. 25, 35. erit in die iudicii: 'Hospes eram et suscepistis[k] me'. Et si mea quid parvitas poterit[l] vobis gratiarum actionis[m] in quantalibet[n] causa rependere, studiose et fideliter facere curabo. Hunc vero[o] vel alios pro Christi nomine peregrinantes in sua mansione[p] suscipientem, illum divina in caelesti habitatione suscipiat clementia. Valete viri fratres in Christo.

72.

Alcvinus Rodtrudae et Berchtae, Caroli regis filiabus, de suo erga eas obsequio scribit. *c. 789—796.*

Codd. A 1 fol. 14'—15, A 1 p. 20—21 n. 15*[a].
Ed. J 255.

a) ne ponas *om. A 2.* b) pone *add. A 2.* c) Quid *A 2, A 1.* d) nostri *superscr. manus rec. in A 2.*

71. a) *Lemma:* Alcuinus de Norberto presbitero precator *K 1;* Alcuinus ad omnes amicos *T*;* Epistola Albini magistri ad quendam monasterium de presbitero *A 1.* b) Alcuinus *K, A 1*;* Alchuinus *Q.* c) *om. T.* d) Northertus *K 1;* Norbret *K 2;* Niedberech *Q;* N. *A 1*.* e) ad *K.* f) necessitatem *K 2.* g) ut *add. K 1.* h) certissimae *T.* i) habeätis *T;* habeatis *K;* habebitis *A 1*.* k) collegistis *K.* l) potest *K 1.* m) actiones *T;* acciones *K 2.* n) qualibet *Q, A 1*.* o) volo *K.* p) in suam mansionem *K 1;* sua mansionem *K 2.*

72. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Rodtrudam (Rodhtrudam *A 1**) et ad Berhtam *A 1.*

CARISSIMIS IN CHRISTO VIRGINIBUS RODTHRUDAE ET BERCHTAE SEMPITERNAE BEATITUDINIS SALUTEM. c. 789—796

Memor dilectionis et pietatis vestrae erga me, non potui nisi salutationis litteras vobis dirigere, ut sciatis meae[a] fidei et caritatis in vos sinceritatem; desiderans vobis semper prospera coram Deo et coram hominibus evenire. Cuius prosperitatis quantum valemus fideles erimus cooperatores sive orationum instantia sive officio fraterni amoris; sicut dignum est domini mei David semper sobolem amare et bene cupiens esse ad omnes fideles ipsius. Tamen cordis mei devotio specialiter tendit in vos propter familiaritatem et pietatem, quam fecistis in nos. Quod vobis divina remunerare dignetur clementia.

Feliciter et prospere valete semper in sempiternum, carissimae filiae.

73.

Alcvinus Dogvulfo scriniario de mutuo amore scribit. *c. 789—796.*

*Codd. A 1a fol. 15—15', A 1b fol. 121', A 1*a p. 21 n. 16, A 1*b p. 142 n. 101, K 1 fol. 79, K 2 p. 225—226*[a].

Edd. C 65, Q 115, F 153, J 228. — Migne col. 476.

DILECTO AMICO DOGVULFO SCRINIARIO ALBINUS[b] SALUTEM.

Placuit mihi[c] caniciem[d] vestram parva salutationis cartula[e] appellare[f], sed non parvo[g] caritatis officio; ut sciatis, licet longe positus[h], vestri tamen habere memoriam et familiaritatis non oblivisci, quam praesentes suavissima dilectione[i] et collocutione[k] nos inter habuimus; desiderans[l] firmam[m] semper inter nos permanere in Christo[n] caritatem[o] nec quolibet vento falsiloquii[p] destrui, sed solida firmitate inter omnes huius seculi adversitates immobilem semper consistere.

Nostri memor in orationibus tuis, semper valeto, frater carissime.

74.

Alcvinus Radoni abbati Vedastino vitam sancti Vedasti emendatam mittit eumque et monachos eius ad morum honestatem cohortatur. *790—796.*

Codd. T fol. 72'—75 (T fol. 68—69), K 1 fol. 51'—53, K 2 p. 151—156, A 1* p. 114—116 n. 73, G (cod. S. Galli 559 s. X) p. 190—194, M (cod. S. Galli 563 s. IX—X) p. 180—182. Exstat etiam in codd. Parisino 16732 s. XII. f. 28, Remensibus K 785. 795 s. XI, K 786. 769 s. XIII. cf. Arch. VIII, 297; N. Arch. II, 310*[a].

Edd. Surius De probat. sanct. hist. I, 870; Acta SS. Bollandi Febr. I, 794; Quercetanus col. 1403—1408, C 33, Q 58, Frobenius II, 163, J 212. — Migne CI, 663.

---

a) meae *scripsit J. pro* verae *A 1.*

73. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad Dogpuleum *A 1a;* Epistola Albini ad amicum *A 1b;* Albini epistola ad amicum *K 1.* b) Doguulfo — Albinus *om. A 1b, K.* c) *om. A 1b, K.* d) caritatem *A 1a.* e) kartula *A 1b.* f) apellare *K 2.* g) parva *K 2.* h) -tus *corr. in* -tum *A 1*b;* sim *superscriptum est in A 1*.* i) deleccione *K 2.* k) consolatione *A 1b, K.* l) *om. A 1b, K.* m) firmamque *A 1*b.* n) Christi *A 1b, K 1.* o) *corr. in* caritate *K 1.* p) falsiloqui *K 2.*

74. a) *Lemma:* Albinus ad Radonem abbatem *T*;* Epistola Albini ad Radonem abbatem *A 1*;* Epistola ad patrem monasterii *M.*

790—796 DULCISSIMO DILECTIONIS FILIO RADONI[a] ABBATI[1] HUMILIS LEVITA ALBINUS SALUTEM[b].

Dilectionis vestrae venerabile secutus[c] praeceptum, vitam sancti Vedasti, patris vestri et intercessoris nostri, emendare studui: non quod[d] aliquid[e] illius excellentissimis meritis dignum dicere[f] valuissem, sed quod nihil tuae reverentiae iussis[g] denegare[h] ratum putavi. Idcirco ad te maxime[i] pertinet harum laus vel vituperatio litterarum. Utinam tibi et fratribus, qualescumque sint, placeant. Deprecans[k], ut meum laborem orationum vestrarum solatio[l] remunerare dignemini et unus merear
Ioh. 15, 12. esse vestrum in caritatis communione: illius semper memores mandati, qui dixit: 'Hoc est mandatum meum, ut diligatis[m] invicem'. In hoc enim mandato[n] omnium salus[o] consistit; hoc cunctis[p] pernecessarium esse constat[q], et maxime his, qui gregem Christi regendum[r] accipiunt[s].

Quapropter tu, carissime[t] fili[u], gregem, quem[v] accepisti regendum, fraterno amore diligenter erudire studeto, et sanctis ammonitionibus eum per pascua vitae deducere satage. Habes[w] in omni opere[x] bono Christum adiutorem, sanctum quoque Vedastum intercessorem. Sicut magno labore domum Dei optime habes ornatam[y] et largissimis donis decoratam, ita tibi[z] subiectos bonis moribus ornari[a] contende et eos in divina laude[b] devotissime fac consistere: et quod angeli semper agunt in caelis, hoc fratres iugiter faciant in ecclesiis. Tuum est praecipere[c], illorum oboedire; tuum[d] praeire, illorum subsequi. Omnium itaque in servitio[e] Dei una debet esse voluntas, ut una fiat in regno[f] Dei remuneratio.

Nullus horis canonicis se divinis subtrahat laudibus, ne[g] propter aliquam neglegentiam cuiuslibet locus in conspectu Dei vacuus inveniatur; et verba Dei in ecclesiis intimo[h] cordis affectu[i] proferantur, et cum magna reverentia Dei omnipotentis officia celebrentur[k], omne vero[l] ministerium Christi humiliter et devote impleatur. Omnis itaque oboedientia in saeculi necessitatibus fideliter et strenue[m] peragatur[n]. Fiat equidem[o] inter omnes concordissima pax et sanctissima caritas et devotio vitae[p] regularis[q]. Seniores bonis exemplis et sedula ammonitione erudiant iuniores illosque diligant ut filios, et illi quasi patres eos honorificent, illorum[r] omni alacritate oboediant praeceptis. Tua vero, venerande[s] fili, conversatio omnibus sit exemplum salutis. Cave, ut nec minimus[t] quis in tua scandalizetur vita, sed aedificetur et roboretur in via veritatis: quia tibi ex illorum salute merces[u] iudicabitur aeterna. Cani capilli extremum denuntiant properare diem. Quapropter paratus esto omni hora in occursum domini Dei tui. Dilectio fraterna, et elemosinae[v] miserorum, et vitae[w] castitas praeparent tibi gradus in caelum. Diligenter elabora aeternos tibi dies[x] felices. Honor saecularis, quem habes, spiritalem[y] tibi habundet[z] in gloriam.

---

a) abbati — levita *om. K 1, A 1**. b) filio illi salutem *K 2*. c) sequutus *M, T*. d) quid *T*. e) aliq̄ *K 2*. f) *om. G*. g) nihil *add. A 1**. h) delegare *K 2*. i) maxima *K 2*; pert. max. *K 1*. k) depraecans *G, T*. l) solacio *T*. m) vos *add. K 1, A 1**. n) mandatum *K 2*. o) solus *T*. p) *om. K 1*. q) consistat *K 1*. r) regendam *T*. s) suscipiunt *K 1, A 1**. t) karissime *K*. u) *om. G*. v) quam *K 2*. w) habens *K 2, A 1**. x) tempore *M*. y) hornatam *K 2*. z) sibi *T*. a) ornare *K 2, G, A 1*; corr. man. rec. in* ornari *K 1*. b) laudae *K 2*. c) praecibere *K 2*. d) est *add. K 1, G; al. man. superscr. M*. e) servitium *T*. f) rego *K 2*. g) nec *K 1, A 1**. h) ex int. *K 1, A 1**. i) effectu *T*. k) caelebrentur *T*. l) omneuenero *M*. m) strennue *T, K 1*. n) peragantur *corr.* -gatur *K 1*. o) quidem *K 1, A 1**. p) *om. K 2, T, A 1**. q) regulis *T*. r) illi *K 2*. s) veneranda *K 2*. t) minus *K 2*; minor *K 1*. u) mercis *T*; meritis *K 2*. v) elimosinae *T*. w) vita *G*. x) *om. T*. y) spiritalis *corr. in* -lems *K 1*. z) abundaet *K 2*.

1) *Rado primo notarius (a. 772), tum cancellarius (776—794) Caroli Magni, denique abbas S. Vedasti Atrebatensis (790—815) templum et cultum S. Vedasti magnis sumptibus instaurarit; cf. de eo Chron. Vedastin. a. 790. 808 (SS. XIII, 705. 706), Poet. Carol. I, 222 v. 49; Capitul. reg. Franc. I, 183; Sickel Acta Karolinorum I, 77. 80, II, 55; Cod. Carolin. 94 (Epist. III, 632).*

Festivis diebus veniente[a] ad[b] ecclesiam populo, fac eis praedicari verbum Dei; 792—796? et quocumque[c] vadas[d], clerici, qui servitium Dei pleniter peragant, tecum eant[e], sobrietate ornati, non ebrietati[f] adsueti; quorum honestas vitae aliis sit doctrina salutis. Curamque ubique habeas maxime pauperum, viduarum et orfanorum[g], ut audias in die tremendo a deo Christo cum aliis elemosinam[h] facientibus: 'Quamdiu Matth. 25, 40. uni ex his minimis fecistis, mihi[i] fecistis'. Esto miseris ut pater, et causam[k] ad te clamantium diligenter discute, et parce in te peccantibus, ut Deus tuis parcat peccatis. Esto iustus in iudiciis et misericors in debitis; magister virtutum[l], moribus honestus, verbis iocundus[m], vita laudabilis, in omni opere Dei[n] devotus.

Fratres quoque cohortare, ut sanctas diligentissime legant scripturas. Non confidant in linguae[o] notitia[p], sed in veritatis intellegentia[q], ut possint contradicentibus veritati resistere. Sunt tempora periculosa, ut apostoli praedixerunt, quia multi pseudo- 2. Tim. 3, 1. doctores surgent, novas introducentes[r] sectas, qui catholicae fidei puritatem impiis Cf. 2. Petr. 2, 1. adsertionibus[s] maculare nituntur. Ideo necesse est ecclesiam plurimos habere defensores, qui non solum vitae sanctitate, sed etiam doctrina[t] veritatis castra Dei viriliter[u] defendere valeant.

Has vero piae ammonitionis litterulas non quasi nescienti direxi, sed ut verae caritatis in meo pectore fidem ostenderem. Quid facit amicus, si verbis se ipsum non ostendit? Si[u] divites pauperum munuscula non spernunt, cur et vestrae flumina sapientiae[v] nostrae rivulos[w] intellegentiae[q] respuere debent? Nam et maiores amnes rivulis[x] augentur influentibus[y], etiam et[z] ipse Dominus viduae laudavit[a] duo minuta, Luc. 21, 2. quae ex inopia suae paupertatis larga manu Deo, quod habuit, obtulit[b]. Et ego quamvis scientia inops, tamen fraterno fidelis amore, vestrae haec munuscula direxi pietati, obsecrans, ut tam[c] humili ea[d] fraternitatis intuitu respicere digneris, quam[e] nos pia[f] devotionis[g] caritate illa[h] vobis dirigere studuimus. Omnipotens Deus te[i] tuosque carissimos fratres in omni bono proficere faciat, et ad beatitudinem aeternae gloriae pervenire concedat, filii[k] fratres patres[l] et amici in Christo carissimi[m].

75.

Alcvinus Aginonem episcopum Constantiensem rogat, ut promissas sanctorum reliquias per Angilbertum sibi mittat. *792—796?*

Codd. T fol. 75, K 1 fol. 65'—66, K 2 p. 188—189, A 1* p. 130—131 n. 90*[a].
Edd. C 49, Q 65, F 26, J 207. — Migne col. 186.

DILECTISSIMO AGINO EPISCOPO ALBINUS MAGISTER[b] SALUTEM.

Recordetur caritas vestra[c], quod praesenti conlocutione[d] aliquas mihi sanctorum reliquias dirigere promisisti; ut honorificetur Deus in illis, et nostra protegatur vita[e]

---

a) eveniente *T;* venientem *K 2.* b) *om. G;* in *K 2.* c) quoque *K 2.* d) vadis *G, K 1, A 1*, M al. man. corr.* vadas. e) erant *T.* f) ebrietate *T, K 1.* g) orphanorum *K 1.* h) elimosinam *T, G;* aelemosinam *K 2.* i) mihi fecistis *om. T.* k) causas *K, A 1*.* l) virtututum *G.* m) iudicundus *T.* n) bono *K, A 1*.* o) lingua *K 2.* p) notitię *G.* q) intellig. *K 1, A 1*.* r) introduceres *K 2;* introducere *K 1, A 1*.* s) assertionibus *G.* t) doctrine *K 2.* u) *om. K 1.* v) vestri flumine sapiencia *K 2;* sap. flum. *K 1, A 1*.* w) rivolos *T, K 2.* x) rivolis *K 2;* rivolos *T.* y) fluentibus *K 1.* z) et *om. M, K 1.* a) duo laud. *K 1, A 1*.* b) optulit *M, T, K 1.* c) uo tum *K 2;* ut tam *om. K 1, A 1*.* d) eam *T, K 2.* e) quae *K 1.* f) pie *K 2;* piae *K, A 1*.* g) devotione *K 1.* h) *om. K 1.* i) de *K 2.* k) amen *G pro* filii — carissimi *T, K, A 1*.* l) patres et fratres *K, A 1*.* m) amici karissimi *K, A 1*;* Explicit epistola *add. M.*

75. a) *Lemma:* Albinus ad Aginum episcopum *T*;* Albinus Agino episcopo *K 1;* Epistola Albini ad Aginum episcopum *A 1*.* b) *om. K, A 1*.* c) *om. K 1.* d) conloquutione *K; corr. in* conlocutione *T*;* collocutione *A 1*.* e) *om. T*.*

792—796? cum illis, et vestra accumuletur merces pro illis. Ecce adest gérulus fidelis, filius equidem meus Angilbertus[a], per cuius manum mittere poteris[1], quod vester[b] animus nobis dirigere curaverit[c]. Obsecro, ut[d] veraciter perficias, quod hilariter promittebas. Si quid[e] enim benignitas vestra huius relegiosae[f] petitionis[g] peregerit, humilitas nostra gratissime accipiet vobisque secundum temporis oportunitatem et voluntatis vestrae agnitionem remunerare non desistet[h]. Et ubicumque sanctorum patrocinia[i] perferuntur, ibi cotidie orationes pro vobis[k] aguntur. Divina te ubique comitetur benedictio, sanctissime pater.

76.

Alcvinus Remedio Curiensi episcopo[2] pro muneribus acceptis gratias agit; admonitiones addit. *792—796?*

Codd. T fol. 73 (T fol. 68)*[a].
Edd. Q 57, F 133, J 264. — Migne col. 445.

VENERANDO PATRI REMEDIO EPISCOPO HUMILIS LEVITA ALCHVINUS SALUTEM.

Acceptis caritatis vestrae muneribus, multum laetati sumus de prosperitate vestra seu quod memoriam nostri habetis; sperans me misericordia divina participem esse per vestras sanctissimas orationes. Caritas vero inter amicos melior est auro et fides inter absentes praetiosior gemmis, ubi Deus tantummodo considerat et remunerat. Vos quod vestrum est diligentissime exsequimini et accepta dominicae pecuniae talenta multiplicate, ut cum gaudio ante conspectum summi regis venire digni efficia-
Matth. 25, 21. mini, et vocem illam audire desiderabilem: 'Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium domini tui'. Nunc tempus est laborandi, tunc quiescendi; nunc promerendi, tunc remunerandi. Fac ut sis, ut tibi veniat quod vis. Dilige diligentem te, qua-
Ps. 47, 9. tenus ad beatissimam illius sessionem pervenire merearis et dicere: 'Sicut audivimus, ita et vidimus in civitate Dei nostri', in qua est tota felicitas et nulla perturbatio, summa requies et sempiterna beatitudo. Vestram[b] omnipotens Deus sanctitatem in omni bono florere faciat, venerande pater.

77.

Alcvinus Remigio (Remedio) episcopo Curiensi negotiatorem commendat utque pro anima Iosephi discipuli precetur, petit. *791—796.*

Codd. T fol. 82 (T fol. 84')*[a].
Edd. Q 74, F 132, J 213. — Migne col. 445.

---

a) Engilbertus *K 1, A 1**; Engilpertus *K 2*. b) ūrt *T**. c) curavit *K, A 1**, *corr. al. manu in* curabit *A 1**. d) *om. K 1, A 1**. e) Si quidem *T**. f) religioso *post corr. in* -sę *T**; religiosae *A 1**. g) petionis *K 1*. h) desistit *K, T**. i) ubicunque patr. sanct. *A 1**. k) pro vobis *om. K 1*.

76. a) *Lemma:* Alchvinus ad Romedium episcopum *T**. b) vestra *T*.

77. a) *Lemma:* Albinus ad Remigium episcopum *T**.

1) *In itinere scilicet Romano, quod Angilbertum ter, annis 792. 794. 796. fecisse scimus.* 2) *De cuius aetate nihil certi constat. Anno 820 obiisse dicitur, cf. Libri confraternitat. ed. Peiper p. 35. 360. Epistolam omnibus temporis notis carentem cum ea, quae sequitur, coniungere placuit.*

DULCISSIMO[a] PATRI REMIGIO[b] EPISCOPO ALBINUS HUMILIS FILIUS SALUTEM. 792—796?

Hunc[c] nostrum negociatorem, Italiae[d] mercimonia ferentem, his litteris tuae paternitatis commendo protectioni, ut per vias vestrae patriae[e][1] tutus eat[f] et redeat; et in montium claustris a vestris non teneatur tolneariis constrictus, sed per latitudinem caritatis latam habeat eundi et redeundi semitam.

Iubeas, obsecro, orare pro anima Ioseppi discipuli mei[2].

Floreas et proficias de virtute in virtutem, donec videas laetus et gaudens Deum tuum in Sion. Memorque mei sis, sanctissime pater, obsecro. Cf. Ps. 83, 8.

78.

Alcvinus de Ricbodi archiepiscopi Trevirensis absentia dolet, ob restitutam eius sanitatem gaudio affectus. *792—796?*

Cod. H fol. 52—53.
Edd. F 198, J 214. — Migne col. 443.

SANCTISSIMO NOBISQUE CUM SUMMO HONORE NOMINANDO PATRI MACHARIO[3] HUMILIS LEVITA ALBINUS SALUTEM.

Ex quo vestra mihi innotuit caritas, familiari quadam flamma in corde meo efficacius haec eadem ardebat, ita ut mens mea respondebat mihi: 'Caritate vulnerata ego sum'[4]. Sed nunc quodammodo amarum est, quod olim dulciter sapuit in pectore meo. Nam longa absentia dulcissimi vultus vestri torquet animi mei secretum, et conlocutio sapientiae vestrae suavissima meam fatigat memoriam, non audiens desiderantissimum oris vestri eloquium et suavissimam cordis fraternitatem, quae spirare solebat in auribus meis verba salutiferae conlocutionis, memor[a] illud commatici elogium[5]: 'Quid dulcius est, quam habere amicum, cum quo possis omnia loqui, sicut tecum?' Sed recedant quaerimoniae, ubi emendationis efficacia fieri non aestimatur; pacienter supportatur quod humanae necessitatis fragilitas cogit sufferri, et fiat mentium dulcis praesentia, ubi est facierum tristis absentia, et volat[b] saepius carta, caritatis alis pennata, implens officium linguae, pandens fraterni amoris secretum, et paterni affectus filio demonstratura dulcedinem, ne longa taciturnitas oblivionis rubigine maculetur.

Dum semper cupidus[c] vestram audire prosperitatem, advenientesque saepius interrogans, quid de meo mihi nuntiarent Machario, subito praetristi fama prosternatus, infirmitatis vestrae totis dolens praecordiis spectavi, quando mihi optata legatio sanitatis vestrae veniret; quando, qui eriget elisos[d], sanaret contritos corde, et verteretur tri- Luc. 4, 18.
stitia mea in gaudium, quod numquam utinam auferatur a meo corde, in quo semper vobis perpetuam opto prosperitatem et salutem: quam audiens a narrantibus vobis redditam esse magna me fateor laetitia affectatum esse, quia quod diu optabam Deumque devotius deprecatus sum audire merui.

---

a) Dilectissimo *T**. b) Remegio *T*. c) Hanc *T*. d) Italium *T*. e) patri *T*. f) erat *T*.
78. a) memorans *fortasse emendandum est. J*. b) *an* volet? c) cubidus *H*. d) elissos *H*.

1) *Septimum montem (Septimer) Curia Comum proficiscentibus obvium dicere videtur.* 2) *De Iosepho cf. supra p. 33. 34. 40. Cum Alcvinus anno 790. exeunte ad eum adhuc epistolam miserit, non ante annum 791. obiisse eum elucet.* 3) *Ricbodo archiepiscopo Trevirensi (791—804) et abbati Laureshamensi (784—804), de quo cf. supra p. 38. 93. Utrum haec epistola ad archiepiscopum an ad abbatem tantum scripta sit, ambiguum est, sed illud probabilius videtur.* 4) *Cf. supra p. 102 n. 1.* 5) *Cf. Epist. III, 262 n. 14; Pseudoseneca de morib. 20:* Quid dulcius, quam habere *(amicum)*, cum quo audeas ut tecum omnia sic loqui.

793—796 At nunc, carissime fili, frater, pater et amice, Deo gratias agamus assiduas pro omnibus bonis, quae nobis largitus est, te sanitati restituens et me gaudio perfundens. Facientes faciemus voluntatem illius, in quo solo salus est et vita indeficiensque felicitas. Hunc amemus, praedicemus et colamus, quia haec est vita aeterna. Igitur in carnali desiderio mundo vivere mors est, non vita. Sola tantummodo vera est vita vivere Deo,
Ioh. 14, 6. sicut ipse de se ait: 'Ego sum via, veritas et vita'; via, per quam itur, veritas, ad quam
pervenitur, vita, in qua statur. Feliciter vivas, fili, frater, pater et amice in aeternum.

79.

Alcvinus Aedilthydae abbatissae, quondam reginae, matri Aethelredi regis Northanhumbrorum, de muneribus missis gratias agit. Adhortationes addit. *793—796.*

Codd. T fol. 54—55' (T fol. 30), Q fol. 120—121*[a].
Edd. Q 30, F 150, J 50. — Migne col. 471.

DILECTISSIMAE IN CHRISTO SORORI AEDILTHYDE[b] [1] MATRI HUMILIS LEVITA ALCHVINE[c] SALUTEM.

Vestrae benignitatis munera gratanter suscipiens, vestrae[d] dilectionis salutatoria verba libenter audiens, fateor magna me dulcedine esse gavisum; cognoscens fidelem in vestro pectore permansisse caritatem, quam nec terrarum longinquitas interrumpere poterit nec fluctivagi maris aestus procellosis undis obruere[e] valet, quominus ad me
Cant. 8, 7. usque beneficiosa munificentia pervolasset; sicut legitur: 'Aquae multae[f] non potuerunt
extinguere caritatem, nec flumina obruent illam'.

Igitur caritas, quae deseri potest, numquam vera fuit[2]. Nil[g] homines ita Deo
1. Ioh. 4, 16. adpropinquare facit sicut caritas. 'Qui in caritate manet, in Deo manet', sicut dicit
Matth. 22, 40. scriptura; quia 'Deus caritas est'. De qua ipse Salvator ait: 'In his duobus prae-
ceptis tota lex pendet et prophetae', id est in caritate Dei et proximi. Per caritatem
1. Ioh. 4, 20. proximi ad Dei dilectionem pervenitur. Dicit[h] enim Iohannes evangelista[i]: 'Si fratrem,
quem vides[k], non diligis, quomodo Deum, quem non vides, diligere potes?'

Sed fraterna caritas in ammonitione spiritali[l] et in solatio saeculari ostendenda est. Sicut enim corpus cibo pascitur, ita anima sacris doctrinis alitur. Ideo utrumque facere debet qui potest et pauperi larga porrigere manu quod indiget et esurientem animam salutifera ammonitione reficere; maxime, qui praesunt aliis et multorum curam habere videntur. Debet[m] studiose vigilare pro singulis animabus, quasi rationem redditurus pro eis in die iudicii. Qui neglegenter talentum servat acceptum[n], poenam patietur suae neglegentiae condignam; qui vero multiplicat diligenter pecuniam dominicam, magnam accepturus erit mercedem a domino Deo suo. Scire debent praelati, quod, quanto plus laborant in salute subiectorum suorum, tanto maiorem accepturi[o]
Matth. 25, 21. erunt[p] gloriam; dicente in die iudicii[q] domino Deo illis: 'Euge, serve bone et fidelis,

79. a) *Lemma:* Item epistola ad Aedylthydae famulae Dei, olim reginae *T;* Incipit epistola ad Aediltridam famulam Dei, olim reginam *Q.* b) Ediltride *Q.* c) Alchuinus *Q.* d) vestrae — audiens *om. Q.* e) abruere *T, Q.* f) ductae *T.* g) Nil vel *Q.* h) Dicat *T.* i) euangelistae *T.* k) vidis *T.* l) spiritaliã *T.* m) De hoc *T;* debet *Q.* n) acceptam *T.* o) accepti *T.* p) erint *T.* q) indici in *T.*

1) *quondam reginae, uxori Aethelwoldi Moll regis Northanhumbrorum (759—765), matri Aethilredi regis Northanhumbrorum (774—779 et 790—796); de qua v. Simeonis Dunelm. hist. reg. Angl. 762 (p. 42):* Ethelwald rex — accepit reginam Etheldrytham Kal. Nov. in Cateracta. *Haec igitur post obitum Aethelwoldi Moll (spatio annorum 765—774 mortui) monasterio cuidam praefecta abbatissa est; v. huius paginae not. a.* 2) *Hieronymi ep. 3, I, 13 ed. Vallarsius; cf. supra p. 49 n. 2; Paulini lib. exhort. ad Heiric. c. 7 (Opp. ed. Madrisius p. 24):* Caritas, quae deseri potest, numquam vera fuit.

quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. intra in gaudium domini[a] tui'. Quid hac voce iocundius? quid hoc auditu beatius? 793—796

Ut[a*] hanc vocem audire merearis, carissima soror, omni[b] instantia tibi subiectos[c] instrue, verbis ammone[d], exemplis erudi[e]: quia illorum salus tua est remuneratio. Noli propter hominis terrorem tacere: sed propter Dei amorem loquere, argue, increpa, 2. Tim. 4, 2.
obsecra. Publice[f] peccantes palam castiga[g], ut ceteri timorem habeant. Alios in 1. Tim. 5, 20.
spiritu mansuetudinis ammone, alios in virga pastorali corripe; diligenter considerans, quid cui conveniat. Quidam itaque malannus[h] morbi per dulcia, quidam per amara sanantur[i] pocula. Anus et senes quasi matres et patres[i*] honora; iuvenes quasi fratres et sorores dilige; minores aetate quasi filios filiasque erudi; et omnium curam habeto in Christo, ut omnium mercedem habeas a Christo.

Fidelis vero dispensator[k] pecuniam domini sui, id est animas sibi commissas, augere studeat per diligentiam, non minuere per pigritiam. Quia servus bonus coronabitur a domino suo, malus vero damnabitur; sicut in evangelio dici[l] a legentibus[m] intellegi potest. Tu vero labora diligentissime in opere[n] Dei, ut retributionem magnam accipias in regno Dei. Elimosinae tuae praecedant te et viam tibi faciant. Munera enim dilatant viam hominis et spatium ei ante principem faciunt[o]. Hospites et pere- Prov. 18, 16.
grini sumus in hac terra; patria nostra in caelo est. Non est bonum transitoria diligere Hebr. 11, 13.
et sempiterna neglegere. Unusquisque, sicut operabitur, sic accipiet a Deo suo, qui Matth. 16, 27.
reddet unicuique secundum opera sua.

Vigiliae et orationes tibi sint frequentes; et psalmodia in ore, non vaniloquia in lingua; et dilectio Dei in corde, non ambitio saeculi in mente. Praeterit enim quicquid amatur in mundo; permanet quicquid diligitur in Christo. Volentes nolentes aeterni erimus. Omni intentione studeamus, ut fideliter vivamus, ubi semper mansuri erimus.

Sanctorum festivitates cum laude divina et pauperum elymosina frequenter honora, quatenus eorum[p] merearis intercessione illorum esse particeps beatitudinis. Sint[q] tibi sermones veritate laudabiles; sint mores sobrietate et modestia amabiles; sint[r] manus largitate honorabiles[s]. Sit totius vitae conversatio exemplum in omni bonitate aliis[t]; ut dignitas personae tuae laudetur ab omnibus, ametur a pluribus, et per te Dei nomen glorificetur; ipsa dicente veritate: 'Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut Matth. 5, 16.
videant opera vestra bona[u], et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est'. Magnum habemus patrem, Deum scilicet omnipotentem. Quam nobilis in moribus, quam modestus in verbis, quam castus in corde, quam misericors omnibus debet esse filius Dei; ipso praecipiente: 'Estote misericordes, sicut et pater vester caelestis misericors Luc. 6, 36.
est'. Imitemur, quantum poterimus, illius bonitatem, ut aeternam beatitudinem cum illo habere mereamur. Ait enim non solum apostolis, sed etiam et nobis: 'Exemplum Ioh. 13, 15.
enim dedi vobis, ut[v], quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis'; item: 'Qui Ioh. 8, 12.
sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae'. Quid superbit homo[w] in saeculi divitiis? Christus pauper factus est pro nobis, ut per illius paupertatem, 2. Cor. 8, 9.
quam pro nobis accepit[x] in terra, nos divites essemus in caelo.

Cito enim putrescit caro in terra, quam tanta diligentia ornamus in deliciis[y]. Insuper et de sepulchro cogitatur[z] ornando. Vanitas haec vanitatum est. Melius est Eccl. 1, 2.
his opibus animam vestire quam spurcitiam carnis ornare. Christus sepultus est in

a) dei *add. Q.* a*) In *T.* b) omnia *T.* c) subiectus *T.* d) admone *T.* e) erudire *T; corr. in* erudi *Q.* f) puplice *T.* g) castige *T.* h) *om. Q.* i) ranantur *T.* i*) patr. et matr. *Q.* k) dispensatur *T.* l) dicit *T; om. Q.* m) intelligentibus *add. Q.* n) honore *Q.* o) facient *T.* p) illorum *Q.* q) Sunt *T.* r) sit *T, Q.* s) honorabilis *Q.* t) aliis aliis *T, Q.* u) ut videant opera vestra bona *iterum add. T.* v) et *T.* w) et cinis *add. Q.* x) accipit *T.* y) diliciis *T.* z) cogitamus *T.*

793—796 spelunca, non in templo. Hoc ideo dico, quia aliqui viventes suam solent fabricare sepulturam. Quid mihi, ubi vermi[a] putrescat esca? Tantum, ut anima requiem habeat, studendum est; ut illa vivat feliciter, quae mori non potest. Veniet enim tempus,
1.Cor.15, 53. quando corruptibile hoc induitur incorruptione et resumit anima quod reliquit in terra. Tunc homo pariter anima et corpore regnabit cum Christo, qui hic totus[b] anima et corpore serviebat Christo.

80.

Alcvinus Sigvulfo presbytero interrogationes de libro Geneseos a se compositas mittit. 793—796.

Codd. Romanus Palatinus (P) 289 saec. IX. fol. 2'—3', quem contulit Holder-Egger s. n.; Einsidlensis 60 (E) saec. IX. p. 1, quem contulit V. Rev. P. Gabriel Meier; Parisinus 13187, quondam Corbeiensis, tum S. Germani (C) saec. IX. fol. 65—66, quem cont. V. Cl. Lebègue; S. Petri Carnotensis 113 (Ch) saec. IX. fol. 1; Montensis in Hannonia, ex monasterio S. Mariae de Bona Spe (M) saec. X, cont. Bethmann b. m., biblioth. Lambethanae Londini 148 (L) fol. 120 saec. XII; Caesareae Vindobon. 1060 (V) saec. XII. Exstat etiam in codicibus coenobii Sanctae Crucis prope Vindobon. 212 (cf. Pertz Archiv X, 597), Parisinis 1862, 1863, 2384 saec. X[a].

Edd. Margar. de la Bigne, Bibliothecae SS. patr. appendix Paris 1579 col. 1025; Quercetanus col. 1—2, Frobenius I, 305; J 49. — Migne col. 516.

DILECTISSIMO IN CHRISTO FRATRI SIGUULFO[b] PRESBITERO[1] ALBINUS[c] SALUTEM.

Quia individuus et fidelis mihi, carissime[d] frater, socius[e] tanto tempore fuisti, et quia[f] te[g] sacrae[h] lectionis studiosissimum esse[i] novi, paucas interrogationes de libro Geneseos, quas, ut recordor, per vices a me[k] exquisisti, pariter congregatas tuo nomini dicavi[2], ut habeas, unde tuam potuisses[l] memoriam recreare, quae saepe[m] perdit quod servare debet, nisi in thesauro litterarum reconditum teneat; maxime nobis, qui saeculi occupationibus distrahimur et diversis itenerum[n] molestiis fatigamur[3]. Et quia[o] pondera librorum nobiscum portari[p] nequeunt, ideo aliquoties[q] brevitati studendum est, ut sit[r] levi pondere pretiosa[s] sapientiae margareta[t], ut[u] habeat fessus[v] ex itenere[w] viator, quo se recreat[x], licet ex pondere portantis manus non gravetur. Sunt in eodem libro difficillimae[y] quaestiones plurimae, quas ad presens tangere non libuit vel etiam non licuit, vel quia[z] me de illis non interrogasti. Hae[a] etiam maxime[b] historicae sunt et simplici responsione[c] contentae, illae[d] vero maioris inquisitionis et longiorem[e] habere indigent tractatum.

---

a) vermium *Q.* b) hoc totius *T;* hic totus et *Q.*

80. a) *Lemma:* Incipit aepistola Albini magistri ad Sigulfum presbiterum *P;* Incipit praefatio questionum Albini magistri in genesis *C.* b) Sigůulfo *E;* Sigulfo *M, L;* Singulfo *V.* c) Alchuuinus *Querc.* d) karissime *C;* karissimę *P;* karitate *V.* e) sotius *C, E.* f) quod *P, L, V;* quia *corr. man. sec.* quod *E.* g) per te *E; om. L.* h) sacre *C.* i) *om. L.* k) amę *C.* l) posses *Ch, V, Querc.* m) sepe *P, E, C.* n) itinerum *P, C, L, V, Querc.* o) qui *E, M;* quod *P, V, L, Querc.* p) portare *C.* q) aliquotiens *C, L, V, Querc.* r) si *Ch;* levi sit *L, V, Querc.* s) praetiosa *M.* t) *post corr.* -rita *P;* margarita *C, M, L, V.* u) et *edd.* v) fessis *E, C.* w) itinere *P, C, L, V.* x) recreet *L, edd.* y) difficillime *P;* dificillimę *E;* dificillime *C.* z) quod *E, V;* qua *post corr.* quia *P.* a) hea *M;* haec *C.* b) maximae *P.* c) responsioni *E.* d) contenti. Ille *C.* e) longiorisque tractatus *Querc.*

1) *Inter discipulos Alcvini Turonenses* nobilissimus Sigulfus erat Vetulus *(cf. Vit. Alc. c. 11, SS. XV, 191), quem post mortem eius abbatiae Ferrariensi praefuisse scimus (Lupi Ferrariensis ep. 29, ed. Baluzius p. 54). In libro vitae eccles. Dunelmensis p. 7 inter* Nomina abbatum gradus presbiteratus *occurrit* Siguulf presbiter. 2) *Cf. Vitam Alcvini c. 21 (SS. XV, 195):* Ad Sigulfum suum quaestiones in Genesi perutiles. 3) *Haec scripta esse videntur, priusquam Alcvinus monasterium sancti Martini regendum suscepit, cf. infra epp. 81. 155.*

His tantum, dilectissime[a] frater, esto contentus, et si quid in eis perperam dixerim, tu fraterno[b] stilo corrigere studeas; si[c] quid vero bene, non mihi, sed largitori[d] gratias age, qui et te proficere[e] et me tibi sufficere ex donis suis faciat; sine quo nihil[f] possumus; in[g] quo omnia possibilia sunt credenti; qui creditam suae nobis pecuniae[h] largitionem in laudem nos[i] et gloriam sui nominis multiplicare faciat[k]. Amen[l]. c.793—796

81.

Alcvinus Gallicellulo discipulo de numerorum ratione in veteri et nova lege comparata exponit. *c. 793—796.*

Codd. S fol. 153—154, Monac. lat. 14727 fol. 125'—127' S. Emmer. (E), Paris. 13373 fol. 92—93' (G)[a]. *Edd. Luc. Dacherius Spicileg. VI p. 391—393 ex cod. G, B. Pez Thesaur. anecdot. II, 1, 1 ex cod. E, F 154, J 260. — Migne col. 476.*

DILECTO FILIO MEO GALLICELLULO[b] [1] ALBINUS SALUTEM.

Quia me rogasti de numerorum ratione, vel magis conparatione[c], qui in veteri[d] lege inveniuntur, ad auctoritatem novi testamenti proferre[e]; quia non occurrit[f] nobis iter agentibus[2] plura scribere, a denario tamen incipiamus, donec usque[g] ad unitatem perveniamus, ut[h] cum pedibus gradientis calamus currat scribentis.

Decim praecepta sunt legis[3], quae data sunt in duabus[i] tabulis per Moysen et Exod. 20; Deut. 10.
Aaron populo Dei[k]. Decim minas[l] dedit Christus utriusque praedicatoribus populi. Luc. 19, 13.

Per decim plagas percussa est Aegyptus, ut populus Dei[m] liberaretur. Per decim persecutiones coronata est ecclesia Christi.

Decima die mensis primi tenendus[n] fuit agnus paschalis, qui immolandus fuit Exod. 12, 3. 6.
XIIII. die mensis eiusdem. Decima hora agnus paschalis pro mundi salute, hoc est Matth. 27, 46. 50.
Christus, in cruce spiritum emisit.

Decima generatione venit diluvium, et perdidit impios. Post decim reges novis- Apoc. 17, 12.
simi temporis nascitur Antichristus, cum quo pereunt omnes inpii[o].

Novem lapidibus opertus est archangelus[p], qui cecidit de caelo. Novem ordines Ezech. 28, 13.
angelorum remanserunt in caelo[4].

Octo animae salvae factae sunt in arca. Octo beatitudinibus[q] salvantur animae 1. Petr. 3, 20. Matth. 5, 3—11.
fideles in ecclesia.

Octavo die in populo Dei[r] circumcidendus fuit omnis masculus puer. Octavo[s] Levit. 12, 3.
die circumcisus est Christus, per cuius circumcisionem octo vitia principalia destruuntur[t]. Luc. 2, 21.

Septima die requievit Deus[u] ab omnibus operibus suis. Septima aetate requi- Gen. 2, 2.
escunt sancti a laboribus huius seculi.

---

a) diligentissimae *P;* dil. fr. *om. L.* b) frater ut nosti corrigere *M;* frater nos corrigere *Querc.* c) sed si *M;* sed quid *Ch.* d) largitore *C.* e) perficere *C.* f) nichil *L, V.* g) et in *L, V.* h) pęcunię *C.* i) *om. L; post* nominis *V;* vos *E.* k) fatiat *E.* l) *om. C, L, V.*

81. a) *Lemma:* Conparatio novi et veteris testamenti a denario numero usque ad unum *G.* b) Gallicellule *G.* c) compar. *E.* d) vetere *E.* e) referre *G, S.* f) occurrunt *S.* g) *om. S.* h) ut — scribentis *om. S.* i) duobus *S.* k) domini *G.* l) mnas *G.* m) *om. G.* n) en *super lineam script. est S.* o) impii *S.* p) angelus *E.* q) beatitudinis *G.* r) dei *S;* die *G; om. E.* s) octava *G.* t) destruentur *G, S.* u) dominus *G.*

1) *Discipulo ignoto, an monacho S. Galli?* 2) *Cf. supra p. 122:* diversis itenerum molestiis fatigamur. 3) *Cf. Alc. Comment. in Ioh. l. VII c. 43 (ed. Froben. I, 641):* In testamento veteri omnis operatio per decalogi mandata praecipitur. 4) *Isid. Etymol. VII, 5, 4:* Novem autem esse ordines angelorum scripturae sacrae testantur; *Gregor. in evang. l. II hom. 34 (Opp. I, 1604):* Ecce novem dixit nomina lapidum, quia profecto novem sunt ordines angelorum *etc.*

793—796 Septem columnas excidit sapientia ad construendam sibi domum. Septem donis
Prov. 9, 1. Spiritus sancti Christus domum suam[a], id est ecclesiam[b], confirmavit[1].
Deut. 20, 11. Sex diebus fecit Deus caelum et terram[2], et omnia, quae in eis sunt. Sex
aetatibus omnia[c] currunt huius seculi tempora.

Sexta die creatus est homo de inmaculata terra. Sexta aetate[d] filius Dei de inmaculata virgine factus est homo[a].

In quinque libris Israhelitico[e] populo Moyses dedit[f][3] praecepta vivendi. Quin-
Matth. 25, 15. que talenta Christus ad caelos rediens fideli[g] tradidit servo.
Gen. 2, 10. Quatuor[4] de uno paradisi[h] fonte ad inrigandam profluunt flumina terram.
Quatuor evangelia de uno fonte, qui est Christus, procedunt ad inriganda corda arida, ut virtutum floribus vernent[i].

Quatuor sunt elementa[k], quibus mundi ornatus[l] constat maxime. Quatuor sunt virtutes, quibus minor mundus, id est homo, ornari debet.

Tribus modis Adam temptatus[m] est et superatus, id est gula, iactantia et[n]
Matth. 4, 10. avaritia. In his tribus[o] iterum Christus temptatus est, et vicit victorem Adae[p].

Totus orbis in tres dividitur partes, Europam[q], Africam[r] et Indiam, in quibus partibus tribus modis colendus est Deus: fide, spe[s] et caritate[5].

Gen. 12, 1. Tria[t] praecepit Deus Abrahae dicens: 'Egredere de terra tua et[u] cognatione tua
et de domo[v] patris tui'. Tria[t] promittuntur nobis: resurrectio, vita et gloria.
Exod. 31, 18. Duae fuerunt tabulae testamenti, in quibus decalogus digito Dei scribebatur.
Duo sunt praecepta caritatis, quae digito Dei, id est Spiritu sancto, in cordibus scribuntur credentium.

Num. 7, 89; 3. Reg. 6, 23. Duo fuerunt Cherubin[w] in templo: Cherubin[x] multitudo scientiae interpretatur[y][6].
Ideo duae partes sunt scientiae; una est diabolum[z] relinquere, altera Deum diligere.

Una fuit arca, in qua mundo pereunte fideles sunt salvati[a]. Una est sancta Dei ecclesia, qua[b] pereuntibus peccatoribus salvantur fideles.

Exod. 14. Unus fuit transitus Israhelitici populi per mare rubrum, ut promissam accepissent[c]
Eph. 4, 5. terram. Unum est baptisma[d], per quod transeundum est ad vitam aeternam.

82.

Alcvinus apud Beornvinum presbyterum de sinistra suspicione inprimis de fide Offae regi servanda se excusat. *793—796.*

Codd. T fol. 72—72' (T fol. 66), K 1 fol. 50'—51, K 2 p. 149—151, A 1* p. 113—114 n. 72*[a]. *Edd. C 32, Q 54, F 7, J 15. — Migne col. 149.*

---

a) *om. S.* b) ecclesia *G.* c) *om. E.* d) die *E.* e) israel. *G.* f) dederat *G, S.* g) *om. S.* h) paradysi *E.* i) vernant *S.* k) elimenta *S, G.* l) mundus *E pro* mundi ornatus. m) temtatus *S.* n) *om. E.* o) modis *add. S.* p) Adā *E;* Adam *G.* q) Europam *G;* et *add. E.* r) Affricam *E.* s) spe, fide *G, S.* t) Trea *S.* u) de *add. S.* v) domu *S.* w) Cerubin *E;* Cyrubin *S.* x) Cherubim *G.* y) *corr. in* -tantur *S.* z) diabulum *S.* a) saluti *G.* b) q̄ *E.* c) accipissent *G.* d) babtisma *S.*

82. a) *Lemma:* Alcuinus ad Beorunninum presbyterum *T*;* Epistola Albini ad amicum *A 1*;* Item alia *K 1.*

1) *Alc. in Apocal. I c. 4 (Migne C, 1092):* Per septenarium numerum universalis ecclesia exprimitur propter septem dona illius, qui replevit orbem terrarum. 2) *Alc. in Ioh. l. III c. 12 (ed. Frob. I, 522):* Propterea sex diebus Deus mundum perfecit. 3) *Ibid.* Quinarius ille numerus ad legem pertinet. Ipsi sunt quinque libri Moysi. 4) *Cf. Alc. in Apoc. l. l.* Quaternarius vero perfectus est propter mundi partes sive propter quatuor principales virtutes . . seu propter quatuor evangeliorum libros. 5) *Alc. l. l.* ternarius namque in divinis scripturis perfectus habetur . . sive propter tres virtutes fidem spem et caritatem. 6) *Cf. Isid. Etym. VII, 5, 22:* Cherubin . . . ex Hebraeo interpretantur in linguam nostram scientiae multitudo.

DILECTO FRATRI BEORNUUINO PRESBYTERO[a] ALCHVINI[b] DIACONUS[c] SALUTEM. 793—796

Dulces tuae dilectionis accepi litteras[d] mellifluis sensibus delibutas[e], apollogiticam tenentes[f] rationem. Quarum[g] melius credebam veritati quam falsiloquae aliorum narrationi[h]. Nam fides amicitiae[i] corde constare debet, non linguae versibilitate.

Utinam dignus essem pacem praedicare, non discordiam[k] seminare; et signum portare Christi, non[l] arma diaboli. Numquam tibi scripsissem, si noluissem pacem tecum habere et, quod[m] in Christo coepimus, firmum permanere.

Vere[n] Offa regi nec genti Anglorum[o] numquam infidelis fui. Sicut hos[o*] amicos, quos mihi Deus donavit, fideliter quantum valeo servabo, sic et[p] hos[o*], quos reliqui in patria[1].

Pauci sunt dies mei; et hos ipsos cum dolore flagelli[q] suffero. Ideo te obsecro, ut in Domino, quantos[r] valeas, mihi intercessores adquiras.

Multis miseriis turbatum est hoc saeculum, et non est refrigerium in eo, nisi in[s] misericordia Dei et fide amicorum. Nudi venimus et nudi recedimus, nisi qui Cf. Iob 1, 21.
bonis animam vestiet[t] operibus. Ut[u] tibi[v], carissime frater[w], tempus vel locus occurrit, semper Dei suade voluntatem omnibus personis: regi suaviter, episcopis honorifice, principibus fiducialiter, omnibus veraciter. Nostrum est seminare, Dei fructificare.

Nec ulla tibi alicuius[x] dissensionis inter nos remaneat suspicio. Nec simus ex[y] illorum numero, de quibus dictum[z] est: 'Non veni pacem mittere, sed gladium'. Sed Matth. 10, 34.
ex illorum[a] simus numero, ad quos dictum est: 'Pacem meam[b] do vobis, pacem meam Ioh. 14, 27.
relinquo vobis'. Ut pax Christi, quae[c] exsuperat[d] omnem sensum, custodiat corda Philipp. 4, 7.
nostra[e] in[f] caritate Christi et dilectione fraternitatis.

Paucis scripsi litterulis[g], quia sapienti pauca sufficiunt[2]. Sed te plurima Dei dona glorificent in aeternum, dilectissime[h] frater[i].

83.

Alcvinus Petri archiepiscopi Mediolanensis paternis affectibus et sacris orationibus se commendat. *793—796?*

Codd. T fol. 75—76 (T fol. 69'—70), K 1 fol. 53'—54', K 2 p. 156—159, A 1* p. 116—118 n. 74*[a].
Edd. C 34, Q 59, F 128, J 200. — Migne col. 438.

---

a) illi *K, A 1* pro* Beornunino presbytero; presbitero *T.* b) Achuini *T;* Alcuinus *K 1, A 1*.* c) *om. K.* d) litterulas *K 1, A 1*.* e) delibutos *T.* f) tenens *K 2, A 1*.* g) quorum *T, K 2; corr. in* quarum *K 1.* h) falsiloqua . . . narratione *T, K 2; corr. in* falsiloquae . . narrationi *K 1.* i) amici tuae *T;* amicicia *K 2;* fidei amicitia *K 1.* k) discordias *K 1, A 1*.* l) et non *K, A 1*.* m) pacem *T;* quod *K, A 1*.* n) permanere. Uere permanere. Uere *T.* o) Angulorum *K 2.* o*) os *K 2.* p) *om. K 1.* q) flagellis *K 2.* r) quos *K, A 1*.* s) *om. K 2.* t) vestiat *K 2, A 1*.* u) Et *A 1*.* v) ubi *K 1, A 1*.* w) karissimi fratres *K 1.* x) alicui *K 2.* y) Ne simus de *A 1*.* z) deductum *T.* a) illo *K, A 1*.* b) *om. T.* c) qui *K 2.* d) exuberat *K 2.* e) vestra *K 1, A 1*.* f) pace et *add. K 1, A 1*.* g) literis *A 1*.* h) dulcissime *A 1*.* i) pater *K 1, A 1*.*

83. a) *Lemma:* Albinus Petro archiepiscopo *K 1;* Albinus ad Petrum archiepiscopum *T*;* Epistola Albini ad Petrum archiepiscopum *A 1*.*

1) *i. e. in Anglia. Inde sequitur, ut haec epistola non anno 790, ut Jaffé voluit, sed intra annos 793, in quo Alcvinus rediit, et 796, in quo Offa obiit, scripta sit neque ad pacem a. 790. turbatam pertinere possit.* 2) *Haec sententia Alcvino valde placuit, cf. infra epp. 136. 154; Paulini lib. exhortat. ad Heiric. c. 30 (Opp. ed. Madrisius p. 37):* sed sapienti pauca sufficiunt; *Ter. Phorm. III, 3, 8:* Ah, dictum sapienti sat est.

793—796? DILECTISSIMO IN CHRISTO PATRI PETRO ARCHIEPISCOPO[1] ALBINUS AETERNAE BEATITUDINIS IN CHRISTO[a] SALUTEM.

Memor dulcissimae humilitatis et dilectionis vestrae ingemesco absentiam illius, cuius caritatis flamma in corde ardescit filii[b]. Quanta est huius saeculi infelicitas, quae tam caros disiungit amicos, quae filium separat[c] a patre. O si pennas aquilae habuissem, ut altitudines[d] Alpium velocior Euro[2] transvolare valuissem[e], quam cito ante paternos stetissem pedes, ut refrigerarem[f] ex paterna visione pectoris mei ardorem.

Sed quia hoc fieri non valet, induamur[g] nos duplicis[h] caritatis pennis: simus in Christo semper praesentes, qui sumus in seculo absentes. Quid est caritas, nisi unitas [Ioh. 17, 11.] animorum: dicente ipsa veritate[i], dum pro suis[k] oraret[l] ad patrem: 'Pater conserva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut et nos unum sumus'? Ego vero filius tuus obsecro te per eius misericordiam, qui haec dixit, ut in sanctissimo paternae memoriae[m] thesauro filii tui Alchvini[n] nomen habeas reconditum, et inter dignissimas Deo oblationes orationum tuarum vel semel ore proferas.

Quanta tibi, pater optime, apud pietatis remuneratorem deum[o] Christum remanet merces, si me peccatorum ponderibus praegravatum ab iniquitatis oneribus[p] paternae misericordiae[q] precibus sublevare coneris. Fateor me tantae auctoritatis degenerem[r] esse filium: tamen iunioris filii, qui a patre in longinquam recessit regionem, roboratus [Luc. 15, 21.] exemplo audeo dicere: 'Pater peccavi in caelum et coram te; ideo non sum dignus vocari filius tuus'. Et te credo paternae memorem pietatis laetis revertenti[s] occurrisse[t] amplexibus: prudentiam quoque tuam recordari beatissimi[u] Iob pro filiis devotionis, [Iob 1, 5.] qui cotidie pro illorum[v] prosperitate Deo sacrificia offerre studuit[w], valde desiderans, [Sap. 3, 6.] quos[x] saeculo genuit, Deo enutrire. Ideo in[y] omnibus temptationibus, tamquam aurum in fornace[z], probatus inventus est. Laus enim patris in salute exstat[a] filiorum, et merces[b] pastoris in multiplicatione gregis[c] adcrescit. Nam et ipse princeps pastorum post resurrectionis gloriam beato Petro ob[d] confessionis trinae in suo amore solidita- [Ioh. 21, 17.] tem[e] pascendas oves, quas pio redemit sanguine, commendavit.

Tuum est, pater sancte, absentes precibus adiuvare, praesentes verbis erudire, exemplis confortare, ut paterna pietas et pastoralis devotio omnibus prosit in salutem. [2. Cor. 13, 14.] Patres igitur[f] filiis thesaurizare solent[g]: tu vero beatitudinis[h] thesauros tuis[i] relinque nepotibus, ut per longas ecclesiasticae eruditionis series caelestis regni gloria tibi semper augeatur.

Opto, si fieri valeat, quatenus me tuae paternitatis litteris reficias, ut aviditatis meae oculis legam, quod auribus audire voluissem, si forte fieri valuisset[k]. Concessum est[l] enim humano generi pectoris[m] arcana cartis mandare et litteris innotescere tacentibus[n] quod lingua non valet loquente[o]. Nam et beatus Paulus apostolus absentes filios pia ammonitione[p] saepius[q] erudire solebat, ut cotidiana litterarum lectio

a) in Christo *om. K, A 1**. b) fili *K 1, A 1**. c) seperat *K 2*. d) altidudines *K 2*. e) voluissem *T*. f) refrigerer *T*; refrigerarer *K*. g) *corr. in* -mus *A 1**. h) duplices *K 1*; duplici *K 2*. i) caritate *T*. k) sui *K 2*. l) orat *K 1*. m) maemorie et *K 2*. n) Alcuini *K 1, A 1**. o) dominum *K 1, A 1**. p) onere *A 1**; onero praegravatum *(iterum) K*. q) mesericordie *K 2*. r) degenerā *K 2*. s) reverenti *T*. t) occursurum *A 1**. u) beatissimae *T*; beatissime *K 2*. v) pro ill. quot. *A 1**. w) studivit *T*. x) quae *T*. y) *om. K 1*. z) fornacae *T*. a) stat *A 1**; extat *K 2*. b) mercis *T*. c) regis *T*. d) *om. K 1*. e) solidatum *K 1*. f) licet *A 1**. g) soleant *A 1**. h) beatissimos *K 1*. i) tuisque *T*. k) voluisset *T*; *corr. in* valuisset *A 1**; valuiset *K 1*. l) *om. K 2*. m) peccatoris *A 1**. n) tacentis *K 1, A 1**. o) loqui *K 1, A 1**. p) piae ammonitionis *T, K*; piis ammonitionibus *Querc.* q) *om. K 1, A 1**.

1) *Mediolanensi 784—803, quocum Alcvinus convenit in synodo Francofurti a. 794. habita. Obiit 15. die mensis Maii.* 2) *Poet. Carol. I, 257 v. 45 (ad Candidum):* velocior Euro, *cf. Aen. VIII, 223; XII, 733:* ocior Euro.

aeternam patris praeceptorum mentibus filiorum infigeret[a] memoriam. Sanctitatis 793—796
vestrae auctoritatem divina pietas ad exaltationem et gaudium sanctae suae ecclesiae longeva prosperitate custodire dignetur, pater dilectissime.

84.

Alcvinus carissimae sorori (Gislae) pro cappa et aliis donis gratias agit; de Angilberto, Ava sorore, Columba addit. *793—796.*

Codd. T fol. 76—76' (T fol. 70'), K 1 fol. 69—69', K 2 p. 198—200, A 1* p. 133 n. 94*[a].
Edd. C 56, Q 60, F 99, J 152. — Migne col. 363.

DILECTISSIMAE IN CHRISTO SORORI[1].

Prospera donante Deo his[b] sanctissimis diebus habuimus solemnia[c], et laetus fuit domnus rex[2] et omne palatium in gaudio.

Et ego, frater vester, magnum habui[d] gaudium de prosperitate et salutatione[e] vestra, de gratissimo munere psalmodiae et missarum celebrationis[f], quod mihi magna caritate direxistis. Sed et cappa[g], quam mihi aptissimam[h] misistis, valde animo[i] meo placet.

Veniente vero Angelbereto[k] [3] forte aliquid certius vobis demandare habebimus[l].

Vos animum vestrum firmate in servitio Dei et in salute animae vestrae. Viriliter domum aedificate vobis sempiternam in caelis, ut paratam habeatis beatitudinem cum Christo et sanctis eius; quam[m] plurimi verbis optant, sed factis[n] non perficiunt[o]. Tu vero labora diebus horis[p] ac momentis, ut abundanter habeas quod feliciter diligas.

Credo te de orationibus[q] Auae[r] sororis nostrae fideliter facere, sed ex mea petitione aliquid superadde[s], quia mihi fidelis fuit. Et ubi plus fides innotescit quam post mortem amici[t]? Dic Columbae[4], ut memoriae confirmet quod accepit[u], donec veniat qui superadiciat[v]: 'Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi Matth. 5, 6.
saturabuntur'.

Desiderium vestrum impleat et cor caritate inluminet, qui venit mundum inluminare et ignorantiae tenebras de cordibus in eum expellere credentium. Vita et salus Christo donante vos comitetur in aevum[w].

85.

Carolus I rex Francorum Athilhardum archiepiscopum Cantuariensem et Ceolvulfum episcopum Sidnacestrensem rogat, ut exules quondam Offae regis Merciorum commendent. *793—796.*

Codd. T fol. 76'—77 (T fol. 70')*[a].
Edd. Q 61 col. 1576, Wilkins Concilia magnae Brit. I, 154, Frobenius II, 557, Bouquet Recueil V, 624, Jaffé Biblioth. IV, 352. — Mühlbacher Reg. n. 324.

---

a) infieret *T, K 2.*

84. a) *Lemma:* Item alia *K 1, A 1*;* Alchuinus ad dilectissimam sororem *T**. b) in his *K 1, A 1**. c) solempnia *K 2;* sollemnia *K 1;* solennia *A 1**. d) *om. K 1.* e) salute *A 1**. f) caebrationis *T; corr. in* caelebrationibus *K 1.* g) cappam *K 1.* h) altissimam *K 2.* i) amico *T.* k) Angilberto *K, A 1**. l) habemus *K, A 1**. m) quod *K, A 1**. n) verbis *K 2; om. K 1;* rebus *A 1**. o) perficiant *T.* p) oris (ac *om.*) *K 2.* q) horationibus *T, K 2.* r) Euae *A 1**. s) superaddi *K 1.* t) amicorum *K, A 1**. u) accoepit *K 2.* v) superaddat *K 1.* w) eu *K 2.*

85. a) *Lemma:* Epistola Karoli regis ad *(bis)* Athilhardum archiepiscopum et Ceolulfum *T**.

1) *Gislae, Caroli regis sorori, abbatissae Calensi cf. supra p. 40 n. 3.* 2) *Carolus igitur nondum coronam imperialem acceperat.* 3) *abbate S. Richarii Centulensis.* 4) *Rodtrudae, Caroli regis filiae, cf. supra p. 114, infra ep. 195.*

793—796? CAROLUS[a] GRATIA DEI REX FRANCORUM ET LONGOBARDORUM AC PATRICIUS ROMANORUM ATHILHARDO ARCHIEPISCOPO[1] ET CEOLVULFO COEPISCOPO[b][2] ILLIUS AETERNAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Nullatenus vastam terrae[c] longinquitatem vel procellosam[d] maris latitudinem foederatae in Christo amicitiae iura disrumpere fas arbitramur. Sed quanto longiore spatio humana dividitur conversatio, tanto probatiore fide pietatis pactum inter amicos servari debebit. Quia saepe in praesentia timor vel erubiscentia in facie foris ostendit, quod[e] homo intus in corde non retinet, igitur sancta fides in absentia laudabilis extat et in praesentia venerabilis consistit.

Unde et in eius [amicitiae][f] fiducia, quam pia olim alloquutione praesentes pepigimus, hos miseros patriae suae exsules vestrae direximus pietati, depraecantes, ut pro eis intercedere dignemini apud fratrem meum carissimum Offanum regem[3], quatenus pacifice et absque alicuius iniustitiae, oppressione in sua liceat conversare patria et cuilibet deservire.

Nam dominus illorum Umhringstan diem obiit. Qui, ut nobis visum fuit, fidelis suo fuisset domino, si in patria licuisset perseverare. Sed ut mortis evaderet periculum, ut dicere solebat, fugit ad nos; semper paratus se ab omni purgare infidelitate[g]. Quem propter reconciliationem, non propter inimicitias, aliquantisper retinuimus apud nos.

His vero contribulibus[h] suis si pacem precari valeatis, remaneant in patria. Sin vero durius de illis frater meus respondeat, illos ad nos remittite inlesos. Melius est peregrinari quam perire, in aliena servire patria quam in sua mori[i]. Confido de bonitate fratris mei, si obnixe pro illis intercedatis, ut benigne suscipiat eos pro nostro
Luc. 6, 37. amore vel magis pro Christi caritate, qui dixit: 'Dimittite, et dimittetur vobis'.

Intercedentem pro nobis vestram sanctitatem divina pietas incolomem custodiat in aeternum.

86.

Alcvinus Paulino patriarchae Aquileiensi pro litteris missis gratias agit. Virtutem eius laudibus effert. Peccatis suis solatium eius quaerit. 793—796?

Codd. T fol. 77—78' (T fol. 71—72), K 1 fol. 70'—73', K 2 p. 202—210, A 1* p. 134—137 n. 96*[a]. *Edd. C 58, Q 62, F 35, J 185. — Migne col. 200.*

Dum[b] ferventis cancri igneus sol sidus ascendit[4], ut[c] nimio diuturnoque[d] calore arida tellus imbres expectat, sic[e] tua[f], pater optime, in refrigerium magni amoris sitiens, in meo[g] pectore voluntas tuae beatitudinis diu desiderabat litteras. Iterum atque iterum per singula horarum momenta aestuans hoc revolvebat elogium: 'Quando venient desiderati mei dulcissimi apices[h]? quando videam[i] signa salutis dilectissimi

a) Karolus *T**. b) coepisco *T*. c) terram *T*. d) procellosa *T*. e) quid *T*. f) amicitiae *add. Jaffé*. g) infedelitate *T*. h) contribulis *T*. i) morire *corr. in* mori *T*.

86. a) *Lemma:* Albinus Paulino patriarchae *K 1;* Albinus ad quendam *T*;* Epistola Albini ad Paulinum patriarcham *A 1**. b) Cum *A 1**. c) ut *scripsit J. pro* et *T, K; om. A 1**. d) diurnoque *K 2*. e) sit *T*. f) *corr. in* tuas *K 1;* mea *A 1**. g) *om. A 1**. h) ap. dulc. *A 1**. i) videbo *A 1**.

1) *Cantuariensi 793—805.* 2) *Sidnacestrensi (s. Lindessensi) 767—796; de quo v. Stubbs, Registrum sacr. Anglican. p. 7. 9. 163; Simeon. Dunelm. hist. reg. 796 (p. 58). Cf. etiam Birch Cartular. Saxon. I, 299—381, ubi in multis annorum 772—794 tabulis* Ceoluulf episcopus *comparet. J.* 3) *Merciorum 757—796.* 4) *Cf. Boet. Consol. Philos. I c. 6:* Cum Phoebi radiis grave | cancri sidus inaestuat.

mei? quando mihi Ausonia[a] nobilitatis pagina optati prosperitatem ostendet[b] amici? ut 793—796?
videam, si aliqua foederatae in Christo amicitiae in illius pectore maneat memoria, si
Albini sui nomen stilo caritatis in cordis arcano[c] reconditum habeat, sicut suavissimum
Paulini patris nomen perpetua[d] dilectione in corde filii aeternis viget litteris inscriptum'[e].

Ecce venit, ecce venit[f] paternae pietatis pagina, quam diu desiderabam, omni
melle palato[g] meo dulcior[1], omni obrizo oculis meis[h] honorabilior. Hanc laetus ambabus[i]
accipiebam manibus et toto amplectabar[k] pectore; suspensus, quid[l] mihi de meo nuntiaret[m] Paulino? Solutisque sigillis[n], avidis oculorum obtutibus per singulas lineas iter
aperui[o]. Desiderabilemque optate salutis sospitatem[p] patris agnoscens, in illis mox
singulis literarum apicibus osculo[q] libabam[r]. Totumque me deo Christo in gratiarum
effudi actiones, dicens: 'Auditui meo dabis gaudium et laetitiam, et exultabunt ossa Ps. 50, 10.
humiliata'. Et qui[s] ante humiliatus fui in tristitia, nunc exaltatus sum in laetitia. Et
si[t] quid pleno caritatis modio superaddi potuisset, cumularem utique pristina[u] dilectionis plenitudine[v] novae[w] habundantiam[x] laetitiae. Novit itaque, quicumque mellifluo
caritatis iaculo vulnera omni favo dulciora in corde accipiet[2], non me auctumnali[y]
frigore flaccentia[z] verborum folia[a] in huius cartule exaggerare gremium, sed de vivo[b]
veritatis fonte ad inrigandos verae flores dilectionis haec prona pectoris mei dextera
haurire[c], quatenus mei magni amoris[d] stillicidium tuis infunderem visceribus.

Plura[e] mihi de sanctissimo tui cordis epithalamio[f] rorifluo nectare exundantia
protulisti exempla; ut verius Aristotelicum[g] illud in te video[h] impleri proverbium, qui,
acutissimas Periermeniarum[i] scriptitans[k] argumentationes[l], dicitur in mente[m] calamum
tinxisse[3]. Te vero agnosco de aeterno caritatis thesauro affluenter nova proferre et
vetera[n] et in fide fraterni[o] amoris pennam tinxisse pietatis.

Tuum vero sanctissimum cor terra est repromissionis, sapientiae melle manans
et suavissimo[p] caritatis lacte[q] redundans. In qua verus et gloriosus Salomon virtutum Exod. 3, 8.
gemmis templum pulchrae[r] habitationis[s] suae maiestati[t] construxit, non Chaldea[u]
flamma periturum[4], sed aeterna pace permansurum; in quo sancta sanctorum[5] summo[v] 4. Rog. 25, 9. Cf. Hebr. 9, 3.
et vero pontifici soli Christo pervium[w][6], non semel in anno, sed semper in aeternum. ib. 9, 7.
Ibi arca[x] sapientiae et duorum tabulae testamentorum. Et haec omnia Cherubin[y] in Cf. ib. 9, 4.
multitudine tegunt scientiae[7]. Horum subter alas divina populis oracula respondent, ib. 9, 5. Cf. Exod. 25, 20.
et flumina viventis aquae in[z] salutem sitientibus[a] saliunt[b] aeternam. Quo qui sitiat[c] Ioh. 4, 14.
de aridis terrarum ignorantiae partibus veniat et bibat.

---

a) Auxonia *T;* Hausonia *K 1;* Ausoniae *A 1**. b) ostendit *T, K 1.* c) archano *K 2.* d) perpetue *K 2.* e) scriptum *T.* f) ecce venit *semel tantum in K 1, A 1**. g) palatu *T, K 2; corrigit in* palatui *K 1.* h) *om. T, K.* i) ambobus *T, K 2.* k) *corr. in* amplectebar *K 1,* amplectebar *A 1**. l) quod *K 1.* m) nuntiarent *T.* n) singillis *K 2.* o) iteravi *K 1, A 1* pro* iter aperui. p) sospitatis *K 1.* q) osculari *K 1;* oscula *A 1**. r) *om. K 1;* libavi *A 1**. s) quia *K, A 1**. t) *om. T.* u) pristinam *T;* prima *K;* primam *A 1**. v) plenitudinem *A 1**. w) nova *K 2.* x) abundanciam *K 2,* abundantia *A 1**. y) auctumnale *T;* autumnalae *K 2;* autumnali *A 1**. z) flacentia *K 2.* a) fol. verb. *A 1**. b) divino *pro* de vivo *A 1**. c) aurire *T;* haur. dext. *A 1**. d) am. m. *A 1**. e) plurima *K, A 1**. f) thalamo *A 1**. g) Aristotolicum illud *K 2.* h) videam *A 1**. i) Pergameniarum *K 1;* perihermenias *A 1**. k) scriptitas *T, K 2;* scriptas *K 1.* l) argumentationis *K 1.* m) merente *K 2.* n) et vet. prof. *A 1**. o) fraternae *T, K 2.* p) suavissima *K 1.* q) luce *T, K 1;* lucē *K 2;* luce *corr. in* lacte *A 1**. r) pulchra *K.* s) habitatione *K 1.* t) magestatis *K 2;* maiestatis *K 1.* u) Chalde *K 2;* Caldea *K 1.* v) summa *T.* w) pervia *A 1**. x) archa *K 2.* y) chirubin *T, K 2;* Cerubim *K 1.* z) ad *K 2, A 1**. a) scientibus *T.* b) salient *T, K;* saliant *A 1**. c) sitat *T;* sitiat *K, A 1**.

1) *Ad Paulin. v. 9 (Poet. Carol. I, 239):* Omnia dicta mihi caritatis melle manabant. 2) *Paulinus.* 3) *Haec allata sunt ex Isidori Etymol. L. II c. 27, 1 (supra p. 110). J. Cf. Alcuini Dialect. c. 16 p. 350; Versus ad Paulin. (Poet. Carol. I, 239):* Tingue tuos calamos, caritas, in gurgite Christi. 4) *Cf. supra p. 57, infra ep. 198.* 5) *tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum.* 6) *sc. tabernaculum, v. n. 5.* 7) *Cf. supra p. 124 n. 6.*

793—796? Quid in tam affluenti tui cordis thesauro non invenitur? cuius habitator[a] ille
Col. 2, 3. agnoscitur esse, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, qui
Apoc. 3, 7. habet clavem David, aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit. Quae[b] vult[c] ad
profectum aliorum per tuae[d] linguam eloquentiae. caritatis clave aperit; et quae[e]
Gen. 28, 12. vult, in arcano[f] pectoris tui[g] thesauro[h] clave sapientiae claudit. Haec sanctissima
somniantis Iacob scala; per quam caeli secreta septenis spiritalium carismatum gradibus
pia penetrare solet intellegentia, et iterum ad aedificationem subiecti sibi populi
Luc. 10, 39. fraterni amoris passibus descendit[i]; ut fiat doctor[k] ecclesiasticus divinae contemplationis
cum Maria compos, et iterum cum Martha[l] dominicae mensae conviva[m], sedulae
Luc. 10, 40. amministrationis sollicitus. His duabus alis sanctorum animae cum magna meritorum
gloria ad caelestis regni beatitudinem cotidie feruntur; his[n] etiam saeculi huius pro-
cellosos[o] gurgites securo[p] transeunt navigio et ad portum perpetuae quietis cum[q]
virtutum mercimoniis pervenient[r].

Sed vereor — quod sine maximo cordis dolore non dico — me ulterius in hac
vita tuae beatitudinis faciem non visurum[s] [1]. Quia in via divisionis iter agimus
laboriosum et per vallem lacrimabilem ad incertum properamus finem; et cito fragilis[t]
Iob 27, 21. caro, unde sumpta[u] est, revertetur; et omnis decor illius, urente percussa[v] vento,
Eccl. 12, 5. 7. flaccescit[w]; et ibit homo in domum[x] aeternitatis suae, et circa eum stabunt in platea[y]
plangentes, et spiritus revertetur ad Deum, qui dedit illum. Ubi tunc inlecebrae
carnalium delectationum? ubi saecularis pompe superba[y*] ambitio? Nonne omnia haec
veluti fumus, ventosis[z] procellarum in aerem dispersus[a] gurgitibus, evanescunt? Et
quanto plus quislibet haec vana delectabilia amaverit[b] in mundo, tanto magis ea,
aeterno praesentatus iudici[c], odio habuerit. Beatus, qui necessitatem verterit[d] in
voluntatem [2] et ea, Christi amore conpunctus, voluntarie[e] amiserit, quae debita cogente
morte amissurus[f] erit.

Haec meae memor miseriae lacrimosis dictavi querelis[g]: non ut te, quod opus
non est[h], ex meis corrigeres[i] dictis; sed[k] ut mecum me ex meis plangeres[l] iniqui-
tatibus, et pascentem in regione longinqua [3] omnis[m] inmunditie porcos [4] tuis[n], sanctis-
Cf. Luc. 15, 20. sime adiutor, precibus sublevares[o] et ad paternae pietatis aepulas diu perditum[p]
reduceres.

Adhaesit itaque oculo cordis mei pulvis cogitationum iniquarum, ut summum
beatitudinis bonum nec amare perfecte valeam[q]. Si viderem, utique amarem. Sed
1. Tim. 2, 4. a te, qui spiritum ab eo consolationis accepisti, qui vult[r] omnes homines salvos fieri.
Cf. Apoc. 3, 18. adsiduae[s] orationis suffragia flagito; quatenus aeternae pietatis medicus collyrio[t] suae
misericordiae inunguat[u] oculum [5], iniquis obcaecatum cupiditatibus; ut verum perpetuae
bonitatis lumen videre valeat, et amare quod videat.

---

a) habitatio K. b) Qui K 2, A 1*. c) vel K, A 1*. d) perpetuae K (per tuae T). e) qui K 1. f) archano K 2. g) sui K 1. h) thesauros K 1, A 1*. i) discenditur T, discernitur K 2. k) doccior K 2. l) ad *add.* T. m) convivas T. n) *corr. in* hos K 1. o) procellosus K 2. p) *om.* K 2, A 1*, ad *add.* T. q) *om.* K 1. r) perveniunt A 1. s) vidisse T, K 1. t) flagellis T. u) sumta T, K 1. v) percussa *corr. in* -sus A 1*. w) flacessit K 2: flaccessit A 1*. x) domo K 2. y) domo K, A 1*. y*) superbia A 1*. z) ventuosis T. a) dispersis T. b) amabitur K 2; ambit K 1, amabit A 1*. c) iudic T; indice K 2. d) vertit K, A 1*. e) voluntariae T. f) amisurus T, K 1. g) querellis K 2. h) sit T. i) corrigere K; corrigerem A 1*. k) se T. l) plangere K 1. m) omni K. n) tuos K 2. o) sublevaris T; subleveris K. p) perdentibus K 2; *corrigit* K 1 *sic in margine:* perditas; perditas periclitantem (*ex Canisio?*) A 1*. q) valeat K, A 1*. r) vel K 2. s) adsuadae T, *in marg.* vel assidue T*. t) collirio K 2 A 1*. u) inungat K, A 1*.

1) *Haec post annum 794., in quo Alcvinus Paulinum Francofurti vidit, scripta esse videntur.* 2) *Cf. supra p. 96 ep. 52.* 3) *in Gallia.* 4) *Alcvinus his verbis non monachos Turonenses, ut Jaffé censuit, sed cupiditates, quibus ipse afficiebatur, significasse videtur.* 5) *Cf. Poet. Carol. I, 322 v. 16:* Sed tibi collirio visus infunde salutis, | Ut valeas signi voces audire sonantis *etc.*

Memento[a] mitissimam[b] Samaritani mentem, qui vulneratum omnique praesidio destitutum[c] oleo et vino fovebat, pietatis fascia ligavit, levavit in iumentum, duxit in stabulum, duos pro eo dedit denarios, ut curaretur. Quid hac pietate mitius? quid hoc exemplo salubrius? 793—796 Luc. 10, 33—35.

Ecce creator omnium[d] in precium se ipsum tradidit hominum[e], ut eos liberaret, quos creavit. Fateor me unum[f] ex illis[g], quos redemit. Sed dum, alienae avidus pulchritudinis[h], Cananitidas ex paterno tabernaculo perrexi videre, lupi me vespertini invenerunt, rapuerunt, laceraverunt[i], vulneratum dereliquerunt. Tandem aliquando divina praeveniente gratia in memet reversus dixi: 'Surgam et ibo ad patrem meum'. Teque, mitissime pastor, in hoc iter, sicut praedixi, ductorem[k] deposco[l]. Cf. Soph. 3, 3. Luc. 15, 18.

Potuit igitur idem Lazari solvere vincula[m], qui eum de monumento prodire iussit. Sed ut potestatem solvendi sanctos habere doctores demonstraret, circumstantibus dixit: 'Solvite eum, et sinite abire'. Tu vero, egregie[n] pastor, solve iubente Deo mortiferas mihi peccatorum catenas, ut, liber vitaeque redditus[o], inter convivas dei Christi in[p] aeternae beatitudinis epulis[q] recumbere merear. Ioh. 11, 43. Ioh. 11, 44.

87.

Carolus I rex Francorum Offam regem Merciorum rogat, ut presbyterum Scotticum, qui ieiunium non observaverit, e dioecesi Coloniensi in patriam redire iubeat, ubi episcopus eius de eo iudicet. *793—796.*

Cod. T fol. 92ᵃ.*

Edd. Q 85 col. 1614, Baluzius Capitul. I, 275, Bouquet Recueil V, 626, Frobenius II, 557, Jaffé Biblioth. IV, 351. — Mühlbacher Reg. n. 323.

KAROLUS GRATIA DEI REX FRANCORUM ET DEFENSOR SANCTAE DEI ECCLESIAE DILECTO FRATRI ET AMICO OFFA REGI SALUTEM.

Presbiter iste et Scottus apud nos moratus est aliquanto tempore in parrochia Hildeboldi Colonensis episcopi[1], sed reprehensibilis factus, ut fertur, a quodam accusatore[b], quod carnem diebus quadragesimalibus comedisset. Nostri vero sacerdotes iudicare rennuerunt, quia plenum testimonium accusantium super eum non invenerunt. Tamen nec eum loco consueto habitationis suae propter infamiam diutius morari permiserunt, ne sacerdotalis honor apud inperitum vulgus vilesceret, vel rumigera loquela aliqui hortarentur violare sanctum ieiunium. Visum est nostris sacerdotibus illum ad sui episcopi, ubi Deo votum fecit, dirigere iudicium.

Idcirco vestram deprecamur providentiam, ut iubeatis illum secundum oportunitatem temporis et provectionis in suam transponere patriam, ut ibi iudicetur, unde exivit. Nam ibique sanctae Dei ecclesiae puritas in moribus et firmitas in fide et honestas in conversatione secundum canonicam sanctionem diligenter observari debebit, ut una perfecta et inmaculata columba, cuius pennae deargentatae et posteriora eius in specie auri clarescere debent. Vita, salus et prosperitas tibi tuisque fidelibus a deo Christo detur in aeternum. Cf. Ps. 67, 14.

---

a) te *add.* T*. b) notissimam *K 1, A 1**. c) distitutum *K*. d) *cetera desunt in T*. e) omnium *T**. f) esse *add.* *T**. g) eis *A 1**. h) pulchridud. *K 2*. i) rabuerunt, lazeraverunt *K 2*. k) doctorem *T**. l) te posco *K 2*. m) vingula *K 2*. n) egreie *K 1*. o) reditus *K 2*. p) *om.* *K 1*. q) aepulis *T**.

87. a) *Lemma:* Karolus ad regem Offam *T**. b) accusatori *post corr.* -re *T**.

1) *archiepiscopi c. 784—818.*

793—796

88.

Alcvinus discipulum quendam iuniorem ad virtutem secundum exempla sanctorum exercendam hortatur. De libris ab eo postulatis addit[1]. *793—796.*

Codd. H fol. 58'—60, T fol. 106'—107a.*
Edd. Q 102, F 143, J 290. — Migne col. 459.

DILECTISSIMO FILIO ATQUE ANIMALI[b] MEO ALBINUS SALUTEM.

Litterarum series tuarum laetificavit oculos meos; aspiciens in eis bonae devotionis intuitum et sanctae sapientiae decorem atque[c] eam discendi amorem; quod maxime tuis modo conpetit annis, vel pro aeternae vitae beatitudine, vel pro saecularis[d] honore, quia nihil laudabilius est in homine, quam sapientiae decus et caritatis affectus. Quod vero postulasti meos[e] tibi inscribere mores, mirum videtur, dum die noctuque mecum fuisti, nec aliquid tibi celatum[f] fuit, quid nobiscum ageretur. Nec dignum videtur mea multum te sequi velle vestigia, nisi forte ammonitionis verba, quae saepius audisti, sed etiam magis sanctorum te instruant exempla, quae[g] in sanctis leguntur scripturis: et nostrae vitae stabilimentum dignoscitur[h] esse. Tu vero, fili carissime, in caritate te ipsum exerce, et in ecclesiasticis officiis ornare vitam tuam memento: vigilias et orationes frequentans, et in lectionis studio die noctuque desudans quaere[i] Christum in litteris prophetarum praedictum, et in evangelica [Cant. 3, 4.] ostensum auctoritate. Et dum invenias eum, non amittas eum, sed introduc eum in domum cordis tui, et habeto eum rectorem vitae tuae. Ama eum sicut redemptorem [1. Ioh. 5, 3.] gubernatoremque tuum omniumque tibi largitorem bonorum. Custodi mandata illius, [Matth. 19, 17.] quia in illis vita est aeterna. Et magna discretione te ipsum circumspice, considerans quid agendum, vel quid cavendum praecipiatur[k] tibi. Et quicquid accepisti a magistro vel Spiritu inspirante sancto intellegas[l], trade diligentissime et doce; ut tibi semper [Matth. 13, 12.] augeatur intellegentiae donum, quia omni habenti dabitur, id est docendi studium habenti augetur intellegendi scientia.

Esto pauperibus et miseris quasi pater, humilis in ministrando, largus in dando; quatenus illorum benedictio veniat super te. Ammoneasque adulescentulos, qui tecum sunt, de castitate corporis sui, de confessione peccatorum suorum, de adsiduitate[m] discendi, de conversatione sobria, de ebrietate[n] cavenda, de luxoria[o] fugienda, de vanitate huius saeculi non sequenda, sed discant in adolescentia[p], ut habeant, quid doceant in senectute[2]. Deferant enim honores senioribus; ament vero ecclesiastica officia[q]. Ergo praevide[r], ut bona videant in te exempla cum sanctorum exhortatione[s] verborum. Pro huiusmodi religione et devotione Dei omnipotentis[t] te gratia consequitur[u] et exaltat[v], et honorificat[w], inter homines, et vitam tibi praestat[x] sempiternam.

De libris vero, quos rogasti, id est in epistolas apostolorum beati Baedae[y] tractatum, soror mea Gysla[3] habet. Dum illa remittet eum mihi, dirigam vobis.

88. a) *Lemma:* Albinus ad quendam filium *T**. b) amabili *T**. c) in *add. T**. d) saeculis *corr. in* saecularis *H;* secularis *T**. e) meas *H, T**. f) caelatum *T**. g) que *T**. h) dinoscitur *T**. i) quaerere *T**. k) precipiatur *post corr.* pręcip. *T**. l) intellegis *T**. m) assiduitate *T**. n) *post corr.* ębrietate *T**. o) luxuria *T**. p) adoliscentia *H, T**. q) offitia *radendo corr.* officia *T**. r) previde *post corr.* pręv. *T**. s) exort. *H.* t) omnipotenti *H.* u) consequetur *T**. v) exaltet *T* in ras., alterum e alio atram.* w) honorificet *T* in ras.,* et *alio atram.* x) prestet *T* in ras. et alio atram.* y) Bedę *T**.

1) *Has litteras, quas in priore editione p. 876 n. 3 ad Hrabanum datas esse conieci, nunc potius ab eo abiudico, quamquam et Hauck (Kirchengesch. Deutschlands II, 115 n. 1; 562 n. 1) et West (Alcuin and the rise of the christian schools, New-York 1892 p. 128) coniecturam meam secuti sunt.* 2) *Cf. supra ep. 19 p. 55 n. 3.* 3) *Caroli regis soror, abbatissa Calensis.*

De benedictione patriarcharum, de quibus rogare tibi quoque placuit, conposui[a] olim epistolam[1] sub nomine tuo Samuhelisque[b] condiscipuli tui[2]. Nescio, si de ea postulasti, sive de quolibet alio auctore. 793—796?

De epistola interrogasti, quid esset? Nam 'epi' super, 'stola' habitus Grece dicitur. Unde Hadrianus[c] imperator Epitetum[d] philosophum inter alias inquisitiones interrogavit, quid esset cinctum? At[e] ille videns eum epistolam manu tenentem respondit: 'Quod manu tenes'[3]. Volens intellegere, quasi supercinctorium esset epistolae sigillum, quo a foris vestiatur cartula. Hanc habeto interpretationem, donec meliorem invenias vel veriorem.

89.

Alcvinus episcopum quendam ob studium praedicandi laudat et in eo confirmat.
793—796?

Codd. A 1 *fol. 134—134'*, A 1* *p. 158—159 n. 113*[a].
Ed. J 218.

PIO PONTIFICI ILL. ALBINUS[b] SALUTEM.

Obsecro, ut has[c] litteras alterius cartule iubeatis dirigere ad fratrem vestrum ill. episcopum.

Multum me laetificavit ill. presbiter[4] de unanimitate vestra et de instantia praedicationis et de fortitudine fidei et desiderio, quod habetis[d] de salute patrie[5] habitantiumque in ea. Hoc est, domine sanctę, opus vestrum, haec est merces vestra, haec laus et gloria vobis sempiterna, ut praedicetis verbum Dei omni personae cum magna fiducia. Nullum gladium timentes, quanto magis nec linguas vaniloquas, que sibi cum divite purpurato flammas incendere probantur. Vos vero, verbi Dei doctores, parate vobis locum letitiae, non dico in sinu Abrahae, sed in domini[e] Salvatoris aeterna beatitudine, quo translatus est idem pius patriarcha cum omnibus prioris seculi sanctis. Sternite cum apostolis vestimentis vestris viam asino Christi, ut plano pede illum portans pergat ad Ierusalem[f], non Romanis manibus destruendam, sed animabus sanctorum perpetuo construendam, quo me vobiscum, meritis non confidentem, precibus pietatis vestrae, gratia donante divina, deducite, ubi pariter[g] dicamus: 'Sicut audivimus, ita et videmus[h] in civitate Dei nostri, gloriosa dicta sunt de te; civitas Domini[i] est pax perpetua mihi[k] virtute tua et abundantia totius letitiae in turribus tuis'. Matth. 21, 8. Luc. 19, 36. Ps. 47, 9. ib. 121, 1.

Opto vos bene valere et in Christo semper proficere, karissimi et clarissimi patres.

---

a) composui *T**. b) Samuelisque *T**. c) h *eraso corr.* adrianus *T**. d) Epithetum *T**. e) Ad *H; At T* in ras.*, t *alio atram.*

89. a) *Lemma:* Epistola Albini *A 1.* b) Alcuinus *A 1** (Alchuinus *A 1 sec. Pertz*). c) *om. Pertz.* d) habeas *A 1 sec. Jaffé.* e) domino *A 1, m. rec. corr. in* domini. f) in Hierusalem *A 1**. g) parviter *A 1, A 1**. h) vidimus *A 1, corr. m. rec. in* videmus. i) Dei *A 1**. k) mihi *corr. in* in *A 1**.

1) *quae iam non exstat.* 2) *Beornradi archiepiscopi, cf. supra p. 93, cuius Alcvinus in carmine ad Angilbertum (Poet. Carol. I, 239) meminit:* Sis memor ut Samuel, dulcis Homere, precor. 3) *Cf. de hac interrogatione Haupt's Zeitschr. für Deutsches Alterthum XIV, 544. 549. Huc pertinet etiam carmen Alcvini* Ad quemdam episcopum *(Poet. Carol. I, 248):*

Nulla manus [cartam] discingat, ni tua, praesul,
Solve, pater sancte, et lege tu feliciter illam.
Succinctum solvat, cupiat qui abscondita scire,
Nulla tamen dextra, ni tua, sancte pater.

4) *fortasse Eanbaldus presbyter Eboracensis, cf. supra p. 91.* 5) *Angliae. Haec igitur epistola post reditum Alcvini in Franciam scripta videtur.*

794—796

90.

Alcvinus Usualdo abbati et monachis S. Salvatoris Amiatinis scribit se eorum petitionem Carolo regi Francorum commendavisse. Rogat, ut preces pro se faciant. 794—796.

Codd. T fol. 85—85' (T fol. 87'), K 1 fol. 40'—41', K 2 p. 122—124, A 1* p. 105—106 n. 68*[a]*.*
Edd. C 25, Q 79, F 17, J 128. — Migne col. 173.

DOMINI DEI[b] SALVATORIS MUNDI[c] SANCTISSIMAE CONGREGATIONI ET PIO PATRI USUALDO[d] [1] HUMILIS LEVITA ALCHVINUS[e] SALUTEM.

Laudabilem vestrae beatitudinis conversationem et condignam vestro nomini vitam [audiens[f]] laudo[g] Deum in vobis, qui tales sui sancti nominis adhuc[h] dignatus est habere confessores[i]. Nec enim frustra speciali vocabulo monachi sancti Salvatoris vocamini, nisi[k] quia estis meritis, quod nomine dicimini[l]. Immo et tam[m] nobilis rex nobiles debet habere ministros, moribus egregios, in pace concordes, in corpore castos, in animo sobrios, omni bonitate eximios; clarissimis adsuetos[n] triumphis, non fuga vitam defendere[o], sed in acie[p] firmiter stare, viriliter pugnare, fortiter vincere, quatenus cum gloriosa victoriae palma aeterni regis civitatem intrare mereamini[q]. Hoc considerantes, fratres, adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec cognominetur[r] Christus in vobis. Et ad finem firmum coeptum iter beatae conversationis[s] peragite,
2. Tim. 4, 7. 8. ut unusquisque cum apostolo dicere dignus efficiatur: 'Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem[t] servavi; de reliquo reposita est mihi[u] corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus[v] in illa die iustus iudex'.

Vestrae petitionis[w] et voluntatis ad domnum[x] regem[2], quantum[y] valui, fui adiutor, secundum quod mihi fraternitatis vestrae missus suggessit; mihi[z] adiutricem[a] Liudgardam[b] [3] piissimam in Deo[c] feminam[d] adduxi.

Sed obsecramus, ut sanctissimis orationibus vestris nostrum pro vobis laborem remunerare dignemini. Nam olim per Angilramnum[e] archiepiscopum et sanctae[f] capellae primicerium[4] me ipsum vestrae commendavi sanctitati. Sed modo, quasi

---

90. a) *Lemma:* Albinus fratribus *K 1;* Albinus ad Usualdum *T*;* Alcuinus congregationi sancti Salvatoris *A 1*.* b) et (*pro* Dei) *K, A 1*.* c) nostri *K 1, A 1*.* d) om. *K, A 1*.* e) Alcuinus *K 1, A 1*; om. K 2.* f) audiens *add. J.* g) laudans *T, K;* laudamus *A 1*;* laudo *coni. J.* h) *om. K, A 1*.* i) confessiores *T.* k) nisi *delere voluit Jaffeus, cum librarii errore ex verbo* vocamini *ortum putaret.* l) dicemini *T, K 2.* m) Imo etiam *A 1*.* n) adsuetis *T, K.* o) vos oportet *add. A 1*.* p) aciae *K 2.* q) mereatur *T.* r) *superscr. manu recent.* perficiatur *A 1*.* s) conversationes *T.* t) fidem servavi *om. T.* u) *om. A 1*.* v) Deus *A 1*.* w) petionis *K 2.* x) dominum *A 1*.* y) quatum *A 1*.* z) mihique *K 2, A 1*.* a) *om. A 1*.* b) Liutgardam *K 1, A 1*.* c) domino *K 1, A 1*.* d) adiutricem *add. hic A 1*.* e) Engilramnum *K 1;* Engilrammum *K 2;* Engilranum *A 1*.* f) sacrae *A 1*.*

1) *abbati S. Salvatoris in monte Amiato (Montamiata a Clusio inter occid. et merid.). Praefuit huic monasterio adhuc anno 792. Anspertus abbas (v. tabulam ap. Brunetti Codice diplomatico Toscano II, 289—290), iamque anno 800. praefuit Erminmarus abbas (v. tabulam ap. Brunetti l. l. p. 323). Usualdus autem abbas mense Augusto anni 794. praefuit, teste tabula ap. Mabilionem Ann. ord. S. Bened. II, p. 713 n. 31. J.* 2) *Carolum M. diplomate coenobium S. Salvatoris tuendum suscepisse eiusque bona confirmavisse declarat Ludowici I imp. diploma d. d. 17. Nov. 816. ap. Ughelli It. sacra III, 590, Mühlbacher Reg. n. 619.* 3) *reginam, de qua cf. supra p. 94.* 4) *Hinc comperimus Angilramnum episcopum, deinde archiepiscopum Metensem, in Italia fuisse. Atque ita confidam, licet Capitula Angilramni (v. Decretales Pseudo-Isidorianas ed. Hinschius p. 757) adulterina sint, tamen Angilramnum vere die 19. Sept. 785. Romae fuisse, sicut in eorundem capitulorum periocham alicunde ingestum est hoc modo:* Ex Graecis et Latinis canonibus et sinodis Romanis atque decretis praesulum ac principum Romanorum haec capitula sparsim collecta sunt et Angilramno Mediomatricae urbis episcopo Romae a beato papa Adriano tradita sub die XIII. Kalendarum Octobrium indictione nona, quando pro sui negotii causa agebatur. *Angilramnus anno 791. die 26. mens. Oct. obiit. J.*

singulorum pedibus[a] provolutus, obsecro, ut[b] me in huius[c] vitae[d] salo fluctuantem[e] pietatis praecibus ad portum perpetuae quietis divina donante gratia transportare dignemini, ut et ego animae meae salutem fraternae intercessionis iuvamine habere merear et vos[f] aeternae retributionis mercedem a Deo pro caritatis officio digni accipere[g] mereamini. 794—796?

Omnipotens Deus[h] exaudiat pietatis vestrae preces[i] et multis prodesse[k] concedat vobisque perpetuae praemia gloriae donare dignetur, carissimi et desiderantissimi fratres.

91.

Alcvinus Moroaldum abbatem et monachos Farfenses rogat, ut se in fraternitatem recipiant. *794—796?*

Codd. T fol. 85' (T fol. 88'), K 1 fol. 63', K 2 p. 182—183, A 1* p. 128 n. 86*[a].
Edd. C 45, Q 80, F 145, J 178. — Migne col. 467.

BEATISSIMAE ET SANCTISSIMAE DEI GENETRICIS SEMPERQUE VIRGINIS MARIAE CONGREGATIONI ET PIO PATRI MOROALDO ULTIMUS SANCTAE ECCLESIAE CLIENTELLUS ALCHVINUS[b] IN CHRISTI CARITATE SALUTEM.

Saepius[b*] vestrae sanctitatis audiens famam, et ideo[c] me vestrae familiaritati adiungere desideravi[d]. Sed modo tempus oportunum[e] occurrit per praesentem fratrem obnixis precibus me ipsum vobis commendare. Quapropter per sanctae virginis filium vestram suppliciter obsecro unanimitatem, ut me licet indignum vestris animis atque[f] manibus accipere dignemini, non quasi ignotum, sed quasi fratrem. Quia licet oculis carnis non vidissem[g], tamen oculis cordis vos videre[h] videor[i] et valde diligo; honestatemque vitae vestrae animo complector studioso[k]; cupiens vestram beatitudinem ubique proficere[l] in Domino et ad perpetuae pacis pervenire laetitiam.

Orantes[m] pro nobis vos semper valete in Christo, fratres dilectissimi.

92.

Carolus I rex Francorum Angilberto abbati S. Richarii Romam eunti ad Leonem III papam mandata dat. *796.*

Codd. T fol. 90', S 1 fol. 207'—208 (S 1* fol. 135—136)*[a].
Edd. Q 83 col. 1611, Baluzius Capitul. I, 271, Bouquet Recueil V, 625, Frobenius II, 558, Jaffé Biblioth. IV, 353. — Mühlbacher Reg. n. 320.

KAROLUS[b] GRATIA DEI REX ET DEFENSOR SANCTAE DEI[c] ECCLESIAE HOMERO AURICOLARIO SALUTEM.

Divina regente misericordia iter tuum[d] et prospere te[e] adducente ad domnum apostolicum[1] patrem nostrum, ammoneas eum diligenter de omni honestate vitae suae.

a) *om. T.* b) *om. K 1.* c) hoc *K 1, A 1*.* d) vitae *om. T, K.* e) fluctuante *K 2.* f) vitae *add. K, A 1*.* g) accipire *K 2.* h) accipiat et *add. K 1, A 1*.* i) preces vestras *K, A 1* pro* pietatis preces. k) prodisse *T.*

91. a) *Lemma:* Alcuinus Moroaldo abbati *K 1;* Alchuinus ad congregationem sanctae Mariae et patrem Moroaldum *T*;* Epistola Alcuini ad Moroaldum abbatem *A 1*.* b) clientulus Alcuinus *K 1, A 1*.* b*) Sebius *K 2.* c) et ideo *om. A 1*.* d) curavi *K 1.* e) *om. K 1.* f) et *A 1*.* g) viderim *A 1*.* h) videri *K 1.* i) video *T, K.* k) studiose *K 2, A 1*.* l) facere *K 2;* gaudere *A 1*.* m) Orantes — dilectissimi *om. K 1.*

92. a) *Lemma:* Karoli ad Homerum *T*.* b) Carolus *S 1.* c) *om. T*.* d) mis. iterum *T*.* e) prosperitate *S 1.*

1) *Leonem III. Ad hunc anno 796. Angilbertum missum esse legimus in Annal. Einhardi (SS. I, 183). Ad hanc epistolam et eam quae sequitur cf. Sickel Alcuinstudien p. 532 n. 1.*

796 et praecipuę de sanctorum[a] observatione canonum, de pia sanctae Dei ecclesiae gubernatione, secundum oportunitatem[b] conlationis inter vos et animi illius convenientiam. Ingerasque ei saepius, quam paucorum honor ille, quem praesentialiter habet, annorum, quam multorum est[c] perpetualiter merces, quae datur bene laboranti in eo; et de simoniaca subvertenda heresi[1] diligentissimę suadeas illi, quae sanctum[d] ecclesiae corpus male multis maculat in locis; et quicquid mente teneas nos[e] saepius querelis[f] agitasse inter nos. Sed qualis mihi esset conlatio[c] cum beato Adriano[g] papa[h], praedecessore illius, de construendo monasterio ad Sanctum Paulum[2] nullatenus dimittas suggerere illi, ut volente Deo revertens certum mihi responsum habeas referre.

Dominus Deus ducat te et reducat[i] cum omni prosperitate. Dominus Deus regat et dirigat in omni bonitate cor illius, ut faciens faciat quod sanctae suae proficiat ecclesiae, et[c] ut sit nobis pius pater et pro nobis praecipuus intercessor; ut idem Deus et dominus noster Iesus Christus nos in sua florere faciat voluntate; et cursum, qui superest nobis vitae nostrae ad perpetuae stabilitatis quietem perducere dignetur. Vade cum prosperitate, proficiens in veritate, reversurus cum gaudio. Homeriane puer.

93.

Carolus I rex Francorum Leoni III papae constituto gratulatur. Mittit munera Hadriano I papae parata. Angilbertum legatum suum commendat. De patriciatu suo addit monetque, ut canones sequatur. *796.*

Codd. T fol. 90'—92; S 1 fol. 205'—207'*[a].

Edd. Q 84 col. 1612, Baluzius Capitul. I, 271, Bouquet Rec. V, 625, Frobenius II, 559, Jaffé Biblioth. IV, 354. — Mühlbacher Reg. n. 321.

KAROLUS[b] GRATIA DEI REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIUS ROMANORUM[c] LEONI PAPAE PERPETUAE BEATITUDINIS IN CHRISTO SALUTEM.

Perlectis excellentiae vestrae litteris et audita decretali cartula, valde, ut fateor, gavisi sumus seu in electionis unanimitate seu in humilitatis vestrae[d] oboedientia[e] et in promissionis ad nos fidelitate[f]; in quibus omnibus ex intimo cordis affectu multiplices divinae pietati agentes gratias, quia nobis post lacrimabile doloris vulnus, quod animae nostrae dilectissimi patris et fidelissimi amici[3] obitus inflixit[g], tale in vobis solita suae clementiae providentia solatium[h] perdonare dignatus est.

Unde et vestrae sanctitati, quasi vicario laetitiae munere per eiusdem dei et domini nostri Iesu Christi misericordiam[i], qui sanctae suae ecclesiae in vestrae beatitudinis exaltatione consuluit, nostram omniumque fidelium nostrorum demandamus prosperitatem necnon et pacificam in Dei voluntate totius regni nostri innotescimus unanimitatem, ut aeque in nostrae devotionis salute[k] gaudeatis, sicut et nos in vestrae sanctitatis laetemur successibus[l].

---

a) sanctarum *S 1.* b) opport. *S 1.* c) *om. S 1.* d) secundum *S 1.* e) *om. T*.* f) quaerelis *T*.* g) hadriano *T* sed* h *eraso.* h) papę *S 1.* i) deducat *T*.*

93. a) *Lemma:* Item Karoli ad Leonem papam *T*.* b) Carolus *S 1.* c) beatissimo viro *add. S 1.* d) nostrae *T*.* e) oboedienda *S 1.* f) *an* in fidelitatis ad nos promissione? *J.* g) inflicxit *c craso T*.* h) solacium *S 1.* i) misericordia *S 1.* k) *om. T*.* l) succesibus *S 1.*

1) *Cf. supra p. 92 ep. 48, infra ep. 258.* 2) *V. Ann. S. Amandi (SS. I, 14) 797:* Carlus rex ad Aquis palatium concilium habuit cum episcopis abbatibus monachis de coenobium sancti Pauli, qualiter constituere deberet. 3) *Hadriani I papae. Cf. Einhardi V. Karoli M. c. 19:* Nuntiato etiam sibi Hadriani Romani pontificis obitu .. sic flevit ac si fratrem aut karissimum filium amisisset; *Ann. Nordhumbr. 794 (SS. XIII, 155); Theodulfi super sepulcr. v. 17. 18 (Poet. Carol. I, 490):* Cumque tui aspectus, sanctissime papa, recordor, | corque oculosque meos nil nisi luctus habet.

Sed et hoc[a] vestrae sanctissimae benivolentiae innotescimus, quod, cum[b] dilectionis munera patri meo dulcissimo, praedecessori vestro, dirigere paraveram[1], ut caritatis quam in eo habui munificentiae largitate monstrarem magnitudinem[c], et suavissimae inter nos familiaritatis fidelitas multorum ostenderetur oculis, ecce subito — quod sine dolore non dicam, sine lacrimis non cogito prae tristitia[d] — obitus illius legatione consternatus [sum[e]], et ubi laetitiae paraveram insignia, ibi me tristitiae turbaverunt lugubria[f]. Et si[g] apostolus de mortuis contristari prohiberet, tamen caritas lacrimas[h] elicere non cessat, non quasi mortuum plangentes, sed quasi melius cum Christo viventem recordantes. Si nos corporali praesentia amisisset, non tamen spiritali suffragio illum nos amittere arbitramur.

796 — I. Thess. 4, 12.

Sed magnum divina nobis praevidebat gratia solatium[i], dum vos, vir venerande, in locum illius subrogavit, ut esset qui cotidie apud beatum Petrum principem apostolorum pro totius ecclesiae stabilitate et qui pro salute mea meorumque fidelium, immo et pro totius prosperitate[k] regni nobis a Deo dati intercederet et paterna pietate nos in filium sibi adoptaret dilectionis.

Ad confirmandam[l] vero huius dulcissimae dilectionis pacificam unanimitatem Angilberctum, manualem[m] nostrae[n] familiaritatis auricolarium[o], vestrae direximus sanctitati. Quem prius — sicut promisimus per religiosos viros Campolum[p][2] et Anastasium — beatissimo patri nostro, praedecessori vestro, dirigere curavimus, sed, ut praefati sumus[q], dum exenia[r] omnia parata erant, lugubri[s] paternae mortis nuntio repente tardatum est iter[t] illius. Sed modo laetiores de vestrae[u] sanctitatis successione[v] facti, quod desideravimus in illo pio patre agere, in vobis perficere studemus[3]. Illique omnia iniunximus, quae vel nobis voluntaria vel vobis necessaria esse videbantur; ut ex conlatione mutua conferatis quicquid ad exaltationem[w] sanctae Dei ecclesiae vel ad stabilitatem honoris vestri vel patriciatus nostri firmitatem necessarium intellegeretis[x].

Sicut enim cum beatissimo patre[y], praedecessore vestro, sanctae paternitatis[z] pactum inii[a], sic cum beatitudine vestra eiusdem fidei et caritatis inviolabile foedus statuere desidero: quatenus, apostolicae sanctitatis vestrae divina[b] gratia[c] advocata precibus, me ubique apostolica benedictio consequatur, et sanctissima Romanae ecclesiae sedes Deo donante nostra semper devotione defendatur. Nostrum est[d]: secundum auxilium divinae pietatis sanctam undique Christi[e] ecclesiam ab incursu paganorum et ab infidelium devastatione armis defendere foris, et intus catholicae fidei agnitione munire[f][4]. Vestrum est, sanctissime pater: elevatis ad Deum cum Moyse manibus nostram adiuvare militiam, quatenus vobis intercedentibus Deo ductore et datore[g]

a) huius *S 1.* b) de *S 1.* c) magnitudine *S 1.* d) praetristi (e supra r) *S 1.* e) sum *om. T*, S 1.* f) lucubria *post corr.* lug. *T*.* g) Ets *post corr.* etsi *T*.* h) lacrimis *T*.* i) solacium *S 1.* k) stabilitate *T*.* l) Ad confirmandam — dilectionis *om. T*.* m) manuele *S 1.* n) vestrae *T*.* o) *om. T*.* p) Campolūnē *corr. in* Campolone *S 1.* q) fuimus *T*, S 1.* r) de exsenia inter illius *S 1.* s) lucubri *post corr.* lug. *T*.* t) *om. S 1.* u) vestra *S 1.* v) successioni *S 1.* w) exaltatione *S 1.* x) intelligeretis *T*.* y) *om. T*.* z) compaternitatis *coni. J.* a) inivi *S 1.* b) donante *add. T*, S 1, om. J.* c) sanctorum *add. T*, S 1, om. J.* d) *om. S 1.* e) christus *S 1.* f) muniri *S 1.* g) ductori et datori *S 1.*

1) *Cf. Theodulfi versus 19. 20 (Poet. Carol. I, 490):* Munera grata tibi incolumi mittenda parabam: | tristia nunc maesto pectore dona paro. 2) *notarium, cf. Epist. III, 595.* 3) *Ann. Lauriss. mai. (SS. I, 183):* per quem *(sc. Angilbertum)* ad S. Petrum magnam partem thesauri, quem Ericus dux Foroiuliensis spoliata Hunorum regia, quae Hringus vocabatur, eodem anno regi de Pannonia detulerat, misit *(Carolus).* 4) *Cf. infra epist. 171:* tanta devotione ecclesias Christi a perfidorum doctrinis intrinsecus purgare tuerique niteris, quanta forinsecus a vastatione paganorum defendere vel propagare conaris; *202:* Vestra vero sancta voluntas ... veluti armis imperium christianum fortiter dilatare laborat, ita et apostolicae fidei veritatem defendere docere et propagare studeat.

796 populus christianus super inimicos sui[a] sancti nominis ubique semper habeat[b] victoriam, et nomen domini nostri[c] Iesu Christi toto clarificetur in orbe.

Vestrae vero auctoritatis prudentia canonicis[d] ubique inhereat sanctionibus et sanctorum statuta patrum semper sequatur; quatenus totius sanctitatis exempla omnibus evidenter in vestra fulgeant[e] conversatione, et sanctae admonitionis exhortatio[f]
Matth. 5, 16. audiatur ab ore; quatenus luceat lux vestra coram hominibus, ut[g] videant[h] opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est.

Omnipotens Deus vestrae auctoritatis beatitudinem ad[i] sanctae suae ecclesiae exaltationem per multa annorum curricula incolomem conservare dignetur.

94.

Alcvinus Leoni III papae constituto gratulatur. Rogat, ut peccatis suis indulgeat. De Angilberto abbate Centulensi. *796.*

Codd. T fol. 80—81 (T fol. 83'—84), K 1 fol. 45'—47, K 2 p. 136—140, A 1* p. 110—112 n. 70*[a]. *Edd. C 27, Q 72, F 20, J 51. — Migne col. 178.*

DOMINO BEATISSIMO ATQUE OMNI HONORE NOMINANDO[b] LEONI PAPAE HUMILIS LEVITA ALBINUS AETERNAE IN CHRISTO GLORIAE SALUTEM.

Suscipiat, obsecro, sanctissima pietas vestra, pater clarissime[c], benigno[d] animo nostrae parvitatis litterulas; et me devotum vestrae dilectionis famulum agnosce. Semper sanctae Romanae sedis beatissimos, quantum valui, principes et pastores amavi; cupiens illorum sanctissimis intercessionibus inter oves Christi numerari, quas
Ioh. 21, 15—17. deus[e] Christus post resurrectionis suae gloriam beato Petro principi apostolorum pascendas commendavit. Quod vere dignum esse fateor, omnem illius gregis multitudinem suo pastori, licet in diversis[f] terrarum pascuis commorantem[g], una caritatis fide subiectam[h] esse; et sicut[i] pio pastori condecet[k] magnam commissi[l] sibi gregis curam[m] habere et sedula pietatis ammonitione et sanctitatis intercessione praevidere, ne aliqui[n] ex illis per praecipitia errorum a via veritatis et[o] perpetuae pascuis vitae[p] exorbitare[q] incipiant[r]. Gregis sanitas gloria est pastoris et multiplicatio illius merces[s] aeterna[1].

Ecce tu, sanctissime pater, pontifex a Deo electus, vicarius apostolorum, heres patrum, princeps ecclesiae, unius inmaculatae columbae nutritor. In te fides resplendeat, devotio fulgeat, caritas habundet[t]. Congrega nos filios[u] sanctae Dei ecclesiae[v] paternae miserationis affectu[w] tuis sanctissimis orationibus et dulcissimis sacrarum litterarum exortationibus[x] intra firmissimum ecclesiae soliditatis ovile; ne aliquis ex nobis errabundus[y] lupina rapacitate foris inveniatur devorandus[z].

Nam splendentia caelestis militiae[a] agmina, nativitatis domini nostri Iesu Christi
Luc. 2, 8 sq. gaudia[2] primo pastoribus[b], qui supra[c] suos devote vigilarunt[d] greges, nuntiare venerunt.

---

a) est *S 1.* b) habet *S 1.* c) *om. S 1.* d) canones ubique *T* pro* canonicis — patrum semper. e) -ant *alia m. in loco raso T*.* f) exortationis nis *eraso S 1.* g) *alia m. in loco raso T*.* h) videantur *S 1.* i) a ad *S 1.*

94. a) *Lemma:* Albinus Leoni papae *K 1, A 1*;* Albinus ad Leonem papam *T*.* b) dignissimo *add. K 1, A 1*.* c) glarissime *K 2.* d) benivolo *K 1;* benevolo *A 1*.* e) dominus *K 1, A 1*.* f) tiversis *K 2.* g) commorantes *K.* h) subiectum *K 1, A 1*.* i) sic pio sicut pastori *K 1.* k) concedat *K 2;* concedit *K 1.* l) sibi com. *A 1*;* s. commissis *K 2.* m) cur non *T;* cura *K 2.* n) aliqua *K 1, A 1*.* o) vel *K, A 1*.* p) vit. pasc. *A 1*.* q) exorbitari *T, K 2.* r) incipiat *K 1, A 1*.* s) mercis *T.* t) abundat *K 2.* u) filiae *T.* v) et *add. K 2.* w) effectu *T.* x) exorationibus *K 1,* exortac. *K 2.* y) errabunda *K.* z) ad *(om. K 2)* devorandum *K, A 1*.* a) matre *K 2.* b) pastoris *K 2.* c) subra *K 2.* d) vigilarum *T;* vigilaverunt *A 1*.*

1) *Alc. ad Bened. v. 9 (Poet. Carol. I, 264):* Iam gregis ex numero pastoris gloria crescit. 2) *Mortuo enim Adriano I die 25. Dec. 795, Leo III die 26. Dec. electus papa est.*

Ecce tuis sanctissimis vigiliis ad[a] pastoralem[b] sollicitudinem[b*], probatissime[c] archimandrita, angelicas[d] a supernis sedibus visitationes[e] adstare non dubitamus[f]; quorum auxilio quaecumque[g] divinam poposceris pietatem, inpetrare te posse credimus. 796

Unde ego, ultimus sacratissimi ovilis vernaculus et morbida peccatis ovicula[1], spe praecipuae[h] bonitatis vestrae animatus, ante sanctissimos paternitatis tuae pedes animo prostratus, suppliciter[i] deposco, quatenus dirissima[k] peccatorum meorum vincula[l] per ecclesiasticam apostolicae auctoritatis potestatem solvere digneris, et paternae pietatis praecibus cursum vitae meae, qui restat, ad perpetuae portas civitatis[m] dirigere studeas. Grandia posco quidem, sed caritas grandia novit dare[2]. Poscentem[n] pro filio viduae[o] Christi clementia non spernit; sed ait[o*]: 'O mulier, magna est fides tua; fiat tibi sicut vis'. Fides me hortatur haec poscere; spes confirmat impetrare; caritas, credo, negare non praesumit. Christus pro nobis, cum[p] inimici essemus, mori non dubitavit; quanto magis te, sancte[q] pater, pro amicis orare velle credendum est. Cf. Luc. 7, 7. 12. Matth. 15, 28.

Sub[r] te pastore augeatur grex Christi[3]. Tu consolator merentium, adiutor laborantium[4], spes ad te clamantium, lux vitae, relegionis decus. Locus, in quo stas, omnibus te honorabilem[s] facit, et morum nobilitas laudabilem, et pietatis devotio amabilem. Et qui sedem sanctorum tenes patrum, eorum exemplis inhereas semper; ut cum illis multiplici laboris mercede domini Dei[t] tui gaudia intrare merearis.

Iste filius meus carissimus Angilberctus[u][5] vobis patefacere valet nostrae parvitatis erga apostolicam sedem devotionem, etiam et voluntatis nostrae petitiones[v][6]. Quem vestrae paternitati valde fidelem esse[w] agnovi. Et ideo nostrae necessitatis causas illi iniunximus: ut per os illius pietatis vestrae aures mei cordis audiant obsecrationes.

95.

Alcvinus Paulino patriarchae Aquileiensi respondet. Nuntium commendat. Significat de aliis litteris per Angilbertum Romam euntem ad eum missis. 796.

Codd. T fol. 81'—82 (T fol. 84'), K 1 fol. 73', K 2 p. 210—211, A 1* p. 137—138 n. 97*[a]. *Edd. C 59, Q 73, F 24, J 52. — Migne col. 185.*

VENERANDO VIRO PAULINO PATRIARCHAE ALBINUS SALUTEM.

Acceptis sapientiae[b] vestrae apicibus et caritatis muneribus per hunc huius[c] praesentis cartulae gerulum[d] valde gavisus sum[e]; cognoscens prosperitatem vestram

a) in *A 1**. b) pastorali *T, K 2, A 1**. b*) sollicitudine *T, A 1**. c) probatissimae *T*. d) angelica *K*. e) visitationis *K 1*. f) dubitem *K 1*. g) quodcumque *K 1, A 1**. h) spe pace *K, A 1**. i) subliciter *K 2*. k) durissima *K, A 1**. l) vinculā *K 2*. m) civ. port. *A 1**. n) *corr. in* poscenti *K 1*; poscenti *A 1**. o) roganti *add. K 1*; viduam rogantem *A 1**. o*) sed̄ *K 2 pro* sed ait; dixit *A 1**. p) n̄ *K 2 pro* cum. q) sanctae *T*. r) ut sub *K 1, A 1**. s) honorabiliorem *K 1, A 1**. t) *om. K 1, A 1**. u) Engilpertus *corr. in* Angilpertus *K 2*; Engilbertus *K 1, A 1**. v) petiones *K 2*. w) *om. K 1, A 1**.

95. a) *Lemma:* Albinus ad Paulinum patriarcham *T*;* Item alia *A 1**. b) sabiencie *K 2*. c) *om. K 1, A 1**. d) gerolum *T*. e) sum *add. A 1**.

1) *Cf. supra p. 68 n. 2.* 2) *Cf. Sedul. C. Pasch. I, 349:* Grandia posco quidem, sed tu dare grandia nosti. 3) *Ad Leon. v. 12 (Poet. Car. I, 247):* Augeat et numerum populi per dogmata verbi. 4) *Cf. infra epistolam 209. ad Calvinum presbyt. datam:* consolator maerentium, adiutor laborantium. 5) *abbas S. Richarii Centulensis, a Carolo rege ad Leonem III papam missus; v. supra p. 135. 136. Hinc vere a. 796 Theodulfus (Ad Carol. reg. v. 145, Poet. Carol. I, 487) de eo canit:*

Dulce melos canerem tibi, ni absens, dulcis Homere,
Esses; sed quoniam es, hinc mea Musa tacet.

6) *ut papa se quasi filium proprium intra gremium benedictionis apostolicae colligat. V. ep. 125 infra.*

796 et memoriam nostri. Quam semper paterna pietate ut habeas in orationibus sacris[1],
Iob 1, 5. supplex obsecro; memor semper benignae devotionis, quam Iob habuit in filios suos.
Cf. Prov. 10, 1. Salus filii merces[a] est patris et[b] laus genitoris filius sapiens.

Praesens vero harum[c] portitor litterarum vestro auxilio et patrocinio nostra[d] sit commendatus petitione[e]. Ipse vivo officio linguae nostras[f] vel suas vobis ostendet[g] necessitates.

Maiorem nostrae salutationis seriem Angilbertus[h] [2], filius communis noster, Romam iturus volente Deo vobis diriget[i].

Sed nulla cartula sufficit caritatis effari dulcedinem, quam pleno ore anima mea
Rom. 5, 5. de tuo hauserat pectore. Testis est veritatis ille Spiritus, per quem caritas diffusa est in cordibus nostris.

Vive[3] Deo[k] felix, felix, pater optime, vive,
Atque memor nati semper ubique, vale.

96.

Alcvinus Paulinum patriarcham Aquileiensem de duobus armillis aureis, a Liutgarda regina missis, certiorem facit. *796.*

Codd. T fol. 95', K 1 fol. 77—77', K 2 p. 221—222, A 2 fol. 169', A 1* p. 142 n. 100*[a].
Edd. C 62, Q 95, F 25, J 53. — Migne col. 186.

DOMINO PATRI PAULINO ALBINUS SALUTEM.

Ex eo sciri potest, quanta mihi esset aviditas loquendi[b] tecum, si facultatem confabulationis iniqua terrarum longinquitas non prohiberet, dum in unius dexteram portitoris propter causas supervenientes tres simul posui indiculos: unum sollicitudinis[c] meae; alterum munusculi mei; tertium pro sollicitudine[d] filiae meae Liutgardae[e] [4], feminae relegiosae[f] ac Deo devotae[g]. Nam illa sanctitati tuae duas direxit armillas auri obrizi[5], pensantes XXIIII denarios minus de nova moneta[h] regis quam libram plenam[6]; ut orares pro ea cum sacerdotibus tuis, quatenus divina clementia dies suos disposuisset[i] in salutem animae suae et sanctae suae exaltationem aeclesiae[7].

Ego de[k] tua indubius fide suasi, ut faceret.

Tu vero, pater sancte, mei et illius memor ubique in Christi caritate, valeto.

---

a) mercis *T, K 2.* b) ut *K 1.* c) *om. K, A 1** (literar. port. *A 1**). d) nostrae *K, T**. e) petitioni *T, K.* f) nostra *K 2.* g) ostendit *T.* h) Engilbertus *K 2.* i) dirigit *T, K 2.* k) Vivendo *K 2.*

96. a) *Lemma:* Item ad Paulinum; Albinus ad Paulinum *T*;* Item alia ad Paulinum *A 1**. b) loqui *K 1, A 2.* c) solicidudinis *K 2.* d) *om. K 2, T**. e) Liudgardae *K 1;* Liudgarde *K 2, T*;* Leutgardae *A 2, A 1**. f) religiosę *T*, A 1**. g) causa *add. T**. h) novo monito *T**. i) disponat *A 1**. k) te *K 2.*

1) *Cf. Versus ad Paulin. XX, 3 (Poet. Carol. I, 240):* Sis memor Albini sacris altaribus adstans. 2) *abbas monasterii S. Richarii, cf. supra p. 135 n. 1.* 3) *Cf. Versus ad Paulin. (Poet. Carol. I, 248):* Fer festina patri Paulino, carta, salutem, | Dic: 'Pauline pater, dulcis amice vale'. 4) *reginae.* 5) *ex Hunorum gaza; cf. ep. 102 infra.* 6) *significavit Alcvinus armillarum pondus, quo tutior Paulinus esset a nuntio.* 7) *Cf. supra n. 3.*

97. 796

Alcvinus Angilberto abbati Centulensi, Romam profecto, scribit stabilitatem sibi nondum concessam esse. Petit, ut sanctorum reliquias sibi acquirat saepeque litteras ad se mittat. *796.*

Codd. T fol. 95—95', K 1 fol. 63'—64, K 2 p. 183—185, A 1* p. 129 nr. 87*[a].
Edd. C 46, Q 92, F 21, J 54. — Migne col. 180.

DULCISSIMO FILIO VIR[b] FLUCTIVAGUS[c] SALUTEM.

Te abeunte[d] temptavi saepius[e] ad portum stabilitatis venire. Sed rector rerum et dispensator animarum needum concessit posse quod olim fecit velle. Adhuc ex radice[f] cordis nascentes cogitationum ramusculos ventus temptationum flagellat, ut consolationis flores et refectionis fructus nutriri nequiverunt.

Tota nocte laborantes nihil cepimus[g], quia needum in litore Iesus[h] stetit, prae- Luc. 5, 5; Ioh. 21, 3. 4.
cipiens in dexteram navigii rete mitti[i] 1.

Patrocinia sanctorum non oblivisecre 2. Res ecclesiasticae[k] pulchritudinis[k*] oculis occurrentes noli neglegere ut[l] adquiras. Nostra rusticitas avara est de talibus; vestra nobilitas larga est de omnibus.

Memor esto poetici praesagii:

'Si nihil adtuleris[m], ibis, Homere, foras' 3.

Hoc de[n] te tuoque[o] itinere prophetatum[p] esse, quis dubitat? Si Christum Sibilla[q] eiusque labores praedixit venturum 4, cur non Naso[r] Homerum eiusque itinera praececinit[s]?

Paululum[t] propter refectionem animi rethorica lusi lepiditate[u].

Sed ut iterum ad seriem[v] rugosa fronte 5 revertar, te vero unanimem deposcens amicum, te custodem animi 6 obsecrans, ut consilium salutis animarum nostrarum cum suffragiis sanctorum apostolorum 7 a Deo[w] depreceris.

Nam nos ambos[x], ut recognosco, quaedam[y] necessitatis catena constringit et[z] libero cursu voluntatis castra[a] intrare non permittit. Nec est qui compedes[b] rumpere valeat, nisi qui inferni ferrea claustra contrivit; qui est via et[c] veritas et vita. Via Ioh. 14, 6.
pergentibus per illum; veritas venientibus ad illum; vita manentibus in illo.

Quid habeo plus scribere, quia omnia necessaria nosti[d]? Iuxta oportunitatem

---

97. a) *Lemma:* Albinus ad dulcissimum filium *T*;* Item alia *A 1*.* b) viro *K 1;* vir *K 2;* viro *delet A 1*.* c) illo *K 1;* ill. *K 2, A 1*.* d) ab ineunte (in abeunte *A 1**) aetate *K 1, A 1*.* e) saepe *K 1, A 1*.* f) radirace *K 2.* g) coepimus *T*.* h) *om. T*;* Ies. in lit. *A 1*.* i) navigii poni rete *K 1, A 1*.* k) ecclesiae *K 1;* ecclesiasticas *T*.* k*) pulchridud. *K 2.* l) *om. T*.* m) attuleris *T*.* n) te *K 2.* o) duoque *K 2.* p) prophaetum *K 2.* q) Sibillina *K 2;* Sybilla *T*, A 1*.* r) Nasso *K 2.* s) praecinit *K 1;* praecedit *T*, qui post* paululum *interpungit.* t) Paulolum *K 2.* u) laepidade *K 2.* v) *corr. in* seria *A 1*.* w) Domino *K 1, A 1*.* x) ambo *K, A 1*.* y) quoque *K 2; om. K 1, A 1*.* z) ut *K 2.* a) astra *A 1*.* b) qui eas omnes *T*;* quies omnes *K 2;* qui eos omnes *K 1;* qui compedes *Quercet. ex coni., A 1*.* c) *om. K 1, A 1*.* d) nostri *K 1.*

1) *Ioh. 21, 5:* Dixit ergo eis Iesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non; *21, 6:* Dicit eis: Mittite in dexteram navigii rete; et invenietis. Miserunt ergo, et iam non valebant illud trahere prae multitudine piscium. *Ex eo intellegi potest hanc epistolam scriptam esse ante tributam Alcvino ecclesiam S. Martini Turonensem. Cf. ep. 101 infra. J.* 2) *Cf. supra p. 37. 117.* 3) *Ovid. art. amat. II, 280.* 4) *De hac, quae Sibyllae Erythraeae dicitur, vaticinatione v. Augustini De civitate Dei XVIII c. 23 (opp. edd. Benedictini T. VII, 504—506) et Oracula Sibyllina L. VIII § 2, ed. Alexandre, Parisiis 1869 p. 231. J.* 5) *Cf. infra epp. 99 p. 144; 209.* 6) *Cf. Isid. Etym. X, 4:* Amicus per derivationem quasi animi custos. 7) *i. e. Romae.*

796 portantis[a] semper dirige mihi litteras; ut sciam de prosperitate tua et itinere[b] tuo: quando vel quo venias, miserante Deo[c].

Prospera cuncta, precor[d], faciat tibi Christus, Homere[1];
Qui te conservet semper, ubique. Vale!

98.

Alcvinus Erico duci Foroiulano, quod se visitaverit, gratias agit, eumque optimis ominibus prosequitur. Monet, ut Paulini patriarchae Aquileiensis consilia sequatur.

796.

Codd. T fol. 96—96', K 1 fol. 67—67', K 2 p. 192—193, A 1* p. 131—132 nr. 92*[a].
Edd. C 53, Q 94, F 1, J 55. — Migne col. 139.

VENERANDO VIRO ERICO[b] DUCI[2] ALBINUS MAGISTER SALUTEM.

Satis mihi sacrae lectionis intentio et piae humilitatis conversatio placet in vobis, et[c] quoniam[d] meae[e] parvitatis[f] familiariter mansiunculam[g 3] visitare non sprevistis. Unde et[h] gratias agimus[i] vestrae benignitati, Deumque diligentissime[k] pro vestra deprecamur[l] sospitate[m], quatenus tuae fortitudinis[n] dexteram[o 4] contra adversarios sui sancti[p] nominis victricem ubique faciat et ab omni adversitate diabolicae fraudis seu a cunctis inimicorum insidiis suae magnae[q] pietatis potentia[r] clementer custodiat. Cuius sanctissimam voluntatem in observatione praeceptorum[s] illius, quantum humanae possibile sit fragilitati, intentissime efficies[t], ut te in prosperis regere et in adversis protegere dignetur.

Plura tibi, vir venerande, de christianae pietatis observatione forte scripsissem, si tibi doctor egregius et pius caelestis vitae praeceptor Paulinus[5] meus praesto non
Ioh. 4, 14. esset; de cuius corde emanat[u] fons viventis aquae[v] in vitam salientis[w] aeternam. Illum habeas tibi salutis aeternae consiliatorem, ne[x] alicubi tuae conversationis pes inpingat; sed recto itinere[y] currens, divina donante gratia, ad perpetuae portas vitae pervenire merearis[z]. Vive et vale feliciter in aeternum.

---

a) portantantis *K 2*. b) itenere *corr. in* itinere *T*, A 1**. c) Domino *K 2*. d) *om. K*.

98. a) *Lemma:* Albinus Erico duci *K 1;* Albinus ad Aericum ducem *T*;* Epistola Albini ad Ericum ducem *A 1**. b) Aerico *K 2, T**. c) in *add. K 1, T**. d) qm̄ *K 1;* quanta *K 2;* qua *T**. e) meam *T*;* me *K 2*. f) parvitas *K 2*. g) mansiungulam *K 2*. h) Unde et *om. A 1**. i) agamus *K 2*. k) dilectissime *T**. l) deprecari *K 1;* deprecare *K 2*. m) peto *add. K 1*. n) fortidudinis *K 2*. o) dextram *K 1*. p) sancti sui *K 2, T**. q) mag *K 2*. r) clementia *K 1, A 1**. s) mandatorum *T**. t) efficiens *K, T**. u) amanat *K 2;* emaneat *corr. in* emanat *T**. v) et *add. A 1**. w) saliqntis *K 2*. x) conciliatorem nec *A 1*;* cons. nec *K 2*. y) itenere *T**. z) mereatur *K 2, T**.

1) *Carolus quoque alloquitur Angilbertum* Homeriane puer *(supra p. 136)*. 2) *Foroiulano c. 788—799; cf. Versus Paulini de Herico duce (Poet. Carol. I, 131):* Aeclesiarum largus in donariis, Pauperum pater, miseris subsidium, Hic viduarum summa consolatio Erat; quam mitis karus sacerdotibus, Potens in armis, subtilis ingenio! 3) *fortasse Aquisgranensem. Cf. n. 4.* 4) *Manifestum est haec verba ad Ericum iam victorem scripta esse. Quare cum legamus in Annalibus Einharto attributis (SS. I, 183), anno 796. Ericum victorum Hunorum gazam Carolo regi (Aquisgranum)* detulisse, *maxime verisimile est, ad eundem annum pertinere et Erici ad Alcvinum accessum et blandam hanc Alcvini epistolam. J.* 5) *patriarcha Aquileiensis, qui ei librum exhortationis (Paulini opp. ed. Madrisius p. 22—64) dedicavit. J.*

99.

796

Alcvinus Paulinum patriarcham interrogat, num Christi fidem apud Avaros propagandam suscepturus sit. Litteras poscit. *796.*

Codd. K 1 fol. 76—77, K 2 p. 217—221, S 1 fol. 210'—212' (S 1 fol. 139—141), A 1 fol. 119', quem contulit R. Priebsch, A 1* p. 140—141 n. 99*[a].

Edd. C 61, Q 112, F 34, J 56. — Migne col. 198.

DILECTISSIMO[b] PATRI ET PIO PONTIFICI PAULINO PATRIARCHAE[c] [1] ALBINUS, VESTRAE FILIUS DILECTIONIS, PERPETUAE IN CHRISTO PROSPERITATIS SALUTEM.

Si cotidie tuae beatitudinis praesentia uterer, numquam tamen[d] mellifluo ex ore tuo dulcedine[e] satiarer[f]; sed quantum avida mens ex fonte vitalis undae biberet, tantum[g] sitis addita cresceret[2]. At nunc tanta locorum spatia vicariam[h] conlocutionis[i] familiaritatem dividunt, ut vix pergentis cartulae[k] gerulus inveniatur[l].

Et in angusto pectoris antro caritatis[k] olla fervescit: nec habet, quo fulgorem sui splendoris ostendat, cui coctas[m] caritatis[n] epulas[o] adponat[p]. Et quodammodo abundantia[q] suavitatis versa est in esuriem amaritudinis. In pampinis vitis florescit: sed cultor huius vineae in fructu[r] uvas non depascit[s]. Agricola[t] uniones eruit de glarie[u] [3]; sed aurum in opus coronae deficit[v]. Novit qui[w] mecum talia patitur[y], quid[z] haec significare[a] volunt paradigmata[b]. Forte et harum lector litterarum talem[c] se memorat, qualem me agnoscit in illis; et maxime tu, pater sancte, de cuius corde fons verae emanat caritatis[d] et de[e] ventre eius flumina fluent[f] aquae vivae. Et qui haec Ioh. 7, 38.
in consolationem[g] spei nostrae promisit[h], tui est inhabitator pectoris.

Qui est virtus et[i] sapientia Dei, in cuius potentia et gratia mirabiliter de Avarorum[i*] gente[k] triumphatum est[4]. Quorum missi ad dominum[l] regem directi sunt[m] subiectionem pacificam et christianitatis fidem promittentes.

Et si hoc, divina eos praeveniente gratia, verum est, quis se[n] servorum Dei tam[o] pio et laudabili labori[p] subtrahere debet, ut diaboli diruatur saevitia et Christi dei crescat servitium? Sed quam plurimorum oculi in[q] te, pater optime[r], respiciunt, quid[s] vestra veneranda[t] sanctitas[u] facere velit. Quia et vicinitas locorum tibi competit, et sapientiae decus subpetit[v] et auctoritatis excellentia tibi appetit; et cuncta conveniunt[w], quae tali operi[x] necessaria esse[y] videntur. Ideo meae parvitatis curiositas per te[z] rei[a] huius scire[b] desiderat veritatem; et tuae consilium deposcit prudentiae; vel quid[c] exinde agere tam[d] bona voluntas deliberatum habeat, agnoscere flagitat. Opus enim arduum est, sed ipsa attestante[e] veritate omnia scimus esse possi- Marc. 9, 22.

99. a) *Lemma:* Item ad Paulinum *K 1;* Epistola Albini ad Paulinum patriarcham *A 1.* b) Domno *S 1;* Dilecto *A 1.* c) patriarcha *S 1.* d) tunc *K 2.* e) dulcissime *K 1, A 1.* f) eloquio *add. K 1, A 1.* g) tamen *S 1.* h) vicaria *K 2, S 1.* i) conloquutionis *S 1, K 2.* k) kar. *A 1.* l) invenitur *K 2, S 1.* m) coctis *corr. in* cocties *K 1.* n) caritati *K 1,* karitati *corr. in* -tis *A 1.* o) epulis *K 2;* aepulas *S 1.* p) aepulae adponantur *K 1;* adponatur *corr. in* adponat *S 1;* (a)doponantur *A 1.* q) habundantia *S 1.* r) infra *K pro* in fructu; infructuosae *A 1*.* s) te pascit *K 2.* t) agricolam *K 1, corr. in* -la *A 1.* u) glariae *corr. in* glaria (glarea *A 1*) *K 1;* gloriae *K 2.* v) defecit *K 2, S 1.* w) *corr. in* Novit que *K 1, corr. in* qui *A 1.* y) patrum *K, A 1.* z) qui *K, corr. in* quid *A 1.* a) signare *K 1, A 1.* b) paradigma *K 1, A 1.* c) tale *K 2.* d) caritas *K 2;* karitatis *A 1.* e) flum. de vent. eius *K 2, A 1.* f) *corr. in* fluunt *A 1.* g) consolatione *S 1.* h) repromisit *K 1, A 1.* i) *om. K 2.* i*) varorum *K 2.* k) genere *K, A 1.* l) domnum *K 2, A 1*.* m) sunt *om. K, S 1.* n) *om. K 1, A 1.* o) a tam *K 1, A 1.* p) laboris *K, A 1;* studio *add. K 1, A 1.* q) ad *S 1.* r) obtime *corr.* opt. *A 1.* s) quod *A 1.* t) *om. K 1, A 1.* u) sanctitatis *corr. in* sanctitas *A 1.* v) tibi *add. S 1.* w) veniant *S 1.* x) opere *K 2.* y) esse nec. *S 1.* z) propterea *K, A 1 pro* per te. a) *om. K 2.* b) sancti *K 1;* sc̄i re *K 2;* huius (*add.* sanctae) rei *A 1.* c) quod *K 1.* d) tua *S 1.* e) addest. *K 2.*

1) *Aquileiensi.* 2) *Cf. Alc. Comment. in Ecclesiast. (Opp. I, 425):* sicut hydropicus quanto plus bibit, tantum sitis addita crescit; *ad Widon. de virtut. et vit. c. 30 (ib. II, 142).* 3) *glarea.* 4) *Annis 795—796.*

796 bilia credenti. Et qui de persecutore fecit praedicatorem[1] et de stercore[a] erigit[b]
1. Tim. 1, 13. Ps. 112, 7. pauperem, ut sedeat cum principibus, ipse potest de arida cordis mei caute rivulos[c] vivi
Ioh. 4, 14. fontis et in vitam salientis producere[d] aeternam; quanto magis de vestro pectoris
Cf. Gen. 2, 13. abundantissimo[e] flumine[f] Geonica fluenta[g] per totam Nilotici ruris latitudinem ad fecundandos[h] diversi generis flores diffundere valet. Audiat, obsecro per te unanimis tuae caritatis filius, quid[i] paterna praevideat agendum[k] prudentia. Certissimum itaque consilium salutis per os[l] illius sperari debet[m], cuius pectoris septiformis spiritus[n] consilii inhabitator esse dinoscitur.

Binas vestrae paternitati[o] paulo ante direxi cartulas[p], unam per sanctum episcopum Histriensem, aliam per virum venerabilem Hericum[q] ducem[2].

Et[r] utinam[s] vel haec tertia[t] mereatur[u] aliquam vestrae[v] beatitudinis exhortationem[w], ne spreta caritas quartam[x] rugosa fronte[3] vel quereloso[y] calamo exarare[z] incipiat. Nequaquam in augmentum tristitiae meae diutius taceas[a], sed per[b] spiritum[c] consolationis tibi a Deo datum[d] frequentes[e] mihi apices facere[f] almitatis vestrae consolationis[g] non graveris; ut, tuis bonis exhortationibus et sanctis orationibus adiutus, ad supplementum mercedis tibi praeparatae[h], divina auxiliante misericordia, vitae aeternae tecum particeps esse merear[i].

Floreat in vestro divinis pectore donis
Semper in aeternum sophia, sancte pater.
Te[k] mihi conservet Christi[l] dextra[m] omnipotentis[n]
Incolumem[o], meritis augeat aethereis[p],
Donec suscipiat felix te porta polorum:
Qua memor esto [tuo[q]] semper in ore mei.

100.

Carolus rex Francorum Offae regi Merciorum respondet de peregrinorum Romam euntium immunitate, de negotiatorum teloneo solvendo, de Odberhto presbytero, de petris nigris. Addit de sagis ad se mittendis. Offert munera, prospiciens animae Hadriani papae. *796 post Apr. 18.*

Codd. A 1 fol. 143—144' (A 1 p. 170—172 n. 125); excerpta leguntur ap. Willelm. Malmesbur. Gesta reg. Anglor. l. I § 93 (Jaffé Bibl. IV, 357)*[a].

Edd. Wilkins Conc. magnae Britanniae I, 158 ex M. S. Usserii; Haddan and Stubbs Councils III, 496—498; J 57. — Mühlbacher Reg. n. 322.

a) suntcore *S 1.* b) solet erige *S 1 pro* erigit; eriget *K 2.* c) rivolos *S 1.* d) perducere *K, A 1.* e) habund. *S 1.* f) flumina *K 2.* g) fluente *K 2.* h) fecundos *K, A 1.* i) qd *K 1, A 1.* k) agende *S 1.* l) hos *S 1.* m) sperare debeat *corr. in* debet *S 1.* n) *om. K, A 1.* o) paternitatis *K 2.* p) kartulas *A 1.* q) Aericum *K 2, S 1.* r) Et utinam — incipiat *om. A 1*.* s) veluti *K, A 1.* t) talia *K.* u) *om. K, A 1.* v) *quae in A 1 secuntur legi non possunt.* w) exortatione *S 1,* exortacionem *K 2.* x) q; *K 2; om. K 1, A 1.* y) queruloso *K 1, A 1;* querolosa *K 2;* queroloso *S 1.* z) exarere *K 2.* a) ne spreta charitas rugosa fronte vel queruloso calamo exarare incipiat *add. A 1*.* b) *om. K, A 1*.* c) spiritu *K 1, A 1.* d) dato *K 1, A 1;* tum *K 2.* e) frequenter *A 1.* f) fac. ap. *S 1, A 1.* g) et veluti vectigal aliquam vestrae beatitudinis exhortationem mittere *add. A 1*.* h) praeparatae *scripsit J. pro* perpetuae *codd.* i) *versus om. S 1.* k) Te *scripsit J. pro* Et *K, A 1.* l) te *add. K 2.* m) dextera *K, A 1.* n) omnipotens *corr.* -potentis *A 1.* o) incolomem *K 2.* p) etheriis *K 2.* q) tuo *addidit J.*

100. a) *Lemma:* Epistola Karoli ad regem Offam Merciorum *A 1;* Merc. *om. A 1*.*

1) *Cf. infra epp. 158. 205.* 2) *Foroiulanum, qui Alcvinum visitaverat; v. ep. 98 supra p. 142.* 3) *Cf. supra p. 141.*

CAROLUS GRATIA DEI REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIUS ROMANORUM VIRO VENERANDO AC FRATRI CARISSIMO OFFAE REGI MERCIORUM PRESENTIS PROSPERITATIS AC[a] AETERNAE BEATITUDINIS IN CHRISTO SALUTEM. 796 post Apr. 18.

Inter regales dignitates et sublimiores saeculi personas foederate in unanimitate pacis amicitiae iura et sanctae caritatis concordiam ex intimo cordis affectu servare multis prodesse solet. Et si inimicitiae nodos dominico precepto dissolvere iubemur, quanto magis vincula caritatis conectere curandum est. Unde et nos, frater dilectissime[a*], antiqui memores inter nos pacti, has vestre reverentiae litteras dirigere curavimus, ut foedus, in radice fidei[b] firmatum, floreret in fructu caritatis.

Relectisque[c] vestre fraternitatis epistolis, quae diversis siquidem temporibus per missorum vestrorum manus nobis delatae sunt, singulis competenter vestrae auctoritatis suggestionibus respondere[d] satagentes, primo gratias agimus omnipotenti Deo de catholice fidei sinceritate, quam in vestris laudabiliter invenimus paginis exaratam; agnoscentes vos non solum terrenae patriae fortissimos[e] protectores, sed etiam[f] sanctae fidei devotissimos esse defensores.

De peregrinis vero, qui pro amore Dei et salute animarum suarum beatorum limina apostolorum adire desiderant, sicut olim, perdonavimus, cum pace sine omni perturbatione ut vadant suo itinere, secum necessaria portantes[g]. Sed probavimus quosdam fraudolenter negociandi causa se intermiscere, lucra sectantes, non religioni[h] servientes. Si tales inter eos inveniantur, locis oportunis statuta solvant telonea. Ceteri absoluti vadant in pace.

De negotiatoribus quoque scripsisti nobis. Quos voluimus ex mandato nostro ut protectionem et patrocinium habeant in regno nostro legitime iuxta antiquam consuetudinem negotiandi. Et si in aliquo loco iniusta affligantur oppressione, reclament se ad nos vel nostros iudices et postea piam[h*] iubebimus iustitiam fieri. Similiter et nostris: si aliquid sub vestra[i] potestate iniusti patiantur, reclament se ad vestrae equitatis iudicium; ne aliqua inter nostros alicubi oboriri[k] possit perturbatio.

De Odberhto[l] vero presbitero, qui de Roma rediens, pro Dei amore ut referre solet, peregrinare volens, non vos accusare veniens, sciat dilectio vestra, quod eum cum ceteris exulibus, qui timore mortis sub nostrae protectionis confugerunt alas, Romam diregimus[m]; ut sub praesentia domini apostolici[1] et[n] ill.[2] archiepiscopi vestri — quo se, ut vestri innotuerunt apices, voto constrinxerunt[o] — audita causa illorum iudicaretur[p]; ut, quid[q] pietatis intercessio non profuit, aequitatis iudicatio[r] proficiat. Quid nobis cautius esse poterit, quam ut apostolicae auctoritatis censura causam discernat, in qua aliquorum dissonat sententia?

Petras vero nigras, quas vestra flagitabat reverentia vobis diregi, veniat missus, qui considerat, quales animus vester desideret. Et ubicumque inventi fuerint, dari et in vehendo adiuvari libenter mandabimus[s].

Sed sicut vos de longitudine petrarum desiderium vestrum intimastis, ita et nostri de prolixitate sagorum deposcunt: ut tales iubeatis fieri, quales antiquis temporibus ad nos venire solebant.

---

a) et *A 1**, *Wilk.* a*) dilectissimae *A 1.* b) *sequitur* sit *A 1.* c) relictisque *corr. manus posterior in* relectisque *A 1.* d) responde *corr. manus posterior in* respondere *A 1.* e) *sequitur* et *in A 1.* f) et *add. A 1**, *Wilk.* g) permittimus *A 1*; manus posterior superscripsit A 1.* h) religione *A 1.* h*) plenam *pro* post. piam *Wilk.* i) nostra *corr. manus posterior in* vestra *A 1.* k) aboriri *corr. manus posterior in* oboriri *A 1, A 1*.* l) Odberho *A 1.* m) *manus posterior corr. in* direximus *A 1, A 1*.* n) et *superscripsit manus posterior in A 1.* o) constinxerunt *corr. manus posterior in* constrinxerunt *A 1.* p) iudicentur *A 1**, *Wilk.* q) *manus posterior corr. in* quo *A 1.* r) *sic scripsit J. pro* indicatio *A 1* (A 1).* s) mandavimus *A 1.*

1) *Leonis III.* 2) *Aethilhardi archiepiscopi Cantuariensis; v. ep. sequentem.*

796 post Apr. 18. Cognoscat quoque dilectio vestra, quod aliquam benedictionem de dalmaticis nostris vel palleis ad singulas sedes episcopales regni vestri vel Aedilredi[a][1] in elimosinam domni Adriani[2] apostolici, patris nostri et amatoris vestri, direximus; deprecantes, ut diligenter iubeatis intercedere pro anima illius: nullam habentes dubitationem beatam illius animam in requie esse, sed ut fidem et dilectionem ostendamus in amicum nobis carissimum. Sicut et beatus precepit Agustinus[b][3] pro omnibus aecclesiastice pietatis intercessiones[c] fieri debere: asserens pro bono intercedere facienti proficere.

Sed et de thesauro humanarum rerum, quem dominus Iesus nobis gratuita pietate concessit, aliquid per metropolitanas civitates transmisimus[4]. Vestrae quoque dilectioni ad gaudium et gratiarum actiones Deo omnipotenti dirigere studuimus unum balteum et unum gladium Huniscum et duo pallia sirica; quatenus ubique in populo christiano divina predicetur clementia et nomen domini nostri Iesu Christi glorificetur in aeternum.

Pro nobis nostrisque fidelibus, immo et pro cuncto populo christiano, assiduas fieri faciatis intercessiones, deprecamur, quatenus mitissima superni regis (bonitas[d]) regnum sanctae aecclesiae protegere exaltare et dilatare dignetur.

Deus omnipotens dignitatis vestrae excellentiam ad tutelam sanctae suae aecclesie longeva prosperitate incolomem conservare dignetur, desiderantissime frater.

101.

Alcvinus Offae regi Merciorum scribit Carolum regem Francorum ei bene velle et occisionem Aethilredi regis Northanhumbrorum vehementissime indignari; seque in Angliam revertendi consilium abiecisse. Addit de ecclesia S. Martini Turonensi sibi collata; legatos commendat. *796 post Apr. 18.*

Codd. A 1 fol. 134'—136', A 1 p. 159—161 n. 114. Duae partes huius epistolae ap. Willelm. Malmesbur. Gesta reg. Anglor. I § 70 et 72* 'Sciat veneranda — iam fecisset' *et* 'Ego paratus eram — foedata'[a]. *Edd. Haddan and Stubbs Councils III, 498 priorem partem, J 58. — Migne col. 213.*

---

a) Aedilfredi *A 1*; Aethelraedi *A 1**. b) praecipit Augustinus *A 1**. c) intercesiones *A 1*. d) bonitas *A 1*, superscripsit manus posterior in A 1. In A 1, A 1* secuntur hi versus (1—6 ex Ov. Fast. II, 85—90; 7—8 ex Art. Am. I, 615. 616; 9—12 ex Remed. Am. 501—504):*

Sepe sequens agnum lupus est a voce retentus,
  Sepe avidum fugiens respicit agna lupum,
Sepe canes leporesque umbra cubuere sub una
  Et stetit in saxo proxima caerulea (*corr.* cerva leae);
Et sine lite loquax cum Palladis alite cornix
  Sedet et accipitri iuncta columba fuit.
Sepe tamen vere coepit simulator amare,
  Sepe quod incipiens finxerat esse fuit. (insipiens *Wilk.*)
Deceptum risi, qui se simulabat amare,
  In laqueos auceps deciderat que suos.
Intrat amor mentes usu, didiscitur usus,
  Qui poterit sanum fingere, sanus erit.

101. a) *Lemma:* Epistola Albini ad Offam regem Merciorum *A 1**.

1) *regis Northanhumbrorum.* 2) *mortui d. 25. Dec. 795; cf. Ann. Lauresham. 795. (SS. I, 36):* pro quo domnus rex, postquam a planctu eius cessavit, orationes per universum christianum populum intra terminos suos fieri rogavit, et aelimosina sua pro eo multipliciter transmisit. 3) *Cf. August. epist. ad Macedon. 153 (Opp. II, 525 sqq.).* 4) *Theodulfi carmen ad Carol. reg. v. 33 (Poet. Carol. I, 484):*

Percipe multiplices laetanti pectore gazas,
  Quas tibi Pannonico mittit ab orbe Deus.

EXCELLENTISSIMO VIRO NOBISQUE DESIDERANTISSIMO OFFAN REGI MERCIORUM HUMILIS AMICUS ALCHVINE[a] SALUTEM. 796 post Apr. 18.

Sciat veneranda dilectio vestra, quod dominus rex Carolus amabiliter et fideliter sepe mecum locutus est de[b] vobis; et in eo omnino habetis[c] fidelissimum amicum.

Ideo legatos Romam dirigit ad iudicium domni apostolici[1] et Aeđilhardi[d] archiepiscopi[2]. Vestre quoque dilectioni digna dirigit munera. Etiam et per episcopales sedes in elemosinam sui et domni apostolici benedictiones transmittit, ut iubeatis orationes fieri pro illis. Vos vero facite secundum fidem vestram, quam semper soliti estis facere de amicis vestris[3].

Similiter et Aeđilredo[e] regi[4] et ad suas episcopales[f] sedes dona direxit. Sed, heu pro dolor, donis datis et epistolis in manus missorum[g], supervenit tristis legatio per missos, qui de Scotia per vos reversi sunt[5], de infidelitate gentis et nece[h] eius[6]. Qui, retracta donorum largitate, in tantum iratus est contra gentem — ut ait[i]: 'illam perfidam et perversam et homicidam dominorum suorum', peiorem eam[k] paganis estimans — ut omnino, nisi ego intercessor essem[l] pro ea[m], quicquid eis boni abstrahere potuisset et mali machinare, iam fecisset.

Ego vero paratus eram[n] cum muneribus redire ad vos et patriam[7] reverti[8]. Sed melius visum est mihi propter pacem gentis meae in peregrinatione permanere; nesciens, quid fecissem inter eos, inter quos nullus securus vel in aliquo salubri consilio proficere potest. Ecce loca sanctissima a paganis vastata, altaria periuriis foedata, monasteria adulteriis violata[9], terra sanguine dominorum et principum infecta. Quid aliud faciam, nisi cum propheta ingemescam: 'Ve genti peccatrici, populo gravi Isai. 1, 4.
iniquitate, filiis sceleratis: dereliquerunt Deum et blasphemaverunt sanctum salvatorem mundi in sceleribus suis'. Et si hoc verum est, quod in vestre dignitatis legebatur epistola, quod a senioribus populi egressa esset iniquitas, ubi tunc salus et fides speranda est? si inde turbulentus infidelitatis torrens profluit[o], unde purissimus veritatis et fidei fons emanare solebat[10].

Tu vero, sapientissime populi Dei gubernator, diligentissime a perversis moribus corrige gentem tuam et in praeceptis Dei erudi[p] illam, ne propter peccata populi destruatur patria nobis a Deo data. Esto aecclesiae Christi ut pater, sacerdotibus Dei ut frater et omni populo pius et aequus, in omni conversatione et verbo modestus et pacificus, et in laude Dei semper devotus; quatenus divina clementia in longeva te custodiat prosperitate et regnum tuum, immo Anglorum omnium, perpetue pietatis benefactis ex[q] suae bonitatis gratia exaltare, dilatare, et coronare dignetur in eternum.

---

a) Alchuinus *A 1**. b) de *om. A 1, A 1**. c) habes *A 1**. d) Aedelhardi *A 1*. e) Aedilraedo *A 1**. f) epis *A 1*. g) missurum *A 1*. h) neci *A 1*. i) dicat *A 1**. k) peiores eos *A 1**. l) esset *A 1*. m) eis *A 1**. n) *om. A 1*; sum *A 1**. o) *manus posterior corr. in* profluxit *A 1*; profluxit *A 1**. p) erudire *manus posterior corr. in* erudito *A 1*; erudito *A 1**. q) et *A 1**.

Ann. Nordhumb. 795 (SS. XIII, 155): idem rex fortissimus Karolus cum manu valida Hunnorum gentem armis vastando subegerat, eorum principe fugato et ipsius exercitu superato vel perempto, sublatis inde XV plaustris auro argentoque palliisque olosericis pretiosis repletis quorum quodque quatuor trahebant boves. Quae omnia idem rex propter victoriam a Domino sibi concessam Christi ecclesiis atque pauperibus dividere praecepit, grates Deo referens cum omnibus secum pugnantibus.

1) *Leonis III.* 2) *Cantuariensis.* 3) *V. ep. 100 supra p. 146.* 4) *Northanhumbrorum.* 5) *epistolam Offae regis afferentes; v. infra verba haec:* Et si hoc verum est, quod in vestre dignitatis legebatur epistola. 6) *Interfectus est Aethilredus rex Northanhumbrorum d. 18. Apr. 796. Simeon. Dunelmensis hist. 796. (p. 57):* XIIII Kal. Maii; *cf. Lappenberg Gesch. v. Engl. I, 213 n. 1.* 7) *Northanhumbriam.* 8) *Cf. ep. 44 supra p. 90.* 9) *Cf. supra p. 43.* 10) *Cf. infra ep. 173:* ubi fons aequitatis et iustitiae ad omnes per rivulos sanctitatis profluere debuit, ibi maxime iniquitatis palustris profunditas exalatur.

796 post Apr. 18. Iubeas, obsecro, singulis[a] reverentiae vestre aecclesiis pro me famulo vestro et cooperatore[b] honoris vestri intercedere. Mihi vero multum indigno regimen aecclesiae sancti Martini[1] venit in manus, non voluntarie sed quodammodo necessarie[c] et ex consilio multorum. Tamen me liberum esse scito, ubi[d] faciam vestras orationes fideliter esse[e] et ubicumque possumus.

Tantum cum omni caritate et sollicitudine amicus esto Dei, et mandatis eius[f] dies tuos imple. Satage, ut te merces aeterna et nepotes tuos benedictio celestis consequatur. Iterum iterumque pro Dei amore deprecor, ut provideatis patriae, ne pereat; et ecclesiis Christi, ne destruantur[g]; et ut veritas cum misericordia crescat
Cf. Prov. 20, 28. in illa. Quia iuxta veridicam Salomonis sententiam roborabitur solium regni in veritate et misericordia; quae te tuumque solium confirment in perpetuum, ut hoc feliciter regnes[h] in seculo et gloriose vivas cum Christo in caelesti regno.

Christo deo propitiante in omni floreas felicitate et in omni profitias bonitate ad consolacionem sanctae Dei aecclesiae[i], et gaudium populi christiani, domine excellentissime nobisque desiderantissime.

Obsecro, saluta meo officio ill.[2] nobilissimum[k] iuvenem et diligenter eum in Dei erudi[l] timore; et non[m] pereat spes multorum in eo. Memento proverbium Salomonis:
Prov. 22, 6. 'In qua[n] enim[o] consuetudine adolescit puer, cum autem[p] senuerit, non recedat[q] ab eo'.

Saluta quoque ill.[3] dominam et dispensatricem domus regiae. Vivat illa felix et in prole paterne beatitudinis gaudens.

Sed et omnem nobilitatis vestrae prolem meo ut salutes nomine, deprecor. Vos omnes Dei omnipotentis dextera protegat regat et custodiat semper.

Hos disciplinae nostrae et eruditionis discipulos et regiae dignitatis missos ut solita vobis pietate suscipiatis, obsecro. Pacificam vero legationem ferunt in ore et in manibus. Et per eos mihi demandare potestis quod vultis.

102.

Alcvinus Edilburgae abbatissae Flaedanbyrgensi, Offae regis Merciorum filiae, scribit se in Angliam reversurum non esse. Aethelfledam, viduam Aethelredi Northanhumbrorum regis occisi, admoneri vult, ut in monasterium secedat. Mittit munera et Liudgardae uxoris Caroli regis et sua. *796 post Apr. 18.*

Cod. H fol. 10—11.
Edd. F 165, J 59. — Migne col. 227.

IN DEO DILECTISSIMAE FILIAE EDILBURGAE SALUTEM.

Quia invida terrarum longinquitas mutuae confabulationis prohibet dulcedinem[4], datur nobis litterarum officio caritatis demonstrare suavitatem; et quod vox non valet,

a) per singulas . . ecclesias *A 1**. b) cooperatores *corr. manus posterior in* cooperatore *A 1.* c) *manus posterior corr. in* necessario *A 1;* necessario *A 1**. d) *an* ut ibi? *J.* e) esse *delendum videtur J.* f) illius *A 1**. g) destuantur *A 1.* h) regnis *A 1.* i) et *superscripsit manus posterior A 1;* et *A 1**. k) nobilissimo *corr. manus posterior in* nobilissimum *A 1;* -mum *A 1**. l) erudiri *manus posterior corr. in* erudito *A 1;* -dito *A 1**. m) ne *A 1**, *pro* et non. n) quo *A 1.* o) etiam *A 1* (?). p) *om. A 1**. q) recedet *A 1**.

1) *Turonensis. In annalibus Laurissens. minor. haud recte iam a. 794:* abbas monasterii sancti Martini *vocatur (SS. I, 119).* 2) *Ecgfridum regem, Offae regis filium.* 3) *Cynethrith reginam, uxorem Offae, matrem Ecgfridi; quam, Offae regi superstitem, coenobiis Glastoniensi et Cocchamensi abbatissam annis 797. et 798. praefuisse docent diplomata Ecgfridi regis (ap. Birch I, 388. 389) Coenuulfi regis et tabula Aethelhardi archiepiscopi Cantuariensis (ap. Birch I, 394. 406). J.* 4) *Cf. supra ep. 96 p. 140.*

hoc carta loquatur. Idcirco hortamenta salutis non minore debemus veneratione curare, quam praesentis conloquii[a] ammonitionem. In ista saepe timor suadet consensionem, in illa fides legentis cooperatur saluti. Quae te, venerabilis filia, conscia summae divinitatis cognitione ammonui, haec te tantum deprecari ut mente retineas firma, satis necessarium duximus[b]. Nec aliquid novi litteris demandare possum, quod tunc sermone tibi ingererem. 796? post Apr. 18.

Scis ipsa, quam diligenter te de corporis castitate et animae rogavi sanctitate; qualiter te de humilitatis officio, de orationum vigilantia, de elemosynarum largitate, de confessionis puritate et fidei firmitate et sanctae ubique caritatis observantia studiosissime instruxi; ut his gradibus ad celestis gloriae ascenderes celsitudinem.

Ecce me modo infidelitas patriae[1] in tantum horret, ut reverti timeo[2]; nesciens, quid de illa proficere valeam nisi perituram plangere et lacrimantis[c] Hieremiae lamentationes sepius revolvere, qui quadrivario alphabeti[d] ordine[3] ruituram luxit Hierusalem.

Et huius ruinae pars aliqua tibi calidas, ut reor, pro causa dilectae[e] sororis[4] excitavit lacrimas. Tamen hortanda est, ut in cenobio militet Christo, quae thalamo privata est viri[5], et fiat ei temporalis tristitia incitamentum letitiae sempiternae.

Tu nominis nostri fideliter cum tuis omnibus in sacrosanctis orationibus vestris memor esto, obsecro.

Liudgardam quoque nobilem feminam[6], quae tibi munusculi loco pallium direxit, habeto in Dei dilectione ut sororem; illiusque nomen cum nominibus sororum tuarum per ecclesiasticas cartas scribere iube. Honorabilis tibi est amicitia illius et utilis.

Misi dilectioni[f] tuae ampullam et patenam ad offerendam in eis domino Deo tuis manibus oblationem. Et dum oculis illa aspicias, dicito: 'Christe, miserere Alchvini servuli tui'. Et velim te cotidiana consuetudine usum habere offerendi Deo munus ad altare. Quia apostolica auctoritas hanc constituit consuetudinem, ideo non est omittenda sed diligenter prosequenda[g].

Vive Deo felix, carissima filia, semper
Et memor Alchvini, dulcis amica, vale.

103.

Alcvinus Edilburgae (ut videtur) abbatissae pro muneribus gratias agit, portitorem litterarum commendat, Aethelfledae quondam reginae salutem exoptat. 796? post Apr. 18.

Codd. A 2 fol. 169, A 1 p. 169—170 n. 124*[a].
Ed. J 60.

DULCISSIME SORORI ILLI ALCVINUS SALUTEM.

Acceptis caritatis vestre munusculis, faciens de vestris orationibus, sicut petistis, et gratias agens vestre familiaritati, qua me amicali dilectione haberi cognovi in memoriam.

---

102. a) conloqui *H.* b) diximus *correctum est in* duximus *H.* c) lacrimantes *H.* d) albabeti *H.* e) delictae *H.* f) dilectionis *H.* g) persequenda *H.*
103. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri *A 1**.

1) *Northanhumbriae.* 2) *Cf. supra ep. 101 p. 147.* 3) *V. quatuor lamentationum Ieremiae capita.* 4) *Aethelfledae, anno 792. ab Aethilredo rege Northanhumbrorum in matrimonium ductae. V. Simeon. Dunelmens. 792 (p. 54):* Ethelred rex accepit reginam Elfledam filiam Offae regis Merciorum III. Kal. Octobris apud Cataractam. *J.* 5) *Aethilredi die 18. Apr. 796 necati.* 6) *reginam, uxorem Caroli M.*

796 post Apr. 18. Et istum filium meum, huius portitorem indiculi, tue commendo caritati, ill. nomine. Et depreceris domnam illam pro eo, ut dignetur remittere eum cum honore in patriam.

Illam quoque dilectissimam dominam [1], obsecro, ut sub meo nomine salutes. Fideles fuimus illi, semper amantes profectum illius ad salutem anime sue, quam semper operari necesse habuit; sed nunc maxime, eo quod post dominum suum regem excellentissimum remansit superstes. Quae ut feliciter vivat et Deo serviat fideliter, optamus et deprecamur clementiam eiusdem dei domini nostri Iesu Christi.

104.

Alcvinus pontifices Britanniae hortatur, ut, Caroli regis Francorum muneribus acceptis, pro eo et pro Adriano papa preces faciant. *796 post Apr. 18.*

Codd. A 1 fol. 133—134, A 1 p. 157—158 n. 112*[a].
Ed. J 61.

SANCTISSIMIS IN CHRISTO ET IN OMNI HONORE NOBIS DILIGENDIS BRITTANNIAE, DULCISSIME PATRIE, PONTIFICIBUS HUMILIS LEVITA ALCHVINUS, SANCTAE EBORACENSIS AECCLESIAE FILIUS, IN CHRISTI CARITATE SALUTEM.

Magnam habens in vestra bonitate et Deo acceptabilibus orationibus vestris, venerandi patres, fiduciam, et quia oportuna mihi evenit occasio vestrae me diligentius[b] in commune commendare caritati, non fugi[c] neglegens temporis et legationis convenientiam[d]. Sed memet ipsum vestrae offero sanctitati, suppliciter deprecans unumquemque vestrum, ut me in filii[e] suscipiat pro Dei amore dilectioneque; et intercedat cum suae sanctitatis commilitonibus pro salute animae meae. Nam et ego iuxta parvitatis meae facultatem vestri honoris et profectus devotus cooperator existo.

Sciat quoque dilectio vestra, quod dominus Carolus rex vestrae sanctitatis valde desiderat ad Dominum subplicationes, seu pro se ipso et sui stabilitate regni, etiam[f] et pro dilatatione christiani nominis, seu pro anima beatissimi patris Adriani pape; quia fides amicitiae erga defunctum maxime probatur amicum [2]. Et qui pro tali intercedat[g] amico[h], haut dubium sua apud Deum merita multum augebit. Ideoque praefatus dominus rex in huius petitionis ministerium hos fratres et consacerdotes cum benedictionis munusculis[i] vestrae dirigere sanctitati [proposuit[k]].

Vos vero gratanter deprecor suscipite quae misit, et fideliter peragite que deposcit; quatenus vestrae bonitatis fides magna a Deo remuneretur mercede et humilitatis relegio late laudetur inter homines.

O sanctissimi patres et pastores, o clarissima totius Brittanniae lumina, pascite gregem Christi, quantum in[l] vobis est, assidua evangelicae praedicationis instantia et bonis sanctae conversationis exemplis. Praedicate veraciter, corrigite viriliter, Cf. Eph. 6, 14. Luc. 12. 35. exhortamini suaviter. State lumbis accinctis in acie Christi, ardentes in manibus lucernas tenentes, ut luceat lux vestra coram omnibus, qui in domo Dei sunt, ut

---

104. a) *Lemma:* Epistola Albini *A 1,* magistri *add. A 1*.* b) diligendus *corr. manus recens in* dilectissimae *A 1;* dilectissimae *A 1*.* c) *manus recens corr. in* fui *A 1;* fui *A 1*.* d) convenientiae *A 1, A 1*.* e) *manus recens corr. in* filium *A 1;* filium *A 1*; locum excidisse videtur J.* f) *om. A 1*, add. post* dilatatione. g) intercedit *A 1*.* h) intercedat amicum *corr. manus recens in* intercedit amico *A 1.* i) munusculo *A 1*.* k) proposuit *superscripsit manus recens in A 1, ubi lacuna est;* proposuit *A 1*.* l) quem *A 1 (pro* qui in).

1) *Aethelfledam viduam Aethelredi Northanhumbrorum regis occisi (18. Apr. 796).* 2) *Cf. supra p. 146 n. 2. De tempore, quo haec epistola scripta sit, cf. Simson Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 109 n. 4.*

videant opera vestra[a] bona et glorificent patrem nostrum[b], qui in caelis est. Tempus 796 itaque huius laboris[c] brevissimum[d], remunerationis aeternitas longissima. Quid beatius post Apr. 18. Matth. 5, 16. est, quam de hac presenti miseria ad eternam transire felicitatem. Adtendite diligenter, ut patria, quam Dei dono nostri acceperunt parentes, benedictione caelesti nostris servetur nepotibus. Multiplicatio gregis merces est pastoris, et salus populi laus sacerdotis. Omnis prohibeatur intemperantia et iniustitia, omnis[e] honestas et sobrietas doceatur; ut in omni conversatione vitae honorificetur deus Christus, et benedicta gratia illius custodiat vos ubique in laudem et in gloriam sancti sui nominis in aeternum.

Hec ut nostra credatis, nostro sigillo subter sigillavimus.

Benedictio Dei patris in gratia et caritate Christi et consolatione sancti Spiritus vos comitetur et in omni bonitate custodiat, domini sanctissimi et summo honore dignissimi patres, nostri memores in aeternum. Valete.

105.

Alcvinus Edilthrudam abbatissam, quondam reginam, de filii Aethilredi Northanhumbrorum regis nece consolatur. *796 post Apr. 18.*

Cod. S fol. 173—174.
Edd. F 151, J 62. — Migne col. 473.

DILECTISSIMAE IN CHRISTO MATRI EDILTHRUDAE[1] HUMILIS LEVITA ALCHVINUS SALUTEM.

Quia[a] praesentialiter verbis vestram dulcissimam dilectionem ob longitudinem habitationis nostrae ammonere nequeo, ideo litterarum officio implere non cesso, quae linguae ministratione denegatur; desiderans toto cordis mei affectu[b] te ubique, carissima mater, in omni proficere bono; ut digna efficiaris in eorum censeri numero, de quibus in evangelio dominus noster Iesus Christus respondit: 'Omnis, qui fecerit volun- Matth. 12, 50. tatem patris mei, qui in caelis est, ipse mihi mater et frater'. Quomodo mater, nisi sancta caritate in visceribus cordis perfecti cottidie generatur[2]? Ecce qualem filium poterit pia mater habere, eundem ipsum Deum regem ac redemptorem etiam et in omnibus tribulationibus consolatorem.

Multae sunt tribulationes iustorum, sed maiores sunt consolationes Christi. In Ps. 33, 20. quo debet homo saecularis miseriae eventu[c] contristari? qui fontem totius consolationis, id est Christum, habitatorem possidet[d] in pectore. Immo magis gaudendum est in tribulationibus propter spem aeternae beatitudinis; dicente apostolo: 'Per multas Act. 14, 21. tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei', item: 'Flagellat Deus omnem filium, Hebr. 12, 6. quem recipit'. Item de apostolis legitur: 'Ibant autem gaudentes apostoli a conspectu Act. 5, concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati'.

Sciat dilectio tua, quia filius tuus spiritalis, dominus Iesus non est mortalis. Vivit, vivit et in dextera Dei patris vivit et regnat.

Ideo de carnalis filii[3] morte non contristeris, immo magis nec de sui[e] corporis abscessu[f]; sed labora omnibus horis et momentis, ut anima feliciter vivat cum Christo.

---

a) vestrae *corr. recens manus in* vestra *A 1;* vestra *A 1*.* b) vestrum *A 1*.* c) cum sit *superscripsit manus recens in A 1;* cum sit *A 1*.* d) et *add. A 1*.* e) omnes *corr. recens manus in* omnis *A 1;* omnis *A 1*.*

105. a) Quae *S.* b) affectum *S.* c) evento *S.* d) possedet *S.* e) tui *S.* f) abscessu *scripsit J. pro* abso *S.*

1) *De qua v. ep. 79 supra p. 120 n. 1.* 2) *Christus.* 3) *Aethilredi regis Northanhumbrorum die 18. Apr. 796 occisi.*

796? post Apr. 18. Et in spem bonitatis illius consolare: quia multae miserationes Dei. Te vero super-
1. Paral. 21, 13. stetem reliquit filio carnali, ut per tuas intercessiones et elimosinas misereatur et illi.
Forte in peccatis suis mortuus est: sed in misericordia[a] potest fieri, ut vivat, divina.
Luc. 23, 43. Nam latro, qui in scelere suo suspensus est cum Christo: sed in misericordia salvatus
est Christi. Noli lugere eum, quem revocare non poteris. Et si Dei est, non illum
doleas amissum[b], sed tibi in requiem gaudeas praemissum[c]. Si duo sunt amici, felicior
est mors praecedentis quam subsequentis[1]: habet enim, qui fraterno amore pro se
cotidie intercedat et lacrimis lavet[d] pristinae errores vitae. Nec dubites prodesse[e]
piae sollicitudinis curam, quam pro anima illius geris. Tibi proficit et illi. Tibi ita-
que, quia in fide facis et dilectione[f]; illi, ut vel poena levigetur vel beatitudo augeatur.
1. Tim. 2, 4. Larga est et inestimabilis pietas domini nostri Iesu Christi, qui vult omnes homines
salvos fieri et neminem perire.

Noli, ut praedixi, in tribulationibus tuis contristari; sed, si maiores tibi super-
Rom. 8, 18. veniant, gaudeas in illis: dicente apostolo: 'Non sunt condignae huius temporis passio-
nes ad superventuram gloriam, quae revelabitur in nobis'. Sicut aurum in igne exa-
minatur, sic homo in camino tribulationis conprobatur.

Prov. 27, 1. Dum potestatem habeas rerum tuarum, fac ex eis elimosinam, quia nescis, quid
ventura pariat dies. Nullus tibi dispensator fidelior potest esse, quam tu ipse. Et
Iac. 3, 2. libentius munera praecedentia nos quam subsequentia Deus accipiet. In multis enim
1. Ioh. 1, 8. offendimus omnes, sicut Iacobus ait apostolus. Item Iohannes evangelista dixit: 'Si
dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmet ipsos seducimus'. Et iuxta Salamonem:
Prov. 13, 8. 'Redemptio viri propriae divitiae'; et qui plus habet, plus exigetur ab eo. Dispensa-
1. Paral. 29, 15. tores saeculi debemus esse, non possessores; exules enim et peregrini sumus in hac
vita, sicut omnes patres nostri. Illorum mors nobis nostram omni hora oculis obponat;
et illorum bona conversatio in Christo nostrae sit eruditio vitae; quatenus, illorum in
fide et caritate atque omni opere bono sequentes vestigia, in caelesti beatitudine vitam
habere mereamur sempiternam.

106.

Alcvinus matrem Anglicam de morte filii consolatur. *796? post Apr. 18.*

Cod. H fol. 9—10.

Edd. F 164, J 63. — Migne col. 226.

CARISSIMAE IN CHRISTO MATRI[2] FIDELIS IN CARITATE FILIUS ALCHVINUS[a] DIACONUS SALUTEM.

Multi sunt in prosperitate amici, in adversitate rari: et eo cariores, quo rariores; et cum seculo mutantur mentes. Quidam in felicitate alterius hilarescit, infelicitatis tempestatem refugit. Nam sicut lux et tenebrae variantur vices suas[3], ita huius vitae prosperitas et adversitas variabiles sunt. Sed forti animo toleranda sunt tristia[b], quae accidunt[c], et moderata laetitia suscipienda quae hilarescunt. Ideo mater modesta et pia in filii morte non multum lugere debet: magis se ipsam praeparare debet dignis meritis, ut ad illam perveniat vitam, ubi nemo timetur inimicus, nemo deseritur amicus.

a) meseriCordia *S.* b) amisum *S.* c) prętmisum *S.* d) lavat *S.* e) prodisse *S.* f) *sic posuit Frobenius pro* Tibi itaque quae in fide facere dilectione *S.*

a) alchuin̄ *H.* b) tristitia *H.* c) accedunt *H.*

1) *Cf. infra ep. 198:* Felicius vadat, qui amicos relinquit superstites sibi, quam qui superstes erit amicis. 2) *Eidem fortasse Edilthrudae reginae, ad quam priores litterae missae sunt.* 3) *Ad Aquil. v. 28 (Poet. Car. I, 261):* Utque vices faciunt noxque diesque suas, *cf. infra epp. 187. 232.*

Habet bona mater Christum consolatorem pro filio, qui numquam derelinquit sperantes in se. Melius est gaudere in vivente, quam dolere in moriente[a]. Cur plangimus quod inmutare non possumus? Mortuus ad vitam praesentem revocari non valet[1]; vivus ad mortuum pervenire poterit. Corpus, quod tanta cura colimus, postmodum vermium esca erit. Anima itaque meritorum qualitate vel gaudebit, vel contristatur; et qualem sibi in paucis his diebus preparabit habitationem, talem aeternis recipiet temporibus. Quapropter singulis momentis laborandum est pro requie animae, ut, dum semper vivere debet, et semper beate et feliciter vivat. 796 post Mai. 25. Iudith 13, 17.

Habeto me, obsecro, mater dilectissima, licet indignum[b] pro carnali filio spiritalem filium, non minore fide te diligentem, quamvis minore dignitate vigentem: nec de longinquitate vel vilitate faciei meae contristeris, dum mea tecum in[c] consolatione sancti Spiritus caritas fideliter manet; et quod in me optimum est, id est fides non ficta et caritas indeficiens, tecum semper habebis.

Ignorans in huius tempestatis miseria[d], quae nuper nostram turbavit gentem[2], quo te tua fortuna ferret vel voluntas; idcirco nescivi, quo te consilio roborarem, nisi ut toto corde deo Iesu servires, et totam tuae consolationis spem in illius conponeres pietatem, qui ait: 'Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris'. Matth. 11, 28. 29.

107.

Alcvinus Arnoni episcopo Salisburgensi cum exercitu ad Avaros ituro respondet. Hortatur, ut decimis se abstineat, quibus etiam Saxones a fide deterreantur. Bonis ominibus eum prosequitur. *796 post Mai. 25.*

Codd. S 1 fol. 112'—114' (S 1 fol. 12'—15), B fol. 72—74.*

Edd. M 7, B. Pez Thesaur. anecdot. II, 1, 3; M. Hansiz Germania sacra II, 108, F 72, J 64. — Migne col. 284.

CARISSIMO UNANIMOQUE AMICO AQUILAE SUPERSPECULATORI[3] IN CHRISTI CARITATE SALUTEM.

Quarta feria post sanctam[a] pentecosten[4] litteras tuae beatitudinis accepi, caritate conscriptas, consilio[b] conroboratas, fide sigillatas[c]; in quibus, sicut ortavi, audivi; sicut speravi, agnovi[5]. Nec me spes fefellit consilii nec societatis cooperatio retardavit.

Vestrum[d] vero iter ad probandam rei veritatem[6] modo in praesentia dispositum est[7]. Fortitudo vero exercitus, qui tecum vadit[8], ad cautelam et defensionem vestri directa est. Et hoc consilium quodammodo ab ipsis processit Hunis; et ideo in spe voluntatis Dei laetus hoc iter perage.

---

a) morientem *H.* b) indigno *H.* c) in *superscriptum est in H.* d) miseriā *H.*
107. a) scm *S 1, B.* b) consilio conroboratas *om. B.* c) sigilatas *S 1.* d) Vester *S 1, B.*

1) *Cf. supra p. 152:* Noli lugere eum quem revocare non poteris. 2) *Turbas illas abs dubio intellegit, quae a. 796 post necem Aethilredi regis Northanhumbrorum (18. Apr.) et Ecgfridi regis Merciorum (med. Dec.) a variis regni invasoribus motae fuerunt. FROBENIUS.* 3) *i. e. episcopo.* 4) *25. Mai. 796.* 5) *Ex quo intellegi debet, sicut Paulinum patriarcham Aquileiensem (v. ep. 99 supra p. 143), ita etiam Arnonem ab Alcvino commonitum esse, ut Avaros ad Christi fidem convertendos susciperet, Arnonemque annuisse litteris iam die 25. Maii allatis. J.* 6) *V. ep. 99 l. l.:* Quorum *(Avarorum)* missi ad domnum regem directi sunt, subiectionem pacificam et christianitatis fidem promittentes. Et si hoc — verum est *cet. J.* 7) *a Carolo rege.* 8) *exercitus Baioariorum. Annales Lauresham. (SS. I, 37) 796:* In ipso estate transmisit rex Carolus Pippinum filium suum cum suis quos in Italia secum habebat et Paioarios cum aliqua parte Alamaniae in finibus Avarorum *cet.; Ann. Alamann. 796 (ib. 48):* cum ipsis Langobardis et Bauguariis. *J.*

796 Nos vero te, donante Deo in pace cum certo consilio revertentem, spectemus in
post Mai. 25. his, ut aestimo, regionibus. Sed obsecro, ut mox, te redeunte, dilectionis tuae litteras dirigas nobis, ut curiositas[a] nostra certitudinem rerum per tuum intellegat consilium.

Regnum itaque illud diu stabile fuit et forte. Sed fortior est[b] qui vicit illud; in cuius manu sunt omnes regum et regnorum potestates; et quemcumque voluerit, exaltat, et cuiuscumque cor voluerit, visitat, inluminat et ad suum convertit servitium. Et si illius gratia respiciet super regnum Hunorum, quis est, qui se subtrahere audeat ministerio salutis illorum?

Pauci nobis restant dies huius vitae; et valde desiderandum est Deique miseri-
Cf. Iob 10, 20. cordia toto corde deprecanda, ut illi in opere Dei finiantur[c]. Quia plus uniuscuiusque nostrum[d] vita de fine iudicatur, quam de initio. In peccatis nascimur, sed gratia renascimur; quae nos in bono opere currentes comitetur et usque ad finem firmum perseverare faciat.

Tu vero, pater sancte, amice fidelis, frater dilecte, fili[f] carissime, cum prosperitate bona, divina te[g] comitante gratia, perge in opus Dei, et cum gaudio revertere ad nos.

1. Cor. 3, 2. Et esto praedicator pietatis, non decimarum exactor, quia novella anima[h] apo-
Hebr. 5, 12. stolicae pietatis lacte nutrienda est, donec crescat, convalescat et roboretur ad acceptionem solidi[i] cibi. Decimae, ut dicitur, Saxonum subverterunt fidem[1]. Quid inponendum est iugum cervicibus idiotarum[k], quod neque nos neque fratres nostri sufferre potuerunt? Igitur in fide Christi salvari animas credentium confidimus.

Vade modo, dilectissime frater, in benedictione Dei et consolatione sancti Spiritus. Albinus tuus est tecum in corde: quem utinam cito habeas socium in opere Dei. Nos matriculares pro te orare non cessamus, quatinus divina te ubique praeveniat et subsequatur gratia, ut cum multiplici pii operis fructu revertaris ad nos.

Bonos et relegiosos tecum habes[l] socios. In quorum ore et conversatione nomen domini nostri Iesu glorificetur. Nos semper suspensi erimus de reditu tuo; donec videamus, quem amamus; amplectemur[m] manibus, quem corde desideramus.

Tertiam vero partem de laboribus tuis per singula loca seu episcopatus seu
Cf. Ier. 50, 31. monasterii concessit tibi rex in aelimosinam tuam tradere, si dies[n] tuus te prosequeretur in via. Et hoc indiculis confirmari praecepit[o] [2].

Ecce deficiente cartula non caritate pennam deponimus[p], haec salutationis tantummodo verba subiectantes[q]: Vivas Deo, feliciter vadas et proficiens floreas in opere Dei; et te ubique euntem et redeuntem summi regis dextera[r] protegat[s] et defendat, venerande, dilectissime et dulcissime.

a) curiorisitas *B.* b) est *scripsit J. pro* eis *S 1, B.* c) firmantur *B.* d) nr̄ *S 1, B.* f) filii *S 1.* g) tecum *B.* h) anima *om. B.* i) soli *S 1.* k) ideotarum *S 1.* l) habeo *S 1, B.* m) amplecter *S 1.* n) clerus *scripsit J. perperam pro* dies *S 1, B.* o) praecipit *S 1.* p) deponibus *B.* q) subiectentes *S 1, B.* r) dextetera *S 1.* s) protegat et defendat *om. S 1;* conservet *S 1*.*

1) *Cf. Capitulatio de partibus Saxonie c. 17 (Capitul. reg. Francor. I, 69):* Similiter secundum Dei mandatum praecipimus, ut omnes decimam partem substantiae et laboris suis ecclesiis et sacerdotibus donent, tam nobiles quam ingenui, similiter et liti iuxta quod Deus unicuique dederit christiano, partem Deo reddant, *infra epp. 110. 111. 113. 174.* 2) *Haec sic intellego Carolum litteris praecepisse, si clerus Salisburgensis episcopum suum Arnonem in Avariam comitaretur, ut tertia pars sumptuum cogeretur ex omnibus locis ad episcopatum et ad monasterium Salisburgense pertinentibus. J. (Alias huius loci ambigui interpretationes vide apud Rettberg, Kirchengesch. Deutschlands II, 559; Zeissberg: Sitzungsber. der philos. histor. Classe der Wiener Academie XLIII, 328; Hauck, Kirchengesch. Deutschl. II, 425).*

108.

796 post m. Maium.

Alcvinus Earduulfum, regem Northanhumbrorum constitutum, admonet. *796 post m. Maium.*

Codd. Ha fol. 11'—13, Hb fol. 80—80'.
Edd. F 166, J 65. — Migne col. 229.

VIRO INLUSTRI EARDUULFO[a] REGI[1] ALCHVINE[b] DIACONUS SALUTEM.

Memor antiquae inter nos condictae amicitiae, etiam et venerandae salutationis vestrae valde congaudens, paucis litterarum apicibus vestram laudabilem personam de prosperitate regni tibi a Deo conlati et de salute animae tuae ammonere curavi, et quo modo stabilis tibi traditus[c] honor Deo donante permaneat.

Scis optime, de quibus te divina misericordia liberavit periculis et quam facile te, dum voluit[d], provexit in regnum. Esto semper memor et gratus tam maximorum in te Dei donorum; in eo maxime, ut, quantum intellegere valeas, illius in toto corde facias voluntatem et sis oboediens servis Dei, qui te de mandatis eius ammoneant. Scito certissime, quod nullus alius tuam vitam conservare potest nisi ille, qui te de morte[e] liberavit praesenti[2], nec isto protegere et custodire honore nisi ille, qui gratuita pietate istam tibi concessit dignitatem. Serva diligenter in animo tuo[f] misericordiam et iustitiam; quia, Salomone dicente ac magis Deo concedente, misericordia et iustitia firmabitur solium regni. Cf. Prov. 16, 12; 25, 5.

Considera intentissime, pro quibus peccatis antecessores tui vitam perdidissent et regnum. Et cautissime observa, ne talia agas; ne tale tibi eveniat iudicium. Aliorum periuria Deus damnavit; aliorum adulteria punivit; aliorum avaritiam et fraudes vindicavit; aliorum iniustitiae non placuerunt illi. Non est personarum acceptor Deus: sed qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Erudi te ipsum primo in omni bonitate et sobrietate; postea gentem, cui praeesse videris, in omni modestia vitae et vestitus, in omni veritate fidei et iudiciorum, in observatione mandatorum Dei et honestate morum. Sic itaque et regnum tibi firmabis et gentem salvabis et ab ira Dei liberabis illam, quae certis signis diu inminebat illi. Act. 10, 34.

Numquam tantus nobilium et rectorum sanguis[g] effunderetur[h] in ea, nec sic loca sancta pagani devastarent, et tanta iniustitia et arrogantia valeret in populo, nisi perspicua Dei vindicta immineret habitatoribus terrae. Tu vero, ad meliora ut credo servatus tempora et ad correctionem custoditus patriae, Dei te[i] auxiliante gratia, operare omni intentione in Dei voluntate salutem animae tuae et prosperitatem patriae et populi tibi commissi; quatenus ex correctione subiectorum dicioni tuae tibi tuisque nepotibus praesens feliciter firmetur regnum et futuri regni gloria aeternaliter concedatur.

Haec cartula, obsecro, vobiscum servetur et saepius legatur ob memoriam salutis vestrae et dilectionis nostrae; ut Deus omnipotens in profectu sanctae suae aecclesiae ad prosperitatem nostrae gentis te[k] multo tempore in regno florentem et in omni bono proficientem conservare dignetur. Vive[l] et vale Deo donante in secula sempiterna.

---

a) Ardulfo *Hb*. b) Alchuinus *Hb*. c) traditur *Hb*. d) volat *Hb*. e) mortis *Hb*. f) *sequitur in Ha* et regno, *sed deletum linea subducta; in Hb sequitur:* et regno. g) sanguuis *Ha*. h) effuderetur *Ha*. i) te *erasum est in Hb*. k) gentis te *addidit J*. l) Vive—sempiterna *om. Hb*.

1) *regi Northanhumbrorum die 26. Mai. 796. consecrato. V. infra p. 156 n. 1.* 2) *anno 791. Simeon. Dunelm. 790 (p. 52):* Cuius *(Ethelredi)* anno secundo Eardulf dux captus est et ad Ripun perductus, ibique occidi iussus extra portam monasterii a rege praefato. Cuius corpus fratres cum Gregorianis concentibus ad ecclesiam portantes et in tentorio foris ponentes, post mediam noctem vivus est in ecclesia inventus. *J.*

796 post m. Maium.

109.

Alcvinus Osbaldum, expulsum regem Northanhumbrorum hortatur; ut se in monasterium abstrudat neu patriam impugnet. 796 post m. Maium.

Cod. H fol. 13—13'.
Edd. F 167, J 66. — Migne col. 230.

DILECTO AMICO OSBALDO[1] ALCHVINE DIACONUS SALUTEM.

Poenitet[a] me tui, quia non oboedisti mihi, qui ante biennium persuasi tibi in litteris meis laicam te demittere conversationem et Deo servire secundum votum tuum. Ecce modo peior fama, infelicior causa turbavit vitam tuam. Revertere tamen, revertere et imple quod vovisti.

Et quere causam, quomodo ad Dei servitium pervenire valeas, ne pereas cum impiis, si innocens es de sanguine domini tui. Si vero nocens in consensu vel consilio, confitere peccatum tuum et reconciliare[b] Deo et fuge societatem sceleratorum. Melius est tibi amicitia Dei et sanctorum quam inique agentium.

Noli addere peccatum super peccatum per vastationem patriae, per sanguinis effusionem. Cogita, quantus sanguis per te vel per propinquos tuos regum principum et populi effusus est. Infelix generatio, per quam tanta mala evenerunt patriae.
Cf. Ioh. 12, 35. Libera te, obsecro per Deum, ne anima tua pereat in aeternum. Dum lucem habes, curre, propera, festina ad Dei misericordiam, qui paratus est poenitentes suscipere et convertentes ad se consolari: ne veniat tibi dies, qua velis et non possis. Noli erubescentiam obponere tibi demittendi, quod coepisti. Maior est erubescentia animam tuam perpetualiter perire, quam impios viros praesentialiter deserere. Sed magis, si quoslibet ex illis convertere valeas ab inpetrata malitia, fac diligenter; ut habeas
1. Petr. 4, 8. mercedem conversionis tuae a malo et alterius pariter. Et haec est caritas, quae cooperit multitudinem peccatorum; et haec faciens, vive feliciter et valeto in pace.

Deprecor, ut haec cartula saepius in praesentia legatur tua: ut recorderis tui ipsius in Deo, et cognoscas, quantam curam iam longe positus habeam salutis tuae.

Si quid valeas suadere genti, cum qua exuleris, de salute sua, noli neglegere; ut citius, Dei donante gratia, pervenias ad tuam etiam salutem.

110.

Alcvinus Carolo regi Hunos subactos gratulatur. Suadet, ut mansueti sacerdotes ad eos mittantur; ne decimae eis imperentur; quo modo ad Christi fidem converti possint[2]. 796 post Aug. 10.

Codd. T fol. 17—19 (T fol. 15'—16), Paris. 2183 (P) fol. 44—45', Vindob. 458 (X) fol. 186—189, L fol. 144'—148'[a].*
Edd. Q 7, F 28, J 67. — Migne col. 187.

109. a) *corr. in* Paenitet *H.* b) reconciliar *corr. in* reconciliare *H.*

110. a) *Lemma:* Item ad domnum regem de praecatione vere fidei et baptismo catholico novellis populis *T*; Incipit epistola Alcuini abbatis ad Karolum regem Francorum de conversione Saxonum atque Hunorum *P;* Dictatus Albini magistri *X* (*ubi sequitur* Dictatus Paulini patriarchae).

1) *De quo v. Simeon. Dunelm. 796 (p. 57. 58):* Ethelredus rex *(Northanhumbrorum)* occisus est apud Cobre XIIII Kal. Maii; — Osbald vero patricius a quibusdam ipsius gentis principibus in regnum est constitutus, et post XXVII dies omni regiae familiae ac principum est societate destitutus, fugatusque et de regno expulsus, atque ad insulam Lindisfarnensem cum paucis secessit; et inde ad regem Pictorum cum quibusdam e fratribus navigio pervenit. Eardulf enim — regni infulis est sublimatus et — consecratus est VII. Kal. Iunii. *J.* 2) *Hanc epistolam post diem 10. Aug. 796. scriptam esse apparet ex ep. 112 infra. J.*

DOMINO[a] EXCELLENTISSIMO ET IN OMNI CHRISTI HONORE DEVOTISSIMO CAROLO[b], 796
REGI GERMANIAE GALLIAE[c] ATQUE ITALIAE, ET SANCTIS VERBI[d] DEI PRAEDICATORIBUS post Aug. 10.
HUMILIS SANCTAE MATRIS ECCLESIAE FILIOLUS ALBINUS[e] AETERNAE GLORIAE IN CHRISTO SALUTEM.

Gloria et laus deo Patri et domino nostro Iesu Christo, quia[f] in gratia sancti Spiritus — per devotionem et ministerium sanctae[g] fidei et bonae voluntatis vestrae — christianitatis regnum atque agnitionem[h] veri[i] Dei dilatavit, et plurimos[k] longe lateque populos[l] ab erroribus impietatis in viam veritatis deduxit. Qualis erit tibi gloria, o beatissime rex, in die aeternae retributionis, quando hi[m] omnes, qui per tuam[n] bonam[o] sollicitudinem ab idolatriae cultura ad cognoscendum verum Deum conversi sunt, te ante tribunal domini nostri Iesu Christi in beata sorte stantem sequentur et[p] ex his omnibus perpetuae beatitudinis merces augetur[q] [1].

Ecce quanta devotione et benignitate pro dilatatione nominis Christi duritiam infelicis[r] populi Saxonum per verae salutis consilium emollire laborasti. Sed quia[s] (Cf. Rom. 11, 5.) electio necdum in illis divina fuisse videtur, remanent huc usque multi ex illis cum diabolo[t] damnandi in sordibus consuetudinis pessime.

Tuam tamen, ó[u] veritatis et salutis multorum amator, optimam[v] voluntatem maiore gloria et laude Christo remunerare[w] placuit. Gentes populosque Hunorum, antiqua feritate et fortitudine formidabiles, tuis suo honori[x] militantibus subdidit sceptris: praevenienteque[y] gratia colla diu superbissima sacrae fidei iugo devinxit et caecis ab antiquo tempore mentibus[z] lumen veritatis infudit[a] [2].

Sed nunc praevideat sapientissima[b] et Deo placabilis devotio vestra pios populo[c] novello praedicatores; moribus honestos[d], scientia sacrae fidei edoctos et evangelicis praeceptis inbutos; sanctorum quoque apostolorum[e] in[f] praedicatione verbi Dei exemplis intentos. Qui lac[g] — id est suavia praecepta — suis auditoribus in initio fidei ministrare solebant[h] [3]; dicente apostolo Paulo: 'Et ego, fratres, non potui vobis loqui (1. Cor. 3, 1. 2.) quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Tamquam parvulis[i] in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis; sed necdum potestis'. Hoc enim totius mundi praedicator, Christo in se loquente, significavit[k], ut nova populorum ad fidem conversio[g] mollioribus praeceptis quasi[l] infantilis[m] aetas lacte esset nutrienda; ne[n] per austeriora praecepta fragilis mens evomat[o], quod bibit. Unde et ipse dominus Christus[o] in evangelio respondit interrogantibus se, quare discipuli illius non ieiunarent, (Matth. 9, 14.) dicens: 'Nemo mittit vinum novum in[p] utres veteres; alioquin utres rumpuntur (ib. 9, 17.)

---

a) Domno *P.* b) Karolo *X;* Charolo *P.* c) Gallia *L.* d) verbis *L.* e) Alcuinus *P.* f) qui *X.* g) sancti *L.* h) devotionem *L.* i) verbi *X.* k) plurimus *L.* l) populus *L.* m) hii *P.* n) qui perpetuam *pro* qui — tuam *L.* o) *om. T;* soll. bon. *P.* p) *corr. in* ut *P.* q) augeatur *superscr.* vel augebitur *P.* r) *superscr.* vel infidelis *P.* s) qui *T.* t) diabŏlo *X.* u) *om. X.* v) obtimam *X.* w) remunerari *P.* x) honore *T.* y) vel revenienteque *P.* z) mentis *L.* a) infundit *L;* inf. verit. *P.* b) sapientissime *L.* c) populos *L.* d) honesto *T.* e) apostolum *L.* f) et *T.* g) *om. L.* h) solebat *L.* i) parvulus *T.* k) signifivit *P.* l) quas *T.* m) infantis *L.* n) nec *T.* o) *om. P.* p) *om. T.*

1) *Cf. Poeta Saxo l. V v. 665 sqq. (Jaffé Biblioth. IV, 626):* Illic congaudent illi *(sc. Carolo)* salvata per ipsum | Munere, Christe, tuo milia spirituum. | Quis numeret, quantas animas, dum credere fecit | Saxonum populos, reddiderit Domino; *infra ep. 136:* ut cum magna et laudabili populorum multitudine gloriosus in conspectu domini Dei tui appareas; *Ad Bened. v. 3. 4 (Poet. Carol. I, 264):* Iudicis ante thronum doctorum quisque cohortes | Deducet proprias, quas genuit Domino. 2) *cf. Theodulfi carmen ad Carol. reg. a. 796. compositum v. 37 sqq. (Poet. Carol. I, 484):*

Adveniunt gentes Christo servire paratae,
Quas dextra ad Christum sollicitante vocas.
Pone venit textis ad Christum crinibus Hunnus,
Estque humilis fidei qui fuit ante ferox.

3) *Cf. infra epp. 111. 113.*

796 post Aug. 10. et vinum effundetur et utres peribunt'. 'Alia est enim', ut beatus Hieronimus dicit[1], 'puritas virginalis animae et nulla prioris vitii contagione[a] pollutae[b], et alia eius[c], quae sordibus et multorum libidini[d] subiacuerit'.

His ita[e] consideratis, vestra sanctissima pietas sapienti consilio praevideat: si melius sit, rudibus populis in principio fidei iugum inponere decimarum, ut plena fiat per singulas[f] domus[g] exactio illarum. An apostoli quoque[h], ab ipso deo Christo edocti et ad praedicandum mundo[i] missi[k], exactiones[l] decimarum exegissent[m] vel alicubi[n] demandassent dari[o], considerandum est. Scimus[p], quia decimatio substantiae nostrae valde bona est; sed melius est illam amittere quam fidem perdere[2]. Nos vero, in fide catholica nati nutriti et edocti, vix[q] consentimus substantiam nostram pleniter decimare: quanto magis tenera fides et infantilis animus et avara mens illarum largitati non consentit[r]. Roborata vero fide[s] et confirmata consuetudine[t] christianitatis, tunc quasi viris perfectis fortiora danda[u] sunt praecepta, quae solidata[v] mens relegione christiana non abhorreat[w].

Illud quoque maxima considerandum est diligentia, ut ordinate fiat praedicationis officium et baptismi sacramentum, ne nihil prosit sacri ablutio[x] baptismi in corpore, si in anima ratione utenti[y] catholicae fidei agnitio non praecesserit[z]. Dicit itaque 1. Cor. 14, 40. apostolus: 'Omnia vestra honesta cum ordine fiant'; et ipse Dominus in evangelio Matth. 28, 19. discipulis suis praecipiens ait: 'Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos[a] in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti'. Huius vero[b] praecepti[c] ordinem beatus Hieronimus in commentario suo, quem in evangelium[d] sancti Mathei scripsit, ita exposuit[3]: 'Primum docent[e] omnes gentes, deinde doctas[f] intingunt[g] aqua. Non enim potest[h] fieri, ut corpus baptismi accipiat[i] sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatem. Baptizantur autem in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ut quorum una est ib. 28, 20. divinitas, sit una largitio, nomenque trinitatis[k] unus deus est. 'Docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis'. Ordo praecipuus[l]. Iussit apostolis, ut primum docerent omnes[m] gentes[n], deinde fidei tinguere sacramento[o] et post fidem ac[p] baptisma, quae essent observanda, praeciperent. Ac[q] ne putemus levia esse, quae iussa sunt, ib. 28, 20. et[r] pauca addidit: 'Omnia quaecumque mandavi vobis'; ut, qui crediderint, qui in Trinitate fuerint baptizati, omnia faciant, quae praecepta sunt'.

Igitur infantes — ratione non utentes[s], aliorum peccatis obnoxii — aliorum fide et confessione per baptismi sacramentum salvari possunt, si confessae pro se fidei integritatem, congrua adveniente aetate, custodient[t]. Dicit vero apostolus: 'Corde Rom. 10, 10. creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad[u] salutem'. Illa tantum oris confessio proficit[v] ad salutem, quae[w] firmiter cordis credulitate[x] tenetur.

Igitur ille ordo in docendo virum aetate[y] perfectum, diligenter, ut arbitror[z], servandus est, quem beatus Augustinus[a] ordinavit in libro, cui de catecizandis[b] rudibus[4] titulum praenotavit. Primo[c] instruendus est homo de animae inmortalitate et

a) cogitatione *L.* b) polluta *T, X, L.* c) eius *add. Hieron.* d) libini *T.* e) itaque *L.* f) singulos *L.* g) domos *X, P.* h) qui *L.* i) *om. P.* k) misi *L.* l) exactionesque *P.* m) exigissent *T, X, L.* n) alia ubi *X.* o) dare *P.* p) enim *add. P.* q) umquam *add. P.* r) constetit *L.* s) fides *T, P, L.* t) consuetudinis *T.* u) damnanda *L.* v) solida *T.* w) oborreat *T;* obhorreat *X.* x) oblutio *L.* y) intenti *X;* si *add. L.* z) in corde *add. X, P, L.* a) eas *T.* b) *om. L.* c) His — preceptis *P.* d) euangelio *P.* e) doceant *T, L.* f) docta sint *L.* g) intinguant *X, L;* intinguat *T.* h) potestis *L.* i) capiat *T.* k) trinitas *T, X, L.* l) precipius *corr. in-* puus *T.* m) universas *X, Hier.* n) *om. L.* o) sacramentum *T, L.* p) hac *T.* q) Ac — addidit *om. P.* r) post *add. X, P.* s) utentis *L.* t) custodiente *T;* custodiunt *X, P, L.* u) in *X.* v) proficiat *L.* w) quam *X.* x) crudelitate *L.* y) *om. P.* z) arbitrior *L.* a) Agustinus *T.* b) catacizandis *T;* catazizandis *L.* c) Primus *T.*

1) *Hieronymi comment. in Matth. L. I c. 9 (opp. ed. Vallarsius T. VII, 52).* 2) *cf. supra ep. 107 p. 154.* 3) *L. IV. c. 28 (opp. VII, 243—244).* 4) *Augustini opp. edd. Benedictini VI, 263—296.*

de vita futura et de retributione[a] bonorum malorumque et[b] de aeternitate utriusque sortis. Postea: pro quibus peccatis et sceleribus poenas cum diabolo[c] patiatur aeternas, et pro quibus bonis vel benefactis gloria cum Christo fruatur sempiterna. Deinde fides sanctae Trinitatis diligentissime docenda est, et adventus pro salute humani generis filii dei domini nostri Iesu Christi in hunc mundum[d] exponendus: et de mysterio passionis illius, et veritate resurrectionis et gloria ascensionis[e] in caelos et futuro eius adventu ad iudicandas[f] omnes gentes et de resurrectione corporum nostrorum et de aeternitate poenarum[g] in malos et praemiorum[h] in bonos, mox[i] — ut[k] praediximus — mens novella firmanda est. Et hac fide roboratus homo et praeparatus baptizandus est. Et sic[l] tempore oportuno saepius evangelica praecepta danda sunt per sedulae praedicationis officium, donec adcrescat in virum perfectum[m] et digna efficiatur Spiritui[n] sancto habitatio et sit perfectus filius Dei in operibus misericordiae, sicut pater noster[o] caelestis perfectus est; qui vivit et regnat in trinitate perfecta et unitate benedicta, Deus et Dominus[p] per omnia saecula saeculorum, Amen! 796 post Aug. 10. Cf. Matth. 5, 48.

Gratia[q] domini nostri Iesu Christi sit vobiscum in aeternum.

111.

Alcvinus Megenfridum arcarium regium hortatur, admoneat Carolum regem, ut mites abstinentesque sacerdotes paganis ad Christi fidem convertendis mittat. Nam Saxones propter decimas et legum rigorem christianitatem aversari. Monet etiam, ne ecclesiis praeficiantur sacerdotes vicariis utentes. *796 post Aug. 10.*

Codd. H fol. 73'—76, T fol. 111'—113'*[a].
Edd. Q 105, F 37, J 69. — Migne col. 204.

DILECTISSIMO IN CHRISTI CARITATE AMICO ET REGALIS PALATII ARCARIO[b] MEGENFRIDO[1] FLACCUS ALBINUS PERPETUAE SOSPITATIS SALUTEM.

Solet itaque cartula caritatis calamo perscripta inter amicales currere personas, ut ardorem sui pectoris litteris fraternis ostendat obtutibus, et quod intus latet in animo, foras videatur in scriptis. Unde ego[c] tui memor, amice carissime, tibi hos[d] tuae salutis, immo et multorum, ammonitorios[e] dirigere curavi apices. Nec me superfluum in his litteris aestimes, sed devotum; desiderans utrumque et praesentis vitae tibi prosperitatem et[f] futurae: quatenus in ista temporali feliciter vivas et in illa aeterna beate regnes[g] cum Christo.

Considerandum vero est diligentissime omni homini, quid fugere debeat et quid sequi. Quae duo psalmista uno brevissimo versiculo ostendit dicens: 'Deverte a malo et fac bonum'. Non sufficit solum mala non facere, nisi et bona faciat, aeternam cupienti possidere gloriam. Unde et ipsa[h] veritas in evangelio cuidam se interroganti respondit: 'Si vis vitam ingredi, serva mandata'. Ps. 33, 15. Matth. 19, 17.

---

a) tributione *L.* b) *om. X.* c) diabulo *T.* d) hoc saeculum *L.* e) ascentionis *L.* f) iudicandos *L.* g) paenarum *T.* h) proemiorum *T, L.* i) *om. X, P, L.* k) utque *P; om. L.* l) si *L.* m) *om. T.* n) spiritu tui *L.* o) vester *T.* p) noster *add. L pro* per omnia — amen. q) Gratia — aeternum *om. T, P, L.*

111. a) *Lemma:* Albinus ad Megenfridum *T*.* b) arcario *post corr.* archario *T*.* c) ergo *T*; ego corr. in* ergo *H.* d) has *H, T*.* e) ammonitorias *H; -os in loco raso T*.* f) atque *T*.* g) renas *H.* h) ipse *H.*

1) *Idem infra appellatur* dispensator thesaurorum *et in Annalibus Einharto attributis (SS. I, 177) 791. Caroli* camerarius. *Fuit anno 791. militiae magister contra Hunos. Cf. ep. 149. Sickel (Alcuinstudien p. 524 n. 2) has litteras anno 798. adscribere voluit, sed argumenta tacuit.*

796 post Aug. 10. Sed unicuique pensandum est, in quo gradu[a] statuisset eum Deus et quo talento (Matth. 25, 15.) ditasset eum. Non enim solis episcopis vel presbyteris pecuniam suam tradidit Dominus ad multiplicandum[b], sed omni dignitati et gradui talenta bonae operationis tradidit, ut datam sibi gratiam fideliter amministrare studeat et conservis suis erogare contendat. Alius est, qui talentum praedicationis accipit; alius sapientiae; alius divitiarum; alius cuiuslibet amministrationis, quidam forte alicuius artificii donum a Deo, horum omnium bonorum dispensatore. Et in his omnibus fides et devotio spectanda est, ut fideliter laboret et viriliter sui domini pecuniam multiplicare satagat; quatenus (ib. 25, 21.) desiderabilem vocem audire mereatur: 'Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium domini tui'.

Qui vero pecuniam praedicationis accipiunt, diligenter considerare debent: quid cui conveniat aetati vel personae, quid cui[c] congruat loco vel tempori; etiam et, quo ordine praedicatio christianitatis[d] incipienda sit vel perficienda. Nam dominus noster Iesus Christus, cum triumpho gloriae ad paternam rediens sedem, apostolis suis prae- (ib. 28, 19. 20.) cipit[e] dicens: 'Ite, docete omnes gentes, baptizantes eas[f] in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Docentes eas[g] servare omnia, quaecumque mandavi vobis'. Primo fides docenda est; et sic baptismi[h] percipienda sunt sacramenta; deinde evangelica praecepta tradenda sunt. At si aliquid horum trium deerit, salutem animae suae auditor habere non poterit. Fides quoque, sicut sanctus ait Augustinus[i], res est voluntaria, non necessaria[1]. Adtrahi[k] poterit homo in fidem, non cogi. Cogi poterit[l] ad baptismum, sed[m] non proficit in[n] fide[o], nisi infantilis[p] aetas, aliorum peccatis obnoxia, aliorum confessione salvari poterit[2]. Perfectae aetatis vir pro se respondeat, quid credat aut quid[q] cupiat. Et si fallaciter fidem profitetur, veraciter salutem non habebit.

Unde et praedicatores paganorum[3] populum pacificis verbis et prudentibus fidem docere debent. Novit Dominus, qui sunt[r] eius; et quorum cor vult, aperit[s]; ut intellegant quae a doctore dicantur. Sed et post fidei et baptismi perceptionem molliora praecepta infirmioribus animis sunt praebenda. Nam et apostolus Paulus novellae Gala- (1. Cor. 3, 2.) tarum[t][4] genti scribens ait: 'Lac vobis dedi potum, non solidum cibum'. Solidus vero cibus virorum est fortium; id est praecepta maiora illorum sunt, qui multo tempore exercitatos habent sensus in lege Domini. Et veluti lac fragili[u] congruit[v] aetati, ita (Act. 15, 2.) suaviora praecepta rudi populo in principio fidei tradenda sunt. Igitur et in actibus apostolorum legimus Paulum et Barnaban Hierosolimam[w] ascendisse ad Iacobum et ceteros apostolos super hac questione: quomodo gentibus praedicare debuissent. At illi perscribentes unanimo consilio statuerunt, ut nil molestiae legalis inponeretur cer- (ib. 15, 28. 29.) vicibus eorum; sed tantum, ut abstinerent se a fornicatione, a sanguine, et suffocato[x] et simulacris. Immo et ipse Paulus praedicator gentium[y] gloriabatur se ex labore (ib. 20, 34.) manuum suarum vivere. Ait enim in quadam epistola sic: 'Vos scitis, quod mihi et his, qui mecum sunt, manus istae ministraverunt; ne cui vestrum molesti essemus'; (2. Thess. 3, 8. 1. Cor. 9, 15. 18.) et item: 'Melius[z] mihi mori, quam ut gloriam meam quis evacuet'. 'Quae est gloria mea? ut evangelium sine sumptu exponam'[a].

---

a) grado *H.* b) multiplicandam *H.* c) cuique *T**. d) cristianitatis *H.* e) p̄cepit *T**. f) eos *T**. g) eos *T**. h) baptissimi *H.* i) Agnstinus *H.* k) *corr. in* attrahi *T**. l) poteris *H*, *T**. m) si *post corr. in* sed *T**. n) in *om.* *T**. o) fidei *T**. p) infantulis *H.* q) qui *H.* r) sint *T**. s) aperire *H.* t) Galetarum *H.* u) flagili *H.* v) *lacuna in H pro* congruit *T**. w) Hierusolimam *H*; hierolimam so *post superscr.* *T**. x) sanguine suffocatione *T**. y) gentibus *T**. z) est *add.* *T**. a) exponē *H.*

1) *Cf. Augustini ep. 217, opp. edd. Benedictini T. II, 805, cf. ep. 113 infra p. 163.* 2) *Cf. supra p. 158 lin. 31.* 3) *Hunorum.* 4) *immo Corinthiorum.*

Hoc enim tantus et a Deo specialiter electus gentium praedicator egit, ut omnem [796] radicitus occasionem avaritiae praedicatoribus abscideret; quatenus nullus qualibet [post Aug. 10.] cupiditate inlectus, sed sola Christi caritate confortatus, verbum Dei praedicaret[a], sicut ipse in evangelio suis praecipiens discipulis ait: 'Gratis accepistis, gratis date'. [Matth. 10, 8.]

Si tanta instantia leve Christi iugum et onus suave[b] durissimo Saxonum populo [ib. 11, 30.] praedicaretur, quanta decimarum redditio[c] vel legalis pro parvissimis quibuslibet culpis edicti[d] necessitas exigebatur, forte baptismatis sacramenta non abhorrerent[1].

Sint tandem[e] aliquando doctores fidei apostolicis eruditi exemplis; sint praedicatores, non praedatores[f 2]. Confidant in illius pietate, qui ait: 'Nolite portare saccu- [Luc. 10, 4.] lum aut peram' et cetera, quae secuntur[g]; et de quo propheta inquit: 'Qui numquam [Iudith 13, 17. Dan. 13, 60.] derelinquit[h] sperantes in se'.

Haec tuae, venerande[i] amice, scripsi dilectioni, quatenus tuis proficiant ammonitionibus qui a te consilium audire desiderant[3]. Scit enim haec omnia optime dilectus meus David, cui Deus et sapientiam dedit et bonam voluntatem: ut[k] plurimos convertit populos ad caritatem Christi et laudem. Cui omnis bonitas et potentia ad benefaciendum sufficit, nisi unum tantummodo propter tempora periculosa huius saeculi: [2. Tim. 3, 1.] quod rariores habet adiutores in opere Domini, quam[l] necesse sit[m 4]. Nullus tamen in mundo meliores, ut credo, habet quam ille. Hos erudiat, ammoneat, et doceat secundum sapientiam sibi a Deo datam. Et tu, fidelissime dispensator thesaurorum et servator[n] consiliorum et adiutor devotus, viriliter fac voluntatem illius. Esto in consilio suavis et in opere strenuus; pacificus in domo, prudens in legationibus; pius in pauperes et miseros, iustus in iudiciis, largus in elymosinis[o]; ut ex temporalibus divitiis tuis aeternas Christi merearis in caelis.

Adhuc me dilectio dilecti mei David et sollicitudo salutis multorum cogit tibi suadere quae utilia scio coram Deo et honesta coram saeculo.

Nam quidam sacerdotes Christi, qui habent parochias[p] et honores saeculi, et gradus ministerii[q] non volunt habere. Videtur mihi melius, ut plenam habeant benedictionem et plenam mercedem apud Deum. Nunc vero alius[5] laborat pro mercede[r] perpetua; illi vero pro saeculari honore. Privati vero sunt, ut cum pace dicam[s], potestate[t] ligandi[u] et solvendi, quod clarissimum[v] in ecclesia Christi donum Christus dedit apostolis et per eos successoribus suis. Necnon et[w] ecclesiis, quae non habent pastores[x], periculosum est gregem[y] Christi absque pastore diu manere. Intrant lupi [Act. 20, 29.] rapaces; sed non est qui exigat eos. Sedet sola et vidua domina gentium, et non [Thren. 1, 1. 2.] est qui consoletur eam. Dicit et ipsa veritas: 'Messis quidem multa est, operarii [Luc. 10, 2. 3.] autem pauci: rogate dominum messis, mittat operarios in messem suam'.

Et ego dico[z] tibi, carissime amice: messis quidem[a] multa est in populo christiano[b], sed non sunt in quibusdam locis messores. Tu vero roga dominum messis, id est David meum dilectum, ut mittat[c] operarios in[d] messem suam; quatenus illis[e] dicat rogatus, sicut suus proprius protector et unicus[f] amator Christus deus dixit discipulis suis: 'Ite, ecce ego mitto vos'. Ipse est dominus vineae, mittat operarios in vineam [Luc. 10, 3.]

---

a) praedicare *H, T**. b) suae *H*; onus eius leve *T**. c) redditi *H, T**. d) edictis *H, T**. e) sintandem *H*. f) praedicatores *H*. g) sęcuntur *T**. h) dereliquit *T**. i) verande *H*. k) et *T**. l) qua *H*. m) necessit *H*. n) salvator *corr. in* servator *H*; serator *T**. o) elemosimis *T**. p) parrochias *T**. q) grados minysterii *H*. r) merde *H*. s) diecā *H*. t) potestatē *T**. u) lagandi *H*. v) est *add. T**. w) et de *H, T**. x) pectores *H*. y) grege *H*; *post corr.* gregem *T**. z) *om. H*. a) quidam *H*. b) Cristiano *H*. c) mittet *H*. d) im *H*. e) illi *H, T**. f) et *add. H, T**.

1) *Cf. supra p. 154 n. 1, 158 n. 2.* 2) *Cf. infra ep. 254:* nec tantos praedicatores quantos praedatores. 3) *Carolum regem intellegi vult Alcvinus. Cf. ea quae sequuntur, et cauta et blanda. J.* 4) *Cf. infra ep. 254:* tantos non habet iustitiae adiutores quantos etiam subversores. 5) *vicarius.*

796 post Aug. 10. Matth. 20, 4. suam et dicat: 'Ite et vos in vineam meam et quod iustum fuerit, accipietis pro labore vineae meae'. Ipsius[a] est potestas et dispensatio vineae[b] Christi, id est ecclesiarum Dei. Illius est laus et gloria et merces[c] aeterna, ut bene ordinentur et regantur, et pastores habeant, quantos invenire possint dignos et Deo placabiles. Ille est in hoc regno, qui omnibus[d] praedicare[e] potest et[f] omnibus ecclesiis . . . .[g] mercedem habere et benedictionem in saeculo et aeternam beatitudinem et beatam aeternitatem cum Christo et sanctis eius.

112.

Alcvinus Arnoni episcopo Salisburgensi, de rebus in Avaria gestis certior factus, respondet de discipulis, de Carolo rege, de Eanbaldo I archiepiscopo Eboracensi mortuo. Mittit epistolam 110. Se in Alsatiam iturum esse. *796 post Aug. 10.*

Codd. S 1 fol. 129'—130' (S 1 fol. 29—29').*
Edd. F 30, J 70. — Migne col. 191.

PIO PATRI ET FRATRI FIDELI ET FILIO CARISSIMO SALUTEM.

Accepimus caritatis vestrae litteras[a]. Magnas[b] mihi eulogias misisti, dum tuam, venerande pater, agnovi sanitatem et prosperitatem: quae mihi plus placet, quam millena talenta auri et argenti.

Magnis quoque me sollicitudinibus liberasti, quia quid in Avaria gestum est[1] mihi innotuisti.

De filiis vero tuis[2], quos mihi commendasti[c], et iam proficiunt[d] donante Deo, et meliores eos accepturus eris vel commendaturus domno regi[e]. Quicquid tibi demandet domnus rex facere, mihi demandare studeas.

Quia vero tedium mihi est anima mea propter absentiam tui, obsecro, ut pro anima Eanbaldi[f 3] archiepiscopi intercedere diligenter iubeas. Quia mihi et pater et frater et amicus fidelissimus fuit, etiam et condiscipulus sub magistro meo[4]. Ecce ego solus relictus cum scola illa; et non ero solus, dum vos habeam fideles et amicos.

Quod[g] vero mihi mandasti aliquid scribere de praedicatione ad paganos, propter augustiam temporis et festinationem[h] portitoris non occurrit mihi aliquid dictare exinde. Tamen consulens paternitati tuae misi tibi epistolam, quam[i] ante paucos dies[5] domno regi de hac[k] eadem re direxi. Tempore vero oportuno plenius scripturus ero[l] de his omnibus tuae venerandae dilectioni[m 6].

Matth. 18, 7. Vae mundo a scandalis. Quid enim auri insana cupido non subvertit boni. Tamen potens est Deus recuperare[n] quod coeptum est, et perficere quod factum non est. Rogetur eius clementia, ut adiuvet famulos suos in labore piae praedicationis, ut sit laus nomini eius in aeternum.

---

a) ipse *T**. b) vinea *H.* c) mercis *H.* d) omnib *H* (*sic pro* omnes); omnes *T**. e) predic. *post corr.* prẹd. *T**. f) de *add. T**. g) *Hic nonnulla excidisse certum est. Itaque puncta interposui. J.*

112. a) litteris *corr. in* -ras *S 1.* b) magnus *S 1.* c) conmandasti *S 1.* d) proficiant *S 1.* e) rege *corr. in* regi *S 1.* f) *J. scripsit* Eanbaldi *pro* Archanbaldi *S 1. Nam ex sequenti verbo* archiepiscopo *hoc vitium ortum esse patet.* g) Quid *S 1.* h) festinatione *S 1.* i) quem *S 1.* k) ac *corr. in* hac *S 1.* l) uero *corr. in* ero *S 1.* m) dilectione *corr. in* -ni *S 1.* n) recuberare *corr. in* -perare *S 1.*

1) *V. ep. 107 supra p. 153.* 2) *De discipulis ab Arnone missis cf. infra epp. 156. 158. 186.* 3) *I archiepiscopi Eboracensis, die 10. Augusti 796. mortui, v. Simeon. Dunelm. 796 p. 58; Ann. Lindisfarn. 796 (SS. XIX, 506).* 4) *Aelberhto (archiepiscopo Eboracensi 767—778); v. p. 167; Versus de sanctis Euboric. eccl. v. 1515 sqq. (Poet. Carol. I, 203).* 5) *Itaque et haec epistola et epistola 110. scripta est post 10. Aug. 796; v. supra n. 3 (fortasse a. 797).* 6) *v. ep. 113 infra.*

Hanc cartulam habeas tecum, legens, considerans, donec pleniorem[a] accipias catezizandi rationem. 796 post Aug. 10.

Et si de novo[b] tibi non liceat mecum loqui, donec venero ad domnum regem, spero me totam aestatem[c] in illis stare partibus; poterimus in Helisetis[1] coniungi, si vobis licet Baiovaria permanere, quia res aliquas habemus in Elisetis. Ideo missus tuus mihi haec omnia — sed magis litterae loquantur, quia memoria rusticorum fragilis est. Valete in pace.

113.

Alcvinus Arnoni episcopo Salisburgensi, qua ratione Huni fidem christianam docendi sint, exponit. *796 post Aug. 10.*

Codd. S fol. 1'—4, H fol. 69'—73', T fol. 109—111'*[a].
Edd. Q 104, F 31, J 71. — Migne col. 192.

DULCISSIMO FRATRI ET SANCTISSIMO PRAESULI AQUILAE ALBINUS SALUTEM.

Praesagum tibi nomen[b 2] inposuere parentes; licet dispensationis Dei ignari, apud quem omnia futura iam facta sunt. Qui te summa pietate caelestia ordinavit mysteria populis ministrare, et de alto supernae gratiae intuitu acutissimis spiritalium oculorum obtutibus fluctivagos de huius saeculi salo pisces ad vivificandum non ad Cf. 2. Cor. 6, 9. mortificandum eruere, et sacro vitrei fontis lavacro abluere, et igne sancti Spiritus ad epulas[c] aeterni regis assare; ut verus apostolicae vocationis auditor efficiaris; dicente Christo, dum in procellosis fluctibus binas duorum fratrum germanitates[3] laborare aspexit: 'Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum', non a priori pro- Matth. 4, 19. priae artis[d] officio conpescens, sed ut meliores retibus in dexteram missis pisces ad Ioh. 21, 6. litus stabilissimae soliditatis perducerent.

Hos tu, efficacissimus divini operis laborator, tota mentis intentione adsequi satage; ut[e] Christus ipse per te[f] de tuae puppe[g] carinae populis praedicare[h] dignetur et sit pius gubernator naviculae, ex qua te retia apostolicae praedicationis[h] in pelagus profundissimae gentilitatis expandere iussit; quatenus illum per suae magnae pietatis miserationem tibi sociisque tuis praecipientem[i] audias[k]: 'Adferte[l] de piscibus, quos ib. 21, 10. prehendistis[m] nunc'. Esto oboediens voluntati illius secundum nomen Simonis[4], qui ad dominicum convivium traxit rete, plenum magnis[n] piscibus, centum quinqua- ib. 21, 11. ginta[o] tribus.

Qui vero sint[p] hii[q] pisces in hoc numero praefiniti[r], si velis scire, illi sunt, qui ex decalogi praeceptorum[i] Dei vel ex septiformi Spiritus sancti gratia post extremam resurrectionem ad perpetuum cum Christo convivium electi sunt. Ideo rete illius piscationis, sicut in priori captura[s 5] scissum esse non legitur, quia nullus ibi nisi ib. 21, 11. electus et ad perpetuam pacem ordinatus invitatur conviva[6]. Igitur si ab uno usque

a) plenorem *S 1.* b) et sit novo *S 1.* c) totum aestatim *S 1.*
113. a) *Lemma:* Albinus ad Aquilam praesulem *T*, ubi alio atram. post additur* de baptismo et de aliis. b) nomen tibi *S.* c) aepulas *H;* ępulas *T*.* d) ortis *H.* e) quatenus *S.* f) per te *om. S.* g) puppi *T*;* puppę *S.* h) predic. *post corr.* prędic. *T*.* i) prec. *post corr. in* pręc. *T*.* k) *om. S.* l) *post corr.* afferte *T*.* m) prendidistis *T*.* n) magis *H; post corr.* magnis *T*.* o) CL *T*.* p) sunt *H, T*.* q) hi *T*.* r) perfiniti *T*.* s) capturā *H.*

1) *Alsatia.* 2) *Nam* arn *Germanice est Latine* aquila, *cf. supra p. 79:* Utinam iuxta nomen tuum fiat merces tua firma et alta. 3) *Matth. 4, 18:* Simonem qui vocatur Petrus et Andream fratrem eius. 4) *Isid. Etymol. VII, 9, 6:* Simon autem Hebraice interpretatur obediens. 5) *Luc. 5, 6:* rumpebatur autem rete eorum. 6) *Comment. in Ioh. l. VII c. 43 (Opp. I, 640):* in ista vero piscatione et multi pisces et magni capiuntur et rete non rumpitur, quia sancta electorum ecclesia . . nullis iam dissensionibus dilaniatur.

796 post Aug. 10. ad septimam decimam summam singulos numeros per augmenta conputaveris[a], posteriores numeros semper prioribus adiungens[b], totius calculationis summa in[c] centum[d] quinquaginta tribus adcrescit[1]. Et si hos decem[e] et septem in duo divideris, id est denarium et septenarium, denarius legalia mandata et septenarius dona sancti Spiritus designat. Item si septem in duo divideris[f], id est in III[g] et in[h] IIII[g], tres enim fidem[i] sanctae Trinitatis designant, in qua fide omnes gentes salvandae sint[k], quae per quadrifarias totius orbis[l] plagas diffusae sunt.

Matth. 28, 19. 20. Ideo dominus noster Iesus Christus discipulis suis mandavit dicens: 'Ite, docete omnes gentes, baptizantes eas[m] in nomine Patris et Filii[n] et Spiritus sancti; docentes eas[o] servare omnia, quaecumque mandavi vobis'. In istis paucissimis verbis totius sanctae praedicationis ordinem exposuit. Bis docere dixit et semel[p] baptizare. Primo omnium fidem catholicam docere praecepit[q]; et post fidem acceptam in nomine sanctae Trinitatis baptizare iussit; deinde fide inbutum et sacro baptismate[r] ablutum evangelicis instruere praeceptis[q] mandavit.

Hunc tu ordinem, sanctissime doctor, catezizandi[s] in adultae aetatis viris ubique firmiter obtineas, fragiliori vero aetati pia mater ecclesia concessit, ut, qui alieno in paterna praevaricatione[t] ligatus est peccato, alterius in baptismi[u] mysterio professione solutus sit. Etsi hoc non esset, quanti perirent infantes, ex quorum nunc[v] numero caelestis cotidie aedificatur Hierusalem[w]? Absque fide quid proficit baptisma[x]? dicente Hebr. 11, 6. apostolo: 'Sine fide inpossibile est placere Deo'. Inter[y] inpossibile[z] et difficile hoc interesse legimus: difficile est, quod fieri, licet vix, potest; inpossibile vero, quod omnino ab humana fragilitate fieri non potest. Ideo ipse Dominus in evangelio stupentibus Matth. 19, 26. apostolis, quis ex divitibus salvus fieri posset, respondit: 'Apud homines hoc inpossibile est; apud Deum autem omnia possibilia sunt'.

Idcirco misera Saxonum[a] gens toties[b] baptismi[u] perdidit sacramentum, quia numquam habuit in corde fidei fundamentum[c].

Sed et hoc sciendum est, quod fides — secundum quod sanctus Augustinus[d] ait — ex voluntate fit, non ex necessitate[2]. Quomodo potest homo cogi, ut credat quod non credit[e]? Inpelli potest homo ad baptismum[f], sed non ad fidem. Veluti isti heretici, qui adoptionem carnis in Christo confirmant[3], nullatenus ad catholicam fidem converti possunt; quia nullam habent voluntatem orthodoxae fidei professionem cum universali ecclesia cognoscendi. Docendus est itaque homo rationalem habens intellegentiam et multimoda praedicatione adtrahendus, ut sacrae fidei veritatem agnoscat. Et maxime Dei omnipotentis pro eo deprecanda est clementia. Quia otiosa est lingua Ioh. 6, 44. docentis[g], si gratia divina cor auditoris non inbuit[h]; dicente ipsa veritate: 'Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, adtraxerit eum'. Et ut aequaliter sanctam Trinitatem salutem hominis operari intellegas, dicit et ipse Dominus in alio ib. 14, 6. loco: 'Nemo potest venire ad Patrem nisi per me'. Item et de Spiritu sancto[i] ait: ib. 3, 5. 'Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei'. Quod enim visibiliter sacerdos per baptismum operatur in corpore[k] per aquam, hoc Spiritus sanctus invisibiliter operatur in anima per fidem.

---

a) cōputaveris *T**; computavenis *H.* b) adiunges *T**. c) summā *S.* d) centum *om. S.* e) decim *H.* f) in duos divideris partes *S.* g) *in loco raso T**. h) in *om. H, S.* i) vides *H.* k) sunt *S.* l) *om. H, T**. m) eos *T**. n) fili *H.* o) eos *T**. p) dixit semel et *T**. q) prec. *post corr. in* pręc. *T**. r) babtismate *S.* s) catacizandi *H;* catazizandi *S.* t) praevaricationis *H.* u) babtismi *S.* v) *om. S, T**. w) Hierusalū *H.* x) babtisma *S.* y) Iter *H.* z) impossibile *T**. a) Saxorum *H, T**. b) totiens *T**. c) sacramentum *T**. d) Agustinus *H, S.* e) credat *H.* f) babtismum *S.* g) docendis *T**. h) imbuit *T**. i) sancto spir. *S.* k) et *add. T**.

1) *Cf. Alc. Comment. in Ioh. l. VII c. 43 (ed. Froben. I, 641), ubi eadem fusius exponuntur.* 2) *Cf. Augustini epistolam 217, opp. edd. Benedictini II, 805, supra p. 160.* 3) *Felicis Urgellitani asseclae.*

Tria sunt in baptismatis sacramento visibilia, et tria invisibilia. Visibilia sunt [796] sacerdos corpus et aqua. Invisibilia vero spiritus[a] anima et fides. Illa tria visibilia [post Aug. 10.] nihil proficiunt foris, si haec tria invisibilia non intus operantur. Sacerdos corpus aqua abluit[b], Spiritus sanctus animam fide iustificat. Et hoc est, quod apostolus ait: 'Cooperatores enim Dei sumus'. Cooperatur[c] homo Spiritui[d] sancto in salute hominis: [3. Ioh. 1, 8.] sed et ipse homo, qui baptizandus[e] est, cooperari ambobus debet in salute sua, id est Spiritui sancto et sacerdoti humiliter corpus praestare ad sacri mysterium lavacri et animam voluntarie[f] ad catholicae fidei susceptionem. Haec omnia doctori in initio fidei et sacramento baptismatis ad salutem accipientis diligenter consideranda sunt[g]; et non desidiose[h] tanti sacramenti mysterium exsequi[i].

Sed hoc quoque magnopere pensandum est, qualiter novella plantatio colenda sit, ut[k] primi flores fidei ad incrementa fructuum pervenire valeant; ne gelu cuiuslibet duritiae emarcescant et ad dulcedinem optati[l] fructus non crescant. Nam infantilis[m] aetas suavitate materni lactis nutrienda est[1]; et rudis anima[n] mollioribus divinae dulcedinis praeceptis[o] alenda est[p]. Nam solidus cibus virorum est fortium; et altiora praecepta illorum sunt, qui exercitatos habent sensus in lege Dei. Unde[q] et apostolus quibusdam fragilioris intellegentiae fratribus scribens ait: 'Lac vobis dedi escam, non [1. Cor. 3, 2.] solidum cibum; quia non potuistis accipere, sed necdum potestis; quia carnales[r] estis'. 'Carnalis enim homo non percipit ea, quae Dei sunt; spiritalis enim omnia diiudicat', [ib. 2, 14. 15.] id est discernit et iudicat. Unde et ipsa veritas in evangelio quibusdam calumniantibus[s], cur apostoli non ieiunarent, sicut Farisei[t] et discipuli Iohannis, respondit: 'Nemo [Matth. 9, 17.] mittit vinum novum in utres veteres; alioquin et utres rumpuntur, et vinum effunditur, et utres peribunt'. Qui sunt utres veteres, nisi qui in gentilitatis erroribus obduraverunt? quibus si austeriora[u] in initio fidei novae praedicationis praecepta tradideris, rumpuntur et ad veteres consuetudines perfidiae[v] revolvuntur.

Constantior est itaque ad omne opus mens multo tempore in sacrae fidei exercitatione[w] roborata, quam novella praedicatione initiata. Aliter enim sanctus Petrus, postquam musto sancti Spiritus repletus est, in palatio Romano pro fide christiana Neroni respondit; et aliter in domo Caiphae pro confessione discipulatus Christi [Ioh. 18, 17.] ancillae respondit. Hic timidior, illic constantior; hoc exemplar fuit fragilitatis, illud fortitudinis. Quem Christus post resurrectionem pietatis[x] intuitu[y] trina dilectionis suae professione[z] ad pristinae dignitatis principatum revocavit, atque oves, quas proprio [ib. 21, 15—17.] redemit sanguine, commendavit pascendas; quatenus bonus pastor intellegeret non semper delinquentes dura invectione castigare, sed saepe piae consolationis ammonitione corrigere. Nam et ipse dominus noster Iesus Christus, dum a Iudeis temptaretur de muliere adultera, non statim legalis censuram sententiae protulit, sed humilitatis exemplo[a] se inclinans scribebat in terra; ut designaret doctorem propriae fragilitatis [ib. 8, 6.] culpas in pulvere sui cordis prius depingere et sic aliena mitius diiudicare[b] peccata[2]. At[c] si huius considerationis regula in omni aetate et proposito diligenter tractanda est, quanto[d] magis in his, qui ab errore inolitae consuetudinis ad fidem christianam nuper conversi sunt, magno pietatis moderamine observanda est, necnon etiam et in

a) et *add.* *S*, *T**. b) aquabluit *H*. c) Cooperatus *H*. d) spū *H*, *S*, *T**. e) baptizantus *S*. f) voluntariae *S*. g) considerandum est *S*. h) desidios *H*; desidiose ad *S*. i) exsequu *H*; exequi *T**. k) et *S*, *T**. l) optate *H*, *S*. m) infantulis *H*. n) animam *S*. o) prec. *post corr.* pręc. *T**. p) *om.* *S*. q) Vide *H*. r) carnalis *S*. s) calumnientibus *T*. t) farisęi *T**. u) austerioribus *H*, *T** (oribus *in loco raso* *T**). v) perfidie *T**. w) consecratione *T**. x) pietas *H*. y) intutu *H*. z) profesione *S*. a) exempla *S*. b) deiudicare *S*. c) ad *T** *post corr.* at. d) quantum *S*.

1) *Cf. supra p. 157.* 2) *Cf. Alcv. Commentar. in Ioh. l. IV c. 19 (Opp. I, 541):* nos videlicet typice instruens, ut cum qualibet proximorum errata conspicimus, non haec antea reprehendendo iudicemus, quam ad conscientiam nostram reversi, digito eam discretionis solerter exsculpamus.

796 illis, qui ab infantia christianae fidei sacramenta susceperant et diabolica fraude post decepti longa consuetudine carnales secuti sunt luxorias vel aliis quibuslibet peccatorum nexibus obligati. Levioribus primo verborum fomentis consolandi sunt, ne paenitentiae medicamenta durioribus exterriti castigationibus abhorreant.

Sunt quaedam infirmitates, quae melius dulcioribus[a] medicantur pocionibus quam amaris; et quaedam, quae melius amarioribus[b] quam dulcibus[c]. Unde et doctor populi Dei, dum cunctis virtutum lucernis in domo Dei clarescere debet, maxime tamen sagacissimae discretionis intellegentia pollere: ut sciat, quid cui personae sexui[d] aetati[e] et proposito[f] vel etiam tempori conveniat. Quae omnia beatus Gregorius clarissimus doctor in libro pastoralis curae[1] studiosissime exquisivit, personis distinxit[g], exemplis firmavit et divinarum scripturarum[h] auctoritate roboravit. Ad cuius libri lectionem te, sanctissime praesul[i], remitto: obsecrans, ut illum saepius quasi enchiridion[k] habeas in manibus et in corde reteneas[l].

Ac ideo — dum plurimos te, beatissime pater, sanctorum doctorum scio libros habere legere et firma tenere memoria, et maxime in divinis litteris studiosum esse agnosco — supervacuum esse[m] videtur[n] meae litterulis inperitiae[o] tuae sapientiae aures occupare. Nisi caritatis tantum causa meam praesumptionem[i] ante oculos auctoritatis vestrae iuste, ut puto, excusare[p] poterit; ne dilectio, quae intus ardet in corde, muta foris videatur in verbis. Ad hoc enim verba videntur hominibus data, ut arcana[q] cordis fraternis auribus infundere valeant. Ad hoc epistolae scribuntur, ut, quo verborum sonus pervenire non poterit[r], litterarum officia currant; quatenus mutuae[s] caritatis in apicibus signa fraternis obtutibus demonstrantur[t]; ut fiat animorum in caritate praesentia[i], ubi est corporum propter longinquitatem locorum absentia.

O felix et beata vita, ubi semper quod amatur videtur[2] et quod videtur numquam fastidit; ubi Deus omnibus aeternus amor, aeterna laus et[u] gloria et beatitudo. Ad hanc vero vitam et felicitatem me familiarem tuum adsiduis[v] precibus et exhortationibus tecum trahe, quatenus post huius vitae procellosas tempestates ad perpetuae portum quietis, Christo miserante, tecum pervenire merear.

Vestram sanctitatem in omnibus bonis florere et ad perpetuam deus Iesus proficere faciat felicitatem, desiderantissime frater in Christo.

114.

Alcvinus Eanbaldo II archiepiscopo Eboracensi constituto gratulatur, memorans de libris suis Eboraci relictis. Dat bona consilia, etiam de scholis ordinandis. 796.

Codd. S fol. 174—177', A 2 fol. 134—144, (A 1 fol. 53'—57') A 1 p. 58—62 n. 39, Cantabrigienses saec. XI 190 (C) fol. 179—183; 265 (Ca) fol. 13—17 habent magnam huius epistolae partem* (Ecce karissime — regat atque custodiat), *utrumque contulit V. Rever. Harmer. Exordium legitur ap. Willelm. Malmesbir. Gesta pontif. Anglor. l. III p. 246, Gesta reg. Anglor. l. I § 65 p. 68* (Laus et gloria — reliquit)[a].

Edd. Iust. Fontanini Vindiciae quorumd. diplomatum (a. 1705) p. 266—269 'ex cod. biblioth. s. Benedicti Cantabrig. scr. ante septingentos circiter annos' (i. e. C); Basnage in Canisii Lect. ant. ed. alt. II, 1, 449—452, F 50, Haddan and Stubbs Councils III, 501—504, J 72. — Migne col. 221.

---

a) dulcioribus — melius *om. H, T**. b) sanantur *add. T**. c) dulcioribus *H, T**; medicamentis *add. T**. d) sexu *H, S, T**. e) aetate *H, S, T**. f) praeposito *S*. g) distinexit c *eraso T**. h) scribturarum *S*. i) pres. *post corr.* pręs. *T**. k) enkeridion *H*; enkyridion *T**. l) retineas *T**. m) est *T**. n) *om. H, T**. o) imperitiae *T**. p) excussare *S*. q) archana *T**. r) potest *S*. s) mutae *H*; mutę *post corr.* mutuę *T**. t) demonstrentur *T**. u) *om. T**. v) assiduis *T**.

114. a) *Lemma:* Epistola ad Enbaldum archiepiscopum *A*; Item epistola Alcuini (Alcuuini *Ca*) ad Eanbaldum archiepiscopum *C, Ca*.

1) *Opp. II, 1—102, cf. Alcvini Comment. in Ecclesiast. c. 1 (Opp. I, 412):* beatus Gregorius doctor mirabilis et sacrae scripturae lucidissimus expositor, *cf. infra epp. 116. 124. 144.* 2) *Cf. infra ep. 156. 254.*

DILECTISSIMO IN CHRISTO FILIO EANBALDO ARCHIEPISCOPO[1] DEVOTUS PER OMNIA PATER ALBINUS SALUTEM. 796

Laus et gloria domino deo omnipotenti, qui dies meos in prosperitate bona conservavit; ut in filii mei karissimi exaltatione[a] gauderem, et aliquem, ego ultimus aecclesiae vernaculus — eius donante gratia, qui est omnium bonorum largitor — erudirem ex filiis meis, qui dignus haberetur dispensator esse misteriorum Christi et [1. Cor. 4, 1.] laborare vice mea in aecclesia, ubi ego nutritus et eruditus fueram; et praeesse thesauris[b] sapientiae[2], in quibus me magister meus dilectus Aelberhtus[c] archiepiscopus[3] heredem reliquit[d] [4].

Nunc vero mihi omni intentione precanda[e] est divina clementia, ut mihi superstes sit in hac vita, qui mihi solatio semper fuit in sua oboedientia; non quod mortem meam optare velim, sed ut vita[f] illius prolongetur. Non enim filii patribus, sed patres filiis hereditare[5] debent.

Ecce, karissime fili, omnia per Deum habes, quae sperare potuit homo; etiam et plus, quam nostra parvitas[g] sperare auderet. Modo vero viriliter[h] fac et fortiter. Opus Domini, quod habes in manibus, perfice[i] ad mercedem animae nostrae et ad salutem multarum animarum. Non cesset lingua tua in praedicando, non pes tuus in circuiendo[k] gregem tibi commissum[l], non manus tua a laborando, ut elemosinae[m] fiant et sancta Dei ubique exaltetur aecclesia. Esto forma salutis omnium. In te sit [Cf. 1. Thess. 1, 7.] exemplum conversationis[n] sanctissimae, in te sit solacium miserorum, in te confortatio dubitantium, in te discipline rigor, in te veritatis fiducia, in te totius bonitatis spes. Non te saeculi pompa exaltet, non ciborum[o] luxus enervet, non vestimentorum vanitas emolliat[p], non adolantium[q] linguae decipiant[r], non detrahentium adversitas conturbet, non tristia[s] frangant, non laeta elevent. Non sis harundo vento agitata, non flos aura [Matth. 11, 7.] tempestatis decidens, non paries ruinosa[t], non domus super harenam[u] posita; sed [Iac. 1, 11. Matth. 7, 26.] templum esto Dei vivi super firmam petram constructum, cuius ipse sit spiritus [Cf. Ps. 61, 4. Matth. 7, 24.] paraclytus inhabitator.

Quanti putas possunt esse tibi dies[v]? Finge in animo[w] quasi quinquaginta annos. Et ecce haec finem habent; nec ad hoc pervenire putandum est[x]. Infirmitas corporis tui[6] te fortem faciat in anima[y]; et cum apostolo: 'Quando infirmior[z], tunc fortior'. [2. Cor. 12, 10.] Castigatio corporis profectus sit anime.

Mitem te et humilem ad humiliores[a] ostende, durum et rigidum ad superbos[7]; omnia omnibus factus, ut omnes lucrari[b] possis[c]. [1. Cor. 9, 22.] Habeas in manibus tuis mel et absinthium[d]: quicquid[e] cui placeat, edat[f] ex illis. Cui de pia praedicatione[g] vesci libeat, accipiat mel; qui dura[h] invectione indigeat, bibat ex absinthio[i]; ita tamen, ut liceat ei mel[k] veniae sperare, si rosea confusio poenitentiae[l] praecedat.

---

a) exultatione *A 2;* exaltationē *S.* b) thesauri *S.* c) Helbrechtus *S;* Egbertus *Will.* d) reliquid *S.* e) praecanda *S.* f) vitae *S.* g) pravitas *C.* h) viriter *S.* i) perfici *S.* k) circueundo *S;* circumiendo *C.* l) commissam *S.* m) elimosinę *S.* n) solatium misversationis *C pro* ex. conv. o) cyborum *C.* p) emolliet *S.* q) *corr. in* adulantium *A 2.* r) decipiet *S.* s) tristitia *S, C, Ca.* t) *corr. in* -sus *A 1*.* u) arena *Ca.* v) dei *C.* w) animum *S.* x) est *om. S, A 1*, C, Ca.* y) animo *C.* z) infirmor *corr. in* infirmior *A 2;* infirmor *C, Ca.* a) meliores *S, A 2.* b) lucrare *S;* lucri *C.* c) posses *S.* d) absentium *S.* e) cui quicquid *A 1*.* f) aedat *A 2, S.* g) praedatione *S.* h) duram *C.* i) absentio *S, A 2.* k) qui dura invectione mel *add. C.* l) paenitentiae *S.*

1) *II archiepiscopo Eboracensi post mortuum die 10. Aug. 796. Eanbaldum I* statim *electo, v. Simeon. Dunelmens. 796 p. 58. J.* 2) *libris.* 3) *Eboracensis 767—778.* 4) *m. Sept. a. 778; v. De pontificibus Euboric. eccl. vers. 1525 sq. (Poet. Carol. I, 203. 206). Ceterum verbis his:* me — heredem reliquit *Eanbaldo declarat Alcvinus se possessorem esse partis librorum illorum. Nam post paulo ipsum Carolum regem de arcessendis iisdem libris compellavit, v. ep. 121 infra. J.* 5) *hereditatem relinquere. Videtur Alcvinus intellegi velle sese aliquando libros illos (v. n. 4) Eanbaldo relicturum esse. J.* 6) *de eiusdem Eanbaldi* infirmitate gravissima *v. supra p. 88.* 7) *De pont. Euboric. v. 1402 (p. 200):* Trux rigidis, blandusque bonis, durusque superbis, *cf. Poet. Car. I, 215.*

796 Omnia vestra honeste[a] cum ordine fiant. Tempus statuatur lectioni[b]; et oratio[c]
1. Cor. 14. 40. Rom. 14, 6. suas habeat horas; et missarum solemnia[d] proprio tempore conveniant. Qui diem
sapit, Domino[e] sapit. Sit[f] modesta in conviviis lautitia[g], sit casta in ieiuniis laetitia.
Lavetur[h] poenitentia[i] facies, unguatur oleo misericordiae caput, ut omnia acceptabilia
Hebr. 5, 1. fiant domino Deo, qui te elegit sibi sacerdotem. Omnis namque pontifex, ab homini-
bus adsumptus, pro hominibus constituitur in his, quae sunt ad Deum. Aaron stabat
Num. 16, 48. cum turribulo[k] dignitatis suae inter vivos ac mortuos, ut ira Dei non ardesceret plus
in populo. Sacerdos vero Dei verbi et voluntatis illius praedicator debet esse in[l]
populum et intercessor ad Deum pro populo, quasi mediator inter Deum et homines.

Qui sublimem[m] ascendit locum, cavere debet[n] ne cadat; quia ruina altioris loci
1. Cor. 10, 12. periculosior esse dinoscitur[o]. Qui stet[p], videat ne cadat; qui iaceat, contendat ut
ib. 9, 24. resurgat; et qui currat, caveat ne offendat, ne bravium illius alter accipiat. Omnes
Rom. 14, 10. 2. Cor. 5, 10. quidem stare nos oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque quicquid in
Matth. 25, 4. corpore gessit. Tunc non erit tempus oleum emendi; et[q] ideo ante praevideamus,
Luc. 12, 35. ne[r] tunc vacua[s] vasa habeamus. Sint modo lumbi precincti et lucerne ardentes in
manibus praedicatoris, ut tunc fulgeat sicut sol in regno patris sui et pro multiplicatione
Matth. 25, 34. pecuniae sibi commisse laudetur a domino suo et honoretur aeterna gloria.

Noli dominum[u] te putare seculi, sed dispensatorem. Non te numerus propin-
quorum avarum faciat[1], quasi illis in hereditatem congregare debeas: non deerit
1. Tim. 6, 10. occasio congregandi, si cupiditatis, quae[v] est omnium radix malorum, fomes[w] inarde-
scet. Nullus heres[x] melior est Christo; nemo tui thesauri fidelior custos[y] est. Nam
manus pauperis[z] gazofilacium[a] est Christi[2]. Quod ex tuis opibus[b] illi commendare
placeat, hoc per manus miserorum mitte. Duplex[c] fiat elemosina[d] tua: una in sal-
ib. 5, 17. vandis animabus, altera[e] in iuvandis[f] corporibus egentium. Ideo presbiteri duplici[g]
honore iuxta apostolum digni habendi sunt, quia duplici[g] probentur fungi ministerio.
2. Cor. 9, 7. 6. Hilarem datorem diligit Deus: et qui seminat in[h] benedictione, de benedictionibus
1. Cor. 3, 8. metet, et qui plus laborat, plus mercedis[i] accipiet[k].

Sint tui socii honestis moribus ornati; non vestimentorum vanitate notabiles,
Cf. Prov. 10, 1. sed morum dignitate laudabiles. Gloria patris filius[l] sapiens. Non sint ebrietatis
sectatores[m], sed sobrietatis[n] amatores, ut ex illorum bonis exemplis edificentur plurimi.
Non inaniloquium[o] vel scurrilitas[p], sed sancta ex ore eorum audiatur psalmodia. Non
per campos discurrentes vulpes agitando[3] declament; sed tecum equitando[q] psalmos
dulci modulamine[r] decantent.

Numquam sacrae benedictionis[s] pallio indueris[t] absque diaconorum adstantium
ministerio. Habeas et subdiaconos ceterosque ordinatim gradus[u] ecclesiae, quatinus
septiformis[v] in donis sancti Spiritus aecclesia septiformi aecclesiasticorum graduum[w]
distinctione fulgeat. Habeat unusquisque gradus dignitatis suae locum et vestimentum.

a) honesta *A 2, S, C, Ca.* b) lectione *S.* c) orationi *C.* d) sollemnia *S;* sollempnia *C, Ca.* e) *corr. in* dominum *A 2;* dominum *A 1*.* f) sint *S.* g) letitia *S, A 2, C, Ca.* h) lavator *S.* i) poenitentiae *A 2;* paenitentiae *S.* k) thuribulo *C, Ca.* l) ad *A 1*.* m) sublime *C.* n) debeat *S.* o) dignoscitur *C, Ca.* p) stat *C, Ca.* q) *om. S.* r) nec *S, C.* s) convacua *C pro* tunc vac. u) hominum dominum *A 2, C, Ca;* hominum seculi dominum te put. sed *A 1*.* v) qui *C, Ca.* w) *om. C;* vomes *S.* x) eris *S.* y) custus *S.* z) pauperes *S.* a) gazofilatium *S;* gazophil. *C, Ca.* b) optutibus *A 2, S;* obtutibus *C, Ca.* c) Dupplex *A 2, C, Ca.* d) Elymosina *S,* eleomos. *Ca.* e) alter *S.* f) adiuvandis *S, C.* g) dupplici *A 2, C, Ca.* h) de *A*.* i) mercedes *S;* mercedem *C.* k) *corr. in* accipit *A 2.* l) patri filio *C.* m) aebrietates sectantes *S.* n) sobrietates *S.* o) inaneloquium *S;* inaloquium *C.* p) scuril. *S, Ca.* q) aequando *S.* r) dulce modolamine *S.* s) benedictio *C.* t) indueris *Ca.* u) grados *S.* v) septiformes *S.* w) gradum *S.*

1) *Cf. infra ep. 209:* ne propter propinquorum turbam suum cupiditatibus terrarum vel divitiarum involvat animum. 2) *Cf. infra epp. 131. 167. 225.* 3) *Cf. supra p. 55:* et vulpium sequi vestigia.

Et si in conviviis ordo seniorum et dignitatum servandus[a] est, quanto magis in aeccle- 796 sia Christi?

Sit clerus in habitu honestatis et vultu constantiae; et in voce moderata cantantes, magis Deo placere nitentes quam hominibus. Exaltatio inmoderata[b] vocis[c] 1. Thess. 2, 4. iactantis[d] signum est; sed omnia in humilitate et honestate fiant. Et non dispiciant Romanos discere ordines; quatinus, caput aeccelesiarum Christi secundum facultatem virium imitantes, benedictionem[e] a beato Petro principe apostolorum, quem dominus noster Iesus Christus caput electi sibi gregis statuit, habere mereantur aeternam[f]. Sicut apes[g] sapientissima[1], omnia, quae honestatis sunt, discendo probate; et quae Cf. ib. 5, 21. optima esse videntur eligendo[h] retinete.

Praevideat[i] sancta sollertia[k] tua magistros pueris, clero[l] segregentur separatim[m] more[n][2] illorum, qui[o] libros legant, qui cantilene inserviant, qui scribendi studio deputentur. Habeas et singulis his ordinibus magistros suos[3], ne, vacantes[p] otio, vagi discurrant per loca vel inanes[q] exerceant ludos[4] vel aliis mancipentur ineptiis. Haec omnia[r] sollertissima[s], fili[t] karissime, tua[u] consideret providentia; quatinus in sede principali gentis nostrae totius bonitatis et eruditionis fons inveniatur, et[v] ex eo sitiens viator[w] vel aeccelesiasticae discipline amator[x], quicquid desideret[y] anima sua haurire valeat. Habetis[z] me devotissimum in his omnibus, licet in peregrinis[5] habitantem adiutorem.

Consideret quoque tua diligentissima in elemosinis[a] pietas, ubi xenodochia[b], id est hospitalia, fieri iubeas, in quibus sit cotidiana[c] pauperum et peregrinorum susceptio; et[d] ex nostris substantiis habeant solatia[e].

Ecce ego duplici[f] fatigatus molestia, id est senectute et infirmitate[6]. Et forte adpropinquat dies metuendus, quo[g] conteratur hydria super fontem et recurrat vitta[h] Eccl. 12, 6. aurea[7]; revertatur pulvis in terram suam, spiritus ad Deum, qui dedit illum. Et valde ib. 7. timidus pavesco, quo examine[i] tunc iudicandus sit. Tu, fili fidelissime, labora pro anima patris tui, sive nunc in hoc pulvere morantis[k], sive tunc in iudicium properantis; ut requiem habeat vel etiam veniam peccatorum suorum; ut maculae, quae[l] adheserunt illi ex hac lutulenta habitatione corpusculi, fraterna intercessione abluantur.

Sed et post hanc conscriptionem[m] animae meae etiam omnes filios meos, fratres et amicos — sive qui mecum sunt in peregrinatione, sive qui tecum versari[n] videntur in patria — tuae commendo[o] diligentissime fidelitati, ut habeas illos quasi proprios et non extraneos. Ad te respiciant omnes, in te gaudeant, in te consolationem[p] habeant, te honorent quasi patrem. Tu illos ama quasi filios, ut sit una pax omnium et concordia in karitate Christi. Qui vos omnes in sua magna pietate et misericordia caelesti benedictione abundare faciat[d], protegat[q], regat, atque gubernet[r], et in omni bonitate

a) servanda *A, S, C, Ca.* b) Exalta inmoderatio *C.* c) voces *S.* d) iactantia *S.* e) et *add. S.* f) aeterna *Ca.* g) apes *corr. in* apis *A 2.* h) elegendo *S.* i) Praevide ad *C.* k) solertio *S.* l) cleros *C.* m) separentur *C.* n) ore *S.* o) quando *S.* p) vagantes *C.* q) inantes *S.* r) et *add. A, S, C.* s) solertisimus *C;* solertissime *Ca.* t) filii *S.* u) *om. S.* v) ut *A 1*, C, Ca.* w) fiatur *S.* x) amatur *S.* y) desiderat *S;* desideraret *Ca.* z) Habetis — adiutorem *om. C, Ca.* a) aelymosinis *S.* b) senodochia *S;* xenochia *C;* xenedochia *Ca.* c) cottidiana *S;* quotidiana *A 1*.* d) et ex — abundare faciat *om. C, Ca.* e) *om. A.* f) dupplici *A 2.* g) qui *S.* h) ficta *S.* i) examinet *S.* k) morantis *scripsit J. pro* mortis *A, S.* l) qui *S.* m) conscriptione *S.* n) versare *S.* o) conmendo *S.* p) consolatione *S.* q) Omnipotens dominus te semper hic et ubique protegat *C, Ca.* r) custodiat *C, Ca, qui his verbis finem faciunt epistolae.*

1) *Cf. infra ep. 272, V. S. Willibr. c. 4 p. 43 ed. Jaffé:* ceu prudentissima apes; *de apibus Adv. Felicem l. III c. 3 (Opp. I, 814).* 2) *classes, ordines, cf. Corn. Nep. Iph. c. 2. HOLDER-E.* 3) *ut omnes classes simul doceantur.* 4) *Cf. infra ep. 250:* non inanes sequentes ludos. 5) *i. e. in Francia.* 6) *Cf. infra ep. 146:* infirmitas me fatigatum habet; *249:* in diebus senectutis et infirmitatis meae. 7) *Cf. Commentar. in Ecclesiast. c. 12 (Opp. I, 445):* per metaphoram mortis aenigmata sunt.

796 post Aug. 10. proficere faciat ad augmentum mentis meae et profectum salutis vestrae. ad exaltationem multorum, quatinus plurimi vestris bonis exemplis erudiantur atque ad vitam vobiscum[a] mereantur venire sempiternam.

Haec, rogo, cartula melius scribatur[1], et tecum pergat, tecum maneat, et sepius vice linguae paternae tecum loquatur, fili mi, fili karissime et fili in Christo desiderantissime.

Omnipotens Deus in sua magna pietate vos ad exaltationem sanctae suae aecclesiae multis feliciter annis in hac praesenti[b] vita proficere faciat, et in futura[c] gloriam tibi aeternam concedere dignetur.

115.

Alcvinus Eanbaldum II archiepiscopum Eboracensem rogat, ut superiorem epistolam suam saepe in manus sumat. Hortatur, ut bonos consiliarios adhibeat.

796 post Aug. 10.

Codd. H fol. 29—30, A 1 p. 63—64 n. 41*[a].
Edd. F 170, J 73. — Migne col. 233.

VENERANDAE[b] DIGNITATIS ET DULCISSIMAE CARITATIS FILIO SIMEONI[c] [2] SUMMO SACERDOTI[d] ALBINUS PRAESENTIS PROSPERITATIS ET PERPETUAE BEATITUDINIS IN CHRISTO SALUTEM.

Multa mihi fiducia est in fide vestra et multa laus in bonitate vestra, et magnum desiderium, ut proficias de die in diem in caritate Christi, in conversatione relegiosae vitae, et in conspectu Dei in sanctorum gloria meritorum: de quibus saepius sanctitatem tuam litteris meis ammonere curavi. Et[e] sicut — Dei gratia donante meque teneros erudiente annos — ad hunc[f] feliciter celsissimae[g] dignitatis[h] perductus es gradum[i], ita toto cordis mei affectu opto Deumque deprecor, ut semper te in anteriora
Philipp. 3, 13. extendas cum apostolo. donec pervenias ad sublimem perpetuae beatitudinis coronam.

In tantumque[k] praesens tuas implevi precibus aures et absens oculos apicibus paginarum mearum, ut[l] modo nihil novi invenire valeo, quod transactae[m] sedulitatis meae devotioni possit superaugeri; nisi ut dicta[n] paternae pietatis vigilanti recorderis animo, et[o] scripta piae ammonitionis[3] saepius relegere studeas. In quibus vero si quid minus meae dilectionis stilo exaratum invenias, non meae culpa est voluntatis, sed obliviosus ignorantiae error, cui tamen fas est ignosci[p], dum voluntas prumpta est in eo, quod habet et agnoscit. Atque utinam vestrae beatitudinis tam prona sit devotio ad perficiendam[q] scriptae ammonitionis seriem, quam mea gaudens est ad monendum caritas.

Hoc tantum[r] unum mihi in hac cartula ammonere ratum videbatur, quatenus animi tui nobilitatem, quam in te optime sciebam, et sanctae fidei integritatem, quam habere ad omnes solebas, nullis amicorum consiliis, nulla saecularium ambitione desideriorum corrumpi vel inmutari[s] permittas. Non omnis amicus consiliarius esse
Cf. Eccli. 6, 6. poterit, dicente scriptura: ‘Amici tibi sint multi, consiliarius autem unus’. Noli tuam

---

a) nobiscum *A.* b) praesenta *S.* c) futuro *A 2.*

115. a) *Lemma:* Epistola Albini ad Symeonem sacerdotem *A 1*.* b) Verandae *H.* c) Simeone *H.* d) sacerdote *H.* e) et *scripsit J. pro* ut *H, A 1*.* f) adhuc *H;* ad hoc *A 1*;* hunc *corr. J.* g) saepissime *H.* h) dignatis *A 1*.* i) gaudium *A 1*.* k) Interimque *A 1* pro* In—que. l) Et *A*.* m) transacta — devotione *H, A 1*.* n) dilta *corr. in* dicta *H.* o) Ideo et *A 1*.* p) agnosci *H.* q) perficiendū *H.* r) tamen *A 1*.* s) inmutare *H;* immutare *A 1*.*

1) *Cf. p. 100. 165. 166. 174.* 2) *Eanbaldo II archiepiscopo Eboracensi; v. ep. 232 infra.* 3) *ep. 114 supra p. 167.*

bonitatem aliorum inprobitate obscurari. Nolo, amor tuus, quem bona pietate et voluntate ex tuis vel alienis commeruisti, alterius neglegentia vel malitia obruatur, sed ut proficias in sapientia in amore et honore coram Deo et hominibus; ut nil tibi[a] desit in ulla gratia, sed ubique pius appareas et[b] amabilis Deo et omni populo[c]. 796 post Aug. 10.

Vestrae beatitudinis auctoritatem et bonae voluntatis affectum[d] deus Christus augere exaltare et conservare dignetur in aeternum, domine fili in Christo carissime et[b] in omni bono desiderantissime[e].

116.

Alcvinus Eanbaldum II archiepiscopum Eboracensem commonet, ut iusta faciat et S. Gregorii librum pastoralem semper secum ferat. *796 post Aug. 10.*

Codd. S fol. 172—172', A 2 fol. 140—140', A 1 p. 70—71 nr. 49*[a].
Edd. F 57, Haddan and Stubbs Councils III, 505, J 74. — Migne col. 245.

KARISSIMO FILIO SYMEONI SACERDOTI ALBINUS PATER SALUTEM.

Si gaudendum est[a*] de ascensu, timendum est de lapsu; quia de altiore loco periculosior est lapsus[1]. Ideo secundum pronomen[b] tuum esto superspeculator[c][2] non solum gregis tibi commissi, sed etiam tui ipsius, ut in paucis diebus laboris plurimam merearis habere mercedem beatitudinis.

Tempora periculosa sunt in Brittania[d]; et mors regum[3] miseriae signum est; et discordia captivitatis origo; et festinant vera esse quae sepius audisti a nostro praedici magistro[4].

Noli cupidus esse de auro et argento, sed de animarum lucro. Me vero in orationibus et elemosinis[e] memora cottidie, et te in observatione mandatorum Dei semper contine[f]. Et si tempestas undique inmineat, guberna viriliter navem Christi, ut quandoque cum tuis nautis in portum pervenias prosperitatis. Numquam a sanctae praedicationis verbo[g] lingua sileat, numquam a bono opere manus torpescat; et quocumque vadas, liber[h] sancti Gregorii pastoralis[5] tecum pergat[i]. Sepius illum legas et relegas[k], quatenus te ipsum et tuum opus cognoscas in illo; ut, qualiter vivere vel docere debeas, ante oculos habeas. Speculum est enim pontificalis vitae et medicina contra singula diabolicae fraudis vulnera.

Non mollescat animus tuus in adolatione principum, nec torpescat in correctione subiectorum. Non te decipiant saeculi blanditiae, non exaltent honores transeuntes, non subvertant favores populi. Esto columna firmissima in domo Dei, non harundo vento agitata. Matth. 11, 7. Esto lucerna super candelabrum posita, non sub modio abscondita. ib. 5, 15. Esto omnibus via salutis, non vena perditionis, ut per te plurimi corrigantur salventur et ad vitam tecum perveniant sempiternam.

Vive, vale feliciter et nostri memor proficias semper in opere Dei.

a) tibi nihil *A 1**. b) *om. A 1**. c) hominibus *pro* omni pop. *A 1**. d) effectum *A 1**. e) desideratissime *A 1**.

116. a) *Lemma:* Epistola Albini (magistri *add. A 1**) ad Simeonem sacerdotem *A.* a*) *om. A 1**. b) nomen *S*. c) semper speculator *A*. d) Britannia *A*. e) elimosinis *S*. f) *om. S, A 2.* g) verbo *superscriptum est in A 2;* a sancta praedicatione *S*. h) litteras *A*. i) *corrigit in* habeas *A 2;* habeas *A 1**. k) *hic desinit epistola in A.*

1) *Cf. supra p. 168 lin. 10.* 2) *episcopus, cf. supra p. 48 n. 2.* 3) *Aethilredi regis Northanhumbrorum, die 18. Apr. 796. necati, et Offae regis Merciorum d. 26. Iulii 796. mortui.* 4) *Aelberhto (archiepiscopo Eboracensi 767—778); v. supra p. 167 n. 3.* 5) *Hunc librum saepius commendat; cf. supra p. 83. 166 n. 1, infra epp. 124. 209.*

796

117.

Alcvinus monachis Murbacensibus scribit, quam ob rem ad eos non accesserit. Suadet caritatem humilitatem oboedientiam pacem studia litterarum. *796.*

Codd. T fol. 74—75, K 1 fol. 35'—36', K 2 p. 105—108, A 1* p. 103—105 n. 67*[a].
Edd. C 22, Q 64, F 47, J 75. — Migne col. 217.

VENERABILIBUS IN CHRISTO FRATRIBUS IN ECCLESIA[1] SANCTI LEODEGARII[b] EPISCOPI SERVIENTIBUS ALCHVINE[c] DEVOTUS VESTRI PROFECTUS IN CHRISTO SALUTEM.

Desiderabilem vestrae beatitudinis[d] salutationem, quam meae[e] parvitatis auribus fidelis frater[f] Odilleoz[g] [2] attulit[h], gratissimo suscepi animo; valde desiderans vestrae[i] sanctitatis orationibus in huius procellosae vitae navigio adiuvari, quatinus[k] piissima Salvatoris nostri gubernatione ad portum[l] perpetuae quietis vobis intercedentibus pervenire merear.

Quod[m] ad vos non veniebam, non alicuius — Deus testis est — despectionis[n] causa feci: sed ne scandalum religioni[o] vestrae mea[p] inordinatae[q] conversationis vita[3]
Eccli. 34, 28. Cf. Matth. 12, 30. generaret[r]; cupiens aedificare et[s] non destruere[t], congregare et[s] non spargere[u]. Nulla est ovibus Christi maior damnatio quam pastor errabundus. Et si ductor[v] per devia orbitat[w], quomodo sequens viator viam incedit regiam? Nonne hastile[x] aciem lanceae sequitur in ictu[y]?

Vos vero, fratres carissimi[z], totis moribus[a] sanctorum patrum sequimini exempla; illorum[b] unanimiter oboedientiae[c] pedibus intrate vestigia. Caritas[d] oboedientia et humilitas monachis caeli aperient ianuas[e]. Non illa caritas, quae in pleno potatur[f]
1. Cor. 13, 5. calice[4]; sed[g] illa, quae in pectore sine simulatione versatur fraterno, non sua quaerens, sed quae alterius sunt, omnibus prodesse, non sibi placuisse quaerens. Non illa humilitas tantum, quae in capitis inclinatione foris ostenditur; sed illa, quae in cordis consideratione ante conspectum summi iudicis omnibus se inferiorem esse iudicat. Quid de oboedientia loquor[h], dum[i] tota monachorum vita in simplicitate consistit[k] oboedientiae? Pater vero et pastor[5] Deo rationem reddet[l], quid iubeat et quibus ante eos vivat exemplis; sicut et[m] filii et grex, qua devotione paternis[n] obtemperant iussis, omnium iudici rationem reddituri erunt.

Igitur pacem et concordiam ex intimo cordis affectu inter vos habete, quia nihil
Rom. 12, 10. sine pace[o] Deo placet; nec munus ad aram. Unusquisque alium iuxta apostolum
1. Cor. 4, 21. honore praeveniat. Seniores in spiritu mansuetudinis quasi filios ammoneant adole-

---

117. a) *Lemma:* Alcuinus fratribus *K 1;* Alchuinus ad fratres in ecclesia sancti Liudgarii episcopi *T*;* Alcuinus ecclesiae Leodegari fratribus *A 1*.* b) Leodogarii *K 1, A 1*;* Liudgarii *T*.* c) Alcuinus *K 1, T*, A 1*.* d) beatudinis *K 2.* e) mea *K 2.* f) vester *A 1*.* g) ill. *K, A 1*.* h) adt. *post corr.* att. *T*.* i) in vestrae *K.* k) quatenus *T*, K 2, A 1*.* l) portam *K 2.* m) vero *add. T*.* n) dispectionis *K 1, T*, A 1*.* o) releg. *K 2;* regionis *T*.* p) meae *T*.* q) mea inordinata *K 1;* me inordinata *K 2, T*.* r) gereret *K 1.* s) *om. K 1.* t) distruere *K 2.* u) dispargere *T*.* v) Et seductor qui *T*.* w) exorbitet *A 1*.* x) astile *K 1, T*; al. m. post superscr.* h *T*.* y) iectu *K 1.* z) karissimi *K 1.* a) viribus *T*.* b) que *add. T*.* c) obedienciea *K 2.* d) et *add. A 1*.* e) ian. ap. *T*, K 2.* f) patatur *K 2.* g) in *add. K 2.* h) loquar *A 1*.* i) cum *K 2.* k) consistat *A 1*.* l) *om. K 1.* m) scilicet *K, T* pro* Sicut et. n) patris *K 1, A 1*.* o) plane *K 2.*

1) *in Murbacensi coenobio, quod S. Leodegario episcopo Augustodunensi sacratum erat.* 2) *De quo cf. Poet. Carol. II, 426 n. 4; Libri confraternit. ed. Piper p. 208: 169, 4; Chronik des Gall. Oehem ed. Brandi p. 42, qui hunc locum neglexit.* 3) *Haec maxime conveniunt in annum 796, quippe quo Alcvinum sciamus et in Alsatiam venisse (v. ep. 112 supra p. 163) et, factum abbatem S. Martini Turonensem, huic monasterio suo diu defuisse. J.* 4) *Ritum bibendi, qui 'minne' vocatur, dicere videtur.* 5) *Gerhohus episcopus Eistetensis et abbas Murbacensis. V. Ann. Alamann. 793 (SS. I, 47):* Gerho episcopo Muarbach monasterium datum; *tabulas ap. Schöpflin, Als. dipl. I, 58. 59; cf. etiam Gallia Christ. XV, 540 J.*

scentes[a]. Sed et[b] illi praecepta patrum[c] quasi divinitus data[d] cum omni humilitate [796 ex.] perficiant: servantes in timore Dei proprii castitatem corporis, ut Spiritus sanctus dignetur habitare[e] in eis, apostolo dicente[f]: 'Templum[g] Dei sanctum est, quod [1. Cor. 3, 17.] estis vos'[h].

Et in sanctarum scripturarum lectione studiosi estote, ut possitis alterutrum aedificare et consolari; quia, qui non vult in iuventute discere, in senectute scire non poterit[1]. Et sicut saeculi avarus cotidie sibi divitias augere[i] studet, sic servus Dei sapientiae[k] gazas in sui pectoris saccos cotidie congregare studeat, ut sit scriba in ecclesia Dei[l] doctus[m], proferens de thesauro cordis sui[n] nova et[o] vetera conservis[p] [Matth. 13, 52.] suis caelestis scientiae dona; quatenus iuxta Danihelis[q] prophetiam[r] erudiens multos, [Dan. 12, 3.] sicut firmamentum stellis ornatum in perpetua fulgeat beatitudine[s].

Non me obsecro praesumptiosum aestimate[2], fratres, pro[t] huius ammonitionis cartula[u], sed quod caritatis lingua dictavi, vos humilitatis perlegite oculis[3], meamque fragilitatem orationum auxilio vestrarum roborate, ut, Dei donante clementia, peccatorum meorum merear accipere veniam ac vobiscum desiderabilem audire vocem: 'Venite benedicti[v] patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi'. [Matth. 25, 34.]

118.

Alcvinus Carolo regi Francorum aegrotanti bene precatur. Monet, ut et captivos et adversarios quosdam indulgenter habeat. *796 ex.*

Cod. T fol. 94*[a].
Edd. Q 90, F 32, J 76. — Migne col. 196.

Domine mi dilectissime et dulcissime et omnium desiderantissime, mi David, tristis est Flaccus vester[b] propter infirmitatem vestram. Opto et toto corde Deum deprecor, ut cito convaleatis; ut gaudium nostrum sit plenum in vobis, et sanitas [Ioh. 15, 11; 16, 24.] vestra sit plena, anima et corpore.

Domine mi, memor sit pietas vestra captivorum, dum est Pippinus[4] tuus tecum, propter gratiarum actiones mirabilis beneficii, quod vobiscum de Hunis divina fecit clementia[5], et propter prosperitatem inminentium rerum; ut clementissima illius potentia omnes adversarios sui sancti nominis vestris velociter subiciat pedibus. Sed et de peccantibus in vos — si fieri possit et vestrae videatur providentiae — aliqua de aliquibus fiat indulgentia et remissio. Tamen propter incognitas illorum causas cautius de his loquor. Vos enim ipsi optime scitis quod utile est regno vobis a Deo dato et paci sanctae Dei ecclesiae. Proficuum facientes faciatis in omnibus voluntatem Dei, quatenus illius sanctissima gratia vos proficientes ubique protegat regat et custodiat, domine et dulcissime et desiderantissime.

---

a) adoliscentes *K 2, T**. b) patr. praec. *T*, K 2*. c) et *om. K 1, A 1**. d) dicta *T**. e) hab. dign. *T*, K 2*. f) dic. ap. *T*, K 2*. g) enim *add. T**. h) *om. K 2*. i) gaudere *T**. k) sabiencia *K 2*. l) *om. A 1**. m) dotus c *superscr. T**. n) *om. K 2*. o) et — Danielis *om. K 2*. p) conservis — Danielis *om. K 1, A 1**. q) et *add. A 1**. r) prophetia *K 1, A 1**; profecia *K 2*. s) beatidud. *K 2*. t) ad *K*; ob *A 1**. u) cartulam *K 1*; chartulam *A 1**. v) pened. *K 2*.

118. a) *Lemma:* Alchuinus ad domnum regem *T**. b) ūrt *T**.

1) *Cf. supra p. 55 n. 3; 73. 132.* 2) *Cf. supra p. 95 l. 22; 111.* 3) *Cf. supra p. 73 l. 15.* 4) *rex Italiae, qui exeunte anno 796. e Pannonia* ad patrem, Aquisgrani hiberna habentem, venit. *V. Annales Einharto attributos, Alamann. 796 (SS. I, 48. 183); Angilberti versus ad Pippinum 1—2 (Poet. Carol. I, 358). Cf. quae ad hanc et sequentem epistolam adnotavit Mühlbacher (Mittheil. des Instit. für Oesterr. Geschichtsf. I, 265).* 5) *Cf. supra p. 143:* mirabiliter . . . triumphatum est.

796 ex.

119.

Alcvinus Pippino regi Italiae gratias agit, quod Carolus rex captivos redimi siverit. Adhortationes addit. *796 ex.*

Cod. T fol. 94'—95* [a].
Edd. Q 91, F 33, J 77. — Migne col. 197.

NOBILISSIMO NOBISQUE AMANTISSIMO FILIO PIPPINO[1] ALBINUS IN CHRISTI DILECTIONE SALUTEM.

Gratias agimus benivolentiae tuae, simul et pietati domni regis[2], qui pie consentit petitioni [de[b]] redemptione captivorum. Scio vos in talibus pietatis operibus promereri benedictionem, et longaevam regni prosperitatem adipisci.

Et tu, excellentissime iuvenis, nobilitatem generationis morum nobilitate adornare studeas; et Dei omnipotentis voluntatem atque honorem tota virtute implere contende; quatenus illius ineffabilis pietas solium regni tui exaltet et terminos dilatet, et gentes tuae subiciat potestati. Esto largus in miseris, pius in peregrinis, devotus in servitio Christi; servos illius[c] et ecclesias honorifice tractans; et ut sedula illorum oratio te adiuvet. Esto honestus in conversatione, castus in corpore.

Prov. 5, 18. 17. Laetare[d] cum muliere adoliscentiae tuae[3]; et non sint alienae participes tui: ut benedictio tibi a Deo data[4] in longam nepotum procedat posteritatem.

Esto fortis in adversarios, fidelis in amicos, humilis christianis, terribilis paganis, affabilis miseris, providus in consiliis. Utere consilio senum et servitio iuvenum. Et Cf. Ps. 118, 75. aequitatis[e] iudicia in regno tuo, et laus Dei ubique horis conpetentibus resonet, et maxime in praesentia pietatis tuae, quia huiusmodi devotio in officiis ecclesiasticis Deo te amabilem faciet et hominibus honorabilem efficiet. Sint tibi sobrietatis cogitationes in corde, veritatis verba in ore, honestatis exempla in moribus, ut te divina ubique clementia exaltet et custodiat.

Haec, obsecro, carta tecum in testimonium amoris mei pergat: etsi non sit digna tuae venerationis cingulo suspendi, tamen eius ammonitio digna sit in corde tuae sapientiae recondi.

Vive Deo florens, [laeta[f]] gaudensque salute;
  Dextera te Christi protegat atque regat.
Obsecro, commendes Albini ut nomen ubique,
  O fili, famulis per tua regna Dei.

120.

Alcvinus Beornrado archiepiscopo Senonensi vitae S. Willibrordi librum utrumque et pedestri et poetico sermone iussu eius conscriptum dedicat. Homiliam de eodem et elegiam de sancto Wilgilso patre eius conditas addit. *782—797.*

Codd. Stuttgardiensis (S) G 38, olim Weingartensis s. IX, Parisinus (P) 10865, quondam S. Maximini Trevir. s. IX, Wirziburgensis (W) Th. f. 34 s. X, Monacensis (B) 4605 (Benedictobur. 105) s. X—XI, S. Galli 565 (G) s. XI, Monacensis 9506 (O), Oberalltah. 6 s. XII [a].
Edd. Surius Probat. SS. historiae ad 7. Nov. p. 127, Mabillon Acta SS. ord. S. Bened. saec. III, 1, p. 603, Quercetanus col. 1433, Frobenius II p. 183, Jaffé Bibl. VI, 39. — Migne CI, 693.

---

119. a) *Lemma:* Albinus ad Pippinum *T**. b) de *addidit J.; om. T**. c) illos *T**. d) letare *post corr.* lętare *T**. e) aequitas sint *corr. J.* f) laeta *add. Quercet.*

120. a) *Lemma:* (Incipit *add. P*) prefatio de vita sancti Willibrordi archiepiscopi libri primi *S, P;* Prologus in vitam sancti Wilibrordi episcopi *O.*

1) *regi Italiae. Eidem dedicatur* Disputatio regalis et nobilissimi iuvenis Pippini cum Albino scolastico *(Haupt Zeitschrift für deutsches Alterth. XIV, 531 sqq.)* 2) *Caroli.* 3) *concubina.* 4) *Hinc intellegitur Pippinum regem iam illo tempore parentem fuisse. De cuius filiis cf. Einharti Vit. Caroli M. c. 19, Simson Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 432. J.*

DOMINO[a] EXIMIO, VENERABILI ATQUE[b] LAUDABILI BEORNRADO[c] ARCHIEPISCOPO, HUMILIS LEVITA ALCVINE[d] SALUTEM. 782 — 797

Delatis ad nos vestrae excellentiae litteris, in quibus vestrum agnoscens in Domino studium et diuturnam in lege eius meditationem, magno me gaudio affectum esse fateor. Sed tamen longe inparem me petitioni[e] vestrae consideravi, utpote nullo praerogativae munere eloquentiae suffultus[f], ad implendum quod iussisti[g]; ac nisi me[h] caritas urgeret[i], quae nulla negare solet, non auderem ultra meae paupertatis vires negotium[k] attingere. Tamen vestris orationibus divina donante gratia[l], et sanctissimo patri[m] Willibrordo servienti[n], cuius me vitam mores et miracula scribere pio studio rogasti[o], tuis parui, pater sancte, praeceptis[p], et duos[q] digessi libellos, unum prosaico sermone gradientem, qui[r] puplice fratribus in ecclesia, si dignum tuae videatur sapientiae, legi potuisset; alterum Pierio[s] pede[1] currentem, qui in secreto cubili inter scolasticos tuos tantummodo ruminari[t] debuisset. Uterque tamen[u] propter occupationes diurnas[v] furtivis noctium lucubratiunculis[w] dictatus est, et[x] eo magis vestrae indigent defensionis[y], quo minus ab auctore proprio expoliti sunt. Meum fuit, praecipientis[z] non spernere auctoritatem; tuum[z*] est, oboedientis defendere inperitiam[2].

Unam quoque priori libello superaddidi omeliam, quae utinam digna esset tuo[a] venerando ore populo praedicari. Item secundo adieci sermoni[b] helegiacum[c] carmen de viro venerabili Wilgilso[d], patre[e] scilicet sanctissimi pontificis Willibrordi[f], cuius corpus requiescit in cellula[g] quadam maritima, cui ego, indignus licet, legitima[h] Deo donante successione praesideo[i][3]. Sed et omnia quae vel prosa gradiente vel versu currente dictavi[k], tuae sanctitatis[l] spectant[m] iudicium, utrum digna[n] memoriae[o] an pumice radenda[p] feroci; nec nisi tuo[q] roborata examine procedant[r] in puplicum.

121.

Alcvinus Carolo regi recuperatam valetudinem gratulatur. Scholas in coenobio S. Martini Turonensi se aperuisse; petit, concedat ut libri quidam graviores Eboraco arcessantur. Hortatur, ut palatii regii iuvenes ad studia accendat. 796 ex. — 797 in.

Codd. T fol. 1—3 (ubi foliorum partibus desectis frusta tantum huius epistolae leguntur), T fol. 1—2, K 1 fol. 11'—14', K 2 p. 33—41, A 1* p. 80—83 n. 52*[a].

Edd. C 3, Q 1, F 38, J 78. — Migne col. 207.

---

a) Domno *W, O.* b) aque *S.* c) Beornraedo *P;* Beorbeato *B;* Beornredo *G;* Bernrado *O.* d) Alcuinus *P;* Alcuuinus *B;* Alchuuinus *O;* Alquinus *G, W.* e) petitionis *S, W, B, corr. in* petitioni *G;* peticioni *O.* f) *corr. in* suffultum *G.* g) *corr. in* iussistis *G.* h) at si minime *G.* i) urgueret *B.* k) nogotium *S.* l) adiutus *addit G.* m) patre *B et edd.; om. O.* n) *corr. in* servientium *G;* serviente *B;* suffraganti *O;* intercedente *edd. quod mihi quidem intolerabile visum est; fort.* serviendo, *sed ab antiquissimorum codicum lectione recedere nolui WATT.* o) rogas *W.* p) precibus *G.* q) duosque *G.* r) ac qui *G.* s) piereo *S, W;* pyrreo *G.* t) ruminare *S, B, post corr.* -ri *W.* u) *ita edd.;* tum *S, W, P;* dum *B;* tuis *G.* v) *corr. in* diuturnas *P.* w) lucubratiunculas *S;* lugubratiunculis *B.* x) *omisit B.* y) defensioni *B, corr. in* vestra defensione *G.* z) percipientis *S,* precipieritis *W.* z*) vestrum *O.* a) *om. G,* vestro *O.* b) sermone *P, W.* c) eliacum *O;* heleacum *post corr.* helegiacum *W;* heliacum *G et S, ubi alia manu corr. est* elegiacum; *ita B et edd.* d) Wilgiso *S, B, edd.;* Willigiso *G, O;* uuilsigo *multo post suprascr.* uuilligiso *W.* e) patri *corr. in* patre *S.* f) Willbrordi *P.* g) cella *B.* h) tamen *multo post add. W.* i) praesedeo *corr. in* praesideo *S;* deservio *edd.* k) dicti *multo post corr.* dicta sunt *W.* l) sanctitati *corr. in* sanctitatis *S, W.* m) spectent *B.* n) dignum *S, P.* o) *corr. in* memoria *S.* p) pumico sint radenda *O.* q) vestro *O.* r) procedunt *O.*

121. a) *Lemma:* Albinus Karolo *K 1;* Albinus Karolo regi *A 1*;* Ad domnum Car(olum regem) de remittendis aliq(uibus disci)pulis *T;* Ad domnum Karolum regem de remittendis aliquibus discipulis in patriam *T*.*

1) *Cf. Poet. Car. I, 198 v. 1318; 209 v. 18.* 2) *Cf. infra epp. 163. 172.* 3) *Cf. V. S. Willibr. c. 1:* Quorum *(sc. posterorum Wilgilsi)* ego meritis et ordine extremus eandem cellulam per successiones legitimas suscepi gubernandam, qui hanc historiam sanctissimi patris et summi doctoris Willibrordi

796 ex. — 797 in.

DOMINO PIISSIMO ET PRAESTANTISSIMO ET OMNI HONORE DIGNISSIMO DAVID[a] REGI FLACCUS ALBINUS VERAE[b] BEATITUDINIS AETERNAM IN CHRISTO SALUTEM.

Dulcedo sanctae dilectionis vestrae omnibus horis etiam et momentis aviditatem pectoris mei habundanter[c] reficit; et decoris vestri facies, quam[d] saepius amabiliter considerare solebam, totas memoriae meae venas cum magna iocunditate desiderabiliter implet; et quasi multarum in corde divitiarum species vestrae bonitatis nomen et aspectus reconditur.

Ideo magna mihi est iocunditas vestrae dulcissimae prosperitatis audire laetitiam[1]. Ad quam etiam cognoscendam hunc puerulum, ut scitis[e], parvitatis meae clientulum[f] direxi[2]; quatenus in salute sublimitatis vestrae in gratiarum actionibus[g] laetus conlaudem[h] misericordiam domini dei[i] nostri Iesu[k] Christi. Non solum ego ultimus servulus Salvatoris nostri congaudere debeo prosperitati et exaltationi[l] clarissimae potestatis vestrae. Sed tota sancta Dei ecclesia unanimo[m] caritatis concentu[n] gratias agere domino Deo omnipotenti debebit; qui tam pium prudentem et iustum his
Cf. 2. Tim. 3, 1. novissimis mundi[o] et periculosis[p] temporibus populo christiano[q] perdonavit clementissimo munere rectorem atque defensorem; qui prava corrigere et recta conroborare[r] et sancta sublimare omni intentione studeat, et nomen domini Dei excelsi per multa terrarum spatia dilatare gaudeat, et catholicae fidei lumen in extremis[s] partibus incendere conetur. Haec est, o[t] dulcissime David, gloria laus et merces tua in iudicio diei magni et in perpetuo sanctorum consortio, ut diligentissime populum, excellentiae vestrae a Deo commissum, corrigere studeas, et ignorantiae tenebris diu animas obcaecatas ad lumen verae fidei deducere coneris. Numquam optimis voluntatibus vel bonis conatibus remuneratio divina deerit; sed qui plus laborat in voluntate Dei, plus mercedis[u] recipiet[v] in regno Dei. Tempus huius vitae velociter currit fugit et non revertitur[w]; ineffabilis vero Dei pietas humano praevidebat generi breviter laborare et aeternaliter coronari. Ideo pretiosa nobis debent esse tempora, ne perdamus per neglegentiam[x], quod per bonae vitae exercitium habere poterimus[y] aeternum[z]. Nec tantum diligere aliquid poterimus[a] in terra, quantum beata[b] amabitur[c] requies in caelo. Quam qui tunc habere concupiscat[d], bonis nunc operibus promereri contendat. Omnibus itaque communiter regni caelestis ianua patescit, sed illis intrare conceditur, qui cum multiplici bonitatis fructu ad eam venire[e] festinant.

Ego vero[b] Flaccus vester secundum exhortationem et bonam voluntatem vestram[f] aliis per tecta sancti Martini sanctarum mella[g] scripturarum ministrare satago[3]; alios vetere[h] antiquarum disciplinarum mero inaebriare[i] studeo; alios grammaticae[k] subtilitatis enutrire pomis incipiam; quosdam stellarum ordine ceu[l] picto[m] cuiuslibet[n]

---

a) Davit *K 2.* b) vestrae *K, A 1*.* c) abundanter *T*, K 2, A 1*.* d) qua suos amabiliter considerare solet *K 1, A 1*;* quam suos amabiliter consolebat *K 2, ubi alia manus superscripsit* considerare; *in T nunc nihil legitur nisi* quam . . . . considerare solebam; quam saepius amabiliter considerare solebam *T*.* e) satis *K 1.* f) clientellum *T*.* g) accione *K 2;* actione *A 1*.* h) laudem *K 2.* i) *om. T, K 2.* k) *om. A 1*.* l) exaltatione *K 2.* m) unanimo *corr. in* -mi *A 1*.* n) consensu *corr. in* concentu *A 1*.* o) mundi et *om. K 1;* mundi *om. A 1*.* p) periculosissimis *T.* q) cristiano *T*.* r) corroborare *T*, A 1*.* s) mundi *add. T*.* t) *om. A 1*.* u) mercedes *T.* v) accipiet *A 1*.* w) respicit *K, A 1*; locus recisus in T;* revertitur *T*.* x) neglienciam *K 2.* y) potuerimus *K;* potuissemus *A 1*.* z) aeternum — poterimus *om. K 1.* a) potuerimus *K 2;* debemus *A 1*.* b) *om. K, A 1*.* c) amanda est *A 1*.* d) concupiscit *K, A 1*.* e) *om. K 2.* f) nostram *K 2.* g) in olla *K 2.* h) *corr. in* veteri *K 1;* veteri *A 1*.* i) inebriare *T*,* inhebr. *K 2.* k) crammaticę *K 2.* l) seu *A 1*.* m) pictor *K 1.* n) cuilibet *K 1, T* (vox excisa est in T).*

te iubente, beatissime pontifex Beornrade, conscripsi: qui tanto patri et summi sacerdotii dignitate et generis posteritate et sanctorum locorum observatione . . . heres dignissimus extitisti. *Cf. supra p. 93.*

1) *sanitatem restitutam. Cf. post paulo verbo haec:* ad quam cognoscendam *et* in salute sublimitatis vestrae. *De Caroli morbo v. ep. 118 supra p. 173.* 2) *Fredegisum, cf. infra ep. 148.* 3) *Cf. infra ep. 172:* Ego itaque, licet parum proficiens, cum Turonica cotidie pugno rusticitate.

796 ex. — 797 in.

magni[a] domus culmine[b] inluminare gestio; plurima plurimis factus, ut plurimos ad profectum sanctae Dei ecclesiae, et ad decorem imperialis regni vestri erudiam; ne (1. Cor. 9, 22.) sit vacua Dei omnipotentis in me gratia nec vestrae[c] bonitatis largitio inanis. (ib. 15, 10.)

Sed ex parte desunt[d] mihi, servulo vestro, exquisitiores eruditionis scolasticae libelli[e], quos habui in patria per bonam et devotissimam magistri mei[1] industriam[f] vel etiam mei ipsius qualemcumque sudorem. Ideo haec vestrae excellentiae dico, ne[g] forte vestro placeat totius sapientiae desiderantissimo consilio, ut aliquos ex pueris nostris remittam, qui excipiant inde nobis necessaria quaeque et revehant in Frantiam flores Brittaniae[h]; ut non sit tantummodo in Euborica[i] hortus conclusus, sed in (Cf. Cant. 4, 12. 13.) Turonica[k] emissiones[l] paradisi[m] cum[n] pomorum fructibus, ut veniens Auster perflaret[o] hortos Ligeri[p] fluminis et fluant[q] aromata illius, et novissime[r] fiat quod sequitur in cantico, unde hoc adsumpsi paradigma: 'Veniat dilectus meus[2] in hortum suum, et (ib. 16.) comedat fructum pomorum suorum'; et dicat adulescentulis suis: 'Comedite, amici mei, (ib. 5, 1. 2.) bibite et inebriamini karissimi. Ego dormio, et cor meum vigilat', vel illud exhortativum ad sapientiam discendam Esaiae[s] prophetae elogium: 'Omnes sitientes venite (Isai. 55, 1.) ad aquas. Et qui non habetis argentum, properate emite et comedite[t]; venite, emite absque argento[u] et absque ulla commutatione vinum et lac'.

Haec sunt, quae vestra nobilissima intentio non ignorat — quomodo per omnes sanctae scripturae paginas exhortamur ad sapientiam[v] discendam —: nil esse ad beatam vitam sublimius adipiscendam, nil ad exercitium iocundius, nil[w] contra vitia[x] fortius, nil in omni dignitate laudabilius. Etiam et secundum philosophorum[y] dicta nil ad regendum populum necessarius[z], nil ad componendam vitam[a] in optimos mores melius, quam sapientiae decus, et disciplinae laus et eruditionis efficatia. Unde et de laude illius sapientissimus exclamat[b] Salomon: 'Melior est sapientia cunctis[c] prae- (Prov. 8, 11.) ciosissimis, et omne desiderabile ei non potest comparari'. Haec est, quae humiles exaltat, quae sublimes[d] honorat. 'Per illam reges regnant, et legum conditores iusta (ib. 8, 15. 16.) decernunt; per illam principes imperant, et potentes decernunt iustitiam. Beati qui (ib. 8, 32.) custodiunt vias eius, et beati qui vigilant ad fores illius cotidie'. (ib. 8, 34.)

Ad hanc enim[e] omni studio discendam et cotidiano exercitio possidendam exhortare[f], domne rex, iuvenes quosque in palatio excellentiae[g] vestrae[3], quatenus in ea proficiant aetate florida, ut ad honorem caniciem[h] suam perducere digni habeantur et per eam ad perpetuam valeant pervenire beatitudinem[i]. Ego vero secundum modum ingenioli mei apud servos vestros[4] in his partibus seminare sapientiae grana segnis[k] non ero; memor illius sententiae: 'Mane semina semen tuum, et vespere non cesset (Eccle. 11, 6.) manus tua: quia[l] nescis, quid magis oriatur hoc an illud, et si utraque simul, melius

---

a) magnae *A 1*; magnificare scripsit J. (vox excisa est in T).* b) culmina *K 1, A 1*.* c) urem *T.* d) detis *K 1.* e) libellos *K 1.* f) industria *K 2.* g) num *A 1*.* h) Brittanniae *K 1, T*, A 1*;* Pritaniae *K 2.* i) *corr. in* Eborara *K 1;* Eboraca *A 1*.* k) Toronica *T.* l) emissionis *T, K 2.* m) paradysi *T*.* n) com *K 1.* o) perflare *K, T;* perflare possit *A 1*.* p) Ligerae *corr. in* Ligeri *K 1;* Ligere *T, K 2.* q) fluent *T*.* r) novissimo *K.* s) Isaiae *K 2, A 1*;* Isaiae *corr. in* Esaiae *K 1.* t) commedite *K 2.* u) argeuto — absque *om. K 1.* v) sapitientiam *T*.* w) nihil *K 2.* x) vicium *K 2.* y) phylos. *T*.* z) necessarium magis *A 1*.* a) *om. K 1, T*.* b) explanat *K, A 1*;* exclamat *T, ad marg. K 2 (?, cf. Sickel Alcuinstud. p. 504 n. 2).* c) sab. cuntis *K 2.* d) humiles *K 1.* e) *om. T.* f) exort. *K 2.* g) excellencia *K 2.* h) canitiem *T*, A 1*.* i) beatidud. *K 2.* k) segnes *T, K 2.* l) qui *K 2.*

1) *Aelberhti (archiepiscopi Eboracensis 767—778); v. ep. 114. Willelmus Malmesburiensis Gesta pontiff. Angl. p. 246, Gesta regg. Angl. L. I § 65, huius epistolae excerpta afferens, perperam scripsit* Egberti archiepiscopi. *De Aelberhti libris v. p. 167 et De pontificibus Euboricensibus vers. 1525 sq. (Poet. Carol. I, 203).* 2) *Carolus rex.* 3) *In disputatione de arte rhetor. c. 35 (Rhetores lat. min. ed. Halm p. 543) loquitur Alcuinus* de scola palatii tui; *cf. infra ep. 171:* pueris palatinis; *ep. 172:* palatinos erudiat pueros. 4) *apud fratres S. Martini Turonenses.*

797 est'. Mane[a], florentibus per aetatem studiis, seminavi in Brittania[b 1], nunc vero[c] frigescente sanguine, quasi vespere[d], in Francia seminare non cesso; utraque enim, Dei gratia donante, oriri optans.

Mihique, fracto[e] corpore, solatio est sententia sancti Hieronimi, qui ait in epistola[f] ad Nepotianum: 'Omnes pene virtutes corporis mutantur in senibus et, crescente sola sapientia, decrescunt cetera'[g 2]. Et post paululum[h]: 'Senectus vero eorum, qui adulescentiam suam honestis artibus instruxerunt et in lege[i] Domini meditati sunt die ac nocte, aetate fit[k] doctior, usu tritior[l], processu temporis sapientior; et veterum studiorum dulcissimos fructus metet'[m 3]. In qua epistula[f] de sapientiae laude et veterum studiis plura potest cui placuerit[n] legere; et intellegere, quantum veteres in decore sapientiae florere studuerunt.

In hac vestram Deo amabilem et vitae[o] laudabilem semper proficere et gaudere agnovi diligentiam; et nobilitatem saecularis prosapiae maiore[p] mentis nobilitate exornare[q]. In qua dominus noster Iesus Christus, qui est virtus et sapientia Dei, te custodiat et exaltet et ad gloriam beatae et perpetuae visionis suae pervenire faciat.

122.

Alcvinus Osbertum patricium (quondam Offae regis Merciorum ministrum) hortatur, ne animo cadat. Varia addit de commutatione rerum in Merciorum et Northanhumbrorum regnis facta; de admonendis regibus; de Offae mortui regis legibus exercendis[4]. *797.*

Codd. A 1 fol. 136'—138', A 1 p. 161—164 n. 115; Willelm. Malmesbir. Gesta reg. Anglor. L. I § 70. 94 duas epistolae partes affert*[a].
Ed. J 79.

VENERANDO VIRO ILL.[5] PATRICIO[b] HUMILIS LEVITA ALBINUS SALUTEM.

Memor laudabilis fidei vestrae et condicte inter nos dudum amicitiae, [has] vestrae[c] diregere studui literulas[d] commonitorias[e] placiti nostri et salutis nostrae, quia procul iam[f] corporalis presentiae dulcedinem et familiaritatem alloquii[g] habere inter nos propter longinquitatem viae et fluctuantibus[h] pelagi tempestatibus[i] [destitimus].

Multa tibi evenire audivi, quae quidem sine magno dolore animus tuus non patiebatur. Nec tibi solummodo specialis tribulatio mentis fuit, sed etiam totius regni tui[k 6], cui consiliarius ex sapientia tibi a Deo data esse debes; ut[l] etiam genti

---

a) Multa *K, A 1**. b) Brittannia *K 1, T;* Britannia *A 1**. c) ergo *K 1, A 1*; om. K 2.* d) *om. K 2.* e) Mihi franco *T**. f) aep. *K 1.* g) decrescant cęt. *T**. h) paulum *K 2.* i) et legem *K 2.* k) sit *K 2, T**. l) *corr. in* tristior *K 1;* peritior *A 1**. m) metit *T*, A 1**. n) placeat *K, A 1**. o) inte *K 1, A 1**. p) maiorem *K 2.* q) exhornare *K;* exhorn. h *eraso T**.

122. a) *Lemma:* Epistola Albini *A 1.* b) patrico *A 1.* c) *manus recens corr. in* vobis *in A 1;* vobis *A 1*; sed* pietati *vel simile quid excidisse videtur J.* d) literulis *corr. manus recens in* literulas *A 1;* litterulas *A 1**. e) conmonatorias *A 1;* commonitorias *A 1**. f) procul iam *scripsit J. pro* proquam *A 1, ubi manus recens corrigendo scripsit* postquam; postquam *A 1**. g) alloqui *A 1.* h) *manus recens corr. in* fluctuantes *A 1, sic A 1**. i) *corr. manus recens in* tempestates destitimus *A 1, sic A 1**. k) tui *scripsit J. pro* sui *A 1.* l) ut *corr. manus recens in* quin *A 1;* quin *A 1**.

1) *Cf. supra ep. 24 p. 65; V. Alcuini c. 8 (SS. XV, 189):* Docuit multos in Britannia et non paucos post in Francia. 2) *Hieronymi ep. 52 c. 2, opp. ed. Vallarsius I, 254.* 3) *Ibidem.* 4) *Hanc epistolam ad* Osbertum patricium Merciorum *missam esse declarat Willelmus Malmesburiensis, duas partes eiusdem epistolae afferens, in Gestis regg. Angl. L. I § 70 et 94; v. infra p. 179 n. 6. et p. 180 n. 2. Fuerat autem Osbertus Offae regis Merciorum minister, ut intellegimus ex Offae tabula anno 788. data ap. Gray Birch Cartul. Saxon. I, 353:* Ego Offa rex Merciorum tibi Osberhto ministro meo atque uxori tuae, et si contigerit, ut vobis filius aut filia nati fuerint, trado terram *cet. J.* 5) *Osberto, v. supra n. 4.* 6) *regni Merciorum.*

nostrae[1] maxima pro malorum hominum infidelitate incommoda acciderunt. Quapropter 797 tibi est cum Dei adiutorio magno consilio et prudenti provisione[a] considerandum, quid non tibi tantummodo, sed etiam omnibus Anglorum populis prodesse possit.

Nam tempora tribulationis sunt ubique in terra nostra[2], fide recedente, veritate non fante, malicia crescente et arrogantia inter miserias se addente. Nec[b] enim priorum patrum vel in vestimentis vel in conviviis vel in moribus honestatis sufficit vestigia sequi. Sed qui stultior est omnibus, novum quid excogitans et humanae naturae ineptum et[c] Deo odibile, hoc maxime totus paene mox populus exsequi satagit.

Nec mirum, haec te mala vidente, si animus tuus perturbatus[d] continuo dolore tabescat. Tamen erige spem tuam in Deum, qui te multis[e] honoribus[f] usque in hunc diem perduxit[g]. Et dum proficere possis regno populis[h] et gentibus Anglorum sapienti consilio, nullatenus reor tibi fas esse talentum tuum terra abscondere vel lumen Matth. 25,25. Cf. ib. 5,15. scientiae sub modio celare. Tamen diligenti consideratione compone elimosinas orationesque tuas per loca tibi a Deo donata: ut in utroque fructum habeas et compassione fraterna et intercessione aecclesiastica.

Non enim ill.[3] nobilissimus iuvenis ex suis peccatis, ut reor, mortuus est[4]; sed etiam paterni sanguinis ultio in filium usque redundavit. Nam, sicut scis optime, quam[i] multum sanguinis effudit pater eius[5], ut filio regnum confirmaret[6]. Sed hoc confirmatio non fuit regni, sed destructio. Plus[k] sapiens errat quam[l] stultus, non respiciens ad altissimi Dei pietatem, quatenus ille, qui ei ex prece sanctorum filium condonavit, illum quoque ex pietatis operibus conservaret.

Ideo diligentius admone regem vestrum[7] vel etiam nostre patrie [potentiores][m][8], ut se apud divinam contineant pietatem, adulteria devitantes[n]; nec despiciant uxores priores propter adulteria feminarum nobilium; sed sub timore Dei vel proprias[o] habere vel etiam se cum[p] consensu in castitate continentes[q][9]. Timeo, quod Ardwulfus[r] rex noster cito regnum perdere habeat propter contumeliam, quam in Deum gerit, propriam dimittens uxorem, publice se socians concubinae, ut fertur. Hoc sibi praecaveat carissimus rex vester[10], quatenus illum divina adsequatur clementia et protectio, et longevam prosperitatem sibi suaeque concedat genti.

Videtur ex parte felicitatem[s] Anglorum prope esse finitam[t], nisi forte per preces assiduas et mores honestos[u] et humilitatem vitae[v] et castitatem conversationis et fidei observationem[w] a Deo mereantur patriam obtinere, quam Deus gratuito munere parentibus nostris concessit. Bonum est tibi in his morare[x] consiliis, si sit qui tibi

---

a) prudente provisioni *A 1.* b) Non *A 1*.* c) naturae et ineptum *A 1*.* d) conturbatus *A 1*.* e) multum *A 1.* f) auctum *superscripsit manus recens in A 1, add. A 1*.* g) perduinx *A 1.* h) populus *corr. manus recens in* populis *A 1.* i) *om. A 1*.* k) Pius *manus recens corr. in* Pater *A 1;* Pater *A 1*.* l) erravit quasi *scripsit J. pro* errat quoque *A 1 (A 1*), ubi manus recens* errat *corr. in* erat. m) potentiores *superscripsit manus recens in A 1, add. A 1*.* n) debitantes *A 1;* debit. *corr. in* devit. *A 1*.* o) secum *add. manus recens in A 1.* p) secum *corr. manus recens in* se ipsos *A 1;* se ipsos *A 1** consensu *omisso.* q) habeant . . contineant *A 1*.* r) Adpulfuus *A 1;* Ardulfus *A 1*.* s) foelicitatem *corr. in* -tes *A 1*.* t) *corr. in* a *A 1*.* u) honestas *A 1.* v) vrae *A 1.* w) observatio *A 1.* x) immorari *A 1*.*

1) *Northanhumbrorum.* 2) *Cf. p. 171. 181.* 3) *Ecgfridus rex Merciorum; v. infra n. 4.* 4) *medio mense Decembri 796. Nam post patrem Offam, die 26. m. Iulii 796 mortuum,* CXLI diebus regnavit *Ecgfridus secundum Florentii Wigorn. chron. ad 796 (Mon. hist. Brit. 546), Simeon. Dunelm. a. 796 (p. 58). J.* 5) *Offa rex Merciorum.* 6) *Hunc epistolae locum Wilhelmus Malmesburiensis De gestis regg. Angl. L. I § 94 sic retulit:* unde Osberto patricio Albinus: Non arbitror, quod nobilissimus iuvenis Egfertus propter peccata sua mortuus sit, sed quia pater suus pro confirmatione regni multum sanguinem effudit. *J.* 7) *Coenuulfum regem Merciorum 796—819.* 8) *Eardulfum (Ardulfum) regem Northanhumbrorum 796—809.* 9) *Cf. infra ep. 280: (principes)* vivant in castitate, unam habentes uxorem *etc.* 10) *Coenuulfus v. supra n. 7.*

797 obtemperare velit. Sin autem, vel tuam corrige vitam et[a] ad Dei servitium te citius converte, quatenus tuam animam salvam facies[b], si multorum propter peccata populi nequies[c]. Sit enim in te exemplum totius honestatis et moderationis et sobrietatis et morum nobilitatis, ut, qui te videant vel audiant, semper roborentur in bono opere et in salutis animae suae observatione confirmentur. Parvum tibi restat huius vitae tempus; tantum labora, ut aeternos dies beatos habeas cum Christo et sanctis eius in saecula sempiterna.

Vos quoque omnem gentem Merciorum admoneatis, ut mores bonos et modestos et castos diligenter observent, quos beatae memoriae Offa illis instituit[1]: ut habeant benedictionem a domino Deo suo et regni firmitatem et fortitudinem contra hostes suos. Et ut episcopi et servi Dei serviant Christo in honestate et modestia; et in sanctae religionis pietate praedicent populo; et in bono ostendant exempla; ut sint digni exaudiri a domino Deo omnipotenti pro populo suo in orationibus sanctis. Et potentes laicos rogate, ut iusta iudicia faciant in populo et casta coniugia; et ut fideles sint ad dominum suum, et unanimes et concordes inter se ipsos.

Nam nostrum[2] regnum, id est Nordanhymbrorum, pene periit propter dissensiones intestinas et fallaces iurationes. Nec mihi videtur adhuc esse finem[d] illorum malitiae.

Vos vero servate vosmetipsos, ne talia accidant, sicut iam illis videtis evenisse. Sed dominum Deum diligite et eius mandata servate, ut sit benedictio illius super vos; et protectores sitis patrie, quam dominus Deus dedit patribus nostris. Plurima vobis propter dilectionem patriae habui scribere, sed ea sapientiae[e] pauca sufficiunt.

Saluta dominum regem[3] ex verbis meis pacifice, si fieri possit; et suade ei Deo placere et bonis moribus se ornare; et[f] sibi ex regno terreno gloriam aeterni regni parare studeat. Vivite[g] felices et valete in Christo carissimi amici.

123.

Alcvinus Coenulfo regi Merciorum constituto gratulatur. Admonitiones addit.

797.

Cod. H fol. 105'—106'.
Edd. F 169, J 80. — Migne col. 232.

EXCELLENTISSIMO[a] VIRO COENULVO REGI[b] MERCIORUM HUMILIS LEVITA ALBINUS SALUTEM.

Multa mihi laetitia est de vestra bonitate modestia et nobilitate morum; sicut regiam dignitatem decet omnino, ut, quanto sublimior est honore ceteris, tanto nobilior sit omni morum perfectione, iustitiae decore, pietatis sanctitate. Quia clementia regis omnium hominum, ut in antiquis legitur historiis, excellere decet[c] consuetudines;
Cf. Prov. 20, 28. etiam et sancta scriptura dicente: 'Misericordia et veritas exaltat solium'. Et in
Ps. 24, 10. psalmis de Deo omnipotente dicitur: 'Universae viae Domini misericordia et veritas'. Quanto[d] quisque plus veritatis et misericordiae operibus fulget, tanto maiorem habet in se divinitatis imaginem.

a) et *add. A 1**. b) facias *A 1**. c) nequeas *A 1**. d) finem *corr. in* finis *A 1**. e) vestrae *addidit J*; sapientibus *A 1* pro* ea sapientiae. f) et *corr. in* ut *A 1**. g) Vivete *A 1*.
123. a) Excelentissimo *H*. b) rege *H*. c) dedet *H*. d) quantum *H*.

1) *Facile intellexeris hoc loco de legibus agi ab Offa rege scriptis, quas Aelfredus quidem rex (871—901) in suo iuris corpore condendo adhibuit, sed quae evanuerunt. V. The laws of King Alfred (Ancient laws and institutes of England 1840 p. 27). J.* 2) *Hic epistolae locus ap. Willelmum Malmesburiensem Gest. regg. Angl. L. I § 70 sic refertur:* Item Osberto patricio Merciorum: Nostrum regnum Northanhimbrorum pene periit propter intestinas dissensiones et fallaces iurationes. 3) *Coenuulfum.*

Illum semper habeas in mente, qui te egenum exaltavit et posuit super principes 797
populi sui rectorem. Te magis agnosce pastorem et dispensatorem donorum Dei quam Cf. Ps. 112, 8.
dominum vel exactorem[a].

Semper in mente habeas optimos nobilissimi antecessoris[b] tui[1] mores, modestiam in conversatione, et studium in corrigendo vitam populi christiani[2]. Quidquid vero ille in regno tibi a Deo dato bene disposuit, hoc tua diligentissime prosequatur devotio; si quid vero avare vel crudeliter gessit, hoc omnino tibi cavere necessarium esse agnosce.

Non enim sine causa nobilissimus filius[3] illius tam parvo tempore vixit super patrem. Saepe merita patris vindicantur in filios.

Habeas consiliarios prudentes[4], Deum timentes, iustitiam amantes, pacem cum amicis desiderantes, fidem et sanctitatem in conversatione pia ostendentes.

Gens enim Anglorum multis propter peccata fatigatur tribulationibus[5]. Quae regum bonitate et sacerdotum Christi praedicatione et populi relegione erigenda est ad antiqui culmen honoris; quatenus benedicta patrum nostrorum progenies perpetuam mereatur possidere felicitatem, et praesentis regni stabilitatem et contra inimicos fortitudinem, ut ecclesia Christi crescat et proficiat, sicut a sanctis patribus ordinata erat. Sacerdotes Christi semper, clarissime[c] rector, honorifice habeas; quia, quanto plus Christi servos et verbi Dei praedicatores venerabiliter observas, tanto magis Christus, rex verus et pius, tuum honorem exaltat et confirmat, sanctis suis intercedentibus.

Summa eterni regis pietas vos longeva prosperitate regnare concedat, et perpetui regni beatitudinem vobis tribuere dignetur, domine desiderantissime.

124.

Alcvinus Higbaldum episcopum Lindisfarnensem multa admonet. Memorat de Ecgfridi regis Merciorum obitu inopinato. 797.

Codd. H fol. 102—104', T fol. 116—117'*[a].
Edd. Q 108, F 56, J 81. — Migne col. 241.

SANCTISSIMO FRATRI ET FILIO CARISSIMO SPERATO[6] EPISCOPO HUMILIS PATER ALBINUS SALUTEM.

Valde me vestrae karitatis[b] amor[c] cotidie reficit et fidelitatis mentem meam certitudo abundanter laetificat; ita ut inter[d] primos parvitatis meae amicos vestrae bonitatis nomen et suavitatis facies menti meae radicitus infixum permanet. Et ob hoc, quantum caritatis recordatio laetificat, tantum absentiae[e] lacrimosa longinquitas mestificat. Sed patienter ferendum est quod necessarie tolerandum esse dinoscitur.

---

a) exacctorem *corr. in* exauctorem *H.* b) antecessores *H.* c) clarissimus *H.*

124. a) *Lemma:* Albinus ad Speratum episcopum *T*, ubi in margine alia manu adnotatur:* Epistola utilis ad legendum episcopis de admonitione eorum. b) *rec. manu corr. in* carit. *T*.* c) amor *om. H.* d) inter *scripsit J. pro* in *H, T*.* e) absentia *H, T*.*

1) *Offae regis Merciorum, die 26. Iulii 796. mortui.* 2) *Cf. supra ep. 122 p. 180 n. 1.* 3) *Ecgfridus rex Merciorum, mense Decembri 796. mortuus; v. supra p. 179 n. 4.* 4) *Cf. ep. 217:* Consiliarios habeto bonos, pios, prudentes, Deumque timentes *etc.* 5) *Cf. supra p. 179:* tempora tribulationis sunt ubique in terra nostra. 6) *Speratum hunc episcopum Britannicum fuisse ex ipsa epistola facile apparet. Neque vero reperitur in illis episcopis, qui aut vulgo* Speratus *dictus sit aut cuius nomine* spes *declaretur praeter Higbaldum episcopum Lindisfarnensem (780—803). Nam* Higbaldus *idem sonat quod* spe alacer. *J.* Hygbaldus episcopus *occurrit etiam in libro confraternit. S. Petri Salisb., cf. Necrol. Germ. II, 18.*

797 Et currens cartula ostendat in litteris, quod lingua resonare non valet in auribus,
quatenus oculorum officio illud agnoscat, quod olim aurium ministerio[a] cordis secre-
tum cognovit.

Vestra vero veneranda sanctitas varios saeculi eventus saepius consideret[b] et,
quis casus nobis remaneat, non obliviosa mente rimetur[c]; totiusque humani[d] generis
exempla nos doceant, quam periculosa dies, quam metuendum iudicium incerto tempore
Amos 4, 12. nobis immineat[e]. Praeparemus nos in occursum magni regis, ut pium inveniamus,
quem nullus effugere valet. Quid vero muneris in manibus feramus, cotidie cogitandum
Eccli. 35, 6. est; dicente scriptura: 'Non appareas vacuus in conspectu domini Dei tui'. Nulla ibi
metallorum species, nullus gemmarum fulgor, nulla vestium vanitas, nullus saeculi luxus
ipso aequissimo iudice acceptabilis erit; nisi sola aelymosinarum[f] largitio et meritorum
multiplicatio bonorum prodest[g]. Quicquid hic geritur, illic diiudicatur. Et omnis
bonitas praemio coronabitur perpetuo, omnisque iniquitas aeternis damnabitur tormentis.
Haec animis inhereant[h] nostris, hoc prudens praevideat cautela, ne illa die inops
bonorum meritorum lugeat anima; sed ut de simplici gaudeat bonitatis fructu, maxima[i]
cura cogitandum est.

Hoc vestra meam fraterna sollicitudo segnitiem sanctarum litterarum serie saepius
Gal. 6, 10. admoneat, non[k] meae exhortationis verba vere[l] dilectionis stilo[m] exarata. Cotidie
Ioh. 12, 35. operemur[n] bonum, dum tempus habemus; ne nos tenebrae conprehendant nec inpara-
tos illa metuenda dies inveniat. Tu vero pastorali[o] pietate ac[p] sacerdotali auctoritate
non solum meam suscitare litteris socordiam studeas; sed etiam omnibus te audienti-
bus pia paternitate, ut vigilent, praedicare[q] non cesses. Si lingua sacerdotalis clavis
est caelestis regni, decet, ut guttur illius tuba sit aeterni regis; dicente propheta:
Isai. 58, 1. 'Clama, ne cesses; exalta sicut tuba vocem tuam'. Quis se parat ad bellum, si praeco
in castris non clamat? Quis hostibus[r] succinctus[s] in armis obstruit[t] introitum, si
speculator in celso turris fastigio dormit? Quis gregem a luporum rabie defendit, si
pastor in silvestribus luxoriae dumis latitat? Quis florentis[u] ruris pascua gregi demon-
strat, si ductor vagabundis per foveas vestigiis errat? Lege saepius, obsecro, beati
Gregorii praedicatoris[q] nostri libellum[v] de pastorali cura[1], ut in eo periculum sacer-
dotalis officii agnoscas et bene operantis servi mercedem non obliviscaris[w]. Iste liber
tuis saepius inhereat manibus, illius sensus tuae firmiter infigantur memoriae; ut scias,
qualiter quisque ad sacerdotalem honorem accedere, et accedens quanta consideratione
se ipsum circumspicere debeat; et quibus exemplis vivere necesse sit; et quanta
intentione praedicare[q] iubeatur. Et quid cui personę conveniat maxima discretione
descripsit.

Scis optime, quanta intentione rex ille[2] clarissimus filio suo[3] praeparavit, ut
arbitrabatur, regnum heredi[x]; sed, ut rerum eventus demonstrabat, exemit[y]. Inde
poteris saecularem intellegere sapientiam, et quam verum est, ut psalmista canit:
Ps. 126, 1. 'Nisi dominus edificaverit domum, in vanum vigilant, qui custodiunt eam'. Homo
Cf. Prov. 16, 9. cogitat, Deus iudicat[4].

Incerta est humanae prudentiae saecularibus providentia rebus. Hoc solum de
futuris considerantem non fallat, quod caritas in praeceptis Dei huius vitae temporibus

a) ministerium *H*, *T**. b) considerat *T**. c) remetur *H*; retinetur *T**. d) humanae *H*.
e) immineat *T**. f) elemosinarum *T**. g) proderit *T**. h) inhęreant *T**. i) maxime *H*.
k) nec *H*. l) verę *T**. m) sunt *add.* *T**. n) operemus *T**. o) pastoralis *H*. p) *om.* *H*.
q) pred. *post corr.* pręd. *T**. r) ostibus *H*, *T* post corr.* host. s) succinctos *H*. t) obsistit *H*, *T**.
u) florentes *H*, *T* post corr.* florentis. v) libelli *H*. w) oblivisceris *H*. x) regno heredem *H*, *T**
post corr. hęr. y) eximit *H*.

1) *Cf. supra p. 171:* Saepius illum legas et relegas. 2) *Offa rex Merciorum.* 3) *Ecgfrido regi Merciorum (mortuo medio mense Decembri a. 796; v. supra p. 179 n. 4).* 4) *Huius proverbii originem non inveni.*

peragit. Sit tibi larga manus[1] in aelymosinis[a], sit studiosa lingua[b] in praedicatione; 797 sit sobria vita in conversatione; sit sacerdotalis auctoritas in castigandis reprobis; sit benigna sollicitudo in refovendis humilibus. Sit tibi clara in veritatis adsertione[c] fiducia; nulli parcens personae, quominus aequitatis proferas iudicium. Sit tibi venerabilis[b] cotidianus usus in ecclesiasticis officiis; ut omnia honorifice fiant, quae tua dignitas in Dei cultu debeat observare. Quia melius est[b] sacerdotem Christi in ecclesiastico ministerio laudari quam in conviviorum apparatu[d]. Quae laus est tantum accumulare[e] mensam tuam, ut vix portari possit et Christus ante ostium esuriat. Qui dicturus erit in die terribili: 'Quamdiu uni[f] ex minimis meis fecistis, Matth. 25, 40. mihi fecistis?'

Omnino habeas in comitatu tuo prudentem dispensatorem, qui pauperum curam[g] sollicita pietate praevideat. Melius est pauperes edere[h] de mensa tua, quam istriones[2] vel luxoriosos[i] quoslibet. Aebrietatem sectantes, beato Hieronimo[3] dicente, quasi inferni foveam devita. Duo mala sunt: primum contra praeceptum Dei agere, qui ait: 'Cavete vos ab omni aebrietate[k] et crapula'; secundum[l] inde laudem quaerere[m], unde Luc. 21, 34. poenitentiam[n] agere debuit. Beatus homo, qui non respicit in vanitates et in[o] insanias Ps. 39, 5. falsas. Insania est vestimentorum pompa et assidua aebrietatis luxoria[p], propheta Isai. 5, 22. dicente: 'Ve[q] vobis, qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam aebrietatem'. Qui his delectatur, ut Salomon ait, non erit sapiens. In te enim Prov. 20, 1. exemplum sit totius sobrietatis et continentiae.

Verba Dei legantur in sacerdotali convivio[4]. Ibi decet lectorem audiri, non citharistam[r]; sermones patrum, non carmina gentilium. Quid Hinieldus[s] cum Christo[5]? Angusta est domus: utrosque tenere non poterit. Non vult rex cęlestis cum paganis et perditis nominetenus regibus communionem[t] habere; quia rex ille aeternus regnat in caelis, ille paganus perditus plangit in inferno. Voces legentium audire in domibus tuis, non ridentium turbam[u] in plateis[6].

Clericorum tales habeas socios, ex quorum conversatione tua laudetur auctoritas. Filius sapiens gloria est patris, et econtra filius stultus ignominia est magistri[v]. Quo- Cf. ib. 10, 1. modo, dicente apostolo, curam ecclesiae[w] poterit habere qui suam domum nescit 1. Tim. 3, 5. regere? Si[x] ovicula, quae de mensa comedit pastoris, vagabundis errat gressibus, quomodo cautam habet conversationem, quae libero pede per campi latitudinem discurrit? Et ex doctrina discipulorum augetur sapientia doctoris. Qui studiose docet quod novit, saepe[y] agnoscit[z], divina donante gratia, quod ignorat. Maledictus qui Prov. 11, 26. abscondit frumenta in populis; sed[a] beatus qui seminat super omnes agros. Mane semina semen tuum et vespere non cesset manus tua; quia nescis, quid melius oriatur Eccle. 11, 6. et si utrumque hoc optimum est. Nullus erit in hoc saeculo sempiternus; ideo contendat quisque, ut ibi bene vivat, ubi sempiternus erit. Noli, obsecro, caritatis hortamenta spernere. Scio[b] te haec omnia melius nosse et perfectius operari; sed magni

---

a) elemosinis *T**. b) *alio atram. post superscr. T**. c) *corr. post in* assert. *T**. d) apparatū *T**. e) acumulare *H.* f) *om. T**. g) cura *post corr. in* curam *T**. h) aedere *H.* i) luxuriosos *T**. k) ębritate *T**. l) Secundo *H.* m) querere *H.* n) paenitentiae *H.* o) ad *T**. p) luxuria *T**. q) Uę *T**. r) cytharistam *T**. s) himeldus *T**. t) communitionem *H.* u) turba *H.* v) vel matris *in marg. T**. w) aeccl. *corr. in* eccl. *T**. x) *om. T**. y) sepe *T**. z) agnovit *T**. a) et *T**. b) scito *T**.

1) *Cf. ep. 311 v. 5:* Sit tibi larga manus; *p. 46.* 2) *Cf. epp. 175. 237. 281 infra, in quibus Alcvinus item in histriones invehitur.* 3) *Hunc locum non inveni, cf. p. 59. 81.* 4) *Cf. ep. 173:* Dum corpus cibo pascitur, mens divina lectione foveatur. 5) *Cf. 2. Cor. 6, 15:* Quae autem conventio Christi ad Belial? *De Hinieldo (Ingeld) rege carminibus celebrato v. Haupt Zeitschrift für deutsches Alterth. XV, 314.* 6) *Cf. supra p. 59:* Audiantur in domibus vestris legentes, non ludentes in platea.

797 ante Aug. amoris affectus me optima tibi[a] suadere cogit. Aequum est, ut, quod caritas libenter inpendit[b], humilitas[c] gratanter accipiat.

Summa Dei pietas multis feliciter annis
Conservet caros teque tuosque simul.
Sis memor Albini, memoret te Christus in aevum
Iam tibi perpetuum sit sine fine vale[d].

125.

Alcvinus a Leone III papa petit, ut Eanbaldo II archiepiscopo Eboracensi pallium tribuat. *797 ante Aug.*

Cod. H fol. 17—18.
Ed. J 82.

SANCTISSIMO PATRI LEONI PAPAE HUMILIS LEVITA ALCVINE[a] SALUTEM.

Anno priore[1] per Angilberctum[2], filium eruditionis nostrae, virum prudentem et omnibus amicis fidelem et sanctae Dei ecclesiae profectui valde devotum, vestrae beatissimae paternitatis familiaritatem depraeccatus sum, quatenus me quasi filium proprium intra gremium benedictionis apostolicae colligeres. Qui revertens valde a vestrae auctoritatis almivola pietate hanc meam petitionem benignissime susceptam asseruit. Unde ego totus gaudio delibutus, totus laetitia affectus, felicem me tantae paternitatis communione arbitratus sum[b].

At nunc, veridicae promissionis vestrae fiducia animatus, his parvitatis meae litterulis vestram appellare sanctitatem nominisque nostri in spiritalibus sanctissimi cordis vestri tabulis renovare[c] memoriam, ne inter excellentiores vilescat personas, si saepius oculis non ostendatur in carta. Merces est pastoris multiplicatio gregis. En ego, morbidum peccatis pecus, ad tuas, beatissime pastor, recurro consolationes; obsecrans, uti me intercessione tua apud eum adiuves, qui me sanguine suo liberavit.
Iac. 5, 16. 'Multum enim' iuxta Iacobum apostolum 'valet depraecatio iusti'. Igitur ad unam
4. Reg. 20, 6. praecem ter quinos Deus regi superaddidit annos[3].

Sed et pro his missis — qui de patria mea[4] venerunt et civitate mea[5], more canonico atque apostolico beati Gregorii praedicatoris nostri praecepto sacri pallei depraecari dignitatem[6] — humiliter vestrae pietatis excellentiam obsecro, ut benigne ecclesiasticae necessitatis accipias postulationes. Quia valde illis in partibus sacri pallei auctoritas necessaria est ad opprimendam inproborum perversitatem et sanctae ecclesiae auctoritatem conservandam. Idcirco, pater sanctissime et pastor optime, tuae paternitatis miserere filiis, et multiplica gregem tibi a deo Christo commissum; quatenus cum multiplici laboris tui fructu gloriosus appareas in conspectu domini nostri Iesu Christi.

---

a) optimati *T**. b) impendit *T**. c) humilitatis *H.* d) decus *T**.
125. a) AlcuI *H.* b) sum *addidit J.* c) audeo *excidisse videtur J.*

1) *796; v. ep. 94 supra p. 138.* 2) *abbatem S. Richarii Centulensem.* 3) *Cf. supra p. 44 n. 2; Alcvini Carmen ad Paulum (Poet. Carol. I, 70) v. 2:* Addidit Ezechiae qui tria lustra pio. 4) *Northanhumbria.* 5) *Eboraco.* 6) *Eanbaldo II archiepiscopo Eboracensi, qui cum die 15. Aug. (XVIII. Kal. Sept.) 796. ordinatus esset*, accepto ab apostolica sede pallio, solemniter confirmatus est VI. Idus Septembris *anni 797. V. Simeon. Dunelm. hist. de gest. regg. Angl. 796 et 797 (p. 58). J.*

126.

797 Nov. mense ineunte.

Alcvinus Carolo regi suadet, ut saltus lunae huic mensi Novembri tribuatur.
797 Nov. mense ineunte.

Codd. T fol. 5'—7' (T fol. 5—6), R (Vat. 226) fol. 7—9', B (Bernensis 83) saec. X fol. 75'—77, quem contulit H. Hagen; Valentianensis 253 (237) fol. 131—135 (V), quem contulit Sackur; initium tantum habent K 1 fol. 23'—24, K 2 p. 67—68, A 1* p. 94 n. 59*[a].
Edd. C 10, Q 3, F 61, J 83. — Migne col. 254.

DOMINO DESIDERANTISSIMO ET OMNI SAPIENTIAE DECORE CLARISSIMO[b] DAVID REGI FLACCUS ALBINUS PERPETUAE PACIS ET GLORIAE SALUTEM.

Solent itaque de fonte caritatis saepius verba fluere salutationis[c], vel, si longinquitas terrarum vocis officia neget, apices dilectionis atramento formati multoties[d] recurrant. Idcirco supplici[e] voto deprecor, ut liceat nostrae parvitatis cartulam ad vestrae auctoritatis praesentiam saepius[f] recurrere[g]; ferentem[h] quae vel vestrae sapientiae iocunda vel nostrae parvitati[i] necessaria esse arbitremur[k]. Et oportuno tempore Flaccus vester[l] legatur[m] in litteris, qui quondam[n] [1] audiebatur in verbis[o].

Nam causa huius praesentis cartulae lunaris saltus effecta est, qui in hac lucenti luna Novembri mensis anno circuli decennovenalis novissimo [2] certissime inspici poterit. Igitur haec luna Novembri[p] mensis, quae per decem[q] et octo annos [3] tricesima conputabatur[r], in hoc anno praesenti praefati circuli nono decimo [4], undetricesima conputari[r] debet. Ita ut[s] de vicesima nona, quae fit octavas Kal. Decembri[t] [5], vertatur septimas Kal. in primam: et sit die Kalendarum Decembrium septima, quae iuxta regulares et epactas sexta[u] conputata[v] est [6]. Et erunt tres lunae pariter — Octobri[w] scilicet Novembri[w] et Decembri[w] mensis — undetricenarum[x] dierum.

Quod si quis obstinata mente facere neglexerit[y], et magis regularibus quam rationi saltus innititur, et vult Novembri[z] mensis lunam triginta habere dies, et in Kal. Decembris sextam[u] esse lunam: magno se mox inplicaverit[a] errori in quarta decima luna paschalis festi [7]. Si vero Kal. Decembris sexta conputabitur[r] luna[b], necesse erit, ut in Kalendas Ianuarias [8] octava sit luna, et Februario nona, et in Martio octava, et die Kalendarum Aprilium nona, et quartas[c] Nonas eiusdem Aprilis decima; tertias Nonas undecima; pridias Nonas duodecima; Nonas tertia decima. Quae iuxta rationem paschalis[d] festi quarta decima debet fieri [9]; sicut ab omnibus in terminis paschalibus[e] verissime decantatur et firmissime tenetur. Et videri potest diligenter considerantibus, quantus error et quam perniciosus[f] in luna quarta decima et in die dominico paschae et in aetate lunae eiusdem diei oriri[g] poterit, si quis non curaverit

126. a) *Lemma:* Item ad domnum regem de saltu lunae *T;* Ad domnum regem de saltu lunę *ad marg.* Karlum quem David vocat *B;* Epistola Albini ad Karolum *K1;* Epistola Albini ad Carolum imperatorem *A 1*;* Item alia de saltu lunari *R.* b) glarissimo *K 2.* c) salutationem *T, B.* d) multocius *R;* multotiens *A 1*.* e) suplici *K 2.* f) *om. B.* g) recurre *R.* h) *corr. in* referentem *K 1.* i) parvitatis *K, R, A 1*.* k) arbitramur *K, A 1*;* arbitremur *corr. in* -tramur *B.* l) ũt *R.* m) legatus *B.* n) condem *R.* o) *Reliqua om. K, A 1*.* p) novembri s *addito V.* q) decim *R.* r) comput. *R passim;* conputare *corr.* computari *V.* s) et *T, R.* t) Decembris *passim* s *postea add. V.* u) VI *R.* v) computata *B, R.* w) *manu sec. saec. X. add.* s *B.* x) undetricenarium *R.* y) neglescerit *R.* z) novvembris *V.* a) implic. *B;* implicavebit *V.* b) *om. B.* c) quartus *corr.* -tas *R.* d) pascalis *R.* e) pascal. *R, corr.* paschal. *B.* f) pernitiosus *B.* g) orire *T, corr.* oriri *B;* orri *corr.* oriri *R.*

1) *ante exeuntem annum 796, quo in coenobium S. Martini secesserat Alcvinus. J.* 2) *anno 797, cui obtigit numerus aureus 19. J.* 3) *per annos 779—796.* 4) *Cf. supra n. 2.* 5) *ad diem 24. Nov. 797. pertinuit luna 29. J.* 6) *Voluit Alcvinus die 25. Nov. 797. numerari lunam 1, non lunam 30; et die 1. Dec. 797. lunam 7, non lunam 6. J.* 7) *anni 798.* 8) *die 1. Ian. 798.* 9) *Agebatur anno 798. pascha die 8. Aprilis.* Terminus paschalis *autem, id est veris plenilunium seu veris* luna XIV *incidit in diem 5. Apr. J.*

797 Nov. mense ineunte. unum diem in aetate lunae[a] ratione saltus in Novembrio mense transilire. Etiam nec aetas lunaris in Ianuario Februario Martio et Aprile regularibus convenit, qui observari debent per decem[b] et novem annos ad cognoscendam diebus Kalendarum aetatem lunae in mensibus singulis.

Est quoque et[c] aliud in huius ratione saltus aliquanto[d] difficilius conputandum[e], sed necessarie[f] sciendum. Notissimum vero vestrae scio acutissimae[g] prudentiae[h] fore, quod in communibus annis — secundum numerum epactarum, quae singulis annis adcrescunt undecim diebus — quarta decima luna paschalis locum prioris quartae decimae undecim[i] diebus anticipat. Quod facile est invenire per annos communes. In annis itaque embolismorum[1] decem[k] et novem diebus — secundum numerum annorum circuli decennovenalis — quarta decima luna paschalis transponitur prioris anni quartaedecimae: uti detrimentum communium[l] annorum embolismis suppleatur, et fiat aequalis numerus dierum in decem[k] et novem solaribus et in decem[k] et novem lunaribus annis. Inter quartam decimam itaque lunam novissimi[m] anni circuli saepe nominati, quae fit quintas[n] decimas Kalendas Maias[2], et quartam decimam primi anni eiusdem circuli, quae fit Nonas Aprilis[3], non ut ceteris[o] annis communibus undecim, sed duodecim inveniuntur dies; quatenus illa dies, quae in Novembrio mense lunari aetati[p] adempta[q] est, hinc[r] in Aprile[s] inter epactas inveniatur. Epactarum vero ratio est[t] undecim diebus singulis annis adcrescere[u]. Hoc vero anno propter saltum duodecim dies inter quartam decimam novissimi anni[4] et quartam decimam primi anni[5] reperiuntur; quatenus embolismus huius anni triginta habeat dies secundum rationem embolismorum, decem[k] et octo novissimi anni epactas; quibus si addideris undecim, qui singulis annis more solito adcrescunt, et unum saltus diem, fiunt triginta. Ideoque[u*] primo anno circuli saepe nominati 'nullae' scribuntur 'epactae'; et a pueris[6] de 'nullis' in 'undecim' decantatur[v]. Sed et si a quintas decimas Kalendas Maias totius lunaris anni dies conputantur usque in Nonas Aprilis[w], non ut ceteris[o] annis tricenteni quinquageni quaterni[x], sed tricenteni quinquageni terni dies repperiuntur[y]; nisi forte bisextilis[z] immineat annus, qui unum adicere[a] solet seu solari seu lunari anno, ut aestimo, diem.

Qualiter vero huius ratio saltus singulis annis cicli[b] decimnovennalis[c] in diminutionem unius[d] diei adcrescat, diversis modis conputatur[e]. Sed haec facilior videtur conputatio[e], ut sciamus singulis annis cicli decemnovennalis[f] unam horam et unum punctum[7] et nonam decimam partem[g] unius puncti adcrescere ad undecim epactarum[h] dies, ex quibus horis et punctis colligitur unus[i] per novem et decem[k] annos dies. Nam viginti et quattuor horae diem integrum perficiunt: quattuor enim[l] puncti horam faciunt. Sedecim puncti quattuor horas efficiunt. Et tribus punctis, qui supersunt, adde nonas decimas partes unius[m] puncti; et fiunt quattuor puncti, et est una hora. Hanc si addideris quattuor praescriptis horis, fiunt quinque horae. Et has quinque

---

a) *om. R.* b) decim *T.* c) *om. T, B.* d) aliquando *T, R; corr.* aliquanto *B.* e) comput. *R, B.* f) necessariae *V.* g) acutissimę *B;* acutissime *V.* h) pruden *V.* i) undecime *T;* undecimę *B;* duodecim *R.* k) decim *T, V.* l) communem *B.* m) novisimi *R.* n) quartas *B.* o) caeteris *B.* p) aetate *B.* q) adepta *R.* r) hic *V.* s) Aprilo *T; corr. manu sec.* aprilio *B;* aprilio *V.* t) rationem *B pro* ratio est; est *om. R.* u) accrescere *T, B.* u*) ideo *B.* v) decantantur *V.* w) Apł *T, R.* x) quaterni — quinquageni *om. V.* y) repper. *corr.* reper. *B.* z) bissextilis *B;* bi̬sextilis *R.* a) addic. *corr.* adic. *B.* b) *om. B;* cycli *R passim.* c) decennovenalis *R;* decemnovennalis *B.* d) huius *V.* e) comput. *R.* f) decennovennalis *B;* decimnovennalis *V.* g) parte *R.* h) aepact. *R.* i) *om. V.* k) decim *T, V.* l) vero *codd.;* enim *corr. Sickel.* m) hunius *R.*

1) *Cf. Beda de temp. rat. c. 45 (Opp. ed. Giles VI, 236):* In embolismis vero decem et novem diebus eundem annum videtur solarem luna transcendere. 2) *Habuit annus 797. pascha die 23. Aprilis, veris* lunam XIV *die 17. Apr.* 3) *v. supra p. 185 n. 9.* 4) *797.* 5) *798.* 6) *a pueris discentibus.* 7) *quadrantem horae.*

horas si adiunxeris[a] decem[b] et novem horis, fiunt viginti quattuor horae: unus dies integer in decem[b] et novem annis iuxta zodiaci iam solis et lunae regulam plenus et perfectus[1]. Et ut certius intellegi possit, quae sit causa saltus lunaris: hunc[c] vero citior quaedam et velocior hora suae[d] incensionis generat[2]; sicut et undecim dies epactarum[e] annuis temporibus solent facere. Verbi gratia: si modo huius lunae Novembri mensis incensio sexta hora diei facta est, erit sequenti anno eiusdem lunae una[f] hora et uno puncto et nona decima parte unius puncti incensio ante horam sextam, ita ut tota sexta[g] hora et unus[h] punctus quintae horae et nona decima pars unius puncti eiusdem horae anticipetur. Et sic decrescere[i] solet per singulos annos usque in diem integrum, qui fit horarum viginti quattuor. 797

Haec vestrae excellentissime sapientiae[k], mi dulcissime David, in memoriam revocare curavi; non ignota ingerens, sed nota repetens[3] propter oportunitatem praesentis lunae, in qua ratio[l] saltus, ut videtur, maxime consideranda est. Licet non ignoremus aliter alios saltum[m] conputare et inserere velle, tamen propter rationem paschalis[n] lunae, quae omnimodis inviolabilis et inmutabilis permanere debet, secundum antiqua sanctorum patrum instituta[o] et totius sanctae ecclesiae consuetudinem hic maxime[p] Novembrio mense notandus esse videtur[4].

Ego vero veteris inmemor proverbii: 'Non feres ligna in silvam'[5], has sub munusculi nomine litterulas in vestras transmisi divitias; memores vos esse sciens laudatae Luc. 21, 2.
viduae, quae aurato[q] templo duo addidit minuta, et illorum, qui pilos caprarum in Exod. 25, 4.
tabernaculi decorem adtulerant. Et dum omnibus estis benigni, omnium in vos favores revocatis, et cunctis copiose vestra[r] benefaciens pietas cunctorum vobis divitias adtrahit[s]; sicut apostolus ait: 'Qui seminat in benedictione, de benedictione metet 2. Cor. 9, 6.
vitam aeternam'[t].

127.

Leo III papa Coenulfo regi Merciorum respondet de archiepiscopatu Lichfeldensi, de pallio episcopis Londiniensibus non tribuendo, de Eadberto rege Cantuariorum, de mancusis 365 quotannis sedi Romanae mittendis. 797.

Cod. A 2 fol. 172—173[a].

Edd. Wharton Anglia sacra I, 460, Haddan and Stubbs Councils III, 523—525, J 84, Gray Birch Cartular. Saxon. I, 398—400, Jaffé Reg. 2494.

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO COENULFO REGI MERCIORUM[6] SEU OMNIBUS DILECTISSIMIS EPISCOPIS ATQUE GLORIOSISSIMIS DUCIBUS LEO PAPA.

Inclite excellentie vestrae per harum transvectores litterarum, videlicet Bryne presbiterum et Cildas seu Ceolberht ministros vestros, recepimus apices[7]; quos rele-

a) adiuncxeris *T.* b) decim *T, V.* c) hanc *R, V.* d) *om. V.* e) aptarum *T; corr. in* epact. *B.* f) una — puncto *corr. Sickel pro* unius horae et (qui *add. V*) unius puncti *codd.* g) VI *R;* sex *B.* h) unius *T, B.* i) decrescere *corr. Sickel pro* se crescere *T, R, B.* k) extollentissimę sapienciae *R.* l) lunae. In quadracia *R.* m) psaltum *R.* n) pascalis *R.* o) instatuta *T;* statuta *R, V.* p) maximae *T.* q) curato *B.* r) copiosę (-sae *V*) vestrae *B, V.* s) adtrait *R.* t) amen *add. V.*

127. a) *Lemma:* Incipit epistola Leonis pape missa ad Coenulfum regem Myrciorum omnibusque dilectis episcopis atque ducibus *A 2.*

1) *Beda de temporum ratione c. 42 (Opp. ed. Giles VI, 228):* Dies namque XXIIII habet horas. E quibus cum XIX totidem annis circuli decennovenalis distribueris, remanent V. Has per IIII multiplica — quia videlicet hora quatuor punctis constat — fiunt XX. Da singulos singulis annis, et remanet unus. Hunc divide per XIX; et videbis, quod ad saltum lunae complendum . . . annuatim hora et punctus et nonadecima pars puncti unius adcrescit. 2) *Beda l. l.:* De — saltu verisimile apparet, quod eum citior, quam vulgo putatur, lunaris incensionis locus et hora procreet. 3) *Cf. epp. 136. 145.* 4) *Beda l. l.:* saltus non alibi aptius quam XII Calendarum Aprilium die videtur anno reddendus . . . Sed sunt, qui hoc nobis in luna Novembris mensis agendum magis autument. 5) *Hor. Sat. I, 10, 34, cf. supra p. 70.* 6) *796—819.* 7) *i. e. epistolam, quae legitur ap. Willelmum Malmesbiriensem Gest. regg. Angl. L. I § 88, Gray Birch Cartular. Saxon. I, 396—398.*

797 gentes, plenos fidei et olitana traditione erga beatum Petrum principem apostolorum eiusque vicarium repperimus roboratos. Et sicut praedecessores vestri christianissimi reges semper ex eadem beati Petri aecclesia fontem veritatis auriebant et inreprehensibilem orthodoxamque fidem, ita et vestra excellentia[a] protectricem et doctricem prorsus utens usque tenus amplectere et tenere habebit.

Quod vero inquisistis, unde contigisset, quod beate recordationis Adrianus papa et antecessor noster Dorovernensis episcopi[1] auctoritatem contra morem minuisset et in duas archiepiscopias sedes[2] auctoritate sua confirmaret[3], ad[b] quod veraciter respondimus: quod non aliter hoc fecisset nisi pro eo, quod rex vester precellentissimus Offa suis litteris testatus est, ut in id omnium vestrum una voluntas et unanima esset petitio, vel propter vastitatem terrarum vestrarum et extensionem regni vestri nec non et aliis quam plurimis causis et utilitatibus. Pro his precipue causis honorem pallii Merciorum episcopo[4] domnus Adrianus apostolicus direxit.

Illud vero, quod in vestris referebatur apicibus nos[c] interrogare: si summi pontificatus auctoritas in civitate Lundonia, ubi beatus Augustinus[d], sancto Gregorio dirigente, honorem pallii percepit, canonicam licentiam possit haberi, nos nequaquam illis summi pontificatus auctoritatem tribuere audemus. Sed primatum illum, sicuti Doroverni constitutus est, primam sedem et concedimus et censentes promulgamus. Quia sanctus et venerabilis predecessor noster Celestinus papa nos docuit, inquiens: 'Non sit vana gloriatio palleatis. Episcopali more, qui episcopi sunt, sequantur'[5]. Et ideo canonice oportet illum primatum existere atque vocari et per ordinem, sicuti a predecessoribus nostris constituitur, archiepiscopalem sedem, ita venerare et honorare in omnibus.

De vero[e] epistola, quam Aedelheardus[6] reverentissimus et sanctissimus nobis emisit, quemadmodum poposcit vestra excellentia, eademque liquidius relegentes, sicut decebat, sanctitati eius enucleatius reddidimus responsum: quia nos de clerico illo apostata[7], quia ascenderat in regnum, similem eum[f] deputantes Iuliano pravate[g] [8], anathematizantes abicimus, salutem animae eius procurantes. Nam si adhuc in ipsa persisteret in iniqua actione, nobis celeriter enuntiare studemini[h], ut nos apostolicum communitorium omni generalitati, tam principibus quamque cuncto populo insule Bryttanniae morantibus, adhortantes mittimus, ut eum a nequissimo expellere regno et salute animae illius procurare. Nam pro huiusmodi rege[i] valde nimisque beatificavimus et laudavimus fratrem nostrum prelatum archiepiscopum, quia pro fide orthodoxa animam suam posuit.

Vestram autem scientes fructificatam in omnibus bonis precelsa scientia, ad memoriam deducimus, qualiter sanctae recordationis quod Offa rex pro victoriis regni, quam tenuit, beato Petro auctori suo signiferum et comitem in ipso regno utens atque amplectens, coram synodo[9] tam omnibus episcopis seu principibus atque optimatibus cunctoque populo insulae Bryttanniae morantibus quamque et nostri fidelissimi missi Georgii[10] et Theophilacti[11], sanctissimis episcopis, votum vovit eidem Dei apostolo beato Petro clavigero regni caelorum: ut per unumquemque annum, scilicet quantos

---

a) *sequitur lacuna litterarum fere quatuor.* b) at *A 2.* c) non *A 2.* d) Agustinus *A 2.* e) vera *A 2, ubi superscriptum est* illa. f) eo *corr. in* eum *A 2.* g) parabatae *superscripsit recens manus.* h) *corr. in* studete *A 2.* i) regi *corr. in* rege *A 2.*

1) *Iamberhti archiepiscopi Cantuariensis 766 — 790.* 2) *Cantuariensem et Lichfeldensem.* 3) *anno 786. V. supra p. 28 n. 6.* 4) *Hygeberhto episcopo (archiepiscopo) Lichfeldensi; v. ibidem.* 5) *Mansi Coll. conciliorum IV, 467 c. 6.* 6) *archiepiscopus Cantuariensis 793—805.* 7) *Eadberhto (Praen i. e. presbytero) rege Cantuariorum 796 ex. — 798; quem Coenulfus victum anno 798. mutilavit. V. Anglo-Saxon chronicle 794 (796) et 796 (798), et Simeon. Dunelm. 798 (p. 59). J.* 8) παραβάτῃ *(Iuliano apostatae, qui item ad presbyteratum christianum educatus erat).* 9) *Cealchytensi, anno 786. habita; v. ep. 3 supra p. 19.* 10) *episcopi Ostiensis.* 11) *episcopi Tudertini.*

dies annus habuerit, tantos mancusas eidem Dei apostolo aecclesiae. nimirum trecentos 797 sexaginta quinque, pro alimoniis pauperum et luminariorum concinnationes emittere. Quod et fecit, ut tam ipse quamque posteris eius, qui ipso regno tenere videntur, usque in perpetuo propter eidem regni victoria, beato Petro suis almis suffragiis concedente. Et si vestra excellentia ampliores victorias et honores in ipso habere regno cupit, instar persolvens[1], per eam amplius quam amplius in perpetuum permaneat confirmatum, ut ipse Dei apostolus semper per vos in ipso victoriam concedat regno et in vita aeterna cum sanctis omnibus sine fine vos regnare faciat[a].

128.

Alcvinus Aethelhardo archiepiscopo Cantuariensi scribit, ut derelictae ad tempus ecclesiae Cantuariensis poenitentiam agat. Addit de archiepiscopatu Lichfeldensi ita tollendo, ne tamen Hygeberhtus archiepiscopus Lichfeldensis pallio privetur. 797.

Codd. (A 1 fol. 127—129) A 1 p. 149—151 n. 107, A 2 fol. 153'—155, H fol. 5'—7, T* fol. 99', in utroque initium deest et hoc fragmentum cum ep. 41 supra p. 84 sic coniunctum est, ut ambae una esse epistola videantur. Fragmentum huius epistolae praebet Willelm. Malmesbir.* sanctarum — honore, *Gesta pontiff. Anglor. I § 11 p. 19*[a].

Edd. Q 67b, Wilkins Conc. Britanniae I, 159, F 60, Haddan and Stubbs Councils III, 518—520, J 85. — Migne col. 251.

SUMMAE DIGNITATIS VIRO ATQUE AECCLESIASTICAE BONITATIS PATRI ATHELHARDO[b] ARCHIEPISCOPO FIDELIS FILIUS ALCHVINUS[c] PERPETUE BONITATIS IN CHRISTO SALUTEM.

Dulcissima caritatis verba filius noster per vos revertens retulit; simul et amabilia benignitatis vestre munuscula habuit in manibus. In quibus laetatus te olim condictam etiam agnovi in memoria habere amicitiam, sicut in viro perfecto veritas semper probata fulgescit. Unde tuae bonitati gratias ago; ex toto cordis desiderio optans te longaeva prosperitate populo praeesse christiano et sanctam sedem dignis exaltare honoribus, quam ad tempus propter impios invasores regni[2] dereliquisti secundum consilia sacerdotum Christi, ut praefatus mihi referebat puer.

De qua re quid sentirem, tua me veneranda per illum auctoritas interrogare ratum putavit. Quid mea parvitas aliud habet dicere, nisi sanctorum Christi sacerdotum adsentire consilio? Si tamen tantam habent auctoritatem illius suggestionis, ut lupo veniente pastor fugere debeat, quanta est evangelica excellentia, quae mercennarium nominat, non pastorem, qui lupi rabiem timidus aufugit. Forte obiciunt, Cf. Ioh. 10, 12. 13.
veritate dicente: 'Si persecuti vos fuerint in hac civitate, fugite in aliam'. Discer- Matth. 10, 23.
nendum tamen est, de cuius temporis fuga vel de qua persecutione[d] hoc dictum est, et de quibus[e] iterum ipsa veritas dixisset[f]: 'Bonus pastor animam suam dat[g] pro Ioh. 10, 11. 12.
ovibus suis, mercennarius autem fugit'. Quod optime in omeliis[h] beati Gregorii papae[3], praedicatoris nostri, per te legens intellegere poteris. Tu tibi ipsi conscius es, pro qua causa reliqueris sedem tuam: si timore mortis aut tormentorum inmanitate aut[i] idolatriae[k] execratione; sicut olim sanctissimus eiusdem sedis pontifex Laurentius[4] velle legitur, qui tamen apostolica auctoritate castigatus, ab incoepto resipiscit[l] consilio[5].

---

a) *tres sequentes versus omnino erasi sunt.*

128. a) *Lemma:* Item ad eundem *A 1**. b) Aedelhardo *A 1**. c) Alchiuus *A 2;* Alcuinus *A 1**. d) persequutione *A 2*. e) *hoc loco incipit epistola in H et T**. f) dicat *A 1**. g) ponit *H, T*, A 1**. h) omoeliis *T*;* homeliis *A 1**. i) scilicet pro *superscriptum est in A 2*. k) idolatria *A 2*. l) resipuit *A 1**.

1) *Coenulfus enim tantummodo mancusas 125 miserat, ut legimus in eius ad Leonem epistola ap. Will. Malm. l. l. supra p. 187 n. 7. J.* 2) *propter Eadberhtum Praen, regem Cantuariorum; v. epp. 127 et infra 129.* 3) *In evang. l. I hom. 14 (Opp. I, 1484—1489).* 4) *Cantuariensis 604—619.* 5) *V. Bedae hist. eccl. L. II c. 6.*

797 Tamen, quaecumque causa[a] esset[b], bonum videtur[c] caritatis meae[d] consideratione, ut paenitentia inde agatur. Quod, ut videtur, honeste fieri poterit, si communi totius gentis consensu ieiunium indicitur[e] — tu propter relictam sedem, illi propter acceptum errorem — ut Deus vobis omnibus propitietur. Orationes quoque et elemosynae[f] et missarum sollemnia[g] fiant diligenter ubique, ut Deus deleat quicquid inde a quolibet vestrum actum esset[h].

Tua quoque veneranda sapientia specialiter deducat in domum Dei lectionis studium, ut sint ibi legentes iuvenes et chorus[i] canentium et librorum exercitatio; ut per tuam diligentiam renovetur illius sanctae sedis[k] dignitas; ut habeant, unde in se ipsis possint elegere[l] sibi pontificem. Simul et praedicatio tua in omnibus locis fiat sive pro[m] episcopis omnibus in communi synodo: de iustis ordinationibus et praedicationis instantia et officiis aecclesiasticis et baptismi sanctitate et elemosynarum largitione et[n] pauperum cura per singulas aecclesias atque parochias, maxime in veneranda gente, cui te Deus pastorem praeesse voluit. Saepe miles vulneratus fortius pugnat, sicut bos lassus fortius figit ungulam[1].

Sicut[o] diabolus laetatus est de fuga tua[p], fac, ut gaudeat Christus de multiplici
Luc. 15, 7. animarum per te profectu et tua merces maior crescat; dicente ipsa veritate: 'Sic enim gaudium[q] est in caelis coram angelis Dei super uno peccatore paenitentiam agente, quam super nonaginta novem, qui non indigent paenitentia[r]'. Haec omnia omnino[s] diligentissime considerans, in Christi caritate semper proficias; amans illum ex toto corde, tota virtute et tota mente, qui te exaltavit honorificavit et conservavit in diem salutis tuae.

Vanissimum vero vestimentorum cultum[2] et conviviorum[t] inmoderatum usum omnino, quantum valeas, expellere a te tuisque consacerdotibus vel magis omni clero et ecclesiasticae dignitatis gradibus diligentissime studeas. Beatus Petrus, princeps
Ioh. 21, 15—17. apostolorum, trinam negationis maculam triplici confessionis veritate abluit; tu fugam simplicis[u] erroris multiplici praedicationis bono ablue; et[v] ut maxime sanctarum scripturarum lectio per tuam sanctissimam curam renovetur, et ecclesiastica dignitas ubique exaltetur, et sancta sedes, quae prima fuit in fide, prima sit in omni sapientia et sanctitate et honore, ut[w] ibi interrogans inveniat, ignorans discat quod cupiat; sciens videat quod laudet.

Et[x] ut ecclesiae[3] unitas — quae partim discissa est[4] non rationabili, ut videtur, consideratione, sed quadam potestatis cupiditate — quodsi[y] fieri possit[z], ut[v] pacifice adunetur, et scissio resarcietur[a], bonum videtur esse cum consilio omnium sacerdotum Christi, et coepiscopi[b] Eboracensis[c] ecclesiae[d][5]; ita tamen, ut pater pius[6] pallio diebus suis non exuatur, licet ordinatio episcoporum ad sanctam et primam sedem recurrat. Haec omnia tua sanctissima sapientia consideret, ut caritatis concordia fiat inter primos pastores ecclesiarum Christi[e].

---

a) *om. H.* b) fuerit *A 1**. c) *om. T**. d) suae *T**. e) indicatur *A 1**. f) aelemosynę *T**. g) sollemniae *H.* h) est *A 1**. i) choros *A 2.* k) *om. A 2, ubi superscriptum est* ecclesie; ecclesiae *A 1**. l) eligere *A 1**. m) *om. H.* n) sive pro *A 1**. o) Et sicut *H*; Si quid *A 2.* p) *om. A.* q) Sic gaud. *T**; Maius gaud. *A 1**. r) paenitentiam *H, T**. s) animo *T**. t) convivorum *corr.* -viviorum *T**. u) simplici *H, T* post corr.* simplicis. v) *om. A 1**. w) ut — unitas *om. Will.* x) Et — unitas *om. H, T*, A 2.* y) si *A 1**. z) posset *A 1**. a) resarciatur *A 1*, Will.* b) quoepiscopi *H*; coepiscopis *A 1**; *corr. in* coepiscopi *A 2.* c) Eboracenses *H.* d) deliberare *add. A 1**; ut fiat *add. Will.* e) *om. T**.

1) *Cf. supra ep. 13 p. 39 n. 5.* 2) *Cf. supra p. 43. 54. 183.* 3) *Cantuariensis.* 4) *constituto archiepiscopatu Lichfeldensi.* 5) *Eanbaldi II archiepiscopi.* 6) *Hygeberhtus archiepiscopus Lichfeldensis; v. supra p. 28 n. 6.*

Si quid ego[a] superflue in his meis litterulis dictarem[b], tua sancta patientia 797
benigne, obsecro, suscipiat; nec mihi scribenti inputet[c], sed tibi iubenti iniungat. Nec ego praesumptiosa[d] temeritate egi, sed humili oboedientia[e]; considerans, quid multis proficere potuisset, sive culpa esset[f] sive non esset[f] in fuga. Tamen, quantum mea devotio considerare potuit, melius est ea facere, quae suadeo, quam omittere[g]. Omnino affectuosa caritate ammoneo, ut instanter praedices verbum Dei — hoc est officium tuum, haec merces tua, hic fructus operis, haec sacerdotii[h] dignitas laus et honor — quatenus multiplici laboris fructu in conspectu domini Dei sui appareat et dignus efficiatur[i] desiderabilem audire vocem: 'Euge serve bone et fidelis, quia super pauca Matth. 25, 21.
fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium domini Dei tui'.

Omnipotens Deus paternitatem vestram ad exaltationem sanctae suae ecclesiae in omni opere perfecto multipliciter florere faciat, sanctissime pater.

129.

Alcvinus Cantuarienses cohortatur, ut Aethelhardum archiepiscopum revocent eiusque consilio perturbatum regni statum reficiant. 797.

Codd. H fol. 66—67', S 1 fol. 200—202'.
Edd. F 59, Haddan and Stubbs Councils III, 509—511, J 86. — Migne col. 249.

NOBILISSIME GENTI ET POPULO LAUDABILI ET REGNO IMPERIALI CANTUARIORUM[a] HUMILIS LEVITA ALCHVINUS[b] SALUTEM.

Vestri decoris et vestrae salutis valde cupidus, has paucas litterulas[c] ob nimiam vestrae prosperitatis dilectionem in commune vobis dirigere curavi. Vos vero principium salutis Anglorum, initium prosperitatis, portus intrantium, triumphi laus, sapientiae origo; et a vobis imperii[d] potestas prima processit et fidei catholicae origo exorta est. Apud vos clarissima lumina Brittaniae[e] [1] requiescunt, per quos lux veritatis per totam Brittaniam emicuit. In[f] vobis utrumque et philosophicae disciplinae decus emicuit et sacrae religionis claritas effulsit. In vobis vero fuerunt simul et religiosi doctores ecclesiasticae fidei et sapientissimi principes[g] regalis dignitatis, et viri fortissimi in bello et iustissimi in iudiciis: morum nobilitate conspicui, consiliis providi, pietate laudabiles, facie honorabiles, vultu venerabiles et omni dignitate clarissimi. Haec[h] vos, viri sapientissimi, in quibus modo Cantiae decus consistit, diligenter considerate, et longas successiones nobilissimorum parentum vestrorum imitare studemini[i].

Primo omnium, qui in ecclesia Christi Deo deserviant, discant diligenter, quomodo Deo placeant, quomodo fidem catholicam, quam primum doctores nostri in eis fundaverunt, obtinere firmiter et praedicare valeant. Quia ignorantia scripturarum ignorantia
Dei est; et si caecus caecum ducit, cadunt ambo in foveam; et econtra multitudo Matth. 15, 14. Sap. 6, 26.
sapientium salus est populi. Adducite vobis doctores et magistros sanctae scripturae, ne sit apud vos inopia verbi Dei, aut vobis desint[k] qui populum Dei regere valeant; ne fons veritatis in vobis exsiccetur[l]. Nolite vos contra consuetudinem ecclesiasticam vestimentorum vanitate ornare[2], sed moribus vos ostendite nobiles et ornatos, et

a) ergo *H, T**. b) dictaverim *A 1**. c) imputet *T*, A 1**. d) praesumptuosa *A 1**. e) oboedientie *A 1**. f) fuisset *A 1**. g) amittere *A 2, T**. h) sacerdotis *A 2;* sacerdotum *A 1**. i) *corr. in* tui appareas e. d. efficiaris *A 1**.
129. a) Cantuuariorum *S 1*. b) Alchuiñ *H;* Alch *S 1*. c) litterolas *S 1*. d) imperi *S 1*. e) *corr. in* Brittanicae *H;* Brittania *S 1*. f) In — emicuit *om. H*. g) principis *S 1*. h) Hae *H, S 1*. i) studimini *S 1*. k) desit *S 1*. l) exsietur *H*.

1) *Cf. supra p. 150 lin. 33.* 2) *Cf. supra p. 191.*

797 praedicatione verbi Dei paratos, ut laici et vestri bellatores per vos fortes efficiantur et populus viam salutis incedat.

Similiter nobiles, qui sunt in populo, suas dignitates cum consiliis regant et populo per iustitiam praesint, amantes paterna statuta in iudiciis magis quam pecuniam, quae subvertit verba iustorum: et unanimo consilio, quod bonum sit genti vestrae, viriliter faciant. Et rectores vobis praeponite nobilitate claros, morum dignitate pios, iustitiae[b] decore[c] honorabiles, quatenus divina misericordia vestram gentem gubernare et conservare et exaltare dignetur.

Inminet vero maximum huic insulae et populo habitanti in ea periculum. Ecce, quod numquam antea fuit auditum, populus paganus solet vastare pyratico latrocinio litora nostra. Et illi ipsi populi Anglorum et regna et reges dissentiunt inter se. Et vix aliquis modo[1], quod sine lacrimis non dicam, ex antiqua regum prosapia invenitur, et tanto incertioris[d] sunt originis, quanto[e] minoris[f] sunt fortitudinis. Similiter et per ecclęsias Christi perierunt doctores veritatis. Omnes pene vanitates saeculares sequuntur, et disciplinas[g] regulares odio habent: et bellatores illorum magis avaritiae student, quam iustitiae.

Discite Gyldum[h][2] Brittonem sapientissimum; et videte, ex quibus causis parentes Brittonum perdiderunt regnum et patriam; et considerate vosmetipsos, et in vobis pene similia invenietis.

Timete vobis ipsius veritatis sententiam, quam in[i] ecclesia expressit[k] dicens:
Luc. 11, 17. 'Omne regnum[l] in se divisum non stabit'. Ecce quanta divisio est[m] inter populos et gentes Anglorum. Et ideo in se ipsis deficiunt, quia inter se ipsos pacem non servant et fidem.

Revocate ad vos, si vobis videatur, episcopum vestrum Aedilhardum[3], virum venerabilem et sapientem. Et eius consilio in melius regni vestri statum corroborate, emendantes in moribus quae Deo displiceant[n]. Et ea studete facere, quae eius misericordiam super vos valeant revocare[o]. Non est bonum, ut sedes[p] sancti Augustini[q] primi praedicatoris nostri vacua permaneat; et alius non potest ullatenus in eius ordinari locum. Perditio populi est ubique sacerdotibus suis non oboedire et praedicatores salutis a se expellere. Subicite vos humiliter pontifici vestro et praedicatori salutis vestrae, quatenus divina vos gratia in omnibus operibus vestris consequatur. Credite mihi, nullatenus aliter Deum vobis propitium[r] habere potestis. Per illum potestis, credo, pacem habere praesentem et salutem sperare sempiternam.

Inite consilium prosperitatis vestrae: et viriliter facite quod bonum inveniatis. Et convertimini ad preces et orationes et ieiunia, quatenus divina vobis propicietur misericordia, et conservet vos in laude et salute vestra, et concedat[s] vobis incolomem habitationem in patria vestra et gloriosum in aeterna patria imperium.

Dextera omnipotentis Dei vos protegat et regat et exaltare dignetur praesenti felicitate et aeterna beatitudine, viri fratres desiderabiles et venerabiles.

---

b) iustitia *H, S 1.* c) decorē *S 1.* d) incersiores *H;* incertiores *S 1.* e) et quanto *S 1.* f) minores *corr. in* minoris *H;* minores *S 1.* g) disciplina *S 1.* h) Gyilbum *S 1.* i) quam in eo *S 1 pro* quam in. k) expraessit *H.* l) regum *S 1.* m) est div. *S 1.* n) disicipliciant *H;* displiciant *S 1.* o) revocari *H.* p) sedis *H.* q) sanctae Agustini *S 1.* r) vobis propitium vobis *H.* s) concedat -- patria vestra et *om. H.*

1) *Cf. infra ep. 232:* Tu ipse vidisti quomodo perierunt reges. 2) *Gildae sapientis de excidio Britanniae liber querulus, quem supra iam laudat in ep. 17 p. 47:* legitur vero in libro Gildi Brittonum sapientissimi *etc.* 3) *archiepiscopum Cantuariensem (793—805), quem constat repugnavisse contra Eadberhtum Praen regem Cantuariorum. V. ep. 127 supra p. 188. J.*

130.

c. 797

Alcvinus archiepiscopum Anglicum, ut populis ac regibus Britanniae verbum Dei praedicet, exhortatur. c. 797.

Codd. A 1 fol. 132'—133, A 1 p. 156—157 n. 111*[a].
Ed. J 87.

DILECTISSIMO PATRI ILL. ARCHIEPISCOPO[1] HUMILIS FILIUS ALCHVINUS SALUTEM.

Gaudeo de vestra prosperitate et salute et profectu sanctae Dei aecclesiae, qui ut per vos fiat, speramus et optamus. Et hortamur vos, ut omni instantia verbum Dei praedices regibus principibus populo et omni personae, iunioribus et senioribus, et in omni aetate, ut Deus omnipotens misericordia custodiat nobis patriam, quam parentibus mei[b] gratis perdonavit.

Timeo paganos propter peccata[c] nostra, qui antecedentibus[d] non[e] temptaverunt[f] temporibus mare nostrum navigare et maritima patrie nostre devastare[2]. Castigatio quaedam est vel ammonitio, ut timeamus Deum illiusque[g] melius inhaereamus praeceptis. Sed et illud non minime pavendum est, quod pene ubique in regionibus patrie nostre regale genus recessit[3], in quo fuit benedictio regni et exaltatio pervictoris[h] et timor hostibus nostris. Nunc vero ignoti quilibet sublimati sunt et consolarii[i] prudentiores ablati sunt a nobis: et servi Dei per monasteria laicorum vivunt moribus magis quam monachorum[4]. Haec omnia tua consideret sapientia et quantum valeat liberare patriam contendat, orationibus adiuvet, adhortationibus[k] muniat. Non enim adbreviata[l] (Isai. 59, 1.) est manus Dei, ut salvare nequeat, vel[m] putandum est, ut[n] curam non habeat Christus de humano genere, quod[o] pretioso sanguine redemit, si erunt[p] qui se toto corde convertere ad illum velint et malos relinquere mores et se ipsos castigare in disciplina Dei et assiduis precibus misericordiam promereri divinam[q]. Vestrum est, o sacerdotes Christi, in prelio fortiter stare et viriliter castra defendere Christi, ne leo rugiens vel (Cf. 1. Petr. 5, 8.) lupus insidians aliquos ex grege Christi devorare valeat. Haec est laus, haec[r] gloria vestra mercesque[s] maxima in die domini nostri Iesu Christi. Omnipotens Deus sua vos misericordia proficere faciat in predicationis officio, ut populus per vos erudiatur in bonis moribus et eruatur a potestate inimicorum et ad perpetuam pervenire mereatur beatitudinem.

131.

Alcvinus pueros sancti Martini, ut peccata sedulo confiteantur, exhortatur. 796—798.

Codd. H fol. 117'—119', T fol. 119'—122', X fol. 168—174', Coloniens. cathedr. 106 s. IX (C) fol. 23—26', St. Galli 267 s. IX (G) p. 106—120, Monacens. 14447 s. IX (S. Emmerammi: E) fol. 53—62', Eporediens. 30 saec. X (I), Harleianus 3036 s. XI (M) fol. 1—2, quem contulit V. Cl. Jeayes. Exstat etiam in codd. Parisino 2847 s. IX. fol. 28' sqq., Basiliensi B. VI. 3 s. X fol. 214'—221*[a].

Edd. Canisius Lect. ant. V, 323—328 ex G, Q 110, col. 1161—1168 ex Canisio, Frobenius II, 154, J. 154. — Migne CI, 649.

---

130. a) *Lemma:* Epistola Albini *A 1.* b) mei *recens manus corr. in* nostris *A 1;* nostris *A 1*.* c) pagana *A 1*.* d) non cedentibus *A 1;* antecedentibus *corr. J.* e) *om. A 1*.* f) templaverunt *A 1;* tentaverunt *A 1*.* g) illius quod *A 1;* illius *A 1*.* h) victoris *A 1*.* i) consiliarii *A 1*; corr. manu rec. in* consil. *A 1.* k) adhorationibus *A 1.* l) abbreviata *A 1*.* m) Nec *A 1*; corr. m. rec.* nec *A 1.* n) quod *A 1*.* o) quos *A 1.* p) scierunt *A 1*.* q) divina *A 1*.* r) huna *A 1;* una *J.* s) mecesque *A 1.*

131. a) *Lemma:* Ad pueros sancti Martini de confessione peccatorum *T*, G, X, I;* Incipit epistola et admonitio Albini ad pueros et adolescentulos, id est de confessione peccatorum *E;* Optima admonitio *ad marg. T*.*

1) *Aedilhardo fortasse Cantuariensi 793—805.* 2) *Cf. supra p. 192:* Ecce, quod numquam antea fuit auditum, populus paganus solet vastare pyratico latrocinio litora nostra. 3) *Cf. ibid.:* Et vix aliquis modo, quod sine lacrimis non dico, ex antiqua regum prosapia invenitur *etc.* 4) *Cf. epistolam 21. ad Higbaldum datam supra p. 58.*

796–798 DILECTISSIMIS IN CHRISTO FILIIS BONAEQUE[a] SPEI ADOLESCENTULIS[b], QUI IN ECCLESIA[c] SUMMI[d] PONTIFICIS PROTECTORISQUE MAGNI BEATI MARTINI DEO[e] IESU DESERVIRE[f] VIDENTUR ATQUE AB[g] ECCLESIASTICIS ERUDIUNTUR MAGISTRIS IN DOMO[h] DEI, EGO[i] ALCHVINUS[k] BENE[l] CUPIENS SALUTIS VESTRAE AETERNAE[m] PROSPERITATIS[n] IN CHRISTO DEO SALUTEM[1].

Desiderans vos, filii[o] carissimi[p], in salute[q] animarum proficere vestrarum, ideo aliquas paterno affectu vobis[r] admonitiones dulci[s] sermone[t] dirigere studui, ut per eas praesentis vitae prosperitatem et futurae Deo miserante beatitudinem[u] habere mereamini[v] et fragiles[w] vestrae[x] aetatis annos in Dei servitio edocti[y][2] ad perfectum senectutis diem adducere[z]. Vos quoque, sancti patres[a], lumina huius fraternae congregationis, doctores et ductores[b] in omni bonitate iuventutis, deprecor[c], ut ammoneatis[d] eos[e], id est discipulos[f] vestros, ut studiose[g] discant quae Deo placeant[h] et ad salutem animarum pertineant[i] suarum, quatenus[k] ex illorum[l] profectu et prosperitate vos perpetuam apud Deum habeatis mercedem. Exhortamini[m] illos sobrie, caste, pudice[n] cum omni humilitate et oboedientia Deo servire in bonis moribus et sancta conversatione et relegiosa[o] castitate, et maxime de confessione peccatorum suorum, quia multae sunt contra adolescentulos[p] diabolicae fraudis insidiae in desiderio carnali et ceteris adolescentiae[q] vitiis. Sed nihil[r], Deo[s] donante, proficit in sua diabolus[t] malitia[u], si puram volunt iuvenes facere confessionem et fructus dignos paenitentiae agere, id est, ut vulneribus vulnera non superadiciant[v] et sanata non resaucient. Salutare siquidem[w] paenitentiae est remedium[3], paenitenda[x] iterum non perficere.
Eccli. 17,20. Scriptum est enim: 'Paenitentibus[x] Deus dedit partem iustitiae'. Age igitur paenitens[y], propria[z] scelera confitere[a], pande per[b] confessionem tuae iniquitatis secretum. Nota sunt Deo quae in occulto fecisti. Quae si non dixerit[c] lingua, non poterit celare[d] conscientia. Frustra intra parietes tua[e] aestimas[f] et crimina abscondi. Patet Deo omne, quod absconditum putas: etsi hominis oculos[g] in peccatis effugere valeas[h], nullatenus tamen Dei aspectum[i] latere poterit quicquid in occulto[k] gesseris. Dic[l] per confessionem peccata[m], antequam iudicis iracundiam[n] sentias. Crede mihi[o], totum[p] veniale erit[q], quod peccasti, si confiteri non erubesces[r] et per paenitentiam purgare
Ps. 31, 5. curaberis[s], dicente psalmigrapho[t]: 'Dixi[u] adversum me iniustitias[v] meas[w] Domino, et

---

a) que *om. M.* b) adulesc. *M;* adoliscentulis *C, E, G.* c) aeccl. *H.* d) sancti Mammetis gloriosissimi martiris Christi domino Iesu Christo *M pro* summi — Iesu. e) domino *X.* f) servire *H.* g) *om. M.* h) domu *X.* i) *om. H, T*, M.* k) Alchuuinus *X;* Alcuinus *M;* Albinus *G, I.* l) bene — vestrae *om. M.* m) *om. H, T*.* n) prosperitatem *T*.* o) o filii *M.* p) kar. *T*, E, M.* q) salutem *M.* r) *om. E.* s) dulce *H, C, I;* dulcis *M.* t) sermonis *M.* u) beatitudinis *M.* v) eternam *add. M.* w) fragilis *M.* x) aet. vestr. *X.* y) *om. M.* z) *post* adducere *sequitur in M haec rubrica:* Excerpta sanctorum Gregorii Augustini Hilarii et ceterorum ab Alcuino facta. a) et *add. M.* b) rectores *M.* c) depraecor *I.* d) admoneatis *T*, M.* e) eos — est *om. M.* f) ve. disc. *M.* g) studiosę *I.* h) placeat *G;* placent *M.* i) pertinent *C, G, I, M.* k) quatinus *M.* l) aliorum *corr. in* ex illor. *H.* m) exort. *H, I.* n) sobriae castae pudicae *E, I.* o) religiosa *H, T*, X, M;* religioso *I.* p) adoliscentulos *C, E, G;* adulescentulos *T*, M.* q) adoliscentiae *C, E, G.* r) nichil *T*, M.* s) donante deo *H.* t) mal. diab. *X.* u) malitiosa *H.* v) superadicient *C, G, X, I, corr. in* -ant *T*;* superadiecient *H.* w) quippe *M.* x) penit. *T*, M;* pen. part. ded. d. iust. *M.* y) pen. *T*.* z) deo *add. M.* a) Iohannes Crisostomus ait: milies peccasti, milies confitere. Bonum est confiteri Domino *add. M.* b) per — tuae *om. M.* c) dixeris *M.* d) cęlare *T*.* e) tuos *M.* f) *om. M;* estimes *C, G, I;* et *om. T*, X, M, I.* g) occulos *X.* h) vales *M.* i) adsp. *H.* k) occulte *H, T*.* l) Si *M.* m) mundaveris *add. M.* n) sentenciam *add. M.* o) michi *T*, M.* p) tota *H.* q) est *T*.* r) erubescis *M.* s) curaberis *corr. in* curaveris *E;* curaberis *G;* curare (*pro* purg.) curaberis *H;* paenit. curare non cessaverit *T*;* purgaveris peccata (*pro* purg. cur.) *M.* t) psalmographo *M.* u) pronunciabo *add. M.* v) iusticias *H;* iniusticiam *M.* w) meam *M.*

1) *Dubito, utrum Alcvinus hanc epistolam ante an post susceptum a se regimen abbatiae Turonensis composuerit. Aliquot annis certe ante epistolas 258. 259 a. 802. conditas infra edendas, in quibus commemoratur, eam scriptam esse oportet.* 2) *Cf. supra p. 85:* Vos fragiles infantiae meae annos materno fovistis affectu. 3) *Cf. infra ep. 138:* ad confessionis probatissima medicamenta.

tu remisisti impietatem peccati mei'. Exspectat[a] Dominus[b] a nobis confessionis sacri- 796—798
ficium, ut praestet nobis delectabile indulgentiae munus, qui vult omnes homines 1. Tim. 2, 4.
salvos fieri et[c] neminem perire: eo[d] dicente et[e] in alio scripturae[f] loco: 'In quacum- Ezech. 33, 12. 15.
que die peccator conversus fuerit, vita vivet et non morietur'. Ó singulare clemen-
tissimi iudicis beneficium! ó magnificum[g] divinae pietatis thesaurum! Propter hoc a
peccantibus[h] vult confessionis munus accipere, ut non inveniat quod ulcisci[i] debeat.
Non simus ingrati tantae benivolentiae[k] redemptoris nostri, qui magis vult[l] ignoscere[m]
quam punire; magis salvare, quam perdere. Adquiritur Domino quod non[n] punitur
in servo: et multum confertur auctori, si deputatus poene veniae condonetur[o]. Nec
optat ulcisci qui paratus est misereri: ipso[p] de se per prophetam dicente[q]: 'Nolo
mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat'. Ecce verus[r] vitae auctor, qui non Ezech. 33, 11.
vult peccantis mortem, sed convertentis[s] vitam. Unde et in evangelio ipsa[t] ait[u]
veritas: 'Sic erit gaudium in caelo coram patre vestro et angelis eius super unum Luc. 15, 7.
peccatorem[v] paenitentiam agentem'; et in propheta: 'Dic tu[w] iniustitias tuas prior[x], Is. 43, 26.
ut iustificeris'. Ecce[y] benignus est largitor veniae, qui praebet pro luctu temporali
aeternitatis gaudium, ipso dicente: 'Beati qui lugent nunc, quoniam ipsi[z] consolabuntur'. Matth. 5, 5.
Et alio loco: 'Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati[a] estis, et ego reficiam ib. 11, 28.
vos'. Ait enim, ut diximus: 'Dic tu prior iniustitias tuas, ut iustificeris', et non con- Is. 43, 26.
demneris[b], ut maneat in te praemium paenitentiae, non vindicta peccatorum.

Numquid quasi nescius Deus nos[c] confiteri hortatur peccata, qui[d] priusquam gesta essent, praesciebat[e]? cuius providentiae omnia[f] patescunt occulta[g]. Tunc enim poteris perfectum[h] consequi beneficium medicinae[i], si non celes[k] medico tuae[l] vulnera conscientiae[1]. Opinor enim, nisi interpelletur medicus, non curatur aegrotus. Confessio tua medicina est vulnerum tuorum, et salutis tuae certissimum subsidium[m]. Homo aegrotus[n] a medico quaerit medicinam, qui saepe incerto[o] labore[p] desudat in aegroto. Deus vero[q] sine labore sanat, sine tarditate medicamenta veniae[r] praestat, si devota lacrimis scripta in auribus pietatis suae legatur paenitentia. Nemo te, homo[s], melius reficit, quam qui fecit: nec alius sanat, nisi[t] qui flagellat et curat. Solus enim novit operis sui fragilitatem, qui hoc tantum exspectat[u], ut fatearis; mora[v] non erit, ut
saneris. Qui per prophetam Ezechielem[w] ait: 'Cum conversus fueris et ingemueris, Ezech. 33, 12.
tunc salvaberis'.

Datur nobis a benignissimo iudice locus accusandi[x] nosmetipsos in peccatis nostris coram sacerdote Dei, ne iterum accuset nos in eis diabolus coram iudice Christo[y]. Vult ut ignoscantur[z] in[a] hoc saeculo, ne puniantur in futuro. Igitur[b] pius pater, dum videt per paenitentiam peccata nostra a nobis damnari, gaudet misereri,

---

a) expectat *I, M.* b) a nob. dom. *M.* c) fieret *pro* fieri et *H.* d) *om. H, T*, M;* Hec *add. M.* e) *om. M.* f) loco scriptura *M.* g) magnificum — thesaurum *corr. in* magnificus — thesaurus *E;* magni et securi div. piet. tesauri *M.* h) peccantes *pro* a pecc. *M.* i) ulciscere *H, C, X;* dulciscere *I.* k) bonivolentiae *I.* l) mavult *H, T*, X, corr. in* magis vult *C.* m) cognoscere *I.* n) *om. M.* o) quod donetur *pro* cond. *M.* p) Ipse *M.* q) dixit *M.* r) vir' *H.* s) *corr. in* conversi *E.* t) ipse *H.* u) ver. ait *M.* v) uno peccatore — agente *T*, G, M.* w) dictum *C;* dictum dic *T*.* x) dic *add. C.* y) Ecce — tuas ut iustificeris *om. M.* z) ipso *corr. in* ipsi *X.* a) honerati *M;* honorati *H, I.* b) condempneris *M.* c) *om. H, T*, E;* conf. nos *M.* d) que *M.* e) presciebant *M.* f) universa *M.* g) *Hic secuntur in M:* Ecce benignus — consolabuntur *(cf. supra lin. 15—16), ubi ita pergit:* Ecce deus iudicii dominus: Beati omnes qui expectant eum. Et in alio loco: Venite — reficiam. Tunc *etc.* h) profectum *T*.* i) modicum *M.* k) caeles *I.* l) *om. M.* m) refugium *M.* n) egenus *M.* o) incerte *C, I.* p) laborare *G, I.* q) vere *I.* r) *om. M.* s) melius o homo *M.* t) quam *T*.* u) expectat *T*, I.* v) et mora *M.* w) Ezaech. *I.* x) curandi *M.* y) Christi *E.* z) cognoscatur *M.* a) et in *I;* in — saeculo *om. C, G, X, I, M.* b) dum *add. T*.*

1) *Cf. infra ep. 293:* Aperiant adolescentuli vulnera sua medicis spiritalibus.

796—798 et proprium exercere munus misericordiae in paenitentes optat[a]. sicut per Isaiam[b] (Isai. 43, 25. Ioel 2, 13.) testatur prophetam: 'Ego sum, qui deleo iniquitates tuas'; et iterum: 'Convertimini ad dominum Deum vestrum, quia misericors[c] et pius est, patiens[d] et multae miseri- (Ps. 31, 5.) cordiae'. Hoc sciens beatus David ait: 'Peccatum meum cognitum[e] tibi feci, et iniustitias meas non operui': econtra si peccatum, quod fecerit homo, negatur, poena[f] reatus accumulatur[g]; quia punitur contumacia in[h] sceleris negatione. Sed dicis forsan[i]: Me terret meorum magnitudo[k] peccatorum. Quin immo[l] tanto magis insistendum est tibi, ó[m] peccator, in medicina[n] confessionis, ne pereas in putredine vulnerum, si medico[o] erubesces[p] aperire multiplices[q] ulcerum dolores[r]. Nullatenus divinae abun- (Eccli. 5, 8.) dantiam[s] clementiae numerositas tuorum superare poterit peccatorum. 'Ne tardes de die in diem', dicit scriptura, 'converti, quia nescis, quid superventura pariat[t] dies'. Quia qualem te ultimus invenerit[u] dies, talis iudicaberis[v]. Nec te[w] voluit Deus[x] illum praescire diem, ut semper paratus esses. Qualem optas ante iudicem te stare, talem te praepara. Dum habes[y] tempus operandi, esto negotiator devotus, eme[z] tibi (Matth. 2, 3.) regnum Dei paenitentiae[a] lucris, memor Dominum dicentem[b]: 'Paenitentiam agite, et adpropinquabit[c] vobis regnum Dei'[d].

Pro te igitur, o iuvenis, Deus homo factus est, ut te redimeret[e], et[f] se ipsum tradidit in mortem, ut te salvaret[g] in vitam. Quid tu iaces in morte scelerum? Surge (Luc. 15, 18. 21.) et dic: 'Pater peccavi in caelum'[h]. Adduc tibi tuae[i] paenitentiae testem[k] fidelem. Munda vis habere vestimenta: quare[l] non multo magis quaeris mundam te[m] habere animam? Sordidus[n] procedere non vis in conspectu hominum; quare non multo magis times sordidum[o] peccatis te[p] procedere in conspectu Dei? Lava te lacrimarum fonte; ne quid in te illius oculos[q] maiestatis offendat. Quis, rogo, cadens non quaerit surgere? Quis infirmatur, et non desiderat convalescere? Quis periclitatur, et non optat[r] evadere? Paenitebit te postmodum[s] tarditatis, si non cogitaveris[t], quid[u] animae tuae proficiat[v] ad salutem.

Exsurge[w] fili, exsurge[w], placare[x] patrem paenitentia[y], quem offendisti scelere. Confitere culpam, ut saneris a medico. Esto in tua sollicitus[z] salute. Si tu ipse tui ipsius[a] non habes curam, quis tibi ad salutem prodesse poterit? vel quis tibi fidelis erit, si tu ipse tibimet infidelis esse probaberis[b]? Infidelitas est magna te[c] non curare de salute tua; te[d] morientem[e] in peccatis non resuscitare[f] per paenitentiam. Quanto longius recessisti[g] a[h] Deo pro scelerum magnitudine, tanto fortius per paenitentiam adpropinquare studeas. Clemens pater paratus est te accipere, si tu[i] non tardaveris[k] reverti[l]. Aspera tibi videtur conversio carnalia[m] relinquere desideria; sed multo

(Ioel 2, 13.) a) obtat *M*. b) Esaiam *H, G, X*; Aesaiam *T**; Ysayam *M*. c) benignus et misericors est prestabilis super malicia dominus deus vester. Et beatus *pro* misericors — beatus *M*, ait *om.* d) paciens *I*. e) non abscondi. Unde si peccatum, quod fec. homo negat *pro* cognitum — negatur *M*. f) penas *M*. g) accumulat *M*. h) *om. G, M*. i) forsitan *I, M*. k) conscientia *M*. l) Quare *pro* Quin immo *M*. m) *om. M*. n) medicinam *T**. o) medio *H*. p) erubescis ci *in ras. T**; erubescis *M*. q) multiplicas *M*. r) doloris *C*. s) habund. *H, X, M*. t) pariet *C, E*. u) dies inv. *M*. v) *corr. in* indicaveris *X*: iudicaveris *post corr.* -caberis *T**. w) *om. T**. x) dominus *I*; dies *C, G*. y) habeas *H, T*, X, I*. z) eme — Dei *om. M*. a) pęnit. *X*; poenit. *T**; penitencie *M*. b) domini dicentis *M*. c) *pro* et adpr.: ecce appro. *T**; adprop. enim *M*. d) regnum — celorum *pro* vobis — dei *M*. e) redemeret *C, I*. f) *om. H, G, I, M*. g) in vita salvaret *pro* salv. — vitam *M*. h) et coram te *add. M*. i) paen. tuae *X*. k) certum *T**. l) *om. M*. m) *om. T*, M*. n) Et sordidatus n. v. proc. *M*. o) sordidus *T**: cum sorde *M*. p) peccatis te *om. I*; peccatorum proc. *M*. q) oculus *H, C, G, I*, -los *corr.* -lus *X*; oc. ill. *M*. r) obtat *G*; desiderat *M*. s) postm. tardit. *om. M*. t) cogitaberis *C, E, G, I*. u) quod *X, I*. v) proficit *T**. w) Exurge *H, T*, I, M*. x) placarem *H*: placa *M*. y) penitencie *M*. z) solicitus *X*. a) ips. *om. T**; tui ips. *M*. b) probaveris *H, G, X, I*, *corr. in* probaris *E*; probaris infidelis (esse *om.*) *M*. c) non cur. te *T**. d) teque *T**; et *M*. e) *corr. in* moriente *G*. f) *corr. in* resuscitari *G*. g) recissisti *G*; recesisti *I*. h) pro scel. magn. a deo *H, T*, X, I*; per scel. magnitudinem a deo *M*. i) *om. T**. k) tardaberis *H, C, G, I*: paratus es *pro* non tard. *M*. l) revertere *C, E, G, X, I*. m) carnis *M*.

796—798

durior conditio[a] aeternis te ardere flammis, et pro[b] modici temporis luxoria[c] poenis tradi[d] perpetuis. Quanti modo infernalibus deputati tormentis converti voluissent, si spatium[e] illis daretur convertendi[f]! Omnia quidem huius saeculi dura, in conparatione[g] tormentorum infernalium[h] levia et quodammodo[i] iocunda videntur. Servisti[k] diabolo in luxoria[l], servire[m] Christo in castitate; utriusque rei finem adtende[n]. Illa siquidem[o], id est luxoria[p], hominem mittit in flammas, castitas caritati coniuncta nos deducit[q] in regnum Dei. Revertere in viam, de qua oberrasti[r]. Ieiuniis[s] corpus afficiatur[t], sed pulchritudo[u] animae reparetur[v]. Vilis sit[w] corporis cultus; sed ipse praecipuus[x] est[y] sanctitatis ornatus. Vigiliarum assiduitas in orationibus et in[z] laude Dei angelicae est imitatio[a] vitae. Parcus[b] cibus pastus est animae. Si habes, unde pauperibus porrigere[c] manum possis[d], quia manus pauperis[e] gazophilacium[f] est Christi, nec de opere[g] misericordiae te[h] iuste[i] excusare[k] poteris, dum calix aquae frigidae mercede[l] remunerabitur perpetua: visitare infirmos, maerentes consolari[m], hospitibus occurrere, fame vel siti laborantes reficere, possessio est regni Dei in caelis: sicut in Matth. 25, 35 sqq. evangelio legitur. In talium, o[n] fili, operum exsecutione[o] peccatorum remissio adhibetur; insuper et perpetuae beatitudinis praestat ingressum[p].

Noli[q] degeneris animi esse. Dei filius in baptismo consecratus es[r]: sed tam[s] excellens nobilitas non nisi magna[t] dignitate morum conservari poterit. Caelestis pater, immo omnium dominus[u], peccatis subditos dedignatur habere filios. Excute de collo tuo iugum captivitatis diabolicae. Recurre ad pietatem paternae dilectionis. Revertere ad Deum[v], fili, revertere, et ex mortuo revivisce[w], et ex perdito reparare. Quaerit ovem bonus pastor errantem, et amplius de inventa quam non[x] perdita Luc. 15, 6. gratulatur[y], humeris suis inter angelicos revehit coetus. Animadverte clementissimam dominicae pietatis sententiam dicentis[z]: 'Non enim[a] veni vocare iustos, sed peccatores ib. 5, 32. in[b] paenitentiam'. Vocat ergo Dominus ad paenitentiam peccatores, quia magis optat[c] salvare quam damnare[d], et plus cum sanctis nos gaudere, quam cum diabolo punire[e]. Vocat nos per seipsum, vocat per scripturas sanctas, vocat etiam per doctores catholicos, ut revertamur ad eum, qui paratus est nos accipere, si nos[f] non erimus[g] pigri ad eum venire. Audiamus[h] beatum Iohannem evangelistam ad paenitentiam nos exhortantem[i]. Dicit enim[k] in epistola sua[l]: 'Si dixerimus, quia[m] peccatum[n] non habemus, nos ipsos 1. Ioh. 1, 8. seducimus, et veritas in nobis non est: si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis et iustus est Deus[o], ut nobis peccata nostra dimittat, et mundet ab omni iniquitate'. Si nullus est sine peccato, quis est, qui paenitentia[p] non indigeat? quae[q] sine confessione vix fructuosa fieri valet. Consideremus beati Iacobi[r] apostoli praeceptum dicentis: 'Confitemini alterutrum peccata vestra'. Recordemur, quod redemptor noster Iac. 5, 16.

---

a) est cond. *M*; condicio *I*. b) per *H*. c) luxuria *T**, *G*, *I*, *M*. d) retradi *M*. e) spacium *T**, *I*. f) paenitendi *corr.* convertendi *X*. g) conparationem *C*, *I*. h) infernorum temporalium *E*. i) multum *M*. k) servi isti *H*. l) luxuria *T**, *G*, *I*, *M*. m) servi *E*, *M*. n) attende *T**. o) quidem *M*. p) luxuria *T**, *G*, *I*, *M*. q) ducet *M*. r) aberrasti *H*, *I*. s) in iei. *M*. t) afficitur *C*, *G*, *X*, *I*; adficitur *H*; adf. *corr. in* aff. *T**. u) pulcrit. *M*; purchritudo *X*. v) reparatur *H*, *T**, *I*, *M*, *corr. in* reparitur *G*. w) fit *M*. x) est praec. *M*. y) est — ornatus *om. M*. z) *om. M*. a) angel. aestimatio *T**; ang. estimacio *H*. b) parvus *M*. c) porrige *C*, *G*, *T**, *X*, *I*; tribue *M*. d) manum possis *om. M*; possis *om. T**, *C*, *G*, *X*, *I*, *add. al. man. in E*. e) pauperum *M*. f) gazofilacium *H*, *X*, *M*; gazophilatium *T**. g) mis. op. *M*. h) *om. M*. i) iustae *I*. k) excusari *M*. l) *om. I*. m) consolare *E*. n) *om. H*, *T**. o) exec. *M*. p) ingessum *H*; ingressus *M*. q) Nolo te *M*. r) *om. M*. s) tamen *X*; tanta et tam *M*. t) m. mor. dign. *I*; magnanimorum *T**; magniorum *superscr.* na *X*; magnanimarum *H*; morum maxima dign. *M*. u) deus *T**. v) dominum *C*, *G*, *H*, *T**, *M*. w) morituro sanare *M pro* m. rev. x) de *M*. y) et *add. M*. z) dicentem *M*. a) *om. M*. b) in paen. *om. M*. c) obtat *G*. d) dampnare *H*, *T**. e) puniri *T**, *X*; huniri *H*; quam perdere *M*. f) *om. M*. g) fuerimus *M*. h) audivimus *M*. i) exort. *M*. k) dicit enim *om. M*. l) sancta *H*. m) quoniam *X*. n) peccata *C*, *G*, *I*. o) dominus *H*, *T**. p) paenitentiam m *eraso I*; poenitentiam *H*. q) *om. M*; penitencia *add. M*. r) precepta b. Iac. *M*.

— 798? publicanum[a] peccatorem se[b] confitentem Pharisco se in sua laudanti[c] iustitia praetulerit. (Luc. 18, 10) Scit enim conditor noster fragilitatem naturae[d] nostrae, ideo medicamenta paenitentiae vulneribus nostris perdonavit[e]. (Ier. 17, 14.) Dicamus cum propheta: 'Sana me, Domine, et sanabor'. (Ps. 40, 5.) Item: 'Domine, sana animam meam, quia peccavi tibi'.

Idcirco, carissimi[f] filii, festinate ad confessionis medicamentum. Aperite vulnera in confessione, ut medicamenta[g] salutis proficere valeant[h] in vobis[i]. Transeunt[k] huius (Eccle. 12, 7.) vitae dies, et incerta est hora unicuique nostrum, qua[l] revertatur[m] pulvis in pulverem, (Cf. Matth. 16, 27.) et spiritus redeat ad Dominum, qui dedit[n] illum, ut iudicetur secundum opera sua. Auditura erit tunc anima quicquid hic[o] carne[p] copulata gessit in occulto. Si nunc erubescit confiteri peccata sua et per paenitentiam emendari[q], stabit accusator malignus contra eam, qui quondam[r] suggessit[s] illi, ut peccaret, si nos neglexerimus praevenire faciem iudicis in confessione[t]. Quaecumque enim[u] humiliter confitemur in nostris peccatis, nihil horum diabolus habet[v] potestatem nobis obicere[w] in illo tremendo iudicio nostrae[x] vitae. Agite nunc iuvenes adolescentes[y] et pueri, liberate vosmetipsos de diabolica servitute. Concurrite per paenitentiam ad clementissimam omnipotentis Dei pietatem[z]. Nolite per desideria carnis vestrae perdere gaudia caelestia et aeterni regni inter angelicos coetus beatitudinem, sed[a] confortate vosmetipsos et viriliter pugnate cum adversario vestro, ut feliciter[b] mereamini coronari cum sanctis Dei et perpetuam cum illis possidere[c] gloriam.

(Cf. Tit. 2, 12.) Et vos, sanctissimi huius familiae magistri et patres, docete filios vestros pie, sobrie[d] et caste vivere, coram Deo[e] in omni humilitate, oboedientia et sanctitate, et puram[f] facere sacerdotibus Christi confessionem peccatorum suorum et paenitentiae (Cf. 2. Petr. 2, 20.) lacrimis abluere sordes luxoriae[g] carnis nec eas iterum repetere[h], quia posteriora vulnera peiora sunt prioribus scientes[i] vosmetipsos[k] salutis filiorum vestrorum aeternam[l] habere apud Deum remunerationem, quatenus[m] quorum ministeriis utimini[n] in terris, eorum prosperitatis[o] mercedem habeatis perpetuam in caelis[p].

132.

Alcvinus Carolo regi ad interrogationes quasdam respondet. — *798?*

Codd. P fol. 163—164 (P fol. 114'—115).*

Edd. Baluzius Miscellanea I, 375—377, F 127, J 253. — Migne col. 437.

CAPITULA QUĘ TALI CONVENIT IN TEMPORE MEMORARI.

(Hebr. 9, 17.) I. Testamentum in mortuis confirmatur apostolo protestante, ideoque post obitum testatoris omnimodam firmitatem obtinuit. Quod etiam ante mortem consensus omnium confirmavit. Non itaque postea valet infringi, quod antea nullo modo potuit improbari.

II. Quicunque testatori repperitur ingratus, insuper et contumeliosus existat, ipse (Gen. 9, 25—27.) sibi testis est, quia testamento dignus non est, ut verbi causa Chanaan patris in-

---

a) puplicanum *G.* b) *om. M.* c) laudantem *H, C, E, G, X, I.* d) nostrae nat. *X.* e) condonavit *M.* f) kar. *H, T*, C, E, G.* g) -ta *corr. in* -tum *X*; medicamentum *M.* h) valeat *M.* i) nobis *corr. in* vobis *X.* k) transeant *X.* l) quia *H, T**; quando *M.* m) vertatur *M.* n) fecit *M.* o) cop. carne hic gesserit *M.* p) cop. carne *I.* q) emendare *T*, M.* r) in corde *M.* s) subgesserit *M.* t) tunc non erit nobis tempus *add. M.* u) etenim *M.* v) habebit *M.* w) obiecere *H, C, X, I.* x) vit. no. *M.* y) adoliscentes *C, E, X, I*; adulescentes *G*; adolescentuli *M.* z) piaetatem *I.* a) et *M.* b) fideliter *T*, M.* c) gratiam et *add. M.* d) sobriae *I.* e) domino *M.* f) pura . . confessione *H.* g) luxuriae *G, T*, I, M.* h) repeteret *H.* i) scitote *M.* k) metipsos *om. T*.* l) et animarum *M.* m) quatinus *M.* n) *in* e *corr. T*.* o) pro eis *M*; prosperitates *H.* p) amen *add. X, T*, M.*

exhonoratio servum constituit. Esau[a] propter intemperantiam primogenita perdidit; —798?
Ruben iunioribus fratribus contumelia paterna postposuit. Ad postremum quoque: Gen. 25, 33. 1. Par. 5, 1.
'Qui maledixerit patri', et reliqua. Exod. 21, 17. Levit. 20, 9.

III. Benedictiones patrum in filios hereditare genuinum est, contra leges autem naturę pugnant qui parentibus inoboedientiam seu contumatiam parant. Legitimus igitur heres erit, qui prefixos ordines erga parentes tenuerit.

IIII. Aliud est indebite clementer admitti, aliud ex debito competenter asscribi. Nec possunt ex debito repeti quę prorsus indebite concessum est adipisci. Diversitas siquidem meritorum diversitates exegit praemiorum[b].

V. Quod optime natus et hereditatem legitime consecutus neque legis antique seu novę contemptor inventus, nec adversus patrem sautius neque contra populum vulneratus, magnam debeat hereditandi[c] gerere Domino miserante fiduciam.

VI. Fracto capite subiecta quęque languere perspicuum est, cum de firmitate capitis totius proveniat incolomitas corporis; nec possunt ea sanitate membra subdita gloriari, quam constat in capite non haberi.

VII. Hic si veritas quęritur, non est incognita; si ratio, non est ambigua; si auctoritas, non est incerta. Quoniam et auctoritas supereminet et ratio patet et veritas abscondi non potest.

VIII. Tripertita distributione videntur ista omnia includi, consulentium scilicet ac nocentium et eorum, qui sic inter utrosque semper ambigui sunt, ut quos obtinere perspexerint, eis se continuo socient. Sunt ergo consulentes utiliter adiuvandi, resistentes autem viriliter obviandi; dubii vero vel rationabiliter adtrahaendi, vel circumspecte dissimulandi; cunctisque monstrandum nec auctoritatem posse corrumpi, nec rationem vinci, nec veritatem paenitus superari.

VIIII. Populus iuxta sanctiones divinas[1] ducendus est, non sequendus; et ad testimonium personę magis eliguntur honeste. Nec audiendi qui solent dicere[2]: 'Vox populi, vox Dei', cum tumultuositas vulgi semper insanię proxima sit.

X. Vulgare proverbium est[3]: 'De duro superatur aliquid, de molli vero remanet nihil'. Debet tamen et sapientia ministrare constantiam, et constantia perficere sapientiam, ut sit constantia sapiens, et sapientia constans.

XI. Sic exercenda est predicatio pacis, ne sub nomine pietatis inducatur assertio falsitatis. Nam sicut pacem rumpere pessimum est, ita veritatem negare blasphemum. Multum sibi denique concinunt verax unitas et pacifica veritas.

XII. Hęc et eiusmodi, reor, inculcanda simplicibus; eo quod ignorantia veritatis cogat errare quam plurimos. Porro veritate[d] manifestata contrarii confundentur, amici solidabuntur, universi vero pariter excusatione carebunt.

Ista, supplico, dignanter ac diligenter inspicite. Vestrę siquidem fidelitatis inmensitas parvitatem meam reddit inpatientem pro vobis, facit etiam supra vires audentem[e]. Enimvero fidem non perdit, nisi qui numquam habuit. In cuius manu sunt reges et Cf. Prov. 21, 1.
iura regnorum, ipse coronas vestras[4] multiplicet, tueatur, obumbret.

---

132. a) esair *P**. b) meritorum *P, corr. Baluzius.* c) horeditandi *P**. d) veritatem *P**. e) audenter *P*.

1) *Coelestin. I ep. 5 ad episcop. per Apul. c. 3 (Mansi Coll. concil. IV, 469).* 2) *Originem huius proverbii nescio.* 3) *Cf. Egberti Fecunda ratis v. 184 (ed. Voigt p. 44):* Mollia ceduntur ferro, sed dura retundunt. 4) *Cogitat de coronis Francorum ac Langobardorum et fortasse etiam de imperatoria. Pertz hanc epistolam Einhardi iudicium de Bernhardo rege Italiae a. 817. deponendo esse coniecit.*

c. 798

133.

Alcvinus Daphni discipulo de sexagenario numero reginarum et octogenario concubinarum Salomonis regis exponit. *c. 798.*

Codd. S fol. 150'—153, Parisinus 13373 fol. 90—92 (G), Monacensis 14727 fol. 123 (E), Turicensis C 78 fol. 84 (Z), Vatic. Christ. reg. 1569 s. XVII. fol. 83—84' (T)[a].

Edd. Canisius VI, 366—368 ex codice S. Galli, nunc Turicensi = Quercetanus col. 305—308, Frobenius I, 408, J 259. — Migne col. 664.

DILECTISSIMO FILIO MEO DAPHNI[1] ALBINUS PATER SALUTEM.

Quia pridem de numerorum ratione mecum egisti interrogans, quomodo in ex-
Cant. 6, 7. cellentissimo cantico Salomonis[b] sexagenarius numerus reginis conveniret, et octogenarius concubinis, et cur adolescentulae[c] sine numero essent, igitur si noverim te plenariam[d] huius rationem in sanctorum patrum tractatibus legisse, tamen ne tuam contristem[e] sollicitudinem, dicam quod meae[f] videtur imperitiae posse convenire, et quod tantum inter familiares aures latitari velim, quia me[g] publico magnorum doctorum iudicio[h] praesentare non audeo.

Legimus[2] enim in numerorum subtilissima ratione alios numeros esse pares, alios inpares; et item[3] parium numerorum[i] alios esse perfectos, alios esse[k] inperfectos; item et inperfectorum alios esse superfluos, alios exiguos. Pares[4] autem numeri sunt, qui in duo aequalia dividi possunt: ut octo in bis quattuor, et quattuor in bis duo. Inpares sunt, qui in duo aequalia dividi non possunt, ut septem vel novem[l], quos si divides, duas aequales in eis partes invenire non potes. Item ipsorum[g] parium numerorum alii sunt perfecti, alii inperfecti. Perfectus[5] numerus est, qui partibus suis impletur, nec diminutione frangitur, nec multiplicatione partium[m] superabundat[n], ut senarius numerus. Habet enim senarius[o] dimidiam sui partem tres, et tertiam[p] duo, et sextam unam, qui simul iuncti eundem implent senarium, nam unum, duo, tres faciunt qui partibus suis[q] impletur. Nec diminutione frangitur, nec abundantia[r] supercrescit, idcirco perfectissimus creator[6], qui universa valde bona creavit, in eo numero originalis mundi creaturas condidit, ut ostenderet omnia in suo genere[s] esse perfecta quae condidit.

Item octonarius[t] numerus, si eum in partes a se ipso nominatas divides, minor se ipso ipse invenitur, habet enim dimidiam sui partem quattuor, et quartam duas[u], et octavam unam[v]: quae simul ducta octonarium[w] non implent, sed septinarium: unum, duo[y], et quattuor septem efficiunt, non octo: et idcirco secunda huius[z] generis
1. Petr. 3, 20. origo ab octonario[a] numero crescere coepit. Videlicet octo animas in arca esse legimus[7], a quibus totius humani generis multitudo pullulavit[b], ut ostenderetur[c] secunda origo esse inperfectior[d], quam prima, quae in senario numero creata est. Ita et inde[e]

133. a) *Lemma:* De sexagenario numero reginarum et octogenario concubinarum *S;* De sexag. reginar. et octog. concub. numero *G.* b) Salamonis *Z.* c) aduliscentulae *G, T;* adulicentule *Z.* d) plenam *T.* e) contrister *G, S, Z, T.* f) me *Z, T.* g) *om. G.* h) iuditio *G, Z.* i) nemerorum *Z.* k) *om. S, G, E.* l) octo *E.* m) parcium *Z.* n) superhabundat *G, Z, T.* o) numerus *add. Z.* p) terciam *Z.* q) *om. E.* r) habundantia *G, Z.* s) genera *E.* t) octogenarius *T, E, Z; corr. in* octonarius *G.* u) duo *E, G;* duos *Z, T.* v) *corr. in* unum *G;* uuum *T, Z.* w) octogenarium *T, E, Z.* y) duos *Z.* z) humani *corr. Frobenius.* a) octogenario *E.* b) p̄pullulavit *G;* pululavit *Z.* c) ostenderet *Z.* d) inperfeccior *Z.* e) Ita et inde *E;* Inde et *G, Z.*

1) *Cf. de hoc Alcvini discipulo alias ignoto carmen de Cuculo (Poet. Carol. I, 269) v. 1:* Plangamus Cuculum, Dafnin dulcissime, nostrum *et v. 22:* Te Dafnin iuvenis optat habere suus. 2) *Isid. Etymol. III, 5, 1.* 3) *Ib. III, 5, 9.* 4) *Ib. III, 5, 2.* 5) *Ib. III, 5, 11.* 6) *Cf. Alcuin. in Genes. (Opp. I, 306. 307):* senarius enim numerus primus opere et actu perfectus est et partibus suis impletur, nam unum, duo, tria faciunt sex; *Comment. in Ioh. l. III c. 12 (Opp. I, 522).* 7) *Cf. supra p. 123.*

redemptor noster et reparator primae perfectionis, sicut Adam[a] sexta die ex virgine terra[b] creatus[c] est, ita ille[1] sexta aetate ex virgine Maria factus est homo, ut[d] senarii numeri[e] perfectionem[f] suo dicaret adventu, quam in primi hominis monstravit conditione. c. 798

Item progressionem numerorum articulis, quasi quibusdam unitatibus, ad infinita crescere per quasdam finitas formas videmus. Nam prima progressio numerorum est ab uno usque ad decem[g]. Secunda a decem[g] usque ad centum. Tertia[h] a centenario numero[i] usque ad millenarium. Et eandem regulam perfectionis vel inperfectionis, quam[k] prima unitas in suis numeris sub[l] denario servat, eandem et secundam[m] in suis denariis sub centenario servare necesse est. Nam sicut senarius numerus in suis partibus per unitatem positis[n] perfectus est in se ipso, ita et sexagenarius[2] partibus suis positis per denarium perfectus esse dinoscitur[o], ita ut semper in sexagenario numero denarius numerus locum obtineat[p] unitatis in senario, et sit[q] illius divisio per partes suas eiusmodi: medietas sexagenarii est tricenarius, sicut ternarius senarii; et est tertia[h] pars vicenarius, sicut binarius in senario; et denarius in eo locum tenet[r] unitatis; quae summa si colligitur eundem implet[s] sexagenarium. Decem itaque et viginti et triginta, sexaginta sunt, sicut et tres et duo et unum, sex.

Poteris et per te ipsum iuxta eandem regulam octogenarii explorare diminutionem. Nam octogenarii quadragenarius medietas, et viginti quarta pars, et denarius octava: quae simul ducta septuaginta faciunt[t] non octoginta; decem[u] et[v] viginti et quadraginta, septuaginta sunt.

Sexaginta vero reginae et octoginta[w] concubinae rectores sunt sanctae ecclesiae. Sed alii[x] ex illis propter solam caritatem[y] Christi docent; alii terrena sequentes commoda laborant in ecclesia non caelestis patriae ardore[z], sed terreni[a] lucri gratia desudant in docendo. Hi[b][3] in[c] sua inperfectione octogenario numero comparantur[d], illi perfecta beatitudine sexagenario designantur et[e] reginarum numero[f] digni efficientur[g], quia spiritalem sobolem propter amorem solummodo sponsi et multiplicandis filiis in caelestem patriam felicem prolem baptizando seu praedicando generare non desistunt[h]. Illi vero concubinarum nomine denotantur, quia seculi ambitione vel temporalis honoris gratia praedicando seu[i] baptizando nobiles quidem generant saepe[k] filios, sed illi ignobiles in semetipsis[l] permanent.

Quorum tu[m] contubernium, fili carissime[n], fuge[o], obsecro, et si te quandocumque Dei misericordia doctorem dignetur efficere, tu pro eius amore laborare non cessa[p], qui pro tua[q] salute sanguinem suum fundere[r] non dubitavit, ut tibi sit merces[s] non periturae divitiae, sed perpetua gloria in caelesti thalamo domini nostri[t] Iesu Christi, cui laus et gloria in omnes aeternitates. Amen.

---

a) prime perfeccionis s. Idam *Z.* b) terrae *E, G.* c) creata *E, G.* d) aut *Z, T.* e) numero *Z, T.* f) perfeccionem *Z.* g) decim *E, G, Z.* h) tercia *Z.* i) *om. G, Z.* k) quae *E, G;* quę *Z, corr. Frobenius.* l) pro *Z.* m) secunda *G.* n) positus *Z, T.* o) perdinoscitur *Z,* pred. *T.* p) optineat *Z.* q) fit *corr. Jaffé.* r) teneat *G, Z, S, T.* s) implent *G, Z, S, T.* t) fatiunt *G.* u) octaginta decem *Z.* v) *om. Z, T.* w) octuginta *Z.* x) aliis *T.* y) Christi caritatem *Z, S, T.* z) ardorem *G.* a) terrē *G.* b) Hii *G, Z.* c) *om. Z.* d) conparantur *Z.* e) ut *Z.* f) nomine *Z.* g) efficiantur *Z.* h) desinunt *E.* i) vel *G.* k) sepe gen. *E, G.* l) se ipsis *E.* m) *om. Z, T.* n) karissime *E, S.* o) fulge *Z.* p) cesse *Z, T.* q) tu *G.* r) fudere *Z.* s) mercis *G, Z.* t) *om. T.*

1) *Cf. Alc. Comment. in Ioh. l. V c. 12 v. 1 (Opp. I, 579).* 2) *Cf. infra ep. 148.* 3) *Comm. in Cantic. cant. (Opp. ed. Frobenius I, 403):* Et ideo illae perfectione senarii numeri per decalogum multiplicatae, hae octonarii imperfectione non sinceriter decalogum servantes designantur.

c. 798

134.

Alcvinus Oduino presbytero baptismi caeremonias exponit. *c. 798.*

Codd. S. Galli 446 saec. IX. p. 145 (N), Monac. 6047 s. IX. fol. 105 (F), Monac. 14581 s. IX. fol. 107' (M), 14727 s. IX. fol. 127'—129 (E), Paris. 13373 fol. 94—95 (G), Trecens. 1528 fol. 98 (T), Bruxellensis 9581—95 s. X. fol. 54'—55' (B). Exstat etiam in cod. Einsidlensi 110 saec. X[a].

Edd. Margar. de la Bigne Bibliothecae SS. patr. append. col. 1024—1026; Quercetanus col. 1149—1151, Frobenius II, 127, J 261. — Migne CI, col. 611.

ALBINUS[a][*] MAGISTER FILIO[b] CARISSIMO ODUINO[c] PRESBITERO[d][1] SALUTEM.

Et quia divina[e] donante gratia[f] ad id[g] diutino[h] te[i] perduxi labore[k], ut sacerdotalis[l] honoris[m] dignus habearis, et utinam tam[n] eliganter[o] illud ministres[p] in domo Domini[q] officium, quam te diligenter per donum[r] Dei erudire curavi ad cognoscendum[s] rationabilem sacri baptismatis ordinem, de mysteriis[t] totius officii tibi breviter[u] scribere volui, ut cognoscas, quam necessarium sit nihil pretermittere, quod a sanctis patribus institutum[v] est in illo officio.

Primo[w][2] paganus caticumenus[x] fit[y]: accedens ad baptismum[z], ut renuntiet[a] maligno spiritui et omnibus eius[b] damnosis[c] pompis. Exsufflatur[d] etiam, ut fugato[e] diabolo Christo[f] deo nostro paretur[g] introitus. Exorcizatur, id est coniuratur malignus spiritus, ut exeat et recedat dans locum Deo vero. Accipit[h] caticuminus[i] salem[k], ut[l] putrida et fluxa eius peccata sapientiae sale divino munere mundentur[m]. Deinde symboli[n] apostolici traditur ei fides, ut vacua domus et a prisco habitatore derelicta fide[o] ornetur et[p] preparetur habitatio Dei[q]. Tunc fiunt scrutinia, ut exploretur sepius[r], an[s] post renuntiationem satanae sacra verba datae[t] fidei radicitus corde defixerit[u]. Tanguntur[v] et[w] nares, ut quamdiu[x] spiritum[y] naribus trahat, in fide accepta perduret. Pectus quoque[z] eodem[a] perunguitur oleo, ut signo sanctae crucis diabolo claudatur[b] ingressus. Signantur et scapulae, ut undique muniatur. Item in pectoris et scapulae unctione signatur fidei[c] firmitas et operum bonorum perseverantia. Et sic in nomine[d] sanctae Trinitatis trina submersione baptizatur. Et recte homo, qui ad imaginem sanctae Trinitatis conditus est, per invocationem sanctae Trinitatis[e] ad[f] eandem renovatur imaginem et qui tertio[g] gradu peccati, id est consensu, cecidit in mortem, tertio elevatus[h] de fonte per gratiam resurgat[i] ad vitam. Tunc albis induitur vestimentis propter gaudium regenerationis et[k] castitatem vitae et angelici[l] splendoris decorem. Tunc[m] sacro chrismate caput perunguitur[n] et mystico[o] tegitur velamine, ut intellegat se

134. a) *Lemma:* Item *(om. G)* de sacramento baptismatis *S, G.* a*) Albinus — officio *om. M.* b) filioli *B.* c) Aduino *corr. in* Oduino *N;* Odoino *B, corr. in* Oduino *T.* d) Oduino presb. *erasum est in F, ubi in litura* illi *positum est.* e) te *add. B.* f) *om. N.* g) *om. T;* te *add. B.* h) diu te *E.* i) ti *G.* k) laborare *G.* l) sacerdotali *F, B.* m) honore *B.* n) *om. F, B.* o) eleganter *N, B.* p) administres *M;* i. d. D. m. *B.* q) dei *G, F, N, T, B.* r) domum *E.* s) cognoscendam *F.* t) ministeriis *F, B;* min. *corr.* mysteriis *N.* u) *om. E.* v) sumptum *B, F;* constitutum *N;* statutum *G, T.* w) Ratio de sacro baptismate. Recapitulatio. Cur primo *M.* x) catheeuminus *E, T, M;* catecuminus *N, B;* cathecuminum *G.* y) sit *G.* z) R(equire) *add. M ad marg.* a) renuntiat *T, B.* b) damnosis (dampnosis *T*) eius *B, T, M.* c) et *add. F, M, B.* d) et insufflatur *add. M.* e) fagato *B.* f) domino *add. M.* g) paremus *B.* h) accepit *B.* i) cathecuminus *T:* catecuminus *M.* k) sal *E.* l) ut *add. M.* m) mundetur *B.* n) simboli *M, B.* o) fine *B.* p) ut *add. F, B.* q) deo *T, B.* r) *om. M;* servus *B.* s) ut *E, G, N, T;* servus au *corr. in* sepius quam firmiter *F.* t) data *B.* u) defixerint *E, G, F;* definxerint *M;* devinxerint *N, T.* v) tanguuntur *B.* w) *om. M.* x) quando *E.* y) *hic desinit T.* z) eod. quoq. *M.* a) eadem *B.* b) clauditur *M.* c) fidaei *E.* d) *om. N.* e) conditus est *iterum add. G.* f) in *M.* g) terno *E.* h) elevatis *B.* i) resurget *F, B.* k) ac *M, B.* l) angelicę *M.* m) Tum *G.* n) perunguetur *G, corr.* perunguitur *M.* o) mistico *M.*

1) *Commemoratur Oduinus quidam supra p. 33 in epistola 8. ad Iosephum missa.* 2) *Quae secuntur infra p. 214 in epistola 137. ad monachos Gothiae data verbotenus repetuntur. Cf. Rituale Romanum: De sacramento baptismi.*

diadema[a] regni et sacerdotii dignitatem portare[b] iuxta apostolum: 'Vos estis genus regale et sacerdotale[c], offerentes vosmet[d] Deo vivo hostiam sanctam et Deo placentem'. Sic corpore et sanguine dominico confirmatur, ut illius sit capitis[e] membrum, qui[f] pro eo[g] passus est et resurrexit. Novissime per inpositionem manus[h] a summo sacerdote septiformis gratiae spiritum accipit[i], ut roboretur per Spiritum sanctum ad praedicandum aliis, qui fuit in baptismo per gratiam vitae donatus aeternae[k] *. c. 798 1. Petr. 2, 9.

135.

Alcvinus Fridugiso discipulo de tribus visionum generibus exponit. *c. 798.*

Codd. S fol. 154'—155, Monacens. 14727 (S. Emmerammi) s. IX. (E) fol. 129, Parisinus 13373 (S. Germani 1291) s. IX. fol. 95—96 (G) [a].

Edd. Luc. Dacherius Spicil. VI, 396 (ex G), F 155, J 257. — Migne col. 478.

---

a) diademata *E;* deademate *G;* deadema *F.* b) portorum *B.* c) et sacerdotale *om. E, G, N.* d) vos *B;* vosmet ipsos *N, G, M.* e) *om. E, G, N.* f) *superscr. M.* g) ipso *N, B;* nobis *F.* h) manuum *M.* i) accepit *G, B.* k) Finit *add. N, M.*

*) *In codice B secuntur haec:* Baptismum [1] graece, latine tinctio interpretatur, quod idcirco tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiae in melius inmutatur, et longe aliud quam erat efficitur. Prius enim fedi eramus deformitate peccatorum, in ipsa tinctione reddimur pulcri dealbatione virtutum. Sunt quoque in veteri et novo testamento X genera baptismi: I Cum in mundi exordio spiritus Dei superferebatur super aquas. II Cum in diluvio totius mundi peccata deleta sunt, Noe per archam salvato. III Cum filii Israel per mare rubrum Faraone demerso per Moysen salvati sunt. IIII Cum idem sanguinae vitulae et cinere eius et aqua aspergerentur. V Cum idem sub Hiesu filio Nun per Iordanem abducti sunt. VI Cum Iudaei in Iordane a baptista Iohanne propter peccatorum confessionem tincti sunt. VII Cum ab Iesu Christo in aqua et Spiritu sancto baptizati sunt. VIII Cum in corpore suo per aquam lacrimarum cotidie abluuntur. VIIII Cum in sanguine suo per martirium sancti purgantur. X Cum iudicio per spiritum et ignem sancti baptizabuntur. Quod [2] autem per aquam baptismum datur, haec ratio est: voluit enim Dominus, ut res illa invisibilis per congruens, sed profecto contrectabile et visibile inpenderetur elementum, super quod et in principio ferebatur Spiritus sanctus. Nam sicut aqua purgat exterius, ita latenter eius ministerio per Spiritum sanctum purificatur et animus. Cuius significatio ita est: invocato enim Deo descendit Spiritus sanctus de caelis, et medicatis aquis sanctificat eas de semetipso, et accipiunt vim purgationis, ut in eis et animo delictis inquinato mundetur. Et ideo in aqua et Spiritu sancto consistit baptisma, quia duabus substantiis constat homo, visibili scilicet et invisibili, et omnia quae mundari indigent, aut aqua vel igni mundantur. Molliora enim aqua, duriora vero metalla igni purgantur. Sic et in nobis quicquid durum per ignem spiritus, quicquid molle per aquam baptismi purgatur. Spiritus enim sanctus ignis consumens est peccatum, et inluminat corda sanctorum, et urit vitia, et calificat mentem, sicut facit ignis. Chrisma [3] graece, latine unctio nominatur, ex cuius nomine et Christus dicitur, et homo post lavacrum sanctificatur. Nam sicut in baptismo remissio peccatorum datur, ita per unctionem sanctificatio spiritus adhibetur. Et hoc de pristina disciplina, qua ungui [in] sacerdotium et in regnum sacerdotes et reges Iudaeos solebant; ex quo et Aaron a Moyse unctus est. Quae dum carnaliter fit, spiritaliter proficit; quomodo in ipsa baptismi gratia visibilis actus est, quod in aqua mergitur, sed spiritualiter actus, quod delictis mundamur. Et ideo ecclesia unguitur oleo, eo quod membrum est aeterni regis et sacerdotis, quia genus sacerdotale et regale sumus. Propterea ergo fit (ego sit *c.*) baptismum per aquam et non per alterum liquorem, quia in prevaricatione (prevaritione *c.*) protoplasti aqua non legitur fuisse maledicta, eo quod contra interdictum Domini de aqua non bibit, sed de terrae fructu contra eius praeceptum comedit. Hac ratione aquis a maledicto peccato pepercit, quoniam per aquas delere maledictionem illam preparabat. Quod et in diluvio factum et nunc per baptismum intellegitur; in quo aqua et Spiritu sancto cuncta humana crimina corporea simul et spiritualia purgantur. Ac per hoc cum Dominus a mortuis resurrexisset, non terrestrium, sed aquatilium animalium carnem comedit, [id] est piscis assi partem et favum mellis.

135. a) *Lemma:* De tribus generibus visionum *G.*

1) Baptismum — virtutum *ex Isidor. Etymol. VI, 19, 43. 44.* 2) Quod autem — mundetur *ex eodem capitulo 47—49.* 3) Chrisma — mundamur *ex eod. capitulo 50—52.*

c. 798 Tria sunt genera visionum: unum corporale, aliud spiritale, tertium intellectuale[1].
Corporale est quod corporeis oculis videtur[a]. Spiritale est quod, remota corporali
visione, in spiritu solo per imaginationem[b] quandam cernimus, sicut forte dum[c] quid-
libet[d] ignoti oculis perspicimus, statim eius rei imago formatur in spiritu, sed prius
non apparet[e] illa spiritalis imaginatio, quam corporalis adlata sit intuitio. Intellectuale
Matth. 19, 19. est quod sola mentis vivacitate[f] consideramus, veluti dum[g] scriptum legimus[h]: 'Diliges[i]
proximum tuum[k] sicut te ipsum'. Litterae autem corporali visione leguntur, et proxi-
mus spiritali imaginatione rememoratur, et dilectio sola mentis intellegentia.

Primum autem genus visionis omnibus notissimum est. Secundum aeque[l] cunctis
consuetum. Tertium a plerisque ignoratum, quia discernere nequeunt, quid sit spiri-
tale, quid intellectuale? quae duo apostolus una sententia et hac[m] brevissima optime[n]
1. Cor. 14, 15. discrevit inquiens[o]: 'Orabo spiritu, orabo et mente; psallam spiritu, psallam et mente'.
Spiritum occultas[p] significationes, quae sunt in scripturis sanctis, nominavit; et mentem
manifestas harum intellegentias appellavit[q]. Voluit enim nos cum intellegentia eorum[r],
ib. 14, 14. quae dicimus, vel orare vel psallere. Unde et in alio loco dicit: 'Si oravero lingua,
spiritus meus orat, mens[s] mea sine fructu est'. Hic autem lingua obscuras et mysticas
significationes, quae solent tantummodo spiritu cerni, designavit[t], quarum si[u] intelle-
gentiam ignoramus, mens nostra infructuosa remanet.

Gen. 41, 1. 15. Haec quoque duo genera visionum[v] in Pharaone[w] et Ioseph mirabiliter distin-
guuntur[x]. Illi enim in spiritu futura[y] ostendebantur; isti in mente horum revelatio
facta. Illius spiritus informatus est, ut videret; istius mens inluminata est, ut intelle-
Dan. 2, 4. geret. Similiter et Danihelis[z] excellentia temptata est et probata, qui et somnium
futurorum, quod rex videbat spiritu, intellexit, eiusque interpretationem[a] regi ostendit.
Ideo magis ille fuit propheta, qui mente intellexit, quam rex, qui spiritu cernebat.
ib. 5, 25. Sed haec tria[b] quoque genera visionum[c] in illa scriptura[d], quae coram rege Baltasar[e]
in pariete depicta est, ostenduntur. Nam corporali visione rex cernebat in pariete
litteras perscriptas[f], cuius nec spiritus informatus fuit, ut eas, licet videret, legere[g]
potuisset, nec mens inluminata intellegere[h] eas. Accessit autem et propheta qui utrum-
que et in spiritu obscuritatem scripturae[i] perlegebat, et obscurissimas eius signi-
ficationes mentis[k] vivacitate intellexit[l].

Haec[m] tibi, karissime fili Fridugise[n], citato sermone dictavi, ne ignarus huius tripartitae rationis esses, quae omnibus usitata est, sed a paucis intellecta[o].

a) videre solemus *S.* b) imaginatione m *superscr. S.* c) *om. G;* dicit *S.* d) quilibet *E.* e) appareat *S.* f) vivatitate *G.* g) dicit *S.* h) legemus *G;* legerimus *S.* i) diligis *S.* k) reliqua *S pro* tuum — ipsum. l) aequae *G.* m) ac *S.* n) *om. S.* o) *om. G, S.* p) ocultas *S.* q) apellavit *S.* r) earum *G, S.* s) autem *add. S.* t) signavit *E.* u) si *supra lin. suppl. S.* v) nm *in* visionum *supra lin. S.* w) Faraone *G.* x) distinguntur *G, S.* y) futuro *S.* z) Danielis *S.* a) interpraetatione *S.* b) trea *S.* c) visione *corr. in* -num *S.* d) scribtura *S.* e) Balthasar *G;* Baldasar *S.* f) perscribtas *E, S.* g) lege *corr. in* legi *S.* h) intelle *G.* i) scribture *S.* k) meritis *S.* l) Explicit *add. S.* m) Haec — intellecta *om. S.* n) Fridugilse *G, E.* o) *secuntur in E haec:* Explicit liber Albini magistri, iussit quem praesul Baturicus scribere dignum.

1) *Cf. Alcvin. in Apocal. l. I (Migne Patrol. C col. 1089):* Tres itaque visionum modos patres nostri intellegendos docuerunt: corporalem ut videmus per oculos solem, lunam et reliqua; spiritalem, quae fit per mentis excessum sive vigilantibus sive dormientibus viris, cum non res corporales, sed similitudines rerum corporalium per spiritum intuentur, quemadmodum Pharao vidit septem boves et Nabuchodonosor lapidem preciosum de monte sine manibus et Petrus linteum. Tertius est qui intellectualis appellatur, per quem nec corporales res, nec earum similitudines, sed ipsa rerum veritas intuentibus manifestatur.

136. c. 798

Alcvinus Carolo regi de duobus evangelii gladiis respondet. Hortatur, ne permittat, ut presbyteri ab episcopis praedicare vetentur. Addit de altaribus a contaminatione tuendis. *c. 798.*

Codd. T fol. 12'—17 (T fol. 11'—15), S fol. 156—162, L fol. 132'—144, V (Vossian. Lugdun. fol. 70), Parisinus 2183 s. XI (P); initium habent K 1 fol. 26—26', K 2 p. 74—75, A 1 fol. 85, A 1* p. 97 n. 61*[a]. *Edd. C 12, Q 6, F 124, J 239. — Migne col. 422.*

DOMINO DESIDERABILITER VENERABILI ET VENERABILITER DESIDERABILI[b] DAVID REGI IN FIDE ET CARITATE FLACCUS[c] ALBINUS[d] SALUTEM.

Litteris vestrae nobilissimae pietatis acceptis, in quibus vestram nobis valde amabilem sanitatem et cuncto[e] christianitatis imperio pernecessariam prosperitatem cognoscens, totum cordis mei affectum in gratiarum actiones Christo, clementissimo regi, effudi; illius[f] sedula oratione deprecans pietatem cum omnibus nostrae devotionis[f*] cooperatoribus[g], quatenus[h] vestram pacificam et amabilem potentiam ad exaltationem sanctae suae[i] aecclesiae[k] et sacratissimi gubernacula imperii longaeva prosperitate custodire, regere, et dilatare dignetur.

In quibus laudabilibus[l] quoque vestrae sapientiae apicibus[m] meam, ut soliti[n] estis, segnitiem[o] per interrogationes prudentissimas sagaciter[p] excitare velle inveni: immo per inquisitiones magis[q] docere[1], quam ignorata discere agnovi. Quia sapienter interrogare docere est[2], veluti in vestrae auctoritatis pagina scriptum repperimus.

Ubi post congruam sententiam veridico[r] sermone exaratum[s] perspeximus[t]: 'Cognoscat igitur industria tua, carissime[u] in Christo praeceptor, propositam nobis a quodam, non clerico, sed laico, de evangelio quaestionem. Cui tunc[v] tamen[w] a nobis usque in praesens est dilata responsio; non quia, iuxta quod interrogavit, respondere non valuissemus[x]' et reliqua[y].

Vere et valde gratum habeo laicos quandoque[z] ad evangelicas effloruisse inquisitiones; dum quendam audivi virum prudentem aliquando dicere clericorum esse evangelium discere[a], non laicorum. Quid ad haec? Omnia tempus habent; et saepe posterior adfert hora, quod prior non poterat. Eccle. 3, 1. Tamen iste laicus, quisquis fuit, sapiens est corde, etsi manibus miles; quales[b] vestram sapientissimam auctoritatem plurimos habere decet[c].

Sed ad responsionem interrogationis vertamus stilum ad satisfaciendum inquisitoris animo[d]; si tamen nostra parvitas tam praeclaro ingenio satisfacere valet.

Nodus[e] vero propositae quaestionis, veluti in vestrae excellentiae litteris inveni, huiusmodi constrictus fuit, ut eadem[f] ponamus verba, quae in illis legebam[g]: 'Est[h]

---

136. a) *Lemma:* Item ad domnum regem de eo quod in evangelio legitur: Domine duo gladii hic sunt *T;* Explanacio gladiorum qui dicuntur in passione *S;* Item alia *K1;* Iterum alia *A 1.* b) desiderabiliter *L.* c) *om. K, A 1.* d) Albimus *K 2; om. S, L, V, P.* e) cuncta *L.* f) illius — dignetur *om. K, A 1.* f*) devocionis *S.* g) cooperantibus *L.* h) quatinus *V, P.* i) *om. L.* k) ecclesiae *L, V.* l) laudibus *L;* quoque laudabil. *S, V, P.* m) vos *excidisse videtur J.* n) soluti *corr. in* soliti *T;* solitti *corr. in* soliti *A 1.* o) segniciam *K 2.* p) prudentissima sagacitate *S, V, P.* q) magis — discere *om. T.* r) verediquo *K 2;* veridicique *corr. in* veridico *A 1.* s) *om. S;* exaratrum *L.* t) *reliqua om. K, A 1; ubi secuntur:* Item alia ad eundem. u) karissime *L.* v) *om. V.* w) tam *L.* x) valuisemus *L.* y) sed quia *pro* et rel. *V.* z) quandoque laic. *V, P.* a) *om. L spatio vacuo relicto.* b) qualis *T.* c) debet *T, S.* d) animosi si *T, L.* e) nodum *L.* f) eandem *corr.* eadem *L.* g) agerebam *L.* h) et est *L.*

1) *Cf. infra ep. 308:* Unde etiam me magis doceri vestris inquisitionibus intellego *etc.* 2) *Cf. ep. 308, Albini disputat. de rhetor. c. 35 (ed. Halm p. 543):* Nam interrogare sapienter est docere: et si alter sit qui interrogat, alter qui docet, ex uno tamen, hoc est sapientiae fonte, utrisque sensus procedit.

c. 798 enim locus evangelii secundum Lucam, ubi dominus Christus, ad passionem venturus[a], Luc. 22, 36. ib. 38. tunicam ac peram vendere[b] gladiumque emere discipulos iussit. Cui cum responsum esset[c] binos ibi esse[d] gladios[e], dixit satis esse. Quorum uno[f] Petrum in abscisione[g] ib. 22, 50. Matth. 26, 52. auriculae Malchi usum fuisse putamus: cui et tunc a Domino dictum est: 'Converte gladium tuum in vaginam[g*]: omnes enim[h], qui acceperint[i] gladium, gladio peribunt'. Quomodo sibi convenit[k], ut, qui nunc[l] vendere tunicam[m], emere gladium iusserat, is Eph. 6, 17. statim[n] accipientes gladium gladio diceret esse perituros? Si gladius est verbum Dei et Dominus, quando gladium emere praecepit, verbum Dei significavit; quomodo[o] congruit, ut omnis, qui accipiat verbum Dei, verbo[p] Dei pereat?

Sed facilis est solutio, si singulorum consideratur evangelistarum huic loco circumstantia et diversae[q] intelleguntur[r] gladii significationes. Non enim aequaliter Apoc. 5, 5. ubique gladius significat, itaque[s] sicut leo aliter significat, ubi dicitur[t]: 'Ecce[u] vicit 1. Petr. 5, 8. leo de tribu Iuda', aliter, ubi dicitur: 'Circuit quasi leo, quaerens quem devoret' — ille leo Christus est, iste diabolus — etsi eisdem scribatur litteris leo, non tamen eisdem congruit significationibus. Nam et abyssus in scripturis sanctis multifarias habet alle- Gen. 7, 11. gorias, ut studiosis lectoribus facile est invenire[v]. Abyssus: inmensitas aquarum; Ps. 35, 7. Prov. 3, 20. abyssus[w]: profunditas scripturarum; abyssus[x]: ineffabilia iudicia Dei; abyssus: sapien- Eccli. 42, 18. tia; abyssus: corda[y] hominum significat. Et multa talia in scripturis sanctis inveniuntur, quae secundum qualitates locorum varias habent intellegentias. Sermo Domini oculosus est et undique perforari potest; et alta profunditas mysteriorum[z] Dei, quis[a] omnia secreta illorum investigare potest? Igitur et gladius multifarie[b] significare videtur. Nam et venenatas Iudaeorum maledictiones in Christum significat[c], Ps. 63, 4. ubi[d] dicit: 'Qui exacuerunt ut gladium linguas suas[e]'; etiam et mortem significat, ubi ib. 143, 10. dicit: 'Qui liberasti David servum tuum de gladio maligno'. Scilicet et tribulationem Luc. 2, 35. passionis Christi significat, ubi dicit: 'Et tuam ipsius animam pertransibit[f] gladius'; id est: 'tribulatio passionis illius tuam torquebit animam'. Divisionem quoque signi- Matth. 10, 34. ficat, ubi dicit: 'Non veni mittere pacem, sed gladium'; id est 'separare[g] bonos a Rom. 13, 4. malis'. Sed et vindicta gladii nomine intellegitur, ubi legitur[h]: 'Non enim frustra[i] gladium portat: vindex est enim in eos, qui operantur malum'. Iudicium quoque Dei Isai. 34, 5. Deut. 32, 41. gladii nomine legitur designatum: 'Inebriatus est in caelo gladius meus'; item 'quia exacuam ut fulgor[k] gladium meum, et aget[l] iudicium manus mea'. Et iuxta aposto- Eph. 6, 17. lum verbum Dei intellegitur gladius.

Sed forsitan ille laicus, qui in uno solebat pugnare gladio, unam eum[m] putabat habere[n] interpretationem[o], non considerans illum ipsum, quem manu tenet, ancipitem[p] esse. In quo et inimico[q] vitam auferre nititur et suam defendere gaudet.

Matth. 26, 52. Ideo secundum aliam significationem in Matheo Dominus dixit: 'Omnes, qui Luc. 12, 36. acceperint[r] gladium, gladio peribunt'; iuxta[s] aliam[t] vero in Luca: 'Sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter et peram; et qui non habet, vendat[u] tunicam[v] suam et emat gladium'. Iste vero gladius videtur ei placuisse, ille itaque[w] displicuisse: ideo illum converti in vaginam, istum emi[x] praecipit[y]. Idcirco diligentius consideran-

a) *om. S, V.* b) vindere *S.* c) esse *T.* d) fuisse *S, L, P.* e) gaudios *T: om. L.* f) unum *L.* g) abscissione *L.* g*) vagina *S.* h) *om. L.* i) acciperint *L.* k) conveni *T:* conveniat *S, V, P.* l) *om. L spatio relicto.* m) tonicam *L;* et *add. V.* n) tum *L.* o) quomo *corr.* -modo *L.* p) verbum *T, L.* q) diverse *L.* r) intelliguntur *P.* s) itaque — significat *om. T.* t) dictum est *V.* u) Ecce — ubi dicitur *om. P, ad marg.* r *(i. e.* require*).* v) es inveniri *V.* w) abyssus — scripturarum *om. L;* abissus *P.* x) abyssus — Dei *om. T.* y) sign. corda hom. *L.* z) misteriorum *L.* a) *om. P.* b) multifariae *T.* c) *om. T, L;* sign. in Chr. *S, P.* d) ubi — mortem significat *om. V.* e) *om. L.* f) pertransivit *L.* g) seperare *L.* h) dicitur *S, P.* i) glad. fr. *L.* k) fulgur *V, P.* l) agit *S, P.* m) euangelii *L.* n) *om. L.* o) interpraet. *T.* p) accipitem *corr. in* ancipitem *T.* q) iniquo *P.* r) acciperint *L.* s) iusta *P.* t) alium *L.* u) vendet *T, S.* v) tonicam *S, L.* w) utique *V.* x) enim *superscr.* emi *L.* y) precepit *L, V, P.*

dum est[a], quid uterque significet. Et sacri sanctorum patrum proferendi sunt sensus, c. 798 ne quid nostra parvitas praesumptiose[b] dicere videatur.

Ille vero gladius secundum Matheum vindictam iniuriarum nostrarum intellegitur designare. Quam qui exsequitur, in suis periturus erit sceleribus ipsa dicente veritate: 'Si non remiseritis hominibus peccata[b*] sua, nec pater vester caelestis dimittet vobis Marc. 11, 26. delicta vestra'. Quapropter et hunc converti in vaginam cordis praecipit[c], ut ibi[d] iuxta evangelicam duorum servorum[e] parabolam unusquisque remittat fratri suo de corde suo. Et haec est nostrorum[f] indulgentia delictorum, ut in nos peccantibus dimittamus; ipsa attestante[g] veritate[h]: 'Dimittite et dimittetur vobis'. Luc. 6, 37.

Sed videamus, quid ille secundum Lucae evangelium gladius significare possit, de quo totius inquisitionis oriebatur series. Ille est[i] nimirum verbum Dei, quem, venditis omnibus saecularis vitae inpedimentis, nobis emere necesse est et viriliter in eo pugnare contra omnes antiqui serpentis insidias. Quem gladium Salvator noster, cum triumpho gloriae ad paternam rediens sedem, discipulis suis dedit dicens: 'Ite[k], Matth. 28, 19. docete omnes gentes'.

Non igitur ad huius gladii ictum, sicut extraordinariae[l] huius inquisitor quaestionis arbitrabatur, Dominus respondit: 'Converte gladium[m] in vaginam[n] suam', sed ib. 26, 52. ad illius, qui in Matheo legitur. Ad istius atque[o] dixit: 'Sinite, usque adhuc[p]', quatenus[q] Luc. 22, 51. uterque suam propriam habere potuisset significationem. Nam aliquoties in uno facto[r] aliorum salus et aliorum perditio provenit. Ut in tota Christi passione Iudaeorum est[s] perditio, nostra autem salus; ita et factum apostolicae audatiae[t] iuxta allegoriae subtilitatem[u] dupliciter ex ipsius Domini verbis intellegi potest. Quaeratque ille, quisquis est, cur in alio evangelista Dominus praeciperet[v] virgam portandam[w], Marc. 6, 8. in alio praeciperet non portandam; et tunc intellegat[x] gladii diversas esse signi- Matth. 10, 10. ficationes.

Sed considerandum est secundum vestrae sapientiae venerabile praeceptum: 'quid significet huius emptio[y] gladii; quid sacculum; quid pera[z]; quid tunica; cur postremo in duobus gladiis satis esse dicatur'[a]? De conversione itaque gladii in vaginam suam et de periculo accipientis[b] loco suo diximus. Emptio siquidem huius gladii est saeculi renuntiatio. De qua ipse Dominus dixit: 'Qui non renuntiaverit omnibus, quae Luc. 14, 33. possidet[c], non potest[d] meus esse discipulus'; hoc est: avaritiae sectator non potest veritatis esse praedicator, quia quod ore praedicat, opere destruit[e] [1]. Igitur in sacculo: occulta divitiarum substantia, in pera: publica[f] designari potest. In tunica carnalis delectatio[g] demonstratur. Quae omnia funditus vendenda, id est abicienda sunt[h], ut[i] dignus in gladio verbi Dei sectator Christi efficiatur[k] miles. Quod autem discipuli dixerunt: 'Ecce duo gladii hic sunt'[l], et[l] Dominus respondit: 'Satis est', duo gladii sunt corpus et anima, in quibus unusquisque secundum sibi a Deo datam gratiam in domini Dei voluntate proeliare[m] debet. Et satis erit voluntati[n] Dei, si corpore et animo[o] illius implebuntur[p] praecepta.

---

a) cons. est dil. *L.* b) praesumptuose *P.* b*) pecta *S.* c) praecepit *V*; precepit *L.* d) ubi *L.* e) servulorum *P.* f) nostrum *T.* g) adtestante *S, L.* h) veritate *bis scr. T.* i) *om. L.* k) tuum *add. L.* l) extraordinari *L.* m) et *add. L.* n) vaniginam *S.* o) qui *L*; itaque *V, P.* p) huc *V pro* usque adhuc. q) quatinus *P.* r) factu *T, L, P*; facto *corr. in* factu *S.* s) perd. est *L.* t) audaciae *L.* u) suptilitatem *L.* v) praeciperat *L.* w) portandum *T.* x) intelliget *P.* y) emptii *L.* z) quip pera *T.* a) dicat *L.* b) accipientes *T.* c) possedet *S.* d) oportet *L.* e) distruit *T, S.* f) puplica *L.* g) dilectatio *L.* h) *om. L.* i) sed ut *L.* k) efficitur *T.* l) se *corr. in* sed *L.* m) preliare *L*; proeliari *V, P.* n) voluntas *L.* o) anima *S, P.* p) inpleb. *L.*

1) *Gregor. homil. l. I, 12 (Opp. I, 1476):* Mandatum quippe solvit et docet, quando hoc quisque voce praedicat, quod vivendo non implet.

c. 798 Sed et haec proposita quaestio alteram advocat, quia abyssus abyssum invocat[a].
Ps. 41, 8. et dum nodum[b] validae conplexionis solutum aestimavi, ecce in[c] alterum ex latere[d] occultae[e] constrictionis offendi. Quem non laico prioris inquisitionis auctori, sed vestrae venerande dignitati exsolvam[f].

Si gladius iste, ut diximus, verbum Dei est, cur auriculam abscidit adversantis?
Matth. 13, 18. dum verbum Dei ex auditu ad secreta[g] cordis cubilia pervenire[h] solet, ut ibi fidei fructum centesimo, sexagesimo[i], vel[k] trigesimo[l] ferat effectu[1]. Quid ista, obsecro, significat abscisio[m], nisi ut infidelitatis[n] auricula abscidatur? ut divinae tactu gratiae nova sanetur[o], et veteris hominis expoliatio in novae reformationis transeat gloriam. Unde et iste servus Malchus dicebatur. Malchus in Latinam linguam vertitur rex vel regnaturus[2]. Quomodo rex et servus, nisi, quia in vetere homine servi fuimus peccati, in novo itaque, domini Dei sanati gratia, reges et regnaturi erimus cum Christo? Quid est, quod ipse Dominus persecutorem suum sanavit, nisi quod omnis praedicator in ecclesia Christi nec suos verbo pietatis sanare inimicos desistat? Unde et ipse Dominus tempore passionis suae opera etiam in suos persecutores[p] non deseruit sanitatis. Ac[q] ideo forsitan permissus est Malchus vulnerari, ut Petri ostenderetur constantia et Domini[r] clarescerct pietas; et nobis ad omnes[s] boni operis daretur exemplum, quatenus salutis[t] aeternae munus[u] etiam inimicis praestaremus[v] nostris.

Cur[w] duo gladii in dominica postmodum[x] passione inventi sunt, et in uno apostolica[y] pugnavit fiducia[z], alium vagina[a] exemptum non legimus? Diximus duos gladios corpus et animam significare. Quae ambo per unam fidem operari debent;
ib. 12, 34. ut fides, quae in anima latet, foras per corpus ostendatur in opere. 'Ex habundantia
Act. 2, 11. cordis os loquitur'. Unde et discipuli, dona sancti Spiritus in igneis linguis[b] accipientes, loqui dicuntur magnalia Dei. Quia[c], ubi[d] caritas per donum sancti Spiritus intus ardescit in animo, mox foras in verbo clarescit[e] praedicationis. Possunt quoque non inconvenienter duo gladii fides et opus intellegi; illa in corde latens, istud in facto in palam procedens. Et diligentius[f] consideranti par priori significationi[g] haec quoque invenitur; quia fides animae est, opus vero corporis. Unde et unusquisque ad cordis sui penetralia[h] dirigat intentionem, et videat in eo, quantum diligat[i] Deum: et eandem Dei dilectionem proferat in opus.

Et maxime[k] praedicatores ecclesiae Christi caritatem redemptoris nostri per verba
Matth. 5, 15. sedulae praedicationis populis ostendant. Sint lucernae ardentes[l] in domo Dei, sint
ib. 5, 14. civitates firmae in montibus virtutum consitae et contra omnes insidias hostilis[m] exercitus munitissimae; sint pastores providi, gregem Christi per pascua vitae aeternae ducentes; quatenus cum multiplici[n] animarum fructu gaudia domini Dei sui[o] mereantur ingredi. Hos tua excellentissima dignitas et sanctissima[p] in Christi caritate voluntas semper admoneat, immo suavissimis exhortationibus[q] ad praedicationis inpellat[r] officia; quatenus in die magno domini nostri Iesu[s] Christi tu quoque amabilem merearis audire
ib. 25, 21. sententiam: 'Euge serve bone et fidelis, quia[t] super pauca fuisti fidelis, supra multa

a) vocat *L.* b) nondum *L.* c) *om. V, S, P.* d) altaro *L.* e) occultum *T.* f) et solvam *T.* g) secrata *L.* h) pervenere *S.* i) centissimo sexagessimo *L.* k) *om. L.* l) XXX° *L.* m) abscissio *L.* n) infedilitas *corr.* -tatis *L.* o) senetur *L.* p) persequtores *S;* persequentes *P.* q) Hac *T, L.* r) *sequitur in T* non, *sed est deletum manu rec.* s) omnē *S* s *eraso.* t) salitis *L.* u) mendicamenta *S;* medicamenta *P.* v) nostris presentaremus *L.* w) Quur *T.* x) tantummodo *V, P.* y) apostoloca *T.* z) fidutia *S.* a) vaginae *S.* b) ling. ign. *L.* c) qui *L.* d) ibi *P.* e) claresceret *L.* f) diligenter *P.* g) significatione *T, L, P.* h) penitralia *L.* i) diligit *S.* k) maximae *L.* l) i. d. d. ard. *L.* m) hostalis *L.* n) multipli *T;* multipliti *S.* o) *om. V.* p) sanctistissima *L.* q) exortacionibus *S.* r) inpellet *L.* s) *om. L.* t) quia — fidelis *om. L.*

1) *Cf. Alc. Commentar. in Ioh. VII c. 40 (ed. Froben. I, 623).* 2) *Hieronymi V. S. Malchi (Opp. ed. Vallarsius II, 41):* quidam senex nomine Malchus, quem nos Latine regem possumus dicere; *Alc. Comment. in Ioh. l. l.:* Malchus autem interpretatur regnaturus.

c. 798

te constituam, intra in gaudium domini Dei[a] tui'. Nec enim hoc solis sacerdotibus vel clericis audiendum ibi arbitreris, sed etiam bonis laicis, et bene in opere[b] Dei laborantibus dicendum esse credas: et maxime[c] his, qui in sublimioribus positi sunt saeculi dignitatibus, quorum conversatio bona et vitae sanctitas et ammonitoria[d] aeternae salutis verba suis subiectis praedicatio poterit esse. Nam unusquisque de pecunia domini sui, quam accepit, rationem redditurus erit in[e] die iudicii; et qui plus (I. Cor. 3, 8.) laborat, plus mercedis accipiet. Quapropter, dilectissime et honorande ecclesiarum Christi defensor[f] et rector[f 1], tuae sanctissimae sapientiae venerabile studium alios ammonendo exhortetur[g], alios castigando corrigat, alios vitae disciplinis erudiat; ut, omnibus omnia factus, ex omnibus mercedem habere merearis perpetuam: (ib. 9, 22.) ut cum magna et laudabili populorum multitudine gloriosus in conspectu domini Dei tui appareas.

Audio etiam per ecclesias Christi quandam consuetudinem non satis laudabilem, quam vestra[h] prudentissima auctoritas facile emendare potest. Si tamen vera est opinio, et non magis falsa excusatio[i]: ut quod facere non volunt[k] presbyteri[l] suis iniciant[m] episcopis. Nam dicunt ab episcopis interdictum esse presbyteris[n] et diaconibus praedicare in ecclesiis; dum[o] in apocalypsi legatur: 'Spiritus[p] et sponsa dicunt: (Apoc. 22, 17.) Veni; et qui audiat[q], dicat: Veni. Qui sitit, veniat; qui vult, accipiat aquam vitae gratis'; nec non et apostolus: 'Quod si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat; (I. Cor. 14, 30. 31.) potestis enim per singulos prophetare', id est docere; item ad Timotheum: 'Qui bene (I. Tim. 5, 17.) praesunt presbyteri[s], duplici honore digni[t] habeantur[u]; maxime qui laborant in verbo et doctrina Dei'. Dicant enim, in quibus canonibus interdictum sit presbyteris[s] praedicare. Quin magis legant et intellegant, ab initio nascentis ecclesiae quanti et quam mirabiles ex diverso clericorum ordine per totam mundi latitudinem fuere praedicatores, etiam et apostolica in diversas partes transmissi[v] auctoritate. Et desinant speciale habere, quod ad maius[w] animarum lucrum plurimorum poterit esse. Nam et ipse dominus noster Iesus Christus apostolis suis ad praedicationis officia[x] secundi ordinis viros subiunxit, ut in Luca apertissime legitur: 'Post haec autem designavit Dominus (Luc. 10, 1.) et alios septuaginta duos, et misit illos binos ante faciem suam'[y]. Et paulo post: 'Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit; et[z] qui me spernit, spernit (ib. 16.) eum, qui me misit', et cetera, quae ibi[a] de dispensatione verbi Dei leguntur. Quare in[b] ecclesiis ubique ab omni ordine clericorum omeliae leguntur?[2] Quid est omelia nisi praedicatio? Mirum est, quod legere licet, et interpretari[c] non licet, ut ab omnibus intellegatur[d]. Quid est aliud, nisi ut[e] audientes sine fructu fiant; et impleatur Virgiliacum[f] illud:

Dat sine mente sonum[g 3] . . . . .,

et non evangelicum: 'Quod in aure audistis, praedicate super tecta'? (Matth. 10, 27.) Dicit enim beatus Hieronimus in epistola ad Nepotianum presbyterum[h 4], ubi cum de praedicationis officio instituit: 'Pessimae consuetudinis est in quibusdam ecclesiis tacere

---

a) *om. L.* b) operibus *P.* c) maxima *T.* d) ammonitaria *L.* e) in — indicii *om. S, P.* f) es *add. S.* g) exortetur *S*, h *superscripto.* h) vestre *S.* i) excussatio *S.* k) valent *P.* l) praesbyteri *S*; presbiteris *L.* m) iniciunt *T, S, L, P.* n) praesbyteris *T*: presbit. *L.* o) dum leg. in ap. *L.* p) epis *T.* q) audit *P.* s) praesbyteri *T*; presbit. *L.* t) *om. V, S, P.* u) hebeantur *L.* v) transmisi *L.* w) maiorem *T, S, L, P.* x) offitia *S.* y) in omnem civitatem et locum *add. P.* z) et — me misit *om. L.* a) ibi verbi dei disp. *L.* b) ab *P.* c) interpretare *T, S, L.* d) intelleguntur *S.* e) *om. P.* f) vergiliacum *S.* g) sono *corr. in* sonū *T*; domum *L.* h) praesbyterum *T*; presbit. enim *L.*

1) *Cf. Alcvini versus ad David regem (Poet. Carol. I, 245) v. 6:* Tu decus ecclesiae, rector, defensor, amator; *supra p. 157 n. 2.* 2) *Cf. Hauck, Kirchengesch. II, 217 n. 1.* 3) *Aen. X, 640. Cf. infra ep. 178:* Quamvis magis nobis adtendendum sit evangelicis praeceptis quam Virgiliacis versibus. 4) *Hieronymi ep. 52 cap. 7. 8 (Opp. ed. Vallarsius I, 262. 263).*

c. 798 presbyteros[a] et praesentibus episcopis non loqui, quasi aut invideant aut non dignentur 1. Cor. 14, 30—33. audire. 'Et si alii' inquit[b] Paulus apostolus, 'fuerit revelatum sedenti, prior taceat. Potestis enim per singulos prophetare, et[c] omnes discant et omnes consolentur: et spiritus prophetarum prophetis subiectus est: non enim dissensionis est Deus, sed pacis'. Cf. Prov. 10, 1. Gloria patris est[d] filius sapiens. Gaudeat episcopus iudicio suo, cum tales Christo elegerit sacerdotes. Docente te[e] in ecclesia non clamor populi, sed gemitus suscitetur. Lacrimae auditorum laudes tuae sint'. Haec[f] tantus et tam mirabilis doctor huic tam malae consuetudini obposuit[g]. Plurima[h] exinde dici possint[i], sed sapienti pauca sufficiunt. Nec nostrae rusticitatis[1] est[k] vestrae laudabilis[l] sapientiae aures[m] plurimis aggravare verbis, sed tantum supplici deprecari[n] devotione, ut talia[o] paterna provisione iubeatis, si vera sint, emendare, quatenus sublime regalis potentiae regimen omnibus ubique proficiat ad salutem, et tibi cum Christo domino Deo nostro et sanctis eius praemia perpetui honoris augeantur.

Vidimus quoque aliquibus in locis neglegenter altaria Dei absque tecto, avium[p] stercoribus vel canum mictu[q] fedata. Quod facile vestra veneranda in Deo voluntas per episcopos[r] emendare valet[s]: ut cum honore condigno maneat mensa Domini in loco suo vel portetur in ecclesiam maiorem, secundum sanctam sacerdotum Dei providentiam; et honorifice tractetur seu altare Christi seu consecratio corporis et sanguinis illius, et praecipuum salutis nostrae sacramentum omni veneratione[t] consecretur, habeatur et custodiatur[u].

137.

Alcvinus monachos Gothiae sive Septimaniae a Laidrado electo Lugdunensi pontifice laudatos confirmat. Monet, caveant Hispanorum errores. Addit de symbolo, de adoptione, de sale in eucharistia non adhibendo, de tripla baptismatis mersione, de sabbato ante resurrectionem dominicam. c. 798.

Codd. T fol. 76'—81, S fol. 162'—167', Q fol. 128—131', S. Galli 40 (G) s. VIII—IX. p. 348—355, K 1 fol. 20'—22, K 2 p. 57—62, A 1* p. 90—92 nr. 57*[a].

Edd. C 8, Q 69 et 70, F 75, J 93. — Migne col. 287.

Religiosae[b] in Christo conversationis vestrae per Laidradum[c] electum pontificem[2] laudabilem audiens sollicitudinem, magno me[d] esse gaudio[e] delibutum[f] fateor, quia Cf. Matth. 24, 12. Christus, fons totius bonitatis, tales[g] adhuc in his diebus, quando multorum refrigescit caritas, sui sancti nominis habet confessores[h], qui, onera[i] secularium occupationum ib. 11, 30. abicientes[k], leve Christi[l] iugum propriis imponere[m] cervicibus gestiunt; et veram, quae 1. Ioh. 4, 18. foras timorem[n] mittit, caritatem[o] et[p] pectoribus suaviter retinent et operibus veraciter ostendunt[q].

Sed nunc tota hilaritate[r] mentis coepti[s] itineris[t] cursus peragendus[u] est, quia, Matth. 10, 22. qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Quia si torpens pigritia clam boni

a) praesbyteros *T*; presbit. *L*. b) inquid *T*. c) ut *L*. d) *om. L*. e) *om. L*. f) hinc *L*; hic *P*. g) oppos. *L*. h) Plura *S*, *P*. i) possunt *P*. k) ut *add. T*, *L*. l) laudabili *T*. m) auris *L*. n) deprecare *T*. o) utalia *L*. p) ovium *L*. q) minctu *P*. r) episcopus *T*; espiscopas *L*. s) valet *T*. t) venerationi *L*. u) Explicit epistola *add. V*. Incipiunt versus eiusdem Alchvini[3].

137. a) *Lemma:* Contra eos, qui negant trinam mersionem esse faciendam in babtismo et quod non sit sal in sacrificio *S*; Ad monachos Gothorum epistola Albini *K 1*, *A 1**; Albinus ad quendam *T**; *ad marg.* Epistola frequenter legenda *T**. b) Relegiose *S*; De riligiose *G*. c) illum *G*. d) esse me *T**. e) gaudeo *Q*. f) delibatum *corr. in* delintum *K 2*. g) talis *K 2*. h) abet confessoris *G*. i) honera *S*, *Q*; honora *G*; honorem *K 1*; onore *K 2*. k) abiecientes *S*. l) Christum *G*. m) inponere *S*, *G*; inpone *K 2*. n) timore *K 2*. o) caritate *G*. p) *om. K 1*, *A 1**. q) ostendant *G*. r) ilaritate *G*. s) cepti *Q*, *K 2*. t) iteneris *S*, *K 2*. u) erag. *G*.

1) *Cf. supra p. 32 n. 2. 141.* 2) *Lugdunensem c. 798—817.* 3) *Cf. Poet. Carol. I, 299 LXXX.*

operis inrepserit[a], mox malitia[b] palam mali operis succrescit. Origo est iniquitatis (c. 798) amissio[c] bonitatis; et dum suae[d] voluntatis sequitur homo[e] affectum[f], mox divinae servitutis perdit effectum. Inde prima[g] angeli ruina[h] fuit, qui, in sua gaudens potestate, a summo se declinavit bono; et qui gloriosior fuit[i] ceteris in conditione, factus est miserior omnibus[k] in perditione[l]. Unde se[m] superba[n] mens erigit, inde maxime deicitur[o]. Ideo praecipue[p] necessaria est Deo servientibus humilitas oboedientiae[q]: per[r] humilitatis gradus ad culmen pervenitur sublimitatis. Christus suis parentibus (Luc. 2, 51.) legitur esse subditus[s], ut nos humilitatis suae exemplo ad bonum informaret[t] oboedientiae[u]. Quae est monachorum vita, nisi caritas[v] humilitas et oboedientia[w]? Hae[x] sunt semitae[y], quae ad aeternae arcem[z] civitatis euntem deducunt in eis: sicut[a] catholica fides, quae per dilectionem[b] operatur, comitatur currentem in istis.

Novas[c] vero, fratres karissimi, Hispanici erroris sectas[d][1] tota vobis cavete intentione. Sanctorum patrum in fide sequimini vestigia, et universalis ecclesiae sanctissima vos adiungite unanimitate[e]; quia[f] scriptum est: 'Terminos patrum tuorum ne transgredieris'. (Prov. 22, 28.) Et simbolo[g] catholicae fidei nova nomina[h] nolite inserere; et in ecclesiasticis officiis inauditas priscis temporibus traditiones nolite diligere. Per apostolicae doctrinae publicam[i] pergite[k] stratam, nec per diverticula[l] cuiuslibet novitatis in[m] dexteram vel in sinistram a via regia declinate.

De[n] adoptione vero, quam quidam iniuriose Christo deo ingerere contendunt, ex auctoritate sinodali[2] habetis responsum. Unitas vero personae in duabus Christi naturis naturalem Deo patri[o] filium esse confirmat. Quia nequaquam in proprio et in adoptivo una potest esse persona. Igitur Christus proprius[p] est Deo patri filius; et nos per illum adoptivi, non ille nobiscum adoptivus. Sicut ille solus sine peccato, sic ille solus sine adoptione; patre in baptismo attestante[q]: 'Hic est filius meus dilectus, in (Matth. 3, 17.) quo mihi bene conplacui'. Et apostolus[r]: 'Qui proprio filio suo non pepercit'. Quid (Rom. 8, 32.) plura de his dicimus, de quibus sufficienter dictum habetis? Nisi quod, qui illum adoptivum Deo patri esse credit, per illum Deo[s] patri adoptivus esse non creditur?

Audivimus quoque aliquos in illis partibus adfirmare[t] salem[u] esse in sacrificio[v] corporis Christi mittendum. Quam consuetudinem nec universalis observat ecclesia nec Romana custodit auctoritas[w]. Tres sunt, iuxta apostolum Iohannem[x], qui testimonium (1. Ioh. 5, 8.) dant: spiritus et[y] aqua et sanguis. Tria sunt, quae[z] in sacrificio huius testimonii offerenda sunt: panis et aqua et vinum. Sicut enim spiritus vivificat corpus, ita panis (Ioh. 6, 64. Ps. 103, 15.) confirmat cor hominis. Sicut enim sanguine liberavit nos Christus, ita et[a] vino laetificat. (2. Tim. 1, 9. Ps. 103, 15.) Item de aqua: 'Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum'. (Ioh. 4, 13.) Scilicet[b] panis, qui in corpus Christi consecratur, absque[c] fermento ullius alterius infec-

a) irrepserit *Q, A 1**. b) malia *G*. c) ammissio *S, G*. d) sua *K 2, G*. e) *om. K 1, A 1**. f) effectum *Q, K 2, G; corr. in* affectum *T**. g) primi *A 1*;* primo *G*. h) *om. Q*. i) a *add. Q*. k) hominibus *Q*. l) perdiccione *G*. m) *post superscr. T**. n) superbia *pro* sup. mens *T**. o) deiecitur *S, G*. p) praecipuae *S;* precipue *T*, G*. q) et oboedientia *K 1, A 1*;* oboediencia *K 2*. r) per — sublimitatis *om. T**. s) supditus *G*. t) informet *K 2, A 1**. u) obediencia *G, K 2;* oboedientiae *K 1*. v) *om. K 1, A 1**. w) obedientia *K 1,* obediencie *K 2;* obodientia *S*. x) Haec *G, T*;* haae *S;* Hec *Q;* Hec *K 2;* Hae — semitae *om. K 1*. y) saemitae *S;* semita *G*. z) arce *K 2;* artem *G*. a) si *T*, G;* sicut *om. K, A 1*;* sicut — istis *om. S*. b) dileccionem *G*. c) Non vos *G;* Novos *S*. d) Hispan. e. sectos *K 2*. e) unitate *K, A 1**. f) *om. G, K, A 1*, T**. g) simbulo *K 2;* in simbulo *S*. h) *om. T*;* nomine *corr. in* -na *G*. i) pupl. *S*. k) *om. K 2;* insistite *A 1**. l) verticulam *G*. m) ad *K 2, A 1**. n) De — Baptismate meo baptizamini (p. 213 lin. 31) *om. K, A 1**. o) patrem *T**. p) naturalis *S*. q) babtismo adtest. *S;* baptissimo adt. *G;* adt. *corr.* att. *T**. r) apostolo *T*, corr. in* -lus *S*. s) deo patri *om. S*. t) *corr. in* affirmare *Q*. u) sal *Q*. v) sacrificium *T**. w) auctaritas *G*. x) Iohanne *G*. y) *om. T*, G*. z) Trea sunt qui *S*. a) in *add. S, G*. b) sic et *T**. c) absquę *G*.

1) *Adv. Elip. l. I c. 8 (Opp. ed. Frobenius I, 879):* Hispanico errore depravatus; *cf. infra epp. 200. 201.* 2) *ex auctoritate synodi Francofurtensis anno 794. habitae.*

c. 798 tionis[a] debet esse mundissimus: et aqua absque omni[b] sorde purissima: et vinum
absque omni commixtione[c] alterius liquoris nisi[d] aquae purgatissimum. Igitur aqua
utrique conveniat: ex aqua enim[e] et farina panis fit, qui consecratur in corpus Christi:
aqua et vinum in sanguinem[f] consecrabitur Christi. Si[g] enim aqua et sal, sicut huius
sectae dicunt auctores, unius sunt naturae, infunde carnem recentem aqua et aliam
sale consperge[h]; videbis cito: si unam aqua et sal habuerint effectivam potentiam.
Numquid caro Christi conputruit in sepulchro, ut nunc sale[i] indigeat corpus eius in
Lev. 2, 13. sacrificio? Quod itaque in veteri lege sal praecipitur in victimis habendum, signi-
ficatio tunc fuit futurae rei intellegendae, non observatio in praesenti tempore haben-
1. Cor. 10, 11. dae; sicut omnia Iudaicae legis sacrificia[k], quae iuxta apostolum in figura contingebant
2. Cor. 3, 6. illis, scripta sunt autem propter nos. Littera enim occidit[l], spiritus autem vivificat.
Gen. 14, 8. Huius vero sacratissimae oblationis figura in Melchisedech praecessit, qui vinum et
panem Deo summo offerre solebat. Huius quoque mysterii[m] sanctificatio[n] nostrae salutis
portendit[o] effectum. In aqua vero populus intellegitur credentium. In granis tritici,
unde farina efficitur, ut panis fiat, adunatio totius ecclesiae[p] designatur; quae igne
sancti Spiritus in unum decoquitur corpus, ut suo capiti membra[q] conpaginentur.
Item in aquis, quae vino miscentur, figura, ut diximus, gentium designatur. In vino
autem sanguis dominicae passionis ostenditur. Atque ita, dum in[r] sacramentis aqua
tritico vel vino miscetur, fidelis populus Christo incorporatur et iungitur[s]. Sed de
huiusmodi figurationibus epistolaris[t] angustia [1] diu me[u] disputare prohibet[v]. Sed et
canones Cartaginenses capitulo XXIIII. de sacrificio[w] corporis et sanguinis Domini,
ut[x] nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est panem et[y] vinum
aqua mixtum, prohibent[x] [2].

Tertia quoque nobis de Hispania — quae olim[z] tyrannorum nutrix fuit [3], nunc
vero scismaticorum — contra universalem sanctae ecclesiae consuetudinem, de baptismo
quaestio delata est. Adfirmant enim quidam[a] sub invocatione sanctae Trinitatis unam
esse mersionem agendam. Videtur enim apostolus huic observationi esse contrarius
Rom. 6, 4. in eo loco, ubi ait: 'Consepulti enim estis[b] Christo per baptismum'[c]. Scimus enim
Christum, licet hoc sinechdochice[d] sit intellegendum, tres dies et tres noctes in[e]
Matth. 12, 40. sepulchro esse; ipso dicente ad Iudaeos: 'Sicut fuit Ionas in ventre coeti tribus diebus
et tribus noctibus[f], sic[g] erit et filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus
noctibus'. Possunt tres[h] noctes tres mersiones, et[i] tres dies tres elevationes designare.
ib. 6, 4. Sicut Christus die[k] tertia resurrexit, ita et nos tertio die[l] de fonte vitalis lavacri[m]
elevati, in novitate vitae cum[n] illo ambulemus.

Legimus et in epistola[o] sancti papae Leonis, quam de baptismo[c] ad omnes
Siciliae conscripsit[p] episcopos [4], ubi post congruam disputationis seriem ita[q] subiun-
xit dicens:

Quamvis ergo et illa, quae ad humilitatem, et illa, quae ad gloriam pertinent Christi, in unam concurrant eandemque personam, totumque, quicquid[r] in illo[s] et virtutis divinae est et infirmitatis

a) infeccionis *G.* b) omne *S, corr.* omni *T**. c) commixcione *G.* d) nisi aquae *om. S.* e) *om. T*, G.* f) sanguiñ *S.* g) sicut *T**. h) consparge *G.* i) salem *T*, G.* k) sacrifitia *S.* l) hoccidit *G.* m) mysteri *G.* n) significatio *S.* o) praetendit *S.* p) ęclesię *S.* q) menbra *G.* r) *om. S.* s) incorporatus adiungitur *T**. t) figurae. epistolatis *G.* u) mę *G.* v) proibet *G.* w) sacrifitio *S.* x) *om. T*, G.* y) et *om. K 1, G, S.* z) olym *S.* a) Adfirmantes quidam *T*, G*; enim *om. S.* b) sumus *S*; in *add. T**. c) babt. *S.* d) syneedochiee *S*; sinedochiae *G.* e) *om. S.* f) noctes *S.* g) sic — noctibus *om. G.* h) tres dies tres mersiones et elevacionis desig. sicut tercia *G.* i) et tres dies *om. T**. k) tertia die *T**. l) *om. G, Q.* m) lavachri *T**. n) cum illo *om. S.* o) epistula *G.* p) scripsit *G.* q) *om. S.* r) quod *T*, G.* s) illa *S.*

1) *Hieron. ad Ocean. ep. I, 70 (Opp. I, 430)*: iam epistolaris angustia finienda est. 2) *Conc. Carthag. III cap. 24 (Mansi Coll. conc. III, 884).* 3) *Cf. infra ep. 200*: olim ... tirannorum ferax. 4) *Opp. ed. Ballerini I, 718. 719 c. 3.*

humanae, ad nostrae reparationis tendat effectum; proprie[a] tamen in morte crucifixi[b] et in resurrectione mortui potentia baptismatis[c] novam creaturam condit ex veteri, ut[d] in renascentibus et mors Christi operetur et vita; dicente beato Paulo[e] apostolo: 'An ignoratis, fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem[f], ut, quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus. Si enim conplantati[g] facti sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus' et cetera, quae latius[h] magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputavit, ut appareret[i] ex huius doctrinae spiritu[k] regenerandis filiis hominum, et in Dei filiis[l] adoptandis, illum diem esse[m] illud tempus electum, in quo per similitudinem formamque mysterii ea, quae geruntur in membris, his, quae in ipso capite[n] sunt gesta, congruerent; dum in baptismatis regula[o] mors intervenit interfectioni[p] peccati, et sepulturam triduanam[q] imitatur trina demersio[r] et ab aquis elevatio, resurgentis[s] instar est[k] de sepulchro. c. 798 Rom. 6, 3—5.

Sed et beatus Hieronimus[t] in libro secundo tractatus in epistolam[u] sancti Pauli ad Ephesios[1] in expositione sententiae: 'Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et pater omnium, qui super omnes et per[v] omnia et in omnibus nobis', de trina mersione ita ait: Eph. 4, 5. 6.

Si enim, ut existimant[w] Arriani, deus Pater solus est Deus, eadem consequentia solus[x] erit dominus Iesus Christus, et nec Pater erit dominus nec Filius Deus. Sed absit, ut non sit vel in dominatione deitas vel in deitate dominatio[y]. Vel[z] unus est dominus et alius[a] est Deus, quia Patris et Filii dominatio una divinitas est. Propterea et fides una dicitur[b], quia similiter in Patrem et in Filium et in Spiritum sanctum credimus[c]. Et baptisma unum[d], quia eodem modo in Patrem et in Filium et in Spiritum sanctum baptizamur. Et ter mergimur, ut Trinitatis unum appareat sacramentum. Et non baptizamur in nominibus[e] Patris et Filii et Spiritus sancti, sed in uno nomine, quod intellegitur Deus. Et miror, qua consequentia in uno vocabulo, eodem opere et eodem sacramento naturae diversitatem[f] Arrius, Macedonius et[g] Eunomius suspicentur, concordante impietatis[h] discordia, et a creatura[i] in Filio et[k] Spiritu sancto cenosum[l] fontem tenentes, diversos hereseon rivulos[m] duxerunt[n]. Unum baptisma etiam[o] contra Valentinum[o*] facit, qui duo baptismata esse contendit; et contra omnes hereticos, ut sciant non habere se baptisma, sed in una Christi ecclesia fontem esse vitalem. Potest unum baptisma et ita dici, quod, licet ter baptizemur propter mysterium Trinitatis, tamen unum baptisma reputetur. Unum quoque baptisma est in aqua et in spiritu et igni. Et de quo Dominus[p] loquitur: 'Baptismo habeo baptizari', et alibi: 'Baptismate meo baptizabimini'. Luc. 12, 50. Marc. 10, 38.

Sunt etiam versus beati Ambrosii episcopi[2] de ternarii numeri[p] excellentia nobilissimi, quos ad confirmationem trinae mersionis huic epistolae[q] inserere placuit:

Omnia trina[r] vigent sub maiestate Tonantis:
Tres, Pater et Verbum sanctus quoque[s] Spiritus, unum;
Trina salutaris[t] species crucis una redemptrix:
Tertia lux Dominum remeantem a morte recepit[u];
Trina dies Ionan tenuit sub viscera[v] ceti; Matth. 12, 40.
Tres pueri cecinere[w] Deum flagrante camino; Dan. 3, 24.
Ter[x] Sabaoth sanctum referens benedictio psallit[y];

---

a) propriae *G.* b) crucifigi *G.* c) babtismati *S;* baptismati *G.* d) condi ex vetere et *S, T*, G.* e) *om. G.* f) morte *G.* g) conplanti *G.* h) *om. G.* i) et apparet *T*, G pro* ut appar. k) *om. T*, G.* l) filios *T*.* m) et *add. G.* n) capitae *G.* o) et *add. T*, G.* p) interfectione *T*;* interfeccione *G.* q) triduam *T*;* tribnam *G.* r) dimersio *G.* s) elevacione surgentis *G.* t) Ieronimus *Q.* u) epistula *G.* v) super *T*.* w) aestimant *T*;* exestimant *G.* x) sol. er. *om. G.* y) *om. T*.* z) et *G.* a) unus *T*.* b) deus *T*.* c) credimus — sanctum *om. G.* d) unum eodem enim modo *T*.* e) nomine *G.* f) diversitate *T*, G.* g) et Eun. *om. T*.* h) impietate *G.* i) creaturae *T*;* creature *G.* k) in *add. T*, G.* l) caenosam *T*;* scaenosam *G.* m) rivolos *G.* n) dixerunt *T*.* o) et *G, T*.* o*) Valenten. *G.* p) *om. T*.* q) epistule *K 2.* r) *om. K 2.* s) sanctusque *Q, K, T*, G.* t) Trinas rotari *K 1;* Trinasrutari *K 2.* u) suscepit *K, G, T*.* v) viscere *Q, G.* w) videre *Q;* cernerunt *K;* ceñere *K 2;* cernere *T*, G;* cernunt dominum *A 1*.* x) Tres *G, Q, K 1;* Tre *K 2.* y) psallet *K.*

1) *Hieronymi comment. in epist. ad Ephesios L. II c. 4 v. 5. 6 (Opp. ed. Vallarsius VII, 610).* 2) *Inter Ambrosii Mediolanensis opera hi versus non inveniuntur, quos et ipsos laudat Hincmarus Remensis, Explanatio in fercul. Salomonis, Opp. ed. Sirmond I, 760.*

c. 798

Ter mergendus aqua est[a], cui gratia plena lavacri[b]:
Matth. 18,16. Testibus et[c] stabilis constat tribus actio cuncta:
Terno mense suis redeunt sua tempora membris:
Tres sunt aetates: flos et robur[d], aegra[e] senectus:
Tres moduli[f] in causis: iudex defensor et actor[g];
Tres in secla[h] gradus: ortus transcursio[i] finis.
Tres spem quae palpant: requies lux gloria vitae.

Haec[k] vero praecipui doctores et sanctissimi patres nobis reliquerunt[l] in suis testimonia dictis. Nobis vero iuxta parvitatem ingenioli nostri videtur, ut, sicut interior homo in fide sanctae Trinitatis ad imaginem sui conditoris reformandus est, ita[m] exterior trina mersione abluendus est[n]: ut, quod invisibiliter spiritus operatur in anima, hoc visibiliter sacerdos imitetur in aqua. Nam originale peccatum tribus modis actum est: delectatione consensu et opere. Itaque, quia[o] omne peccatum aut delectatione[p] aut consensu[q] aut operatione efficitur, ideo triplici generi peccatorum[r] trina videtur ablutio convenire; vel propter originale peccatum, quod in infantibus valet ad perditionem[s], vel propter illa, quae in provectioris[t] aetatis hominibus voluntate verbo vel facto adduntur[u].

Ut vero cognoscatis huius sacratissimi mysterii[v] significationes iuxta sanctorum patrum intellegentiam et statum ecclesiasticum[w] vestrae caritati eadem sacramenta catholica interpretatione[x] ostendam. Nam magna sanctitate et venerabili significatione, quicquid in eis geritur, statutum esse neminem dubitare fas[y] esse arbitramur. Primo[1] paganus cathecuminus[z] fit, accedens ad baptismum: ut renuntiet[a] maligno spiritui et omnibus dampnosis[b] eius[c] pompis. Exsufflatur[d] etiam; ut, fugato diabolo, Christo Deo nostro paretur[e] introitus. Exorcizatur; id est coniuratur malignus spiritus, ut[f] exeat et recedat, dans locum Deo vero. Accipit cathecuminus salem[g], ut putrida et fluxa eius peccata sapientiae sale divino munere[h] mundentur. Vera[i] deinde[k] symboli apostolici traditur ei fides, ut vacua domus et a prisco habitatore[l] derelicta fide ornetur et praeparetur habitatio Deo. Tunc fiunt scrutinia, ut exploretur saepius, quam firmiter post renuntiationem[m] sathane sacra verba datae fidei radicitus cordi[n] defixerint[o]. Tanguntur[p] et nares, ut[q], quamdiu spiritum naribus trahat[r], in fide accepta perduret[s]. Pectus quoque eodem[t] perunguitur oleo, ut signo sanctae crucis diabolo claudatur[u] ingressus. Signantur et scapulae, ut[v] undique muniatur. Item in pectoris et scapulae unctione[w] signatur fidei firmitas[x] et operum bonorum perseverantia. Et sic in nomine sanctae Trinitatis trina submersione baptizatur. Et recte homo, qui ad imaginem sanctae Trinitatis[y] conditus est, per invocationem sanctae Trinitatis ad eandem renovatur[z] imaginem: et qui tertio gradu peccati, id est operatione, cecidit[a] in mortem, tertio elevatus de fonte, per gratiam resurgat ad vitam. Tunc albis

a) *om. K 1;* est aqua *K 2.* b) lavacro *K, A 1*; lavachri *T**. c) a *K 1;* adstabilis *pro* et st. *K 2.* d) robor *K 2, T*, G.* e) egro *K 2;* egra *T*, G.* f) medii *add. marg.* moduli *A 1*.* g) auctor *K 2, T*.* h) saecula *T*;* secula *K 2.* i) transcorsio *G.* k) Haec — nomine scripta sit *om. K. A 1*. Hic in T*. rubrica* Expositio de baptisterio *(V. supra p. 210, ep. 137 n. a.).* l) in suis rel. *T*, G.* m) et *add. G.* n) esse *T*, G.* o) et *T*, G.* p) cogitatione *T*;* cogitae. *G.* q) locucione *G;* loqunt. *corr.* locut. *T*.* r) peccatum *G.* s) perdiccionem *G.* t) profeccionis *G.* u) aduntur *G.* v) sanctissime misterii *G.* w) statuta ecclesiastica *T*, G.* x) interpractatione *T*.* y) vas *G.* z) cathicuminus *T*;* caticuminus *G.* a) et renuncia *G.* b) damnosis *T*, G.* c) et *add. G.* d) Et suflatur *Q.* e) daretur *G.* f) ut mal. sp. *T*.* g) sal *Q.* h) munera *G.* i) *om. G.* k) *om. Q.* l) abitatore *G.* m) abrenunciacione *G.* n) corde *T*;* cordae *G.* o) defixerint *G.* p) Tanguntur — perduret *om. T*.* q) et *G.* r) trahant *G.* s) accepto perduceret *G.* t) aeodem *G.* u) claudeatur *G.* v) scabule et *G;* ut — scapulae *om. T*.* w) scabule unce. *G.* x) firmatus *G.* y) *hic finit G.* z) revocatur *T*.* a) caecidit *T*.*

1) *Eadem leguntur iam supra p. 202 in epistola ad Oduinum data.*

induitur vestimentis propter gaudium regenerationis et castitatem vitae et angelici (c. 798) splendoris decorem. Tunc[a] sacro chrismate caput perunguitur et mystico tegitur velamine, ut intellegat se diadema[b] regni et sacerdotii dignitatem portare, iuxta apostolum: 'Vos estis genus regale, offerentes vosmetipsos Deo vivo hostiam sanctam et (1. Petr. 2, 9.) Deo placentem'. Sic corpore et sanguine dominico confirmatur, ut illius sit membrum, (Rom. 12, 1.) qui pro eo passus est et resurrexit. Novissime per inpositionem manus a summo sacerdote septiformis gratiae spiritum accipit, ut roboretur per Spiritum sanctum ad praedicandum aliis, qui fuit in baptismo per gratiam vitae donatus aeternae.

Videtis, quam fideliter rationabiliter et prudenter haec omnia tradita sunt nobis observanda. Nemo catholicus contra ecclesiae auctoritatem, nemo sobrius[1] contra rationabilem[c] consuetudinem, nemo fidelis contra pietatis intellegentiam certare audeat. Et ne scismaticus inveniatur[d] et non catholicus, sequatur[e] probatissimam sanctae Romanae ecclesiae auctoritatem; ut, unde catholicae fidei initia accipimus, inde exemplaria salutis nostrae semper habeamus: ne membra a capite separentur[f] suo: ne claviger regni caelestis abiciat[g] quos a suis deviasse intellegit doctrinis.

Epistolam[h] vero, quam beati Gregorii[i] de simpla mersione dicunt esse conscriptam[2], in epistolari[k] suo libro, qui de Roma nobis adlatus est, non invenimus. Alias vero omnes perspeximus in eo libro, quem[l] ad occidentalium partium ecclesias pontifices vel reges scripserat. Ideo dubii sumus, an illius sit, an ab aliquo huius sectae auctore[m] sub eius nomine scripta sit.

De[n] observatione vero, unde interrogastis[o], sanctissimi sabbati, quod dominicae resurrectionis diem praecedit[p], dignissimum[q] nobis videtur, ut[r] omni veneratione habeatur iocundus[s]. Et quicquid aliis diebus in quadragesimalibus[t] epulis[u], seu salutis causa seu necessitate qualibet cogente, utendum fiat[v], in eo die non respuendum esse nobis videtur dignum; non ad sacietatem gulae, sed ad venerationem sanctitatis. Non itaque[w] Deus tantum requirit[x], quid manducemus, quantum[y] considerat[z], qua facilitate abstineamus ab interdictis vel qua modestia utamur concessis. In omnibus his temporum ratio et fraterni amoris convenientia observanda est. Ideo Dominum[a] in evangelio Iudaeis legimus[b] dixisse, dum de Iohannis abstinentia et[c] de sui ipsius ad homines convenientia parabolam puerorum[d] proposuit dicens: 'Et iustificata est sapi- (Matth. 11, 19.) entia a filiis suis'. Id est filii sapientiae intellegunt[e] in omnibus rebus ubique modestiam rationabilem et concordiam pacificam esse laudabilem. Quae etiam cuncta vestra sanctitas, fratres karissimi, in opere melius agnoscitis, quam nos verbis proferre valeamus.

Vos vero ceptum salutis aeternae[f] iter magna devotione mentis et corporis peragite; quatenus ad perpetuam caelestis gloriae[g] coronam pervenire mereamini. Meque in sanctis[h] orationibus vestris[b], obsecro, ut familiariter habeatis[3]. Multum valet (Iac. 5, 16.)

---

a) Tum *T**. b) deanathema *T**. c) rationalem *T**. d) et n. c. inv. *S.* e) sequamur *S, Q.* f) separantur *S.* g) abieciat *S.* h) epistulam *S.* i) a beato Gregorio *T**. k) epistulari *S.* l) quam *S.* m) auctori *S, T**. n) *Quae secuntur, insunt in K 1 fol. 21'—22 cum hoc lemmate:* Item alia ad eosdem monachos; Item alia ad eosdem *A 1* p. 91, sine lemmate K 2 p. 61.* o) interrogas *Q;* unde interr. *om. S, K 2, A 1**. p) praecepit *K;* unde interrogastis *add. hic K 2, A 1**. q) dignum *K, A 1**. r) in *add. A 1**. s) iocundum *Q.* t) quadragissimalibus *S.* u) ępulis *S;* aepulis *T**. v) fuit *K 1.* w) enim sanctitatis *K 1, A 1*, pro* itaque. x) adquirit *K 2.* y) quanta *K 2.* z) consideret *K 2.* a) Deum *K 2, A 1**. b) *om. S.* c) et — convenientia *om. K, A 1**. d) anglorum *K, A 1**. e) intelliguntur *K 1.* f) *om. K 1;* it. sal. aet. *S.* g) et *add. K 2.* h) sanctissimis *S.*

1) *Cf. supra ep. 23 p. 64 lin. 36:* Nemo sobrius contra veritatem; nemo catholicus contra sanctae et unicae eclesiae doctores. 2) *V. Gregorii I regest. L. I ep. 41; Epist. I, 57 (Jaffé Reg. pontt. Rom. n. 1111). Deest haec epistola in collectionibus epistolarum Gregorii minoribus, cf. Neues Arch. III. 442, XVII, 393.* 3) *Cf. Carmen ad Gothorum gentem (Poet. Carol. I, 244) v. 9:* Has rogo litterulas placido percurrite sensu, | Quas modo direxit vobis dilectio sancta . . *v. 13:* Inque piis precibus memores estote, rogamus, | Albini semper, scripsit qui talia vobis.

c. 798 deprecatio iusti assidua[a], iuxta apostolum Iacobum: quanto[b] magis multorum fratrum[c]? Deus secretorum testis novit, quantum vos proficere in omni bonitate desidero. Qui vos et[d] de huius mortalitatis aerumnosa[e] miseria ad aeternitatis gaudia transire concedat.

Huius[f] vero epistolae[g] exemplar fratribus, qui in insula Lirina[h] [1] Deo deserviunt, ut dirigere[i] faciatis, deposco, quia illi meam parvitatem de huiusmodi[k] quaestionibus interpellare curabant.

138.

Alcvinus Gothiae incolas cohortatur, ne peccata sacerdotibus confiteri supersedeant.
c. 798.

Codd. T fol. 79—81, ubi initium deest (T fol. 81—83'), S 167'—171', K 1 fol. 41'—45', K 2 p. 125—136, Q fol. 131'—133', M (cod. Ambros. Mediol. I 89), A 1* p. 106—110 nr. 69*[a].
Edd. C 26, Q 71, F 96, J 277. — Migne col. 337.

DILECTISSIMIS VIRIS FRATRIBUS ET PATRIBUS IN PROVINCIA[b] GOTHORUM HUMILIS ECCLESIAE[c] CHRISTI VERNACULUS ALBINUS[d] DIACONUS SALUTEM.

Plurima vestrae sagacitatis et relegionis[e] laus nostris saepius insonuit auribus seu propter sacratissimam monachorum vitam[f], seu propter relegiosam[g] laicorum conversationem[h]; dum illi ab omni strepitu secularis inquietudinis soli Deo vacare[i] desiderant, et isti inter mundanas occupationes castissimam vitam rationabili[k] consideratione degere dicuntur. Quid[l] hac[m] fraternae caritatis[n] vicissitudine[o] iocundius? Illi cotidianis suos contribules[p] orationibus adiuvare non desistunt, isti intercessores suos praesentis vitae solatiis sustentare[p*] gestiunt; quod[q] quisque[r] gratiam benedictionis, sibi a Deo datam[s], in alterutrum[t] refundat. Unde et nos vestrae pietatis exemplis edocti nostri navigii cursum orationibus vestrae sanctitatis ad portum perpetuae[u] quietis dirigi precamur[v].

Nos[w] quoque mutuo caritatis officio vestrae sanctitati aliquantulas piae ammonitionis[x] litterulas dirigere curavimus[y] propter quasdam consuetudines, quae[z] vestris inolevisse[a] feruntur[b] regionibus.

Dicitur vero neminem ex laicis suam velle[c] confessionem sacerdotibus dare;
Cf. Matth. 16, 19; 18, 18. quos a deo Christo[d] cum sanctis apostolis[e] ligandi solvendique accepisse[f] potestatem credimus.

a) *om. Q;* asidua *K 2.* b) quato *K 2.* c) *om. S.* d) *om. Q.* e) erunnosa *K 2.* f) Huius — curabant *om. S.* g) epistule *K 2.* h) in insula in Lirina *K 1, A*;* Lyrina *T*.* i) dirigerae *K 2.* k) huiuscemodi *K 1, A 1*;* eiusmodi *K 2.*

138. a) *Lemma:* (Alcuinus qui et *add. A 1**) Albinus fratribus in Gothia constitutis *K 1, A 1*;* De eo quod male sentiunt qui dicunt non esse faciendam confessionem peccatorum sacerdotibus sed soli Deo tantummodo. Epistola hec Alcuini magistri missa ad viros illustros fratres ac presbiteros qui sunt in Gotie partibus constituti de confessione peccatorum mirifice edocet *M;* Contra eos qui nolunt sacerdotibus dare confessionem *S;* Albinus ad fratres in provintia Gothorum *T*;* Epistola multum utilis de multis causis *add. T* in marg.* b) provintia *S, T*;* provinciis *K 1, A*.* c) ecclesię *S.* d) Alchuinus *Q;* Alcuinus *K 1, A 1*.* e) religionis *K 1, M;* religiosam *Q pro* religionis — sacratissimam. f) omni *add. K 2.* g) religiosam *K 1, T*, M, Q;* vitam *add. Q.* h) *om. Q:* conv. laic. *S, T*.* i) vagare *K 2.* k) rationabili consideratione *om. K, A 1*.* l) Quid — desistunt *om. K, A 1*.* m) hoc *T*.* n) quid hac *add. T*.* o) *om. M.* p) contribulos *Q, M, S, T*.* p*) sost. *S.* q) quo *M;* quam *A*.* r) quodque quis *K.* s) accepit *add. K 1, A 1*;* sibi *add. K 2.* t) alterum *K 1, A 1*.* u) *om. K, A 1*.* v) precamus *K 2.* w) Vos *M.* x) admonitionis *K, S, T*.* y) curamus *M.* z) quas *M.* a) inoluisse *K 2, M, S;* inuoluisse *T*.* b) fertur *M, T*, K 2.* c) *om. M.* d) quos ideo a Christo *T*.* e) apostolicis *K 2.* f) pot. acc. *S, T*.*

1) *in coenobio S. Honorati Lirinensi, dioec. Grassensis, in Provincia.*

Quid solvit sacerdotalis potestas, si vincula non considerat ligati? Cessabunt c. 798
opera medici[a], si vulnera non ostenduntur[b] egroti[1]. Si vulnera corporis[c] carnalis
medici manus expectant, quanto magis vulnera animae spiritalis medici solacia deposcunt?

Deo vis, ó homo, confiteri, quem nolens volens[d] latere non poteris[e]; ecclesiae
Christi, in qua peccasti, satisfacere[f] neglegis[g]. Cur[h] ipse Christus leprosum, quem[i] Matth. 8, 4.
mundavit, sacerdotibus se iussit ostendere? Cur Lazarum[k] quatriduanum[l] resuscita- Ioh. 11, 39.
tum[m] alios solvere iussit? Numquid non[n] fasciamenta mortui eodem verbo solvere
potuit[o], quo mortuum[p] vitae redditum de sepulchro prodire iussit? Cur interrogavit Matth. 20, 32.
caecos ad se clamantes, quid voluissent? An ignorare cordis eorum voluntatem potuit,
qui optatum lumen oculis illorum[q] reddere valuit[r]? Forte si Deum latere sicut hominem[s] potuisses, nec Deo plus quam homini confiteri voluisses. Superbiae hoc genus esse videtur sacerdotem iudicem despicere.

Si[t] dicis: 'Bonum est confiteri Domino', sed bonum est huius confessionis te Ps. 91, 2.
habere testem. Licet non semper confessio poenitentiam significet, sed saepissime
laudem: ut in evangelio ipsa veritas dixit[u]: 'Confiteor tibi pater[v] caeli et terrae', id Matth. 11, 25.
est laudo te, pater[v] caeli et terrae. Et in symbolo[w] dicitur: 'Confiteor unum[x] baptisma' et cetera, quae sequuntur[y], ad idem[z] respicientia verbum; quod[a] verbum, id est 'confiteor', in hoc[b] loco[c] confessionem fidei, non peccatorum designat.

Erubescis homini in salutem tuam ostendere quod non erubescis cum homine in perditionem tuam perpetrare. Ancillam tuam iniquitatis tuae consciam vis habere, et sacerdotem Christi[d] reconciliationis tuae non vis habere adiutorem? Per inimicum corruisti, et non vis per amicum resurgere? Multum[e] offendisti Deum[f] tuum, et alium non vis habere reconciliatorem nisi te ipsum?

Confidis[g] per orationes tuas[h] salvari[i]? Spernis[k] apostolicum[l] praeceptum dicentis:
'Orate[m] invicem, ut salvemini'[n]; et iterum: 'Si[n*] quis peccaverit[o], oret[o*] pro eo sacerdos, Iac. 5, 16. Cf. ib. 14. 15.
ut salvetur'. Quid ad haec dicis[p], quae in eadem[q] epistola[r] leguntur: 'Confitemini ib. 16.
alterutrum peccata vestra', ut deleantur delicta vestra? Quid est, quod dixit[s]: alterutrum nisi homo homini? reus iudici? egrotus medico? Ipsa quoque[t] sapientia per Salo-
monem[u] dixit: 'Qui abscondit scelera sua, non dirigetur', id est non dirigetur[v] in Prov. 28, 13.
viam[w] salutis, qui peccata sua celare studet[x].

Numquid Deo abscondi[y] possunt scelera nostra, qui omnia videt, novit et considerat? Ab homine[z] possumus abscondere, quae agimus, et[a] non Deo. Nonne David
praesente Nathan propheta, qui se arguebat pro suo peccato, dixit: 'Peccavi Domino'[b]? 2. Reg. 12, 13.
Ecce tantus vir testem[c] confessionis suae voluit habere prophetam[d], et quia non

a) medicorum *K 1, A 1*;* medicarum *K 2.* b) ostendantur *M;* ostendunt *A 1*.* c) Si vulnerata corpora *A 1*.* d) volens nolensque *M;* volens nolens *T*, A 1*.* e) poterit — satisfacere negligens *K 1.* f) satis agere *S.* g) negligens *A 1*.* h) Quur *K 2.* i) leprosos quos *M.* k) quem *add. M.* l) quadriduanum *Q, K 2, M;* a quatriduano *S, T*;* quadriduano *K 2.* m) resuscitavit *M;* morte *add. S.* n) num quia *pro* Numquid non *K 1;* non *om. K 2, A 1*.* o) non potuit *K 2, A 1*;* poterat *T*.* p) mortuo *M.* q) eorum *K 1, A 1*.* r) voluit *Q.* s) homines *M.* t) Sed *A 1*.* u) dicit *M.* v) domine *add. M.* w) symbulo *K 2, S.* x) nū pabtisma *K 2.* y) secuntur *T*, K 2.* z) diem *T*.* a) *om. S.* b) *om. Q.* c) *Reliqua leguntur in T.* d) reconciliato *add. S.* e) Per te iustum *Q pro* multum. f) dominum *A 1*.* g) Si te credis *Q pro* Confidis. h) solas *add. Q.* i) lavari *M.* k) sperni *Q.* l) apostoli *Q.* m) pro *add. A 1*.* n) salvimini *S.* n*) Se *K 2.* o) peccator est *K, A 1*.* o*) orat *K 2.* p) dicitis *T.* q) ea *K, A 1*.* r) epistula *S, K 2.* s) ait *K 1, A 1*;* de *K 2.* t) ipsaque *K, S.* u) Salamonem *S, K 2.* v) dirigentur — student *K 2.* w) via *M.* x) student *K 2, A 1*, S.* y) cęlare *M, T*.* z) homini *K 1, M, A 1*;* homine *K 2 pro* ab homine. a) at *A 1*.* b) domine *K, A 1*.* c) *om. Q.* d) confitens *K 1, A 1* pro* prophetam — confiteri.

1) *Cf. supra ep. 131 p. 195:* Opinor enim, nisi interpelletur medicus, non curatur aegrotus.

[c. 798] erubuit[a] confiteri quod impie[b] gessit, statim audivit: 'Ecce Dominus transtulit pecca- [2.Reg. 12, 13.] tum tuum'[c]. Homini patefecit vulnus suum, et a Deo mox[d] remedium accepit. Nam [Lev. 4, 26. 31 sq.] et in levitico saepissime[e] Domino mandante peccator ad sacerdotem mittitur cum victima, quam offerens Domino oret pro eo, et[f] dimittetur[g] ei. Quae[h] sunt[h*] nostrae victimae pro peccatis a nobis commissis nisi confessio peccatorum nostrorum, quam pure[i] Deo[k] per sacerdotem[l] offerre debemus? quatenus orationibus illius nostrae[m] confessionis oblatio Deo acceptabilis fiat et remissionem ab eo accipiamus, cui est [Ps. 50, 19.] sacrificium[n] spiritus contribulatus, et[o] cor contritum et humiliatum non[p] spernit.

Christus pro nostris sceleribus ab inimicis[q] iudicari in hunc mundum venit, ut nos redimeret[r] a diaboli servitute; et nos dedignamur a sanctis Dei sacerdotibus iudicari, ut liberemur a vinculis peccatorum nostrorum. Ille absque omni[s] peccato hominum[t] adsistere — et hoc impiorum — iudicio non rennuit; et nos cum multis peccatis hominum iudicia — et hoc[u] sanctorum — subire contemnimus.

Nonne[v] in sacro baptismate[w] sacerdotibus Christi nostrae fidei confessionem et abrenuntiationis[x] satanae dare debemus, et sic sacerdotali ministerio[y] divina operante gratia ab omnibus ablui peccatis? Cur[z] etiam et in secundo[a] poenitentiae baptismate per confessionem humilitatis nostrae ab omnibus post primum baptisma peractis[b] eadem divina miserante[c] gratia sacerdotali[d] similiter auxilio non debemus absolvi[e] peccatis?

Si peccata sacerdotibus non sunt prodenda, quare in sacramentario[f] reconciliationis orationes scriptae sunt? Quomodo sacerdos[g] reconciliet[h] quem peccare[i] non novit?

[Prov. 20, 18.] Si consiliis iuxta Salomonem[k] tractanda sunt bella, quali audacia[l] sine consilio ecclesiasticorum ducum pugnare nos adversus[m] diabolum[n] confidimus? Item eodem [ib. 18, 19.] dicente legimus: 'Frater, qui adiuvatur a fratre, quasi civitas firma est'. Quem adiuvat[o] sacerdos Christi, dux exercitus Dei et rector castrorum illius, si nullus ab eo suae salutis auxilium quaerere dignatur, si nemo occulta[p] diabolicae fraudis vulnera illius medicinali[q] dexterae tractanda ostendit?

Inaniter itaque posita[r] sunt in ecclesiis[s] remedia et synodali[t] auctoritate[u] litteris mandata contra omnia[v] peccatorum nostrorum[w] vulnera, quae vel antiqui hostis versutia[x] vel neglegentia[y] mandatorum Dei spiritaliter aut carnaliter nobis infliguntur; si non his, qui in ecclesia[z] Christi statuti[a] sunt ad sananda[b] putrida scelerum[c] nostro- [Rom. 10, 10.] rum ulcera[d], revelantur[e]. 'Corde enim creditur'[f] dicit[g] apostolus 'ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem'[h]. Non solum catholicae fidei, sed etiam pura[i] peccatorum confessio[k] cum[l] cordis compunctione nobis ad salutem proficit sempiternam: [Isai. 43, 26. Prov. 18, 17.] dicente scriptura: 'Dic prior iniustitias tuas, ut iustificeris'; et iterum: 'Iustus[m] in principio[n] accusator[o] sui est'. Si iustus, quanto magis et[p] peccator?

[Ps. 31, 5.] Sed[q] forte dicis cum psalmista[r]: 'Dixi, confitebor adversus me iniustitiam meam[s]

a) eruberit *Q.* b) inique *Q;* impię *S.* c) a te *add. Q.* d) *om. S.* e) saepissimae *T.* f) pro eo et *om. M.* g) demitetur *S.* h) Et quae *A 1**. h*) sint *T.* i) purae *T.* k) Domino *K 1, A 1**. l) deo et sacerdoti *Q.* m) nostra *Q.* n) cuius et sacrifitium *M.* o) qui *add. Q.* p) contritum quod deus non *M.* q) ab inim. *om. S.* r) redemeret *S, corr. in* -imeret *T.* s) *om. M;* omi *K 2.* t) hominibus *K 1;* hominum *corr. in* hominibus *A 1**. u) hec *M.* v) Nos *K 1.* w) babtismatę *S.* x) abrenuntiationibus *M.* y) mysterio *Q;* myuisterio *M.* z) Quur *K 2;* Quid enim et *K 1 pro* Cur — et. a) in hoc seculo *M;* in seculo *T** b) peccatis *A 1**. c) *om. M.* d) sacerdotalis *A 1**. e) nos ablui *pro* absolvi *K 1;* non absolvi *K 2.* f) sacramentorio *T, Q.* g) *om. T.* h) reconciliat *K 2.* i) peccatorem *M.* k) Salam. *S, K 2* l) audatia *S, T*, M.* m) adversum *M.* n) diabulum *T, S.* o) adiuvet *Q.* p) occulte *M.* q) medicinalis *K 1, A 1*;* medicinale *K 2.* r) positę *M.* s) eclesiis *S.* t) sinodali *S, K 2, M.* u) *om. M.* v) omnium *K 2, M.* w) *om. T, K, M.* x) versatia *S.* y) neglentia *S;* negliencia *K 2.* z) eclesia *S.* a) statuta *S.* b) sanandum *K 1.* c) scelera *M.* d) vulnera *K, A 1*;* ulcere *M.* e) reveneretur *M.* f) ere *T.* g) dicitur *S.* h) salutem *erasum in T;* salem *S.* i) *om. Q.* k) confessione *T.* l) cum *om. K 2;* cum — compunctione *om. T.* m) Iustus — forte dicis *om. M.* n) primordio *K 1, A 1**. o) accusatur *S.* p) et *om. K 1, A 1**. q) Si *K 1, A 1**. r) psalmenta *S.* s) iniustitias meas *M.*

Domino'. Et ego cum eodem dicam: 'Quoniam tacui, inveteraverunt[a] ossa mea': et c. 798 iterum cum alio propheta: 'Conputruerunt iumenta in stercore suo'[b]. Quid est enim[c] Ps. 31, 3. Ioel 1, 17. iumenta in stercore suo putrescere, nisi criminosos[d] quosque in putredine[e] peccatorum suorum iacere? Qui peccat, iacet; qui confitetur, surgit[f]. Qui poenitentiam agit, revertetur[g] ad patrem suum, sicut prodigus filius in evangelio legitur dixisse: 'Surgam Luc. 15, 18. et ibo ad patrem meum, et dicam ei: Pater, peccavi in caelum et coram te'. Sed[h] semel sacerdoti in praesentia divinae pietatis confessio facienda sufficit; semper autem Domino cum[i] lacrimis et cordis contritione faciendam esse arbitramur: 'Omnis enim, Ioh. 3, 20. 21. qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem[k], ut non arguantur opera eius; qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur[l] eius[m] opera, quia in Deo sunt[n] facta'.

Vos igitur, viri[o] fratres, filii lucis estis et non tenebrarum; populus adquisitionis, I. Petr. 2, 9. et non perditionis; gens sancta, Christi sanguine adquisita. Ambulate ut filii lucis in Eph. 5, 8. 9 omni bonitate et pietate et castitate[p], exuentes veterem hominem cum peccatis[q] suis, Col. 3, 9. 10. et induentes novum, qui secundum Deum creatus est. Sit conversatio vestra caelestis et non terrena. Diligite iustitiam et odio habete iniquitatem. Qui sanus est, defendat Cf. Hebr. 1, 9. se scuto fidei, ne clandestina antiqui[r] hostis sagitta cum[s] vulnerare valeat[t]. Si quis Cf. Eph. 6, 16. vero propter fragilitatem carnis, vel propter neglegentiam circumspectionis vulneretur[u], citius ad confessionis medicinam recurrat, ne per inlecebra[v] malae consuetudinis vix eradicare[w] valeat peccatum.

Tres enim mortuos dominum Iesum Christum evangelica narrat historia suscitasse: filiam archisynagogi[x] in domo, filium viduae extra portam civitatis, Lazarum quatri- Marc. 5, 38. 41. duanum[y] de monumento ad vitam vocavit. Luc. 7, 12. 14. Qui sunt hi[z] tres mortui nisi tria pec- Ioh. 11, 38 sq. cantium genera? quae modo cotidie divina confitentibus[a] suscitare solet[b] gratia. Filiam suscitat in domo, dum consentientem in corde peccare revocat a peccati perpetratione. Filium[c] viduae extra portam[d] civitatis suscitat, dum peccantem foris[e] in opere ad poenitentiae medicamenta confugere facit. Foetentem[f] vero in mala consuetudine peccati[g], dum lacrimas poenitentiae elicit ex corde, suscitat et ecclesiastica auctoritate solvere cum[h] iubet, ut dignus sit communione Domini et particeps sacri altaris efficiatur.

Haec cogitate, carissimi[i] fratres, et in qualicumque[k] harum trium mortium[l] genere[m] si quis iaceat, citius ad confessionis probatissima medicamenta confugiat, salutifero poenitentiae se abluat medicamine[n]; ut[o] non ad iudicium[p] damnationis, sed ad salutem sanctificationis communicet corpore et sanguine[q] domini nostri Iesu Christi. Et[r] cum[s] gratiarum actione semper rememorate[t], quomodo vos[o] divina misericordia de[u] terra tenebrarum et frigoris, de regione[v] ignorantiae et iniquitatis transtulit in loca[w] lucis et laetitiae, in[x] tabernacula abundantiae[y] et iustitiae; et elegit vos sibi in filios pietate[z] paterna, ut per vos nomen illius nuntietur[a] in gentibus. Sequimini sanctorum

---

a) omnia *add. M.* b) stercora sua *M.* c) *om. T, K, A 1*;* autem *in ras. S.* d) criminos *K 2.* e) putridine *S.* f) surget *S.* g) reverteretur *T;* revertetur *Q corr. in* revertitur *K 1;* revertitur *A 1*.* h) si *M.* i) con *corr. in* cum *S.* k) et non — lucem *om. M.* l) mafestentur *S.* m) *om. T.* n) *om. K 2.* o) *om. Q.* p) iustitia et veritate *Q pro* pietate et castitate. q) actibus *Q.* r) occulti *K 1, A 1*.* s) cum *T.* t) valuet *corr. in* valeat *S.* u) vulneratus est *M.* v) inlecebram *M, Q;* inlecebras *A 1*.* w) eradicasse *Q.* x) archisynagogae *T, A 1*;* archisinagoge *Q, S;* archisigogae *K;* archisinagogis *M.* y) quadriduanum *S, K 2, M.* z) hii *S.* a) *om. S;* confitentiq; *T.* b) divina quasi sententia solvit *Q pro* divina — solet. c) filiam *K 1.* d) portas *A 1*.* e) foras *T, Q, K 1, S, A 1*.* f) foetantem *T, S.* g) pietati *T.* h) *om. T.* i) karissimi *S, T*, M.* k) qualecumque *T, S;* quacumque *Q.* l) mortuorum *K 1, A 1*;* mortuum *K 2, M;* mortium *corr. in* mortuum *S.* m) genera *K 2.* n) medicamento *Q.* o) *om. M.* p) inditium *S.* q) corpori et sanguini *M.* r) Sed *Q.* s) con *corr. in* cum *S.* t) sememorate *T;* remomorate *K 2.* u) te t. denebraram *K 2.* v) *hic desinit Q.* w) locum *M.* x) in — pietate *om. T.* y) habundantiae *S, M.* z) pietas *M.* a) nutriatur *M.*

c. 798 vestigia patrum et nolite in catholicae fidei[a] relegionem novas inducere sectas[b]. Cavete[c] vobis[d] venenosum erraticae infectionis[e] fermentum, sed[f] in sinceritate et veritate mundissimos sacrae[g] fidei panes comedite et vinum, quod divina electis suis miscuit sapientia, bibite: et cantate Deo[h] vestro in[i] concordia pacis et unanimitate caritatis perpetuae canticum laudis, et cum militia[k] caeleste consona voce laudate Deum[l] et dicite: 'Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus[m] bonae voluntatis'.

Divina vos praeveniat gratia et subsequatur ubique clementia, et in omni opere bono florere faciat, viri fratres dilectissimi et sanctissimi[n] patres[o].

139.

Alcvinus Paulini patriarchae Aquileiensis libellum de symboli explanatione laudat illumque excitat ad refellendos quosdam errores in ecclesia denuo exortos. *c. 798.*

Codd. T fol. 85'—86' (T fol. 88—89), K 1 fol. 74—76, K 2 p. 211—217, A 1* p. 138—139 n. 98*[a]. *Edd. C 60, Q 81, F 97, J 94. — Migne col. 341.*

DOMINO IN DOMINO DOMINORUM DILECTISSIMO ET PIO PATRI PAULINO PATRIARCHAE SALUTEM.

Videor[b] aliquod[c] me refrigerium habere animi mei, ut flamma caritatis in corde abscondita aliquam fortasse scintillam elicere valeat, ne totum torpescat, quod intus ignescit, dum oportunum mihi tempus aliquid tuae scribere caritati[d] occurrit[e]. Quid[f] cum[g] beatitudinis[h] vestrae litteras omni favo dulciores intueri merear[i]? Nonne videar[k] mihi inter varios paradisi flores totus conversari, et avida desiderii mei dextera spiritales[l] exinde carpere fructus? Quanto magis cum[m] sacratissimae fidei vestrae libellum recensui, catholicae pacis puritate[n] ornatum? eloquentiae venustate iocundissimum? sensuum veritate firmissimum? totius animi mei habenas in laetitiam laxavi. Ubi de uno lucidissimo et saluberrimo paradisi fonte[1] quattuor virtutum flumina, non solum Ausoniae[o] fertilitatis prata, sed totius ecclesiasticae latitudinis[p] rura inrigare conspexi. Ubi et aurivomos[q] spiritalium sensuum gurgites gemmis scolasticae urbanitatis abundare[r] intellexi. Quam plurimis vero profuturum et pernecessarium fecistis[s] opus in catholicae fidei taxatione[2], quod diu optavi[t], et saepius domno regi suasi, ut symbolum[u] catholicae fidei planissimis sensibus et sermonibus luculentissimis in unam congereretur cartulam, et per singulas episcopalium regiminum parrochias omnibus daretur praesbiteris legenda[v] memoriaeque commendanda[v], quatenus, licet lingua diversa loqueretur, una tamen fides ubique[w] resonaret.

Ecce, quod mea optavit humilitas, vestra implevit sublimitas. Habet[x] apud salutis nostrae auctorem perpetuam scilicet et[y] huius bonae voluntatis mercedem et huius perfecti operis apud homines laudem. Semper ferventissima caritas vestra

---

a) fidaei *T.* b) rectas *T.* c) Sed cavete *A 1*.* d) a vobis *M: om. A 1*.* e) invectionis *T, K, S, M, A 1*.* f) et *A 1*.* g) sacrate *M.* h) domino *M.* i) *om. S.* k) milia *K 1, M;* sanctorum *add. A 1*.* l) dominum *K 2.* m) hominibus — voluntatis *om. S.* n) sanctissime *K 2.* o) amen *add. M.*

139. a) *Lemma:* Item alia *K 1;* Alchuinus ad Paulinum patriarcham de quisbusdam heresibus Hispanicis *T*.* b) Videar *T, K 2.* c) aliquot *K 2.* d) caritate *K 2.* e) occurrerit *K 1.* f) qd *K 1.* g) quam *T*.* h) beatidunis *K 2.* i) mereor *A 1*.* k) videor *T*, A 1*.* l) spiritalis *K 2.* m) dum *K, A 1*, T.* n) unitate *K 1, A 1*.* o) Hausoniae *K 1.* p) latidudinis *K 2.* q) aurivomas *T, K 2.* r) hab. *T.* s) fecisti *A 1*.* t) obtavi *K 1.* u) simbulum *T;* simbolum *K 2.* v) legendum . . commendandum *A 1*.* w) utique *K 2.* x) habes *A 1*.* y) et *om. K, A 1*, T.*

1) *Cf. supra ep. 19 p. 53.* 2) *Symbolum fidei (Paulini opp. ed. Madrisius) p. 71—72.*

castra perpetui regis undique invictissimis[a] fidei clypeis muniat, ne antiqui hostis c. 798
versutia aliqua ex parte aditum suae nequitiae invenire valeat. Etsi ille mille[b] habeat[c]
artes nocendi, multo magis nobis necesse est mille habere artes defendendi, credentibus[d] in eum, qui ait: 'Confidite, ego vici mundum'. Cuius pietas nobis praevidebat
agonis tempus transitorium, et remunerationis esse perpetuum. Ille prior calcavit
caput leonis et draconis[e]; nobisque dedit potestatem calcandi super serpentes et Luc. 10, 19.
scorpiones et omnes hereticas pravitates, quae sunt portae inferi, superandi.

Tu vero, vir[f] apostolice[g], hac armatus potestate, viriliter pugna, fortiter vince,
ut feliciter regnes cum Christo. Heu pro dolor! multi solent desuper contextam Cf. Ioh. 19, 23.
Christi tunicam[h] hereticis scindere unguibus, et in pace[i] ecclesiae facere quod milites in passione Christi non ausi sunt facere. Quapropter[k], venerande pater et doctissime athleta[l] et dulcissime doctor, simus semper in castris Christi commanipulares et in una acie, sub vexillo sanctae crucis concordi consilio et virtute proeliantes[m], ut suos adversarios per nos vincat qui vinci[n] non potest.

Nunc iterum antiquus serpens de dumis Hispanici ruris, et de speluncis[o] venenatae perfidiae contritum, non Herculea sed evangelica clava[p] [1], caput[q] relevare conatur, et prioribus nequitiae[r] poculis nova maledictionis toxica[s] inmiscere. Sed et frigidissimus aquilo ventus alio de latere solidum[t] ecclesiae inpellens parietem, sacri baptismatis catholicae consuetudinis[u] regulam inmutare nitens: et sub invocatione sanctae
Trinitatis unam asserentes mersionem fieri debere [2], triduanamque nostri salvatoris
sepulturam[v] in baptismo imitari[w] neglegentes, cum apostolus diceret[x]: 'Consepulti Rom. 6, 4.
enim estis[y] cum Christo in baptismo'. Alii vero trinam volentes facere mersionem Col. 2, 12.
et in unaquaque mersione invocationem sanctae Trinitatis: ac per hoc totas tres personas[z] ter[z*] nominare studentes, dum ipsa veritas praeciperet: 'Ite, docete omnes Matth. 18, 19.
gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti'. Quid opus est tertio replicare quod semel dictum sufficit?

Est quoque in quibusdam clancula dubitatio, an[a] animae sanctorum apostolorum et[b] martyrum aliorumque perfectorum[c] ante diem iudicii in caeleste recipiantur regnum. His et huiuscemodi[d] spiculis de faretris, ut aestimo, exemptis[e] perfidiae unitatem sanctae et catholicae ecclesiae et[f] veritatem universalis fidei aliqui vulnerare nitentes, etiam et[g] spurcissimis errorum faecibus limpidissima ecclesiasticae fidei pocula inficiunt
et nuptiale vinum, quod Christus ex aqua virgini matri, ecclesiae scilicet sanctae, Ioh. 2, 3–9.
salubriter potandum convertit, iterum in aquas stultitiae converti conantur.

Sed tuum est, ó pastor electe[h] gregis[i] et custos portarum civitatis Dei, qui clavem[k]
Daviticae[l] potentiae dextera tenes, et quinque[m] lapides limpidissimos laeva[n] recondis[o], 1. Reg. 17, 40.
blasphemantes exercitum[p] Dei viventis Philistaeos in superbissimo Goliath[q] uno veritatis ictu totos[r] conterere[s]. Nostrum est elevatis cum Moyse manibus in caelum, Exod. 17, 11.

a) invictimis *T.* b) millenas *K 1, A 1**. c) habet *K 2, A 1**. d) credentes *T, K.* e) capud l. e. traconis *K 2.* f) dei *add. K, A 1**. g) apostolicae *T.* h) tonicam *T.* i) sanctae *add. A 1**. k) Quia propter *T.* l) anthleta *T;* athbita *K 2.* m) praeliantes *K 2.* n) qui nunc vinci conatur *K 1 pro* qui — potest. o) spelunca *K 1.* p) herculeo (herculo *K 2*) sed evangelico clavo *T, K.* q) capud *K 2.* r) neglientiae *T.* s) maladictionis doxica *K 2.* t) solidae *K 1, A 1*;* solide *K 2.* u) consuedudinis *K 2.* v) saepulturam *K 2.* w) imitare *T, corr. in* imitari *K 1.* x) dicerent *K 1.* y) sumus *K 1, A 1**. z) *hic finitur cod. Trecensis.* z*) *om. K, A 1**. a) utrum *superscriptum est in K 1, ubi* an *deest;* an *om. K 2;* utrum *A 1**. b) *om. A 1**. c) defunctorum *A 1**. d) huiusmodi *T**. e) exemplis *K 1;* exemtis *K 2;* perf. ex. *A 1**. f) et — ecclesiasticae *om. K 1.* g) de *A 1**. h) egregie *K 1, A 1*;* electę *rad. corr.* electe *T**. i) qregis *K 2.* k) clavam *A 1**. l) divicie *K 2,* divitiae (pot. *om.*) *T**. m) ut *K, A 1* pro* quinque. n) lava *K 2;* leva *T*;* levare *A 1**. o) coneris *K 1, A 1*;* ac *add. A 1**. p) exerciti *K 2;* exercitui *T*, A 1**. q) Goliaht *K 2.* r) totus *K 2.* s) possis *add. A 1**.

1) *Cf. Alcvini Carm. r. 48 (Poet. Carol. I, 222):* Herculeo sevus clavo ferit ille, caveto; *Hieronymi ep. 70 (Opp. I, 426):* Herculis clava percutiam. 2) *de eodem errore hic loquitur, quem supra in epistola ad monachos Gothiae scripta fusius refellere conatur, ideoque litteras utrasque eidem circiter tempori assignaverim.*

c. 798 humilitatis precibus te adiuvare et spectare cum David in munitissima civitatis turre[a],
2. Reg. 18, 24. donec speculator ex alto culminis fastigio clamitans nobis tuam adnunciet[b] victoriam. Ad[c] te omnium aspiciunt oculi aliquid de[d] tuo affluentissimo eloquio caeleste desiderantes audire: et ferventissimo sapientiae sole frigidissimos grandinum lapides, qui culmina sapientissimi Salomonis ferire non metuunt, per te citius resolvi spectantes.
Ioh. 5, 35. Tu vero lucerna ardens et lucens, nos in tua luce exultare gaudemus, ut te lucente
ib. 1, 9. et ducente ad lumen, quod inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum, eiusdem aeternae lucis gratia adiuvante, pervenire mereamur.

140.

Alcvinus amicis omnibus litterarum portitores Romam migrantes commendat.

c. 798.

Codd. S fol. 172, K (Kings 6 B VIII fol. 28—28'), L (Parisin. 2826 fol. 139—139'), B fol. 63—63', A 1 fol. 9 (A 1 p. 65 nr. 43)*[a].
Edd. F 162, J 304, Formulae ed. Zeumer p. 439. — Migne col. 486.

OMNIBUS VENERABILIBUS VIRIS ET DIVERSARUM POTESTATIBUS DIGNITATUM ET SANCTAE CARITATIS FILIIS HUMILIS LEVITA[b] ALCHVINE[c] SEMPITERNAE BEATITUDINIS[d] SALUTEM.

Scimus[e] itaque vestrae bonitatis pietatem pro Christi amore et[f] futurae gloriae retributione peregrinos et hospites et maxime[g] eos, qui pro ecclesiastica necessitate vel pro salute animarum suarum sacra sanctorum apostolorum limina visitare solent, benigne[h] suscipere. Qui hos receperit[i] in domo[k] sua, Christus eum recepturus[l] erit in gloria sua; quia ita[m] in talibus Christus receptus[n] erit, ut ipsa veritas in evangelio
Matth. 25, 35. ait: 'Hospes fui et suscepistis me'. Tamen pro portitoribus[o] cartulae huius ego Alcvine[p], fidelis vester amicus[q], o patres[r] optimi[s] et fratres sanctissimi et filii dilectissimi, vestram summopere deprecor caritatem, ut benigne eos suscipiatis, in quocumque negotio vel necessitate illi opus habeant. Habetis Deum[t] remuneratorem meque[u] debitorem secundum[v] oportunitatem temporis, ut vestrae voluntati[w] satisfaciam in Christo[x].

141.

Alcvinus Leidradi electi episcopi Lugdunensis amicitiam litterasque exoptat.

c. 798.

Cod. T fol. 92*[a].
Edd. Q 86, F 74, J 95. — Migne col. 286.

---

a) in munitissimam — turrem *K 1;* turre *om. K 2.* b) adnunciat *K 2;* adnuntiet *T*, A 1*.* c) Et *T*;* At *A 1*.* d) a *K 1, T*, A 1*;* de *om. K 2.*

140. a) *Lemma:* Commendaticia ad amicos *L;* tractura *B;* Epistola Albini magistri ad quendam (*corr. in* quoddam *A 1**) monasterium de presbitero (presbyt. *A 1**) *A 1.* b) sanctae catholicae et orthodoxae ecclesiae vernula episcopus scilicet sive abbas aut comis *B.* c) Alchuine *corr. in* Alchuin *S; om. B;* Alchuinus *L, K, A 1*.* d) benedictionis in domino salvatore *B.* e) sumus *B.* f) et et *A 1*.* g) maximae *L.* h) benignae *L.* i) susceperit *B.* k) domu *A 1*.* l) suscepturus *B.* m) qui ita *L;* ita *om. K, S, A 1*.* n) recepturus *L, K, B.* o) portatoribus *B;* paritoribus *K.* p) Alchvinus *L, K, A 1*.* q) ego — amicus *om. B.* r) fratres *A 1*.* s) obtimi *L.* t) dominum *A 1*.* u) neque *K.* v) sed in *A 1*.* w) voluntatis *K.* x) orantem pro nobis incolomitatem vestram divina tueatur gratia reverentissimi in Christo patres *add. B.*

141. a) *Lemma:* Albinus ad Liobradum *T*.*

PONTIFICI, FRATRI, AMICO LIOBRADO[1] ELECTO ALBINUS SALUTEM. c. 798

Gratias ago Deo, qui talem mihi perdonare dignatus est amicum, in cuius fide veritas, in cuius bonitate benignitas, in cuius consilio salus semper inventa est. Et quanto rariores nunc temporis tales inveniri possunt, tanto cariores haberi debent[2]. Sicut gemmarum fulgor inter harenosam splendescit glaream[a][3], ita amicus probatus inter multitudinem circumstrepentem turbam gratissime eruitur, amplexatur, tenetur. Qui iuxta antiquitatis proverbium diu quaeritur, vix invenitur, difficile servatur[4]. Cuius parabolę interpretationem facile est ex te ipso cognoscere. Et mirum in modum, quod omnes invenire volunt, vix ullus esse desiderat. Et hoc ideo, quia pręceptum dominicum, si apertis audiant auribus, surdo tamen corde parvipendunt: 'Omnia, quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, haec eadem et facite illis'. (Matth. 7, 12.) Inter cetera virtutum insignia, quae huic adiacent mandato, hoc quoque adiungitur, ut qui amicum velit invenire fidelem, sit ille cuicumque hominum amicus fidelis, vel in salute animę, vel in suffragio sęculari, quantum ad rem et personam cuiuslibet pertineat.

Quod vero me interrogare voluisti de certitudine voluntatis vel loci, nihil tibi certum adhuc remandare habeo, nisi Deo miserante et vita comite adhuc visurus eris faciem meam, licet nesciam propter occupationes meas vel vestras, ubi aut quando. Multoties secundum oportunitatem portantium litteras mihi dirigere satage, ut habeam curam tuae caritati rescribendi, vel etiam demandandi, quodcumque veniat mihi. Tantum diligenter depręcare dominum Iesum, ut dirigat secundum suam magnam misericordiam vitam famuli sui in sanctissimę suae voluntatis effectum et christianę religionis iuxta facultatem virium nostrarum profectum.

Pax aeterna regat Christi te, praesul amate,
Semper in aeternum, praesul amate, vale.

142.

Alcvinus Hrabanum Fuldensem magistrum monet, ut promissum sibi libellum scribat. — *798.*

Codd. T fol. 72—73 (T fol. 67), K 1 fol. 65', K 2 p. 187—188, A 1* p. 130 n. 89*[a].
Edd. C 48, Q 55, F 111, J 251. — Migne col. 398.

BENEDICTO[b] SANCTI BENEDICTI PUERO MAURO[5] ALBINUS SALUTEM.

Libellum, quem me rogante scribi[c] promisisti, rogo, ut tua fiat promissio firma et mea impleatur laetitia. Multis haurientibus fons non siccatur venae vivae.

---

a) gloriam *in marg.* vel glaream *T**.

142. a) *Lemma:* Albinus Mauro *K 1;* Albinus ad Benedictum *T;* Epistola Albini ad Maurum puerum *A 1*.* b) benedictio *K 1;* bediccio *K 2.* c) scribere *A 1*.*

1) *Liodrado legendum putat Mabilio, qui est Leidradus a. c. 798. electus archiepiscopus Lugdunensis, sequenti vero anno primum ordinatus. FROBENIUS.* 2) *Cf. supra ep. 106 p. 152:* eo cariores, quo rariores. 3) *Aldhelm. de laudib. virgin. c. 43 (ed. Giles p. 57):* harenosis sablonum glareis. 4) *Hieronymi epist. 3 (Opp. ed. Vallarsius I, 13), cf. supra p. 49.* 5) *Hrabano tunc magistro, postea abbati Fuldensi (822—842) et archiepiscopo Moguntino (847—856). Miserat hunc Ratgarius abbas Fuldensis (802—817) ad Alcvinum, teste catalogo abbatum Fuldensium (SS. XIII, 272), cf. etiam Hrabani versus* ex persona magistri *(Poet. Carol. II, 159). Se autem ab Alcvino Maurum appellatum esse ipse Hrabanus memoriae prodidit his verbis praefationis in IIII libros regum (Opp. t. III, 45):* Mauri nomen . . magister meus beatae memoriae Albinus mihi indidit. *Et sumpserat Alcvinus cognomen hoc a S. Benedicti discipulo Mauro, qui* cum bonis polleret moribus, magistri adiutor coepit existere, *ut retulit S. Gregorius in*

798 Febr. mense ineunte. Ita nec vestra minuitur sapientia, tametsi[a] nostra inde hauriat indigentia[b]. Noli spernere me rogantem nec te[c] promittentem abnuere, sed veritas tua fiat satietas mea. Dilige diligentem te et da petenti, ut omnia, qui[d] haec mandat, habenti placere valeas.

Feliciter vive[e] cum pueris tuis[1] et in poculo[f] caritatis. Orantes pro me fratres[2] saluta[g].

143.

Alcvinus Carolo regi gratulabundus respondet. Quare tres dies dominici appellentur Septuagesimus Sexagesimus Quinquagesimus, coniecturam facit. Ludicra arithmetica addit. Eos beatos praedicat, qui circa regem sint. *798 Febr. mense ineunte.*

Codd. Valentianens. 253 (A) s. VIII fol. 125'—130', T fol. 3—5' (T fol. 2'—4), R fol. 14'—17', Vindobon. 966 fol. 24—26 (C), S. Ambrosii Mediol. I. Sup. s. XI fol. 45 (M)*[a].

Edd. Margar. de la Bigne Bibliothecae SS. patr. append. col. 1019—1022, Q 2 col. 1141. 1465, F 65, J 96. — Migne col. 259.

Benedictus sit Deus pater omnipotens, qui te creavit et honoravit. Et benedictus sit dominus noster Iesus Christus filius Dei vivi, qui te redemit et elegit. Et benedictus sit Spiritus paraclitus, qui te inluminavit et dilatavit cor tuum in omni sapientiae et scientiae claritate, dilectissime[b] David et dulcissime domne. Et benedicta sit sancta Trinitas, unus deus omnipotens, Pater et Filius et Spiritus sanctus, qui mihi servulo suo licet indigno talem concessit dominum amicum et adiutorem gratiae suae, quam mihi per servum suum, beatae memoriae magistrum meum[3], ministrare clementer dignatus est. Et benedicta sit potestas et regnum tuum et filii tui et[c] filii filiorum[d] tuorum[e] usque in generationes saeculi sempiternas: et veniat[f] super te et super tuam generationem benedictio sanctorum in die domini nostri Iesu Christi[g]. Cuius sanctissima voluntas semper vigeat floreat et crescat in corde tuo, clarissime ecclesiae Christi rector et defensor.

Repletus sum gaudio, vestram audiens prosperitatem et exaltationem; et totus iocunditate[h] exhilaratus, dum vestrae beatitudinis litteras accepi legi osculabar.

---

a) tamsi *T, K.* b) indiencia *K 2.* c) *om. K 1.* d) quae *T, K 2;* quia lex mandat parenti placere. Valeas *A 1* pro* qui — valeas. e) *om. K 2, A 1*.* f) populo *K 1.* g) salutate *K 1.*

143. a) *Lemma:* Incipit epistola Alcvini ad Carolum imperatorem de septuagesimo sexagesimo et quinquagesimo *A;* Item ad domnum regem d[e septua]gesimo, sexagesimo et qui[nquagesimo] *T, R;* Albinus ad Karlum *C;* Epistola Albini magistri ad domnum Carolum de septuag. sexag. et quinquag. *M.* b) dulcissime *R.* c) et filii *om. R.* d) tui *C pro* filiorum — sempiternas. e) eorum *A.* f) veniad *R.* g) *om. A, R.* h) iocundate *R.*

Dialog. l. II c. 3 (Opp. ed. Benedict. II, 220). Nec supervacuum videtur Alcvini ad eundem Hrabanum versus (Poet. Carol. I, 264) hoc loco repetere:

Has tibi, sancte puer Benedicti Maure, camenas
 Albinus vates versiculis cecinit;
Valde optans animo tibi prospera cuncta fideli,
 Ut felix vivas semper ubique Deo.
Pro quo funde preces solita pietate tonanti,
 Conservet famulum ut Christus ab hoste suum. *J.*

Cum Hrabanus Ratgarii iussu anno demum 802. vel 803. Turones venire potuerit, in cuius schola diutius eum versatum esse multa sunt, quae nos persuadeant, Ebert eum iam ante a Baugulfo abbate ad Alcvinum missum esse probabiliter coniecit, cf. Berichte der sachs. Gesellschaft 1878 p. 98, Neues Archiv XVIII, 66—67.

1) *i. e. discipulis.* 2) *Fuldenses.* 3) *Aelberhtum, postea archiepiscopum Eboracensem 767—778.*

Unde et aliquid[a] familiarius vestrae dilectioni scribere praesumo et inlatas quaestiunculas venerabili aspectui vestro praesentare. Sciens autem[b] scolasticae eruditionis inquisitionem et ecclesiasticae disciplinae sollertiam[c] vestrae clarissimae[d] sapientiae et dulcissimae familiaritati gratam esse et iocundam; et quicquid[e] urbanitatis sale conditum cognoscitur, vestris intellectualibus favorabile[f] auribus et acutissimis scientiae oculis amabile esse probavimus. 798 Febr. mense ineunte.

Unde quod[g] scolastica Toronorum[h] iuventus Flaccinis ingerere auribus solet, vestrae sanctissimae prudentiae dirigere[i] ratum duximus; et inde solatia responsionis quaerere, unde sophiae flumina manare novimus. Tametsi[k] indoctas has videri[l] interrogationes vestrae sanctissimae sapientiae posse fateor. Et ne mea[m] aliquid praesumptiose rusticitas[1] responderet, vestrum laudabile ingenium et praefulgens eruditionis cacumen[n] consulere tutum esse putavimus. Nam velut[o] vermes fenestris involant aestivis, sic auribus meis insident quaestiunculae[p] [2].

Et horum convenientia nunc temporum excitati[3], de ecclesiastico me more interrogant: cur[q] septuagesimus et sexagesimus vel quinquagesimus ordo per dies dominicos ante quadragesimum dicatur[4] vel colatur?

Si respondero[r] ecclesiae[s] hanc esse consuetudinem et Romana auctoritate huius relegionis[t] ritum esse firmatum, minus illis videtur — auctoritate et consuetudine sola — esse responsum, nisi et aliqua ratio addatur[u] auctoritati. Quia[v] dicunt nil[w] esse sine causa in ecclesiasticis consuetudinibus a doctoribus constitutum precipuis. Maxime titubat illorum sensus, quod[x] numerus praedictus ordini dierum non convenit. Ubi dicunt septuagesimus, ibi[y] non sunt septuaginta dies usque ad resurrectionem domini nostri Iesu Christi[5]. Similiter nec ubi sexagesimus numerus notatur in diebus dominicis, nullatenus conputo[z] dierum convenit usque ad pascha[6].

Iterum si dico sinecdochice[a] dictum esse, id est a parte[b] totum[7] — quae quidem tropica loquutio[c], ut vos optime nostis, scripturis sanctis usitatissima esse dinoscitur; sicut in tribus diebus et tribus noctibus, quibus dominus noster Iesus Christus in sepulchro[d] requiescere legitur, intellegi necesse est; et multis aliis in locis, quae omnia si dicantur, libri excedunt[e] magnitudinem — addunt quaerere tamen: cur[f] septuaginta vel[g] sexaginta vel quinquaginta in tali tempore dicantur. Matth. 12, 40.

Audivi, dum Romae essem[8], quosdam dicentes magistros, quod orientales populi novem ebdomadas et Greci octo et Latini septem ieiunare soleant; et inde consuetudinem Romanam sumpsisse[h] ecclesiam septuagesimos sexagesimos et quinquagesimos

---

a) aliquit *A.* b) *om. A.* c) solertiam *A.* d) clarisime *R.* e) quicquit *A.* f) saporabile *C, ubi eadem manus superscripsit* favorabile. g) quia *T, C.* h) Turonorum *R;* Tyronorum *C.* i) dirige *A.* k) tam si *T, C, A.* l) *om. C, A.* m) me *A, corr. in* mea *R.* n) acumen *T.* o) velud *R.* p) quaestiunculas *A, C;* quaestiunculis *R.* q) quur *A.* r) respondidero *A, C.* s) eclesiae *R.* t) religionis *R.* u) adatur *R.* v) quoniam *C.* w) nihil *A.* x) quia *C.* y) ubi *R.* z) conpoto *C;* compoto *R.* a) sinecdochicae *T;* sinedochice *C:* sinecdochiae *A.* b) aperte *A.* c) locutio *R.* d) sepucero *R.* e) excędunt *R.* f) quur *A, T; om. R.* g) vel sex. *om. R.* h) supsisse *R.*

1) *Cf. supra p. 32. 36. 141. 210.* 2) *Alc. de Grammat. (ed. Froben. II, 279):* Francus. Sat habuissem, Saxo, si non ciniphes, quae sunt in domo magistri, aures mihi quaestiunculis suis implessent. 3) *Hanc epistolam cum anno 798. scriptam esse intellegamus ex ep. 145, verbis his:* ex horum convenientia nunc temporum *ad ineuntem mensem Februarium refertur. Nam anno 798. dominica Septuagesima fuit dies 4. Februarii, Sexagesima dies 11. Februarii, Quinquagesima dies 18. Februarii. J.* 4) *Tres enim dies dominici ante dominicum quadragesimae* (Invocavit), *nonus, octavus, septimus dominicus ante pascha appellantur: dominicus septuagesimus* (Circumdederunt me), *sexagesimus* (Exsurge), *quinquagesimus* (Esto mihi) *J.* 5) *Numerantur enim (antiquo numerandi more) a dominico septuagesimo ad diem paschalem dies 64. J.* 6) *A dominico sexagesimo ad pascha habentur dies 57; sed a dominico quinquagesimo ad pascha dies 50. J.* 7) *Isid. Etymol. I, 36, 13:* Synecdoche est conceptio, cum a parte totum vel a toto pars intelligitur. 8) *Cf. epp. 172. 175. 271.*

798 Febr. mense ineunte. dies nuncupare dominicos. Hoc quia a talibus non audivi magistris, quorum auctoritati[a] me tradere auderem, omnino confirmare non fui ausus.

Quapropter adhuc restat aliquid quaerendum: quid[b] tempori[c] conveniat et rationi[d] concordet et numero non adversetur[e]. Videtur enim mihi septuagesimus dici posse dies propter decem[f] ebdomadas, quae sunt ab ipso die usque ad clausum paschae[1], quo die alba tolluntur vestimenta a nuper baptizatis. Igitur et in apostolo legimus: Rom. 5, 14. 'Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen'; et significat: usque ad[g] ultima tempora legis, quae per Moysen data est et decucurrit[h] in Christi dei nostri tempora. Porro sexagesimus inde dici potest, quia sexaginta sunt dies usque ad medium paschae, quod erit feria quarta paschalis ebdomade[i][2]. Quinquagesimus vero, qui decurrit usque in diem sanctum resurrectionis dominicae[3]. Quadragenarius etiam numerus cum dominica sua currit ad misticum[k] pascha Haebraeorum, quod dominus noster Iesus Christus cum discipulis suis caelebravit, et nos dicimus cenam Domini[4].

Nec[l] typica interpretatio[m] his discordare videtur rationibus. Nam septenarius[n] [numerus][o] Spiritui sancto convenire multis in locis sacrae scripturae noscitur. Unde Act. 1, 15; 2, 1. 3. et post septem ebdomadas Spiritus sanctus missus est de caelo in igneis linguis in Isai. 11, 2. 3. centum viginti nomina credentium. Et septem dona sancti Spiritus legimus in propheta. Et tunc[p] maxime, dum alba tolluntur a baptizatis vestimenta[q][5], [eos][r] per manus inpositionem[s] a pontifice Spiritum sanctum accipere conveniens est, qui in baptismo omnium receperunt remissionem peccatorum et per[t] septem dies in angelico castitatis habitu et luminibus caelestis claritatis sanctis adsistere sacrificiis solent. Et senarius Gen. 1, 31; 2, 1. numerus perfectioni[u] vitae nostrae concordat, quia in sex diebus omnia opera perfecta fecit creator omnipotens[6]. Et ipse senarius numerus, sicut vestra doctissima novit sagacitas, partibus suis perfectus est. Et quinarius numerus, per decadas[v] ductus, ad resurrectionem[w] domini nostri Iesu Christi concurrit; significans nobis remissionem omnium peccatorum esse et iustificationem vitae in Christo. Quadragenarius vero per decadas quater ductus[x] paenitentiae typum tenere multis in locis constat. Unde et Matth. 4, 2. ib. 3, 2. ipse Dominus noster quadraginta diebus ieiunavit: cuius praedicatio prima fuit: 'Paeni-Exod. 34, 28. tentiam agite, adpropinquavit[y] regnum caelorum'. Et sicut Moyses legem, Helias 3. Reg. 19, 8. prophetiam, ita ipse Dominus noster evangelicam praedicationem quadraginta dierum ieiunio dedicavit. Et ut vestra novit ingeniosa et praeclara in omnibus philosophorum[z] disciplinis prudentia: quam mirabiliter quadragenarius numerus, qui paenitentiae ut diximus convenit, si per suas partitur divisiones et per partes suas crescit, usque ad quinquagesimum pervenit[7], qui est remissionis numerus[8]: quia per paenitentiam ad remissionem peccatorum nostrorum nobis festinandum est.

Sed et aliquid mirabile in hac consideratione de[a] convenientia senarii numeri inveniri potest: et quodammodo principium huius computationis mirabiliter[b] fini[c]

---

a) auctoritate *T, C, A, R.* b) quod *C.* c) tempore *A.* d) ratione *T, C, A*; racione *R.* e) adservetur *R.* f) decim *T.* g) *om. C.* h) decurrit *A.* i) ebdomadis *C, A, R.* k) mixticum *R.* l) Ne *T.* m) interpraetatio *A.* n) septinarius *C.* o) numerus *addidit J.* p) nunc *R.* q) vestimentis *A.* r) eos *addidit J.* s) inposi inpositionem *A.* t) *om. C.* u) perfectione *C, corr. manu poster.* -ni *A*; perfeccione *R.* v) decatas *T*; quinquies *excidisse videtur; cf. infra:* Quadragenarius — per decadas quater ductus. *J.* w) resurrereccionem *A.* x) ductas *R.* y) *corr. in* adpropiuquabit *T*; adpropinquabit *C.* z) phylosophorum *T.* a) et *T.* b) mirabili *C.* c) fine *T, C, A, R.*

1) clausum paschae *est proxima dies dominica post pascha* (Quasi modo); *itaque a dominica Septuagesima ad clausum paschae antiquo numerandi more non 70 sed 71 dies computantur; at a dominica Septuagesima ad sabbatum ante clausum paschae habentur dies 70. J.* 2) *i. e. feria quarta post pascha.* 3) *Cf. supra p. 225 n. 6.* 4) *a dominica quadragesima ad coenam Domini vere numerantur dies 40.* 5) *Clauso paschae; v. supra n. 1.* 6) *Cf. supra p. 124. 200.* 7) *i. e.:* $(1 + \frac{1}{4}) \times 40 = 50$. 8) *Num. 36, 4:* iubilaeus, id est quinquagesimus annus remissionis.

concordat in regulis numerorum. Igitur inter septuagesimum et sexagesimum sex reperiuntur dies; similiter inter sexagesimum et quinquagesimum: etiam et[a] inter quinquagesimum et quadragesimum senarius invenitur numerus. Et fiunt ter sex; et faciunt decem[b] et octo. Qui numerus si rationabiliter consideratur et dividitur in tres partes aequales, erunt ter sex. Et est ratio simpli ad duplum; et significat simplam mortem dei Christi ad duplam nostram. Quia nos duabus mortibus fuimus obnoxii, id est animae et carnis[c]. Ille vero simpla morte sua et innoxia[d] duplam destruxit[e] nostram. Et simpla resurrectione sua duplam ostendit nobis et perdonavit unam nunc in anima, alteram in die magno adventus sui[f] in corpore: ut sit tunc unus homo gloriosus corpore et anima, qui prius unus fuit mortalis anima et corpore; anima peccato, corpore[g] corruptione. Similiter et si finis consideratur calculationis, convenienter huic rationi invenitur concordare. Nam inter quintam feriam caenae dominicae, in quam[h] quadragenarius numerus decucurrit[1], usque ad[i] resurrectionem Domini, id est dominicam diem, quo quinquagenarius numerus pervenit[2], duo sunt dies. Item a dominica resurrectionis Domini usque in quartam feriam, quo sexagenarius[k] numerus pervenit[3], duo sunt dies. Item a quarta feria usque in sabbatum, ubi septuagesimus numerus impletus est[4], duo sunt dies. Hi vero dies[l] si iunguntur, duo et duo et duo faciunt sex. Et iste senarius si dividitur in duo et quattuor, eadem simpli et dupli ratio invenietur in eo: ita ut[m] haec concordia pertineat ad resurrectionem domini nostri Iesu Christi. Illa prior ad passionem, in qua redempti sumus[5]; et in ista iustificati, sicut beatus apostolus ait: 'Christus passus est propter redemptionem nostram, resurrexit autem propter iustificationem nostram'[n].

798 Febr. mense ineunte. — Rom. 4, 25.

Potestis ex hac[o] speculatione vestris demonstrare familiaribus, quam iocunda est et utilis arithmeticae[p] disciplinae cognitio[6], quae[q] et vestrae diligentiae[r] bene nota[s] et per vos aliis cognitam esse credimus.

Plurima exhinc dicere potui, sed nolui cartulae excedere modum; et maxime, quia non ignoranti scripsi, sed ei[t], qui haec omnia optime novit[7]. Ideo perpaucis haec praelibavi[u] verbis, quia vobis haec omnia esse notissima sciebam. Et ut dictum est, cum sapienti paucis utendum est verbis; et beatus, qui loquitur in aurem audientem, id[v] est intellegentem.

Cf. Eccles. 5, 1. Prov. 20, 12.

Mihi itaque[w] in[x] fine epistolae cum regina Saba dicendum est: 'Beati viri tui et beati servi tui, hi[y] qui stant coram te[z] semper et audiunt sapientiam tuam. Sit dominus Deus tuus benedictus, cui conplacuisti[a], et posuit te super thronum Israel; eo quod dilexerit te[b] dominus Israel in sempiternum, et constituit te regem, ut faceres iudicium et iustitiam'[c].

3. Reg. 10, 8. 9.

---

a) *om. T.* b) decim *T.* c) *corr. in* carni *T.* d) innoxiam *R.* e) distruxit *T.* f) *post* sui *lacuna trium fere literarum in A.* g) *om. R.* h) qua *A.* i) in *C, R, A.* k) sexagesimus *T.* l) *om. C, A.* m) *om. T.* n) *om. T, A, R.* o) ac *R.* p) artimeticae h *super* ti *superscr. A.* q) quam *R.* r) dilicenciae *R.* s) notam *R.* t) eo *T, R, A, corr. in* ei *C.* u) praelibavi — haec *om. R.* v) id est int. *om. R.* w) itaquę *R.* x) *om. T, C, A, R.* y) hii *T, C, R.* z) corante *R.* a) placuisti *R.* b) *om. A, R.* c) amen. Explicit *add. C.*

1) *Cf. supra p. 226 n. 4.* 2) *Cf. supra p. 225 n. 6 et p. 226 n. 3.* 3) *Cf. supra p. 226 n. 2.* 4) *Cf. supra p. 226 n. 1.* 5) *Cf. supra p. 200.* 6) *Cf. infra ep. 148:* Scis optime, quam dulcis est in rationibus arithmetica. 7) *Cf. infra p. 232:* non indigenti sed multum melius intellegenti.

798
Mart. in.

144.

Carolus rex Alcvino respondet. Suam sententiam exponit et de vocabulis dierum dominicarum Septuagesimae Sexagesimae Quinquagesimae et de cultu hebdomadum ad eas pertinentium. Quoniam illos felices dixerit, qui apud se commorentur, ipsum Alcvinum verno tempore ad se invitat. *798 Mart. in.*

Codd. S fol. 199—203', Parisinus 13373 (G) fol. 102'—104 (cuius imaginem dedit Delisle, le cabinet des manuscr. Planch. XXVI, 2), Minerva B IV 18 s. IX (R), Vatic. Palat. 1449 (P) fol. 25—26', S. Galli 677 s. X (A) p. 173—178, S. Galli 899 s. X (B) p. 86—92, Madritensis A 16 s. XII (M, cf. N. Arch. VI, 287). Exstat etiam in cod. Oxoniensi Canonici Lat. classici 279 saec. XI fol. 28'[a].

Edd. Margar. de la Bigne Bibliothecae SS. patr. appendix col. 1021—1024, Quercetanus col. 1147—1150 ex Bignaeo, F 66, J 97. — Migne col. 263. Mühlbacher n. 337.

CAROLUS[b] GRATIA DEI REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM[c] AC PATRICIUS ROMANORUM DILECTISSIMO MAGISTRO[d] NOBISQUE CUM AMORE NOMINANDO ALBINO ABBATI IN DOMINO IESU CHRISTO AETERNAM SALUTEM.

Pervenit ad nos[e] epistola[1] missa a religione prudentiae vestrae, quae post laudes et benedictiones omnipotenti Deo debitas[f], nobis[g] et progeniei[h] nostrae benedictionem optabilem cum summa benivolentia detulit.

Post haec textus illius inquirendo subsecutus est[g]: cur[i] septuagesima et sexagesima necnon et quinquagesima in ordine per dies dominicos ante quadragesimam[k] dicatur vel scribatur[l]. Inde[m] arrepta ratione, per campos arithmeticae artis, quicquid ex hac re[m*] vestra sensit industria, se extendendo[n] nobis pleniter significare studuit.

Sed dum mens nostra huc illucque discurreret, solerti[o] indagatione consideravimus non solum infra praescriptos[p] a vobis dies, sed etiam per singulas ebdomadas necnon et per totum[q] spatium anni circuli[r] per intervalla horarum ac[s] punctorum seu[s*] momentorum mysteria numerorum[t] posse ab his, qui huius artis peritia inbuti sunt, reperiri[u] [2].

Unde quia tuae caritati placuit nostram regalem[v] aulam de hac re consulere, quicquid inde nostra sentit[w] serenitas, sermone commatico tibi[x] patefacere non negamus[y].

Exigente igitur inquisitione et considerata[z] ratione, cur alii sex, alii septem, alii octo, nonnulli vero novem abstineant[a] ebdomadas, argumentum sensus[b] nostri[c] tuae familiaritati per hos[d] apices significare studemus.

Qui enim sex ebdomadas observantes se abstinentiae tradunt — subtractis sex diebus dominicis, in quibus ieiunare minime licet, decimas dantes[e] dierum corporis[f] sui — triginta sex dies[g], sicut beatus Gregorius mirabilis doctor[3] edocet[h], ieiunant. Et hoc tempus, licet in ipso duo superesse videantur dies usque ad sanctam resurrectionem, quadragesimam[i] doctoribus sanctae Dei ecclesiae nominari[k] placuit.

---

144. a) *Lemma:* Incipit epistula domni Karoli gloriosissimi regis ad Alchuinum abbatem de ratione septuagesimae sexagesimae et quinquagesimae *P;* Epistola Karoli regis ad Albinum abbatem *etc. M.* b) Karolus *A, B.* c) Langobarthorum *A;* Longabardorum *B;* et reliqua *add. S pro* ac — Roman. d) magisque nobis cum *M.* e) vestra *add. S.* f) debita *M.* g) *om. G.* h) progeniae vestrae *G;* progenie *A;* progenię *B;* progeniae *S, P;* proieniei *M.* i) quur septuagis. et sexagis. . . . quinquagis. *S.* k) quadragesima *G.* l) dicantur vel scribantur *M.* m) In *G.* m*) *om. S.* n) extentendo *G.* o) sollerti *B, P, R.* p) p;scriptos *G;* perscriptos *M.* q) totam *A.* r) totum anni circulum *B.* s) hac *A.* s*) seu mom. *om. M.* t) numerum *A.* u) repperiri *S, M, P, G.* v) regulam *G.* w) sensit *S.* x) *om. G.* y) negavimus *P.* z) et consideratione *M, R* (*pro* cons. rat.). a) abstinent *A, B.* b) sensu *A.* c) vestri *G.* d) has *S.* e) dier. dantes *G.* f) decimam dantes corpori *S pro* decimas — corporis. g) diebus *B.* h) docet *G.* i) quadragesima *S, A, P;* XL *B.* k) nominare *R.*

1) *ep. 143 supra p. 224.* 2) *Improbavit igitur Carolus arithmetica Alcvini ludicra in epistola 143 supra p. 226.* 3) *Gregorii homiliar. l. I hom. 16 (Opp. I, 1494—95):* Ex quibus dum sex dies dominici ab abstinentia subtrahuntur, non plus in abstinentia quam triginta et sex dies remanent.

798 Mart. in.

Religione[a] vero crescente, a Thelesphoro[a*] pontifice, qui post Petrum principem apostolorum[b] nonus in sancta[c] ecclesia Romana claruit, septem ebdomadae in abstinentia dedicatae sunt[1]. Et hoc tempus quo[d] alio nomine rectius vocare[e] quam quinquagesimam[f] in ordine rationabiliter debuerunt[g]?

Exhinc et[h] deinceps collecta ratione, qui octo ebdomadas[i] observare studuerunt, sexagesimam[k] gradatim nominaverunt. Similiter qui novem, septuagesimam[l] iuxta[m] praefatam[n] rationem nomen inposuerunt. Et non ob numerum ebdomadarum[o] vel dierum, sed tenorem nominis[p] servantes, haec nomina[q] censuerunt. Veluti, si qui nunc fuissent[r], qui decimam ebdomadam addere pro aliqua iusta ratione voluissent[s] — non propter numerum ebdomadarum[t] decagesima[u] seu quolibet[v] alio nomine, vel propter numerum[w] dierum septuagesimam[1] — sed octogesimam[w*], ordine conservato vocabulorum, recto tramite pergendo[x] nuncupare[y] debuissent[z].

Quia[a] igitur, gratia divina opitulante, prout[b] nobis visum fuit[c], de nomine septuagesimae et[d] sexagesimae ac[e] quinquagesimae[f] tuae caritati scripsimus, nunc stilo percurrente[g] de observantia vel[h] cultu harum[i] ebdomadarum[k] iuxta capacitatem[l] sensus nostri tibi scribere curavimus[m].

Quinquagesima vero ideo dicitur et observatur a nonnullis: et[c] ut decimas dierum ieiunandi[n] omnipotenti Deo offerre valeant, et imitari[o] dominum nostrum Iesum Matth. 4, 2.
Christum, qui quadraginta diebus ieiunium sacratissimum implevit. A quinquagesima namque usque in pascha septem ebdomadae sunt, quae[p] faciunt dies quinquaginta. Ex[q] quibus si octo dominicos dies abstraxeris, in quibus ieiunium[r] non licet observare, remanent quadraginta et duo dies. Et hi[s] duo dies, quinta videlicet et septima feria, qui quadragenarium[t] numerum excedunt[u], apud quosdam ieiunio dedicantur[v], apud quosdam in refectionem[w] propter caenam dominicam et sanctum sabbatum habentur.

Sexagesima autem, ut aestimamus[x], propterea a nonnullis observatur: et[y] ut decimas dierum corporis sui dare omnipotenti Deo possint, et dominum nostrum[z] Iesum Christum in quadragenario numero particulatim ieiunando imitari[o], et[y] ut primam vel quintam feriam a ieiunio vacare valeant. A sexagesima quippe usque in sanctum diem resurrectionis octo ebdomadae[b] sunt. Ex quibus si de singulis ebdomadibus primam et quintam feriam subtraxeris[c] et ipsum sanctum[d] diem paschae, quadraginta tantum dies remanent in abstinentia. Melchiades[e] vero natione Afer, vir per omnia apostolicus, tricesimus quartus[f] post sanctum Petrum, cui successit beatus Silvester in cathedra[g] apostolicae dignitatis, hic constituit, ut nulla ratione in prima

a) religioni *A*. a*) Telesforo *R*. b) Petrum apostolum *B*. c) in sancta Dei ecclesia Romana *G*. d) quod *G, A*; non *P*. e) vocari *G, S, P*. f) quinquagesima *A, S, P*. g) debuerit *S*; debuerat *P*. h) Ex hoc *G*. i) ebdomadis *A*. k) sexagesima *P*. l) septuagesima *P*. m) iuxtam *A*. n) postfatam *S*. o) ebdomarum *B, G*. p) nomini *R*; numeris *G*; nominis vel numeris *B*. q) namque *G*. r) quis nunc fuisset *R*. s) voluisset *R*. t) ebdomarum *G*. u) decagesimam *A, B, P, G*; decimagesimam *R*. v) quodlibet *G*. w) numeri congruentem consequentiam post septuagesimam ordine *R pro* numerum — ordine. w*) octuag. *S*. x) octogesimam *add. R*. y) occupare *P*. z) debuisset *M, R*. a) *Hic incipit in M altera epistola hoc titulo:* Item secunda epistola Karoli ad Albinum abbatem. b) pro *G*. c) *om. G*. d) ac *R*. e) seu *R*. f) nec non quadragesimę *add. R, M*. g) procurrente *R, M*. h) et *G*. i) earundem *R*. k) ebdomarum *G*. l) sagacitatem vel capacitatem *B*. m) curabimus *B, M, R*. n) ieiunando *S*. o) imitare *A, S, P*. p) qui *G*. q) et *P*. r) non lic. iei. obs. *S, G, R*. s) hii *P*. t) quadraginarium *S*. u) excędunt *B*. v) iei. — quosdam *om. R*; dicantur *S*. w) refectione *P*; venerationem *S*. x) aestimam *A*; estimo *B*. y) et *deletum est in G*; ut et *B, M*. z) *om. G, B, P*. b) hebdom. *G*. c) abstraxeris *R*. d) *om. A, B, P, G*; diem sanctum *S*. e) Melciades *S, P*; Miltiades *R, M*. f) tertius *R*. g) cathedram *A, B*.

1) *Liber pontiff. (ed. Duchesne I, 129):* IX S. Telesphorus . . . . hic constituit, ut septem hebdomadas ante pascha ieiunium celebraretur.

798 Mart. in. vel in[a] quinta feria ieiunium quisquis[b] de fidelibus agere[b*] praesumeret[1]. Nam cur[c] in prima feria ieiunium, ipso tradente[2], solvatur, non est necessitas[d] texendo replicare. Quinta[e] vero[f] arbitrati sumus propter magna mysteria, quae in ea continentur, ab eo esse solutum[g]. In ipsa[h 3] namque sanctum chrisma[i] conficitur ad abluendam totius mundi primae[k] originis culpam[l]; in ipsa[m 4] reconciliatio fit paenitentium; in ipsa[m] Matth. 26, 26. 27. redemptor omnium caenando cum discipulis[n] panem fregit[o] et calicem eis pariter dedit[p] in figura[q] corporis et sanguinis sui, nobisque profuturum magnum exhibuit Luc. 24, 51; Act. 1, 9. sacramentum. Eo videlicet die post multa mysteria deus et dominus noster Iesus Christus, sanctis[r] discipulis suis videntibus, gloriosa ascensione caelos penetravit. Sed ne diutius sermo protrahatur[s], multa te legisse de hac solemnitate[t] in sanctorum venerabilium dictis orthodoxorum[u] patrum non ignoramus.

Septuagesima namque[v], ut aestimamus, propterea ab aliquibus observatur, ut et decimas dierum Deo[r] dare queant, et primam vel quintam necnon et septimam feriam ieiunium solvere[w] possint. A septuagesima vero usque in pascha novem ebdomadae sunt, quae faciunt dies sexaginta quattuor[x]. Ex quibus si de unaquaque ebdomada[y] tres prefatos subtraxeris dies et paschalem sacratissimum, triginta[z] sex dies in abstinentia remanent. Hi[a] vero[b] sabbatum[c], in quo Deus ab omnibus operibus requievit[c], non solum ob superstitionem[d] Iudaeorum nec propter mandata legalia[e] veteris testamenti, quae sunt umbra[f] futurorum, sed ne[g] cum Iudaeis sabbatizantur[h], ieiunium solvere[i] conantur ea praecipue causa, quia ipso[k] vesperascente[l] die, gaudium sanctae resurrectionis a fidelibus honorifice celebratur.

Rom. 14, 5. Sed quia unusquisque in suo sensu abundat[m], sive hoc sive aliud sit, salva fide et religione[n] nihil[o] praeiudicamus[p]. De[q] hoc autem, quod cartula[r] prosecuta[s] vestra retulit, quod plurima hinc dici possint, sed noluisse te excedere modum[t] cartulae[r] et maxime quia, cum sapienti[u] paucis utendum sit verbis, ita et nos versa vice paucis pauca rescripsimus.

Cf. 3. Reg. 10, 8. 9. Quod autem usurpasti[v] verba reginae Sabae[w] ad Salomonem de[x] beatitudine[y] servorum, qui nobis adsistunt[z] et audiunt verba sapientiae nostrae[5], si hoc verum fore[a] scitis, venite, adsistite[b], audite, et pariter in Domino in pratis vernantibus, varietate florum scripturarum iocundantes delectemur[c].

---

a) *om. A, B, S, P, G.* b) quid *corr. in* quis *G*; quis *S*; quisquis — ieiunium *om. P.* b*) *om. G, A, P.* c) qur *G, M, A.* d) necesse *B.* e) Quintam *A, B.* f) ut *add. R, M.* g) solutam *G, S*; soluta *R, M.* h) ipso *B.* i) crisma *S, G.* k) primo *A*; primi *G, S.* l) culpa *A*; culpam *G.* m) ipso *A, B.* n) suis *add. B, R.* o) *om. A*; et dedit eis *add. R*; et dabit eis *add. M.* p) ministravit *B.* q) figuram *G, S.* r) *om. A.* s) prolongetur *R, M*; trahatur *G.* t) solempn. *S*; sollemp. *P, G*; sollemnitate *B, R.* u) ortodox. *S.* v) denique *S, P, R.* w) observare *A*; observare *superscr.* solvere *B.* x) tres *A, B, G, S, R, M.* y) ebdoma *G.* z) et *add. P, M.* a) Hii *G.* b) qui *add. P.* c) *om. A.* d) superstitione *A.* e) *om. G, A.* f) umbrę *M.* g) nec *G, corr.* ne *P.* h) sabbatizentur *B, P*; sabbatizetur *R, M.* i) observare *A*; observare vel solvere *B.* k) ipsa *A*; in ipsa *B.* l) vesperescente *G, A, S.* m) habundat *G, P.* n) relegione *S.* o) nil *R, M.* p) praeiudicaturus *A, corr.* -camus *B*; praeiudicamur *P pro* nihil praeiudicamus. q) De hoc — delectemur *om. M, editio Bignaei.* r) chart. *R.* s) prosecutura *A, B, G, P.* t) modulum *G.* u) sapiente *A, B, R.* v) usurpastis *B, P, S*; usurpatis *R.* w) rabę *R.* x) de — delectemur *om. A.* y) beatitudinae *S.* z) assistunt *P, R.* a) *om. P.* b) assistite *P, R.* c) finit *add. R.*

1) *Liber pontiff. (ed. Duchesne I, 168):* Melchiades, natione Afer . . . hic constituit, nulla ratione die dominico aut quinta feria ieiunium quis fidelium ageret, quia hos dies pagani quasi sacrum ieiunium celebrant. 2) *v. supra n. 1.* 3) *feria quinta coenae Domini.* 4) *idem in coena Domini. V. Pontificale Romanum:* De reconciliatione poenitentium, quae fit in quinta feria coenae Domini. 5) *Cf. supra p. 227.*

145.

798 Mart. exeunte.

Alcvinus ad duas Caroli regis epistolas respondet. Suae de saltu lunari sententiae reprehensionem modeste quidem fert, neque vero sine stomacho contra doctos aulae iuvenes. Mittit nova de saltu lunae et contra adoptionis adsertores opuscula. Regi se invitanti gratias agit; sed in Saxoniam venire timet. Petit, sibi liceat, ut reversuro regi occurrat.
798 Mart. exeunte.

Codd. T fol. 22'—25' (T fol. 20—22), L fol. 157—163, R fol. 11'—14'; initium habent K 1 fol. 26'—27, K 2 p. 75—77, A 1* p. 97—98 n. 62*[a].
Edd. C 13, Q 9, F 67, J 98. — Migne col. 266.

Optata[b] mihi et diu[c] desiderata vestrae bonitatis litterarum facies [1] subito effulsit; permultoque[d] tempore avidos videndi oculos[e] sanctissimi[f] vestri nominis apices refecerunt. Et licet aliquid reprehensibile sequenti serie de meis cantitassent[g] litterulis[h 2], tamen omnia melliflua dulcedine hausi, dum hoc desiderabile et multum mihi amabile in primo capite nomen apparuit. Gratissimum[i] mihi etiam fore fateor[k], ut sic vel beatitudinis[l] vestrae syllabas mererer[m] osculari: ut, quod perpetua et inviolata[n] non potuit promereri dilectio, saltim reprehensionis materia[o] subito extorqueret[p], sciens 'meliora esse vulnera diligentis quam fraudulenta[q] oscula odientis'. Prov. 27, 6.

Nec[r] mirum, si tarditas aselli [3] sustineat in dorso flagellum. Ego tardus, ego mei[s] ipsius inmemor, vestrorum forsitan[t] digne puerorum sustinui flagellum. Entellus [4] senior effeto[u] corpore [5] dudum[v] cestus[w] deposuit suos, et[x] aetate florentibus cedit[y] illos indui. Ideo aliquis illorum seniorem[z] ingenti pugno[a] percussit, ita ut[b] caligo obversabatur[c] oculos senioris et, vix resumptis viribus, frigidus circa praecordia recaluit sanguis [6].

Et ut ad rem veniam ac[d] ignorantiae[e] fomentis[f] caput percussi medicari incipiam, ego inperitus, ego ignarus, nesciens Aegyptiacam scolam in palatio[g] Daviticae versari gloriae[h], ego abiens[i 7] Latinos ibi dimisi. Nescio, quis subintroduxit[k] Aegyptios. Nec tam indoctus fui Memphiticae supputationis[l] quam benivolus Romanae consuetudinis; annum cum nato Christo et crescente luce[m] initiare secundum Latinos volens, non cum[n] Aegyptiis[o] — qui tenebrae interpretantur [8] — a supervenientibus tenebris ordiri[p 9]. Quia scio me[q] olim cum Moyse tenebras Aegyptiorum[r] relinquere, et modo

---

145. a) *Lemma:* Item ad domnum regem responsio contra quasdam obiectiones *T;* Item alia contra quasdam obiecciones *R;* Item alia *K 1;* Item alia ad eundem *A 1*.* b) Opta *K 2;* Optabilis *T*.* c) *om. L.* d) permulto *K, A 1*.* e) occulos *R.* f) sanctissimos *T, K, R, L.* g) cantassent *L;* canditassent *K 2.* h) litteris *K 1;* literis *A 1*.* i) gratissimam *T, K, L, R.* k) fatetur *K;* fatebor *A 1*.* l) beatidunis *K 2.* m) merear *K 1, A 1*;* mereor *K 2.* n) inviolatas *corr. in* -ta *R.* o) matheria *T;* machera *L.* p) extorquerat *T.* q) *om. K 1, A 1*;* fraudol. *K 2.* r) ne *L.* s) me *T, L;* egomet *K;* meimet *A 1*.* t) digne fors. *L.* u) effetus *K 1;* effecto *K 2, corr. in* effeto *T;* effocto *A 1*.* v) dum *K 1, A 1*.* w) caestus *A 1*;* certus *R.* x) suos *corr.* et *A 1*.* y) cedi *K.* z) et *add. K 2.* a) pugna *T, L, R.* b) et *K 1.* c) obversaretur *A 1*;* observabatur *L.* d) hac *K 1.* e) ignorantia *T, K, L;* ignorancia *R.* f) fovomentis *K 1.* g) palacio *R.* h) versari egloriae *T;* gloriam *K 2. Reliqua om. K, A 1*.* i) habiens *R.* k) subintroducit *L.* l) supputacionis *R;* subput. *L.* m) lucae *R.* n) com *R.* o) Aegyptis *T, L;* Aegipciis *R.* p) ordinari *L.* q) olim me cum Moysi *L.* r) Aegypciorum *R.*

1) *Hac Caroli litterae interierunt.* 2) *de ep. 126 supra p. 185.* 3) *Cf. Verg. Georg. I, 273.* 4) *Cf. Verg. Aen. V, 437 sq.; Alcvini versus ad Carol. (Poet. Carol. I, 254):*

Talibus occurrat tua, rex, sapientia dives,
Defendens Flacci paucula dicta senis.
Sint patris Entelli memores iuvenisque Daretis,
Ne laus, quam quaerunt, detrahat ipsa magis.

5) *Cf. Aen. V, 396:* frigentque effetae in corpore vires. 6) *Georg. II, 484.* 7) *exeunte anno 796, e palatio Turonos.* 8) *Hieron. de nominib. Hebraic. (Opp. III, 106):* Aegyptus tenebrae sive tribulatio. 9) *Beda de temporum ratione cap. 36 (opp. ed. Giles T. VI, 221):* Annum autem civilem id est solarem Hebraei ab aequinoctio verno, a solstitio Graeci, Aegyptii ab autumno, a bruma incipiunt Romani; *c. 20 (VI, 189); cf. Alcvin. de bissexto (Opp. II, 367), ubi idem Bedae locus laudatur.*

798 Mart. exeunte. in terra repromissionis[a], lucis, et laetitiae[b] cum Iesu duce nostro libertate[c] honoratus stare, et nullatenus, secundum[d] quod dux meus immo[e] et Dominus noster dixit, iterum ad Aegyptiacas[f] redire tenebras.

Unde miror, cur[g] pueri vestri annum legitimum a mense Septembrio[h 1] incipere velint, et partem transacti[i] decennovennalis[k 2] sequenti connectere circulo[3], caudam vertentes in caput[l]; et non magis, omnibus lunae et[m] siderum augmentis vel detrimentis explosis, ad novum annum et ad caput supervenientis circuli omnino libere[n] intrare. Libet[o] tamen interrogare hos ipsos pueros: an convenientius[p] videatur unius[q] anni aetates lunares pro regularibus habere, et hoc primi anni, vel etiam duorum annorum, id est novissimi[4] circuli decennovennalis[r] et primi[4] sequentis[5]? Et utrum rationi[s] vicinius[t] sit in fine circuli decennovennalis[u] saltum interserere vel in medio quolibet anno. Etiam et hoc velim scire, quomodo computare velint aetates lunares a quinto decimo Kalendas Maias, ubi quarta decima[v] luna novissimi[w] anni fuit[6], usque ad Septembrium mensem, in quo mense quinta[x 7] apud[y] Aegyptiacos pueros cantatur? Quomodo fieri possit, ut altera luna semper habeat triginta dies, altera undetriginta? Et si regulares[z] per omnia in illis mensibus firmiter stare valeant. Et, ut reor[a], quod in Latinis reprehendunt[b], hoc etiam et in Aegyptiacis[c] inveniunt. Et forte, quod in Novembrio nolunt fieri[d 8], necesse[e] est in alio quolibet mense invenire. Nec ego cum quolibet contentiosum[f] funem[g] trahere velim[9], nec me quaestiunculis inserere aliorum.
Rom. 14, 15. Unusquisque in suo[h] sensu abundet[i].

Quod vero[k] in fine epistolae[l] familiariter et salubriter[m] me ammonere curastis, ut, si quid humiliter emendandum sit, corrigatur, numquam[n] fui Deo donante in errore meo pertinax nec de meis confidens sensibus nec talis, ut meliori sententiae[o] facile adquiescere non valerem; sciens dictum esse saepius auribus quam lingua[p] utendum[10]. Hoc omnino vestram sentire[q] sapientiam[r] obsecro non vobis quasi nescienti, sed[s] quasi probanti scribere, nec quasi ignoranti[11], sed magis corrigenti dirigere[t] parvitatis[u] meae
Marc. 12, 42. sensus. Nec vero evangelica vidua duo minuta iniecit[v] gazophilacio[w] propter indigentiam[x] templi, sed propter devotionem[y] suam; nec nostra humilitas Deo donaria offert[z]
2. Cor. 6, 10. quasi non habenti, sed magis[a] omnia possidenti. Ita[b] etiam parvitas mea non indigenti, sed multum melius intellegenti vobis, si quid scribere temptavero, faciendum
Cf. Prov. 13, 1. veraciter agnosco. Gloria patris filius sapiens.

Quod vero nota repetere indignum dixistis[c], nescio, quid Flaccina[d] rusticitas Daviticae[e] sapientiae[f] ignotum ingerere[g] valeat. Sed si nota et olim audita non licet

---

a) repromisionis *L.* b) lacticiae *R;* lactiae *L.* c) libertatem *L.* d) secundum secundum *T.* e) *om. L.* f) Aegypciacas *R.* g) enm *R.* h) septimbrio *L.* i) transactis s *eraso T.* k) decē-novenalis *R.* l) capud *R.* m) *om. L.* n) liberare *L.* o) intrare libet *R.* p) conveniencius *R.* q) unius — habere *om. L.* r) decemnovenalis *R;* docenno *L.* s) ratione *T, R;* rationem *L.* t) vicinus *L.* u) XVIIII lis *R.* v) XIIII *R.* w) novissi *R.* x) quinto *R;* V *L.* y) aput *L.* z) et singulares *T;* si *om. L.* a) reos *T.* b) latinos repraehendent *T.* c) Aegypciacis *R.* d) fierit t *eraso R.* e) neccesse *R.* f) contenciosum *R.* g) finem *T.* h) sua *L.* i) habundet *L, R.* k) ero *corr. in* vero *T.* l) epistulae *L.* m) et salubr. *om. T.* n) numquid *L.* o) senteneiae *R.* p) linguam *L, R.* q) sentere *L.* r) sapienciam *R.* s) sed — corrigenti *om. L.* t) dirigerę *R.* u) parvitas *T.* v) ingecit *R.* w) gazafilacio *L;* gazophylacio *R.* x) indientiam *T;* indigenciam *R.* y) devoc. *R.* z) offerre *T, L.* a) om. ma. *R.* b) ita — indigenti *om. L.* c) duxistis *L.* d) flacina *L;* flactina *R.* e) divitiae *T.* f) sapienc. *R.* g) ingere *R.*

1) *Cf. Bedae epist. de bissexto (Anecdota Bedae Lanfranci ed. Giles p. 2):* quarto Kalendar. Septembrium. 2) *transacti (die 31. Dec. 797) circuli decennovennalis. J.* 3) *incipiente a die 1. Ianuarii a. 798. J.* 4) *anni.* 5) *circuli.* 6) *Veris* luna XIV *anno 797, obtigit diei 17. Aprilis.* 7) *regularis lunaris. Fuit enim anno 797, si diei 17. Aprilis* luna XIV *prima appellatur, secunda die 16. Maii, tertia die 15. Iunii, quarta die 14. Iulii, quinta die 13. Augusti. J.* 8) *saltum lunae.* 9) *Cf. supra p. 61:* non contentiosum disceptationis funem trahentes. 10) *Pseudo-Seneca de morib. 104:* Auribus frequentius quam lingua utere. 11) *Cf. supra p. 227:* Non ignoranti scripsi *etc.*

inferre[a], quid faciemus de litteris syllabis etiam et[b] verbis, quibus uti[c] nobis necesse 798
est cotidie, nisi novas grammaticae artis regulas excogitare[d] incipiamus? Iam mihi[e] Mart. exeunte.
multum melius fuit super mensam diliciarum vestrarum panem manducare mundissimum[f], quam cum Menalca[g] in pistrino[h] grana tritici[i] computare, unde panis conficiatur[1]. Si placet, intremus paulolum calculatorum pistrillas[k] vel mathematicorum[l] fuliginosas coquinas[m], et proferamus inde olim[n] cognita, nunc paene[o] oblita, iuxta Virgilii vestri prophetiam. Nam

saepe ego longos[p]
Cantando puerum memini me condere soles.
Nunc oblita mihi[q] tot[r] carmina; vox quoque Flaccum[s]
Ipsa fugit[2]. . . . .

Tamen, ut ad inquisita cartulae vestrae respondeam — non sapientiae divitiis[t] suffultus[u], sed vestrae auctoritatis litteris instinctus — gremio pietatis[v] vestrae protegenda pauca de ratione multiplici saltus subicere curabo. Primum ponam quod in doctorum didici[w] libris; secundo quod ratione suadente[x] investigare valui; tertio quod ex mathematica[y] quondam[z] audita meminisse potui disciplina; quatenus multiplici modo multiplex lunaris saltus enodetur, Salomone dicente: 'Funis[a] triplex difficile rumpitur'. Eccle. 4, 12.
Item, dum[b] de[c] sapientia loquebatur, intulit dicens: 'Unde eam[d] tibi hodie tripli- Prov. 22, 20.
citer ostendi'.

Hos ego[e] sensus, sagacissime naturalium rerum inquisitor et rationis cuiuscumque[f] causae devotissime investigator, domine mi David, vestrae auctoritati dirigere studui; non iactantiae[g] typo[h] elatus, sed humilitatis[i] officio devotus, vestris[k] sanctissimis paratus oboedire[l] preceptis. Et si dignum earum litterarum[m] vestris acutissimis[n] oculorum optutibus[o] invenire possis, gratias Deo omnium donorum[p] largitori mihi agendum scio. Si quid aliter meae[q] rusticitatis[r][3] penna perscripserit, mihi inputandum[s] esse fateor, vestraeque pietati[t] protegendum[u] et eximiae bonitatis calamo corrigendum[v].

Quapropter[w] et aliud opus vestrae benignissime dulcedini[x] direxi, contra adoptionis in Christo adsertores[4] etiam necdum natum nec in libelli nomen exploratum, sed in scedulis dispersum, donec vestrae bonitatis auctoritas audiat, quid placeat vel quid aliter sit, et remittat mihi, si dignum videtur, ut ordinetur in nomen libelli et dirigatur

---

a) inferrę *R.* b) *om. L.* c) in *L.* d) excogitarę *R.* e) tibi *L.* f) mundissimo *L.* g) Menacla *T;* Menalcha *L.* h) pristino *L.* i) granatici *R;* grammatici *L.* k) calculatorium pistillas *L.* l) matthem. *R;* matim. *T, L.* m) quoquinas *R.* n) *om. T.* o) pane *L, R.* p) saepe elongos *T, L.* q) mi *L.* r) tota *T.* s) ispsa Flaccum *L.* t) sapiencie diviciis *R.* u) subfultus *T.* v) pietas *T.* w) dici *L.* x) suadendo *T.* y) matimatica *T, L.* z) quodam *T;* quandum *L*(?) a) finis *L.* b) cum *R.* c) *om. L.* d) eam *bis scr. L.* e) ergo *L.* f) cuiusque *L.* g) iactantia *T, L.* h) typho *L.* i) humilitas *T.* k) vestrae *T.* l) obedire *L, R.* m) cursum *ex coniectura addidit J.* n) accutissime *T;* acutissimae *L.* o) obtutibus *R;* optibus *L.* p) donatorum *T, R; om. L.* q) me *T, L;* meę *R.* r) ruisti citatis *T.* s) putandum *T, L;* reputandum, *in marg. gl.* vel im- *R.* t) pietatis *T, L.* u) protegendo *T.* v) quas in aterius cartule distincte notavi *add. R.* w) Quapropter — emendentur *om. T, R.* x) dulcedinis *L.*

1) *Cf. Theodulfi Carmen ad Carolum M. v. 181—186 (Poet. Carol. I, 488, cf. p. 246. 362):*

Pomiflua solers veniat de sede Menalcas, *(Ecl. X, 20)*
Sudorem abstergens frontis ab arce manu.
Quam saepe ingrediens pistorum sive coquorum
Vallatus cuneis ius synodale gerit.
Prudenter qui cuncta gerens epulasque dapesque
Regis honoratum deferat ante thronum.

2) *Verg. Ecl. IX, 51—54* (Iam fugit ipsa), *cf. Alcvin. de orthogr. (Opp. II, 311), ubi eundem locum Vergilii laudat.* 3) *Cf. supra p. 210 n. 1.* 4) *Alcvini opp. ed. Frobenius I, 770 c. 37:* Hi vero adoptionis assertores; *l. VI c. 1 p. 838:* adoptionis vel nuncupationis in Christo assertores. *Librum dicere videtur, cui inscribitur* Contra haeresin Felicis *(Opp. I, 760—782).*

798 Mart. exeunte. foras ad legendum et tunc fiet quod pater Maro[1] de quodam libello suo, quem 'De pedagoga' praetitulatum invenimus, dixit, ad quem direxit in principio operis:

'Carmina si fuerint te iudice[a] [digna][b] coturno[c],
Reddetur titulus purpuriusque nitor'.

Ego vero Flaccus tuus vestre bonitati vobis primo omnium direxi, vestro iudicio relinquens, quid de eo fieri velis[d]. Hoc tantum deprecor caritatis obsecratione, quatenus inter familiares legatur aures[2] et diiudicetur, quid sit de illo agendum opusculo, iterumque mihi dirigatur secundum vestrum consilium, ut sciam vel quo nomine scribo vel cui adsignetur, et si alicubi erravi, patienter meum corrige errorem. Scriptorum vero vitia illis deputentur, tamen emendentur.

Has vero lunaris[e] saltus supputationes[3], quas[f] in alterius cartulae distincte[g] notavi, ut praedixi, alias[h] ex lectione[i] paternorum sensuum[k] scripsi, alias[l] ex rationis coniectura investigavi[m], alias[l] mathematicorum variis supputationibus[n] collegi[o]; ne ad vestrae venerandae dignitatis praecepta tacerem et criminis reus essem, si inoboediens[p] tantae[q] auctoritati[r] viderer. Sciens vos multoque[s] verius et sagatius[t] haec omnia intellegere et investigare posse, tamen Flaccina rusticitas[4] officia non abnegavit[u], ut facerem[v] quod iussistis; mercedem oboedientiae[w] expectans, non[y] iniuriam[z] reprehensionis sperans. Quia adsueta vestri cordis bonitas numquam inmutari potest, sed inviolata manet, et semper ad meliora proficiens, donec ad aeternitatis, domino deo Dei filio miserante, cum multiplici meritorum laude perveniat gloriam.

In articulo profectionis[a] servorum vestrorum et nostrae devotionis filiorum venerunt melliflui dulcissimae auctoritatis vestrae apices[5], in quibus rationabiliter ad Cant. 4, 11. inquisita nostrae parvitatis respondistis. Et quasi favum distillans[b], ita suavitatis vestrae verba legebam, in quibus et veritatem et hilaritatem agnovi. Et gratias agens Deo laudavi utrumque et sapientiae decorem et humilitatis vigorem, dum dignati fuistis nostrae rusticitatis cartulam audire, nec solum perlegere, sed etiam et respondere.

Etiam et illud amabiliter in illis bonitatis vestrae litteris scriptum repperi, quasi meis verbis dictum, qualiter regina Austri venisset audire sapientiam Salomonis; et quomodo adclamassem beatos esse, qui adsisterent sapientiae Salomonis. Et ex his verbis me ad hanc beatitudinem provocare voluistis[6]. Quod gratum habeo secundum valitudinem corporis mei, et Dei gratia[c] praeveniente et deducente me prospere ante conspectum[d] beatitudinis vestrae.

Tamen sciat[e] misericordia vestra, quod haec beatitudo, quam laudaverat regina Austri, non fuit in terra Philistinorum[f], sed in Hierusalem[g], id est in visione[h] pacis[7]. Ideo supplex deprecor, ut liceat[i] Flacco tuo ad hanc beatitudinem in terra pacis et laetitiae pervenire[k], non in terra dissensionis et belli[8]. Quid valet infirmitas Flacci inter

a) indicae *L.* b) *om. L.* c) conturno *L.* d) vellis *L.* e) lunares *T.* f) supputationis aliquas *T*; -es quasi *(in om.) L*; quas — notavi *om. hic R, cf. supra p. 233 lin. 39.* g) distinctu *coni. J.* h) alia *L*; *om. T*; alias ut pred. *R.* i) electione *L.* k) sensum *T, R*; suum *L.* l) alia *L.* m) investigari *T.* n) suspitionibus *T*; suplicionibus *L.* o) collexi *T, L.* p) oboediens *T*; obed. *corr. in* inob. *R.* q) tanta *T, L.* r) auctoritate *L.* s) multo *L.* t) sagacius *R, L.* u) obnegavit *T, L, R.* v) facerent *corr.* -ret *R.* w) obedientiae *L*; obedienciae *R.* y) non — sperans *in marg. suppl. R.* z) iuriam *L.* a) perfectionis *L*; profeccionis *R.* b) destillans *T.* c) graciam *R.* d) tum *repet. L.* e) *om. L.* f) Phylist. *R.* g) Ierusalem *L, R.* h) visio *L.* i) licead *R.* k) pervenere *L.*

1) *Cf. Aldhelm. Epist. ad Acircium (Opp. ed. Giles p. 232):* Virgilius item libro, quem Paedagogum praetitulavit, cuius principium est: Carmina si fuerint te iudice digna favore *etc. (secuntur tres versus)*; *Poetae lat. minor. ed. Baehrens IV, 161.* 2) *Cf. infra ep. 202:* nullatenus prius vel abiciatur *(sc. libellus)* vel in publicum proferatur, quam totus inter familiares personas vestrae auctoritatis examini perlegatur; *supra ep. 133 p. 200:* quod tantum inter familiares aures latitari velim. 3) *i. e. opusculum de saltu lunae, ed. Frobenius in Alcuini opp. T. II, 358.* 4) *Cf. supra p. 233 n. 3.* 5) *ep. 144 supra p. 228.* 6) *V. supra p. 230.* 7) *Alc. expos. in psalm. poenitent. (Opp. I, 354):* Ierusalem visio pacis interpretatur *(ex Isid. Etymol. XV, 1, 5).* 8) *non in Saxonia.*

arma? quid inter apros lepusculus? quid inter leones agniculus, in pace nutritus, edocatus[a], non in proeliis[b] versatus? Dum praecepta domini Dei habetis, timidus domi remaneat, ne faciat[c] alios timere[1]. Et Virgilius Augusto[d] scribens[2]: 798 Iun.

'tu sectaris apros, ego retia[e] servo'.

Hae preces, obsecro, veniant in cor pietatis vestrae, ut libeat vobis et liceat[f] mihi cum ramis[g] palmarum et pueris cantantibus occurrere[h] triumpho gloriae vestrae[3], et in[i] Hierusalem[k] optatae[l] patriae, ubi[m] templum sapientissimi Salomonis arte Deo construitur, adsistere amabili conspectui vestro et dicere: Benedictus dominus Deus[n], qui adduxit et reduxit[o] David dilectum cum prosperitate et salute ad servos suos.

146.

Alcvinus de Arnonis archiepiscopi Salisburgensis Roma reditu certior fieri cupit et de Sancto Paulo, de Avaria, de nobilitate Romana, de Graecorum superbia. Significat de suo itinere et de Hispanorum haeresi[4]. Iun. 798.

Codd. S fol. 195—195', S 1 fol. 104'—105' (S 1 fol. 5'—7), B fol. 75—76.*
Edd. M 2, B. Pez Thesaur. anecdotor. II, 1, 5, F 29, J 101. — Migne col. 190.

VENERANDO VOLUCRI ET VERE AMANTISSIMO AQUILAE ALBINUS SALUTEM.

Exspectans exspecto laetum audire nuntium, quando Aquila[a] sublime volans[5] Alpina iuga transcendat et fessus volatu[b] in Reciae partibus alas conponat suas; vel quid mihi nuntiet[c] de sancti Pauli[d] partibus[6] et Romanorum consiliis; et si fieri possit quod valde optamus Deo donante ut fiat. Quapropter precor[e] omnes aligeras[f] de caeleste sede descendentes[g] potestates, ut Aquilam meum[h] cito sanum cum omni prosperitate faciant[i] venire ad nos.

Nos vero velut[k] aestiva hirundo ad palatium[7] mense Iulio[8] properamus. Nescio de nostro itinere quid erit futurum: sive[l] circa Mosanas ripas liceat nobis sicut mergulis[m] pisces captare, an ad Ligerensem[n] fluvium revertere et ibi salmones natando

---

a) educatus *L.* b) preliis *R.* c) faciad *R.* d) agusto *L;* austro *R.* e) *om. L.* f) licead *R.* g) curamis *L.* h) occurre *R.* i) *om. T.* k) Ierusalem *L.* l) obtate *R.* m) ut *R;* et *T.* n) deo dominus *L.* o) et reduxit *om. T.*

146. a) aliqua *S;* aliqua *corr. in* aquila *S 1.* b) volato *S, S 1, B.* c) nuntiat *S 1, B;* nunciat *S.* d) sancto Paule *S 1;* sancto N. *B.* e) praecor *S.* f) alligeras *S, S 1, B.* g) discendentes *S.* h) meam *S, S 1.* i) faciat *S, S 1, B.* k) velud *B.* l) sive — colligere *om. B.* m) mergulos *S, S 1.* n) ad Ligerensem *scripsit J. pro* aligerensem *S, S 1.*

1) *Iudic. 7, 3:* Qui formidolosus et timidus est revertatur. *J.* 2) *Ecl. III, 75.* 3) *Cf. Versus ad Carol. imper. v. 79. 80 (Poet. Carol. I, 259):* Ut te suscipiat victorem Francia gaudens, | Obvia palmatis et manibus veniat. — *Rescribit Alcvinus uno tempore duabus Caroli epistolis, quibus ad duas Alcvini epistolas responsum erat. Et prior quidem Alcvini epistola ad mensem Novembrem anni 797. pertinet (ep. 126. supra p. 185), responsumque regis ad eandem epistolam non venerat Alcvino nisi* diu desideratum *(v. initium huius epistolae 145. supra p. 231). Posterior tempore dominicarum Septuagesimae Sexagesimae Quinquagesimae facta est idque anni proxime sequentis i. e. mense Februario anno 798. Nam cum utrumque Caroli rescriptum fere simul Alcvino allatum sit (v. supra verba haec:* 'in articulo profectionis servorum' *hanc epistolam 145, qua etiam priori Caroli rescripto respondetur auferentium venerunt auctoritatis vestrae apices i. e. posterior Caroli epistola 144 supra p. 228) et utramque Caroli epistolam et Alcvini epp. 143 et 145 ipso anno 798 formatas esse. J. Reditum vero regis e Saxonia iam ad festum paschale ab Alcvino exspectatum esse, ut Jaffeus censuit, minime probare possum, cum* tempore autumni *demum reversus sit.* 4) *Hanc epistolam anno 798. scriptam esse ostendam infra ad ep. 150 n. 3. J.* 5) *Aen. X, 662:* sublime volans. 6) *de ecclesia sancti Pauli cf. Sickel Prolegomena zum liber diurnus II, p. 30—31, infra p. 237 n. 1.* 7) *Aquisgranense (ut perspicuum est ex ep. 150) ad Carolum regem; cf. infra verba haec:* si sic placuerit — domno regi. 8) *De qua re cf. Annales Lauriss. et Einharto attributos 798, SS. I, 184. 185.*

798 colligere[1]. Tamen me spero usque ad Augustum mensem in his morari[a] partibus, si sic placuerit[b] Deo nostro et domno regi[c], et ibi praestolare[d], quid auditurus sim de Aquilae desiderato[e] adventu.

Et dum hanc perlegas cartulam[f], cito remitte alteram, ut sciam, quid acturus sit Aquila cum aviculis suis; vel quid Avaria[g] faciat vel credat; vel quid Romanorum nobilitas novi habeat adinventum[h] [2]; vel quid de Graeciae[i] sublimitatibus[k] audieras; et an aliquas sanctorum reliquias tecum adtulisses, quibus posses consolari[l] Albinum tuum[3].

Prospera donante Deo nobis sunt, nisi quod febris et infirmitas me fatigatum
1. Cor. 1, 25. habet. Tamen qui infirmior, fortior[m] erit iuxta apostolum[n]. Et saepe prodest infirmitas corporalis[o], ut fortitudo fidei crescat in anima.

Adhuc[p] se tota Spania errat in adoptione. Orate pro nobis, ut Spiritus sanctus paraclitus inspiret[q] animas servorum suorum ad defendendam[r] catholicae[s] fidei veritatem[4], quia tempus est, sicut legimus praedictum esse in libris sanctis.

Tu vero cum tuis semper sanam sequere doctrinam et catholicam[t] praedica diligenter fidem, ut aeternam mercedem cum multiplici fructu habere merearis. Vivas felix et gaudeas in Christi amore cum tuis omnibus, Aquila carissime[u].

147.

Angilbertus abbas S. Richarii Centulensis Arnoni episcopo Salisburgensi scribit de sua valetudine, de ecclesia S. Pauli et coenobio S. Stephani ei collatis, de monachis S. Amandi. Litteras poscit. Se regi post medium Septembrem obviam iturum esse. 798.

Cod. S fol. 197' [a].

Edd. Frobenius II p. 362, Jaffé Biblioth. IV, 365. — Migne CI, 1318.

CARISSIMO PATRI, FIDELISSIMO AMICO, DILECTISSIMO FRATRI MIHIQUE CUM NIMIO AMORE VEL HONORE NOMINANDO ILLO DEO DIGNO EPISCOPO EGO ILL. HUMILIS VESTERQUE IN CHRISTO FIDELISSIMUS FILIUS PER HOS APICES NOSTRAE PARVITATIS IN DEO PATRE ET DOMINO NOSTRO IESU CHRISTO OPTAMUS VOBIS ET CUNCTIS SANCTAE DEI ECCLESIAE FILIIS VESTROQUE SACRO REGIMINE SUBDITIS PRAESENTIS VITAE SALUTEM ET AETERNAE GLORIAE FELICITATEM.

Prospera nobis, carissime pater, per misericordiam Dei et per intercessionem[b] omnium sanctorum vestraque oratione iubante[5] esse scito; excepto quod infirmitas
2. Cor. 12, 9. mea, in qua secundum apostolum libenter glorior, magis ac magis adcrescere videtur. Pro qua etiam domnus rex in sua elimosina dimisit me ad monasterium ire, ut curam haberem Domino protegente infirmitatis meae.

Octava die antequam domnus rex pergeret partibus Saxoniae[6], venit Petrus cum epistola domni apostolici[7], in qua inter cetera legebatur, qualiter per semetipsum de

---

a) morare *S, S 1, B.* b) placuit *B.* c) rege *S, S 1, B.* d) praestolari *B.* e) desideratu *B.* f) cartolam *S, S 1, B.* g) avaritia *B.* h) adinventum *scripsit J. pro* adventu *S, S 1; cf. Isai. 3, 8:* Adinventiones eorum contra Dominum. i) Grecia *S, S 1;* Gretia *B.* k) solimitatibus *S, S 1;* suplimitatibus *B.* l) consolare *S, S 1, B.* m) forcior *S.* n) apostolo *S.* o) corporis *B.* p) Adhuc — adopt. *om. B.* q) inspirat *S 1, B.* r) defendendum *S, S 1;* defendam *B.* s) cattholicae *B.* t) catholica *S, S 1.* u) karissimę *B.*

147. a) *ad marg.* Item Angelbertus *S.* b) incessionem *S.*

1) *Cf. Poet. Carol. I, 491 v. 7:* Ligeri piscator in undis. 2) *contra Leonem III papam.* 3) *Cf. supra p. 37 n. 2.* 4) *contra Felicis epistolam.* 5) *i. e. iuvante.* 6) *Ante priorem a. 797. expeditionem Saxonicam die 28. Aprilis Aquisgrani apud Carolum regem fuisse scimus Angilbertum, v. Caroli praeceptum Mühlbacher n. 328. J. Anno 798. rex* aestivo tempore *in Saxoniam profectus est, cf. Mühlbacher Reg. p. 137.* 7) *Leonis III.*

ecclesia sancti Pauli[1] et monasterium sancti Stephani vobis ad partem regis vestisset. 798 ante Iul. med.
Unde domnus rex multum laetatus est; et nos, in quantum valuimus, laudantes bonitatem et fidem vestram gaudium regis auximus[a]. Scriptum est enim: 'Amico fideli Eccli. 6, 15.
nulla est conparatio'. Et item secundum eundem scriptum est: 'Amicus si permanserit ib. 6, 11.
fixus[b], erit tibi quasi coequalis et in domesticis tuis fideliter agit'. Et item: 'Amicus ib. 6, 16.
fidelis medicamentum vitae est'. Et item: 'Amicus fidelis protectio fortis: qui autem ib. 6, 14.
invenit illum, invenit thesaurum'. Sed secundum sapientes[2] talis amicus raro invenitur et difficile servatur. Nam et Pippinus[3] nobis repromisit, ut ipse pro hac causa intercedere debuisset. Missos praesentes, quaesumus, ut solita pietate suscipere dignemini.

Monasterium sancti Amandi cum fratribus sospes habetur[4]; orantes una nobiscum[c], qui te, carissime pater, ad profectum sanctae suae ecclesiae et ad gaudium nostrum longevis temporibus regere protegere atque custodire dignetur. Obnixis precibus deposcimus, ut per sanctos apices vestros nos cerciores de adventu vestro et de desiderabili prosperitate vestra et amabili felicitate reddere celerius studemini. Nos enim non putamus venire obviam domno regi, nisi post medium Septembrium.

Quid plura dicam? Deus mihi testis est, cum fideliter laborare cupio in vestro profectu, a quo labore Domino auxiliante diebus vitae meae numquam cessabo. Commendo me totum, carissime pater et fidelissime amice, in vestris sacris ac Deo dignis orationibus.

148.

Alcvinus Carolo regi de muneribus a Fredegiso allatis gratias agit. Solis per zodiacum cursum ad calculos vocat. De Felicis episcopi Urgellitani libello ad se misso significat; regemque ad illius haeresim oppugnandam accendit[5]. *798 ante Iul. med.*

Codd. T fol. 19—22' (T fol. 17—19), R (Vatic. 226) fol. 1—4, L fol. 148'—156', Luc. bibl. cap. 490*[a]. *Edd. Q 8, F 68, J 99. Excerpta huius epistolae ex cod. Lucensi edidit Mansi, Baluzii Miscell. (Lucae 1761) I, 421. — Migne col. 270.*

DEO DILECTO ATQUE DEO[b] ELECTO DAVID REGI[c] FLACCUS[d] IN FIDE ET CARITATE PERPETUAM[e] IN CHRISTO SALUTEM.

Dulcissima pietatis vestrae munera mihi Fredegysus[f], servolus[g] vester[6], adtulit. In quibus utrumque et dilectionem agnovi[h] in me et sapientiam consideravi[i] in te; quasi quodam modo quattuor dierum munera primordiales quattuor dierum creationes designarent[k].

---

a) ausimus *S.* b) fictus (r *supra* i) *S.* c) Deum *excidisse videtur. J.*

148. a) *Lemma:* Item ad domnum regem de cursu solis diligenter exquisita per singula signa *T;* Incipit epistulam Alcuini diaconi qui et Flaccus ad dominum Carolum qui et David *Lu.* b) a deo *R, Lu.* c) regis *Lu.* d) Flacus *R.* e) perpetuum *R.* f) Fredegisis *Lu;* Fredegissus *L.* g) serbolus *Lu.* h) dilectioni inveni *Lu.* i) considerabi *Lu.* k) Et ego Iacobus diaconus de has epistolam scarapsum tuli quę de aritmetica seu de astronomia pertinet vel ad bisextum *add. Lu.*

1) *Cf. supra p. 136 quae Carolus Angilberto de hac re scripsit:* Sed qualis mihi esset conlatio cum beato Adriano papa de construendo monasterio ad S. Paulum *etc. J.* 2) *Hieronymi ep. 3, ed. Vallarsius I, 13, cf. supra p. 49.* 3) *Caroli regis filius, Italiae rex 781—810, quem per totum fere annum 797. in Francia versatum esse intellegimus ex annal. Lauriss. 796 et 797 (SS I, 182). J.* 4) *Arnonem Salisburgensem episcopum (785—821) inde ab anno 782. monasterio S. Amandi Elnonensi praefuisse constat. Ideoque hanc epistolam ad eundem Arnonem episcopum missam esse planissime coniecit Frobenius, praesertim cum in Salisburgensi codice servata sit. J.* 5) *Hanc epistolam non ita longo tempore ante epistolam 149 scriptam esse facile cognitu est. J.* 6) *De Fredegiso in aula morante cf. p. 176 n. 2, epp. 154. 245. 251. 261, Theodulf. ad Carol. (Poet. Carol. I, 487) v. 175.*

798 Et quia prima die lux condita est, prima die[a] lucis materiam[1] ostendit mihi.
ante Iul. med. Secunda creator firmamenti pulchritudinem extendit inter aquas et aquas: secunda die
Gen. 1, 3. ib. 1, 6. in muneribus vestimenta sacerdotalia divisionem inter corpora sacerdotum et populi
ib. 1, 12. demonstrare cognovi. Tertia die terra cum ornamentis suis apparuit: tertia die auri
ib. 1, 16. lectissima[b] species, quae gremio eruitur terrae, directa est mihi. Quarta die sol, honor saeculi, cum sideribus caelo[c] inditus[d] est: quarta die clara[e] quaedam et rotunda[f] in similitudinem solis species[2], honor mensae, adlata[g] est mihi, habens viginti septem semicirculos[h] — qui si bis[i] ducantur, erunt quinquaginta quattuor propter horas lunaris cursus, quibus per singula[k] signa currere solet — habens circulum rotundum in medio, propter solis perpetuam rotunditatem.

De cuius cursu[l] praefatus[m] puer mihi retulit vestram inquirere sapientiam[n]: quomodo decem[o] horae et dimidia[3] singulis mensibus adcrescere soleant. Cuius rei subtilis[p] ratio est, sed vestrae sagacitati[q] perfacilis ad intellegendum.

Sol igitur primo anno post bissextum[r] in initio primae horae noctis intrat in Arietem, et post dies triginta et decem[s] semis[t] horas exiet[4] de Ariete: hoc est hora undecima[u] noctis trigesimae primae et secundo puncto. Et tertio puncto undecimae horae eiusdem noctis intrat in Taurum: et ibi moratur triginta dies et decem[s] semis horas; et exiet[v] de Tauro nona hora diei[w] plena. Et ibi[x] habes unam horam ex quattuor punctis in duobus signis: et fiunt duorum signorum sexaginta dies et viginti una hora. Et decima hora diei intrat in Geminos; et exiet de Geminis septima hora plena noctis, et duobus punctis octavae[y] horae. Et tertio puncto octavae horae noctis intrat in Cancrum; et exiet de Cancro sexta hora diei[z] plena. Et ibi habes secundam horam ex[a] quattuor punctis[b] duorum signorum; et fiunt in Geminis et Cancro dies sexaginta et horae viginti una. Habes[c] in his quattuor signis horas quadraginta duas et dies centum viginti[d]. Et intrat in Leonem septima hora diei; et exiet de Leone quarta[e] hora noctis et duobus punctis quintae[f] horae. Et tertio puncto quintae[f] horae noctis intrat in Virginem; et exiet de Virgine tertia[g] hora diei plena. Et habes unam horam ex quattuor punctis Leonis et Virginis; et habent sexaginta dies haec duo signa et horas viginti unam[h]. Et fiunt horum sex signorum dies[i] centum octoginta et horae sexaginta tres. Et fiunt, ut dixi, dies centum octoginta et duo; et tertius dies dimidius ex duodecim horis, et tres horae supra[k] quadrantiles[l]. Et intrat sol in Libram hora diei[m] quarta[n]; et exiet de Libra prima hora noctis[o] et[p] secundo puncto secundae[q] horae noctis. Et intrat in Scorpionem tertio puncto secundae[q] horae noctis; et exiet de Scorpione duodecima[r] hora noctis plena. Et habes unam horam ex quattuor punctis; et fiunt horum duorum signorum dies sexaginta et horae viginti una. Et intrat sol in Sagittarium[s] prima hora diei[t]; et exiet de Sagittario decima[u] hora diei plena et duobus punctis undecimae[v] horae. Et intrat in Capricornum tertio puncto undecimae[w] horae diei; et exiet de Capricorno hora nona[x] noctis plena. Et

a) de *R.* b) et *add. T.* c) caeli *R.* d) indutus *T*; indictus *Lu.* e) clalam *Lu.* f) rotundam *Lu.* g) allatus *Lu.*; allata *R.* h) semicirculis *R.* i) sibi *pro* si bis *R.* k) singulas *Lu.* l) cursum *T.* m) praefectus *T*; praefatus — vestram *om. Lu.* n) cupio *Lu.* o) decim *T, L, R.* p) ei (*pro* rei) subtili *Lu.* q) nunc (*pro* vestr.) sagagitati *Lu.* r) bisextum *Lu.* s) decim *T, L*; X *R.* t) serni *Lu.* u) decima *Lu.* v) oras et exies *Lu.* w) die *T, Lu.* x) *om. L.* y) octava *T.* z) die *R.* a) et *T, R, L.* b) punctos *T, L, Lu.* c) et habes *R, Lu.* d) viginta *T.* e) tertia *Lu.* f) IIIIe *Lu.* g) secunda *Lu.* h) una *T.* i) dies — ut dixi *om. R.* k) super *R.* l) quadrantilies *Lu.* m) die *T.* n) tertiam *Lu.* o) diei *codd., corr. Sickel.* p) *om. Lu.* q) primae *Lu.* r) XI *Lu.* s) sagittarum *T.* t) XII hora noctis *Lu.* u) VIIII[a] *Lu.* v) decimae *codd., corr. Sickel.* w) Xo *Lu.* x) septima *Lu.*

1) *oleum FROBENIUS.* 2) *scutula, ut videtur. J.* 3) *v. not. seq.* 4) *Beda de temp. ratione c. 16 (Opp. ed. Giles VI, 182):* singula vero signa sol tricenis diebus et denis horis ac semisse — perlabitur.

798 ante Iul. med.

habent haec duo signa dies sexaginta et horas viginti[a] unam[b]. Has adde ad suprascripta signa; et habes dies trecentos et horas centum[c] quinque. Et intrat sol in Aquarium[d] decima[e] hora noctis; et exiet de Aquario[f] hora septima[g] diei et secundo puncto horae octavae[h]. Et intrat tertio puncto octavae[h] horae[i] diei in Pisces: et exiet de Piscibus sexta[k] hora noctis plena. Et hae[l] sunt sex horae, quae de punctis singulorum signorum adcrescunt. Et[m] habent haec duo signa sexaginta dies et viginti unam horam[n]. Has adde ad suprascriptos dies vel horas; et[m] fiunt dies duodecim signorum trecenti sexaginta et horae centum viginti sex. Partire centum viginti[o] horas per viginti quattuor, et fiunt quinquies viginti quattuor, quod sunt quinque dies[p]. Et erunt totius anni trecenteni[q] sexageni et quinque dies et sex[r] horae; quia antea[s] habuisti centum viginti sex horas. Hae[t] sex horae[u] per quadriennium[v] ductae[w] faciunt viginti quattuor horas; quod est unus dies, quem Latini bissextum vocant. Et si non adderetur[x] in Februario quarto anno haec dies, intraret itaque sol quartas decimas Kal. Aprilis prima hora noctis in Arietem: et post centum viginti annos tarditas solis, dum Arietem intrare debuisset, intrasset itaque Taurum, ni[y] dies triginta in centum viginti annis bissextiles augerentur cursui illius[z].

Haec[a] et[b] huiusmodi rationes tam suavescunt[c] in[d] consideratione scientibus, ut[e] cetere[f] artes philosophiae[g] solent esse[h] discenti et intellegenti eas. Nam[i] philosophi non fuerunt conditores harum artium, sed inventores. Nam creator omnium rerum condidit eas in naturis, sicut voluit; illi vero, qui sapientiores erant[k] in mundo, inventores erant harum artium in naturis rerum; sicut de sole et luna et stellis facile potes[l] intellegere. Quid aliud[m] in sole et luna et sideribus consideramus et miramur[n] nisi sapientiam creatoris et cursus illorum naturales? Fertur itaque Abraham[o] patriarcha[p] ex astrologiae ratione[q] creatorem Deum intellexisse et venerasse. Et[r] exinde amicus Dei appellatus est, et temptatus in fide iam fortis inventus est. Nam dicunt Iac. 2, 23. Hebr. 11, 17.
Hebrei exisse[s] eum de Ur Caldeorum, id est de igne Caldeorum [1]; quia[t] Caldei ignem Gen. 15, 7.
pro Deo coluerunt.

Solebat magister meus [2] mihi saepius dicere: 'Sapientissimi hominum fuerunt, qui has artes in naturis rerum invenerunt. Obprobrium est grande, ut dimittamus eas perire diebus nostris'. Sed nunc pusillanimitas multorum non curat scire rationes rerum, quas creator condidit in naturis. Scis[u] optime, quam[v] dulcis est in rationibus arithmetica[w], quam[v] necessaria ad cognoscendas scripturas divinas: quam[v] iocunda est cognitio caelestium astrorum et cursus illorum. Et tamen rarus est, qui talia scire curet. Et quod peius est, reprehendunt[x] haec scire studentes.

Et utcumque illa[y] naturalium rerum ignoratio inculpabilis potuisset illis esse; si divinis se ipsos tradere voluissent scripturis, et laborare in illis, in quibus vitae aeternae cognitio consideratur, et ut potuissent fidem catholicam veraciter defendere et fiducialiter stare contra adversarios Christi, per quos multimodis diaboli astutia fidem catholicam

---

a) et unam *R.* b) una *T.* c) C et V *R.* d) aquarum *R.* e) VIII a *Lu.* f) aqua *T.* g) VI a *Lu.; octava T.* h) septime *Lu.* i) *om. T.* k) sex *T.* l) haec *T.* m) *om. Lu.* n) una hora *T;* hora *Lu.* o) CXXVI *Lu.* p) et VI horas *add. al. man. Lu.* q) tricenteni *R.* r) sextę *R.* s) quas ante *et in marg. gl.* vel quia *R.* t) has *T, R, Lu.* u) horas *T, Lu.,* horas *corr. in* horae *R.* v) quariennium *R.* w) duetas *T,* ductas *corr. in* ductae *R.* x) adderet *T.* y) ne *T, R et in marg. gl.* vel nisi *R.* z) bisextiles augentur cursu illius *Lu.* a) Hae *R.* b) in *T.* c) suaves sunt *R;* suabessunt *Lu.* d) et *T.* e) et *add. Lu.* f) cętaerę *R;* ceteres *Lu.* g) philosophyae *Lu.* h) esye *Lu.* i) Nam — intellegere *om. Lu.* k) fuerunt *R.* l) potest *R.* m) aliat *Lu.* n) miraramus *T;* miramus *R;* miseramar *Lu.* o) Abraam *Lu.* p) patriarcham *T, Lu.* q) rationem *Lu.* r) Et — conscientiam *(p. 240 lin. 5) om. Lu.* s) exsisse *T.* t) qui *T.* u) sanctis *R.* v) q̧ *R.* w) arthimetica *T.* x) repraehendunt *T.* y) illo *T.*

1) *Hieronym. de nominib. Hebraic. (Opp. III, 23):* Ur ignis. 2) *Aelberhtus (postea archiep. Eboracensis 767—778).*

798 ante Iul. med. inpugnare studet[1]. Et sunt modo tempora, de quibus beatus Paulus praedixit: 'Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis temporibus discedent[a] quidam a fide, adtendentes spiritibus erroris et doctrinis[b] daemoniorum: in hypocrisi loquentes[c] mendacium, habentes cauteriatam suam conscientiam[d]'. (1. Tim. 4, 1. 2.)

Si vis scire, quomodo adcrescant[e] singulis anni[f] diebus[g] solaris cursus decem[h] semis horae[i], multiplica decem[h] per decem[h], fiunt centum; quia una hora decem[h] habet minuta, decies vero decem[h] minuta[k] faciunt centum minuta[l]. Da unicuique diei[m] ex triginta diebus tria minuta, fiunt nonaginta minuta: et remanent decem[h] minuta. His adde quinque minuta, quae fiunt ex dimidia hora; et fiunt quindecim minuta. Haec partire per triginta. Faciunt[n] tricies dimidium minutum quindecim minuta. Et adcrescunt cotidie in triginta diebus tria minuta et dimidia pars unius minuti[o].

Et si scire vis, quantum cotidie crescat ad bissextum[p], partire quinque minuta in[q] triginta; fiunt sexies quinque. Sexta pars unius[r] minuti adcrescit cotidie, ut dimidia hora fiat per mensem[s] unum. Hanc dimidiam horam duc duodecies: et fiunt sex horae. Has multiplica in quattuor; quater sex faciunt viginti quattuor, quot[t] sunt horae unius diei; qui[u] per quadriennium adcrescit, ut bissextus fieri possit. Et[v] fiunt quarto anno trecenti sexaginta sex dies.

Qui senarius numerus multum valet in circulo[v*] anni. Nam trecenti sexaginta faciunt[w] sexies sexaginta. Qui[x] sexagenarius[y] si[1] per denarium partitur, invenies sexagenarium numerum per denarium esse perfectum, sicut senarius per unitatem[2]. Nam[z] unum[a] duo et tres sex faciunt; et est perfectus numerus in partibus suis: ita sexagenarius quandam perfectionem habet, si partitur per denarium numerum. Nam semel decem[b] et bis decem[h] et ter decem[h] sexaginta sunt. Nam quantum valet in primo versu numerorum senarius, ut perveniatur ad decem[h], tantum valet in secundo versu numerorum sexagenarius, ut perveniatur ad centum. Quinque vero dies, qui supersunt tricentenis sexagenis diebus in singulis mensibus, est sexta pars mensis uniuscuiusque. Sex vero horae, ex quibus quarto anno sexta dies adcrescit, habent perfectionem suam in partitione[c] senarii numeri, sicut paulo ante praefati[d] sumus. Et sicut creator aequissimus in sex diebus fecit omnia opera primordialis mundi, ut significaretur in perfectione numeri senarii omnia in naturis suis fecisse eum perfecta[3]. Et ille ipse creator magnus admirabilis perfectus est in natura sua, cui conplacuit[e] omnia in senarii numeri perfectione perficere. Unde et sexta die creatus est homo, perfectus anima et corpore: propter quem omnia creata sunt, quae sex diebus condita esse leguntur[f]. Unde et ipse Deus, Dei filius, qui est virtus et sapientia Dei, (Cf. 1. Cor. 1, 24.) sexta aetate mundi venit in mundum[4] salvare hominem, quem sexta die creavit[g]. Ita senarius numerus et in conditione primordialium creaturarum et in successione saeculorum, quae sex aetatibus cucurrerunt, et quod sexta aetate venit filius Dei humanum genus reparare ad pristinam dignitatem conditionis suae, multum valet[h].

a) discedant *R.* b) et doctrinis *om. R.* c) loquentium *T;* hipocrisi loquencium *R.* d) suam *iterum add. T.* e) adcrescunt *Lu.* f) annis *T, Lu.* g) mensibus *codd.;* diebus *corr. Sickel.* h) decim *T, R, Lu.* i) oras *T;* horas *R.* k) minutam *Lu.* l) *om. Lu.* m) die *T.* n) facit *R in ras.;* facies *Lu.* o) minuta *T.* p) bisextum *Lu.* q) in trig. *om. Lu.* r) sonius *Lu.* s) mensam *R.* t) quod *T.* u) *om. T, R.* v) nam *Lu. pro* Et — anno. v*) circulum *Lu.* w) fiunt *T.* x) Quis *Lu.* y) sexaienarius *R;* sexagent. *Lu.* z) Num *Lu.* a) uno *T.* b) X *R;* decim *T.* c) partionem *Lu.* d) praefacti *R;* praefecti *Lu.* e) placuit *R, Lu.* f) *hic finit Lu.* g) crevit *T.* h) suę. Multum valent tales raciones *R.*

1) *Cf. infra de Felice episcopo Urgellitano.* 2) *Cf. supra p. 201 n. 2.* 3) *Alcvini Commentar. in Ioh. l. V c. 28 (Opp. I, 579):* magna vero dignitas senarii numeri est in sanctis scripturis, et multa opera domini Dei nostri in senario numero perfecta esse demonstrantur, quia senarius numerus in seipso per suas proprias partes divisus vel coniunctus perfectissimus esse constat. 4) *V. Beda de temp. ratione (Opp. ed. Giles VI, 300); Expos. in psalm. poenitent. (Opp. ed. Frobenius I, 358).*

Tales rationes, ó dilectissime et dulcissime[a] David, vobis[b] mihi scribendae sunt — non rusticis quibuslibet — in quibus sapientiam tuam eruditam[c] esse scio et quae tibi placere omnino agnosco, ut gaudeat mens tua in rationibus rerum, sicut mea multum[d] gaudet tibi saepius talia dirigere[e]. 798 Iul. 22.

Benedictus dominus Deus in donis suis, qui tibi clarissimam divinae legis scientiam et iocundissimam naturalium rerum concessit cognitionem. Cuius ineffabili pietati nobis omnibus continue ex tota voluntatis intentione agendae sunt gratiae, quod talem nobis perdonavit dominum et rectorem. Et assiduis precibus illius piissima potentia postulanda est[f], quatenus longeva prosperitate et salute te nobis conservare dignetur, desiderantissime David[g].

Nuper mihi venit libellus a Felice[1] infelice directus. Cuius propter curiositatem cum paucas paginolas legendo percucurri, inveni peiores hereses vel magis blasphemias, quam ante in eius scriptis legerem[h]. Adserens Christum Iesum nec filium Dei esse verum nec etiam verum Deum esse, sed nuncupativum[2]; non intendens, quid praedicator egregius[i] de divinitate Christi ait: 'Quorum patres, ex quibus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in saecula'. Et spero plura ibi inveniri[k] posse, quae fidei catholicae adversari videantur[3]. Si nihil aliud inveniatur contra fidem catholicam, hoc solum sufficit sibi ad perditionem sui. Vae mundo a scandalis. Ecce qui adoratur ab angelis in caelis, negatur in terris ab hominibus verus esse Deus. Rom. 9, 5. Matth. 18, 7. Cf. Hebr. 1, 6.

Huius vero libri vel magis erroris responsio multa diligentia et pluribus adiutoribus[l] est consideranda. Ego solus non sufficio ad responsionem. Praevideat vero tua sancta pietas huic operi tam arduo et necessario adiutores idoneos; quatenus haec impia heresis omnimodis extinguatur, antequam latius spargatur per orbem christiani imperii, quod divina pietas tibi tuisque filiis commisit regendum atque gubernandum. Surge, vir a Deo electe[m], surge fili Dei, surge miles Christi, et defende sponsam domini Dei tui. Cogita de sponsa tua, si quis eam exhonorare velit: quam pacienter tuus hoc sufferat inimicus. Considera quoque, quod iniuria filii tui in te perveniet; quomodo non multo magis iniuria et obprobrium filii Dei salvatoris tui, protectoris tui, largitoris[n] omnium bonorum[o] totis viribus vindicanda est tibi. Sta viriliter pro ea, quam accepisti a Deo tuo regendam et conservandam; quatenus potentia saecularis tibi proficiat in spiritalis gloriae divitias.

149.

Alcvinus Carolo regi respondet se cantum militarem, quem expetierit, facturum esse. De Martis stella in conspectum reversa. Gaudet, quod Felicis episcopi Urgellitani libellum refelli cupiat; sed Leonem III papam, Paulinum patriarcham Aquileiensem, Richbodonem Treverensem, Theodulfum Aurelianensem episcopos eius rei participes esse vult. De feminae cuiusdam quaestionibus. Petit, ne litteras suas reprehensoribus tradat. Sperat fore, ut rex citius e Saxonia revertatur. *798 Iul. 22.*

---

a) et dulcissime *om. T.* b) que vobis *R.* c) eruditatem *R.* d) que *add. R.* e) dirigetur *R.* f) postolanda *T* est *del.* g) *Hic est finis epistolae in R.* h) *an* legeram? *J.* i) aegregius *T.* k) inveuire *T.* l) iutoribus *in litura T.* m) electo *T.* n) *sequitur* tu *in T.* o) tibi *add. T.*

1) *episcopo Urgellitano, cf. Adv. Elipand. l. VI (Opp. I, 838):* Felix infeliciore audacia. 2) *Advers. Felic. l. I c. 1 (Opp. I, 789):* Nec sibi sufficiebat tantummodo Christum . . negare proprium esse filium Dei, sed novo et inaudito sanctae Dei ecclesiae nuncupativum Deum nominare illum non timet. 3) *Cf. infra ep. 202:* in quo multa inveniuntur non catholico stilo exarata, sed contra veritatem apostolicae fidei inaniter desudata.

798 Iul. 22. *Codd. T fol. 7'—10, ubi haec epistola nonnullis locis truncata est (T* fol. 6'—8), K 1 fol. 24—26, K 2 p. 68—74, A 1* p. 94—97 n. 60*[a].

Edd. C 11, Q 4, F 69, J 100. — Migne col. 274.

DOMINO DULCISSIMO ET VERE[b] DILECTISSIMO DAVID MAGNIFICO ATQUE A DEO CORONATO REGI FLACCUS, VETERANUS MILES, PERPETUAM SALUTEM.

Laetissima mihi litterarum vestrarum cartula[1] occurrit, febricitantem[c] refocilans, dormientem resuscitans, immo et inertiae[d] morbo torpentem ad antiquas studens reformare vires.

Et dulcem versificationis melodiam inter horribiles armorum strepitus et inter[e] raucos tubarum sonitus[2] ammonuit miscere, quatenus truces animorum motus aliqua musicae suavitatis melodia[f] mulcerentur. Etsi vestrae mentis[g] nobilissima stabilitas in una eademque soliditatis arce[h] perpetualiter permaneat et in medio aequitatis[i] libramine[k] inconcussa[l] fortitudine vigeat, tamen, ut puerorum saevitia vestrorum[m] cuiuslibet carminis dulcedine mitigaretur, voluistis[n].

Etiam et[o] hoc ipsum sapientissimo consilio praevidistis[p]. Quia saepe iratae mentis asperitas salubris consilii non invenit effectum[q]; sicut assidua quoque mollities[r] animi enervare solet fortitudinem. Sed inter[s] haec morborum genera medio tramite prudens temperamentum consistit: inde tumentem furorem mitigans, hinc desidem animum erigens; et via regia in pacis consilio cuncta conponit. Quod militantibus virtutis genus maxime necessarium esse in antiquis historiarum[t] libris legimus, ut cuncta sapiens temperantia[u], quae agenda sint[v], regat atque gubernet[w]. Nam tria videntur in hoste[x] consideranda: virtus, dolus, pax. Primo[y], an publica virtute vinci valeat adversarius. Sin autem[z], ad fraudes et[a] ingenia doli[b] res referenda sit[c]. Et si nec[d] hoc proficit, tunc pacis consilio inimicitiarum odia esse delenda videntur[e]. Tamen si inmites animos aliquid Flaccina valeat fistula mulcere, omni sollicitudine esse reor secundum oportunitatem temporis et personae perficiendum.

Ego vero Flaccus tuus interim vado perficere fideliter cum omni instantia, quod vestra dulcissima auctoritas mihi per Magamfredum[f][3], fidelem[g] vestrum, demandare voluit. Et sciat[h] certissime[i] bonitas vestra, quod nullus maius desiderium habet, sicut iustum est, vestri auxilii supplementum[k] implere. Igitur amicus dicitur quasi animi custos[l][4], id est qui animum amici sui cum omni sollicitudine[m] fidei studet[n] custodire

---

a) *Lemma:* Item ad domnum regem de Martis stella et quibusdam questionibus *T;* Item alia *K 1;* Item ad eundem *A 1**. b) vero *K 2.* c) febricitatem *K 2.* d) *corr. in* inerti *T;* inarcia *K 2.* e) tantos *add. K 1.* f) melodie *K 2.* g) mentisq; *K 2.* h) archacę *K 2;* archę *T**. i) mediocritatis *K, A 1* pro* medio aequitatis. k) libramina *K 1;* liberamina *K 2.* l) incussa *K 2.* m) nostrorum *A 1**. n) voluisti *T.* o) in *T.* p) praevidisti *T, K 2.* q) affectum *K 2.* r) mollicias *K 2.* s) in *K 1.* t) storiarum *K 2.* u) temporantia *T.* v) sunt *K 1, A 1**. w) adque gubernat *K 2.* x) oste *K 2;* necessaria *add. K 1, A 1*, corr.* in -o *A 1**. y) Primum *K 1, A 1**. z) minus *A 1**. a) *om. A 1**. b) dolo *K;* et dolos *A 1**. c) est *T.* d) et sine *T, K 2.* e) videtur *K 1.* f) Magenfridum *K 1;* Magenfredum *K 2;* Mangefredum *A 1**. g) fidem *A 1**. h) si ad *K 2.* i) certissima *K.* k) subblem. *K 2.* l) aequus vel custos *K 1, A 1**. m) sollicidud. *K 2.* n) studat *K 2.*

1) *Haec Caroli epistola (quae evanuit, cuius argumentum vero ex hoc Alcvini responso facile cognoscitur) in Saxonia scripta erat ante medium mensem Iulium 798; cf. epp. 146 supra, 153 infra. J.* 2) *Georg. IV, 71:* aeris rauci canor . . *72:* sonitus tubarum. *Annales Lauriss. 798:* Sed in ipso paschae tempore *(8. Apr.)* Nordliudi . . . seditione commota, legatos regios . . . conprehendunt; quosdam ex eis statim trucidantes . . . Rex, collecto exercitu, de Haristelli ad locum qui Minda dicitur, perrexit; et consilio facto, inde in desertores arma corripuit et totam inter Albim et Wisuram Saxoniam populando peragravit. Nordliudi contra Thrasiconem ducem Abodritorum et Eburisum legatum nostrum commisso proelio, acie victi sunt. Caesa sunt ex eis in loco proelii quattuor milia; ceteri qui fugerunt et evaserunt, quamquam multi et ex illis cecidissent, de pacis conditione tractaverunt. Et rex, acceptis obsidibus *cet. Cf. Annales Einharto tributos 798, Lauresham. 798. J.* 3) *arcarium regium, v. ep. 111 supra p. 159.* 4) *Isid. Etymol. X cf. supra p. 141 n. 6.*

798 Iul. 22.

integrum, quatenus nullatenus sacrum amicitiae ius[a] alicubi violetur. Et hoc rari sunt qui intellegunt. Pene unusquisque secundum animi sui qualitatem, non [ad[b]] alterius animi, qui amicus est suus, satisfactionem amicitiam[c] custodire quaerit. Et si hoc in amico[d] et coaequali diligenter observari debet, ut inviolata animi integritas permaneat illius, quanto magis in domino et in tali persona, qui suos subditos omni honore exaltare et gubernare amat? Veterum[1] itaque proverbialis[e] fulget sententia: 'Amicus diu quaeritur, vix invenitur, difficile servatur'; et in sancta[f] scriptura: 'Amico fideli Eccle. 6, 15. nulla est comparatio'.

Nunc igitur, quam diu quaesivimus, inter Martia tela[2] Martis stella subito effulsit[3]. Quam[g] sol diutissime tenuit, sed Nemei Leonis terrore reliquit[h][4]; qui ob memoriam Herculeae[i] fortitudinis caelo inditus[k] esse refertur. Traditaque est Cancro[l] per bimenstres[m]. Et diverso [sol[n]] pergens itinere retrogradam cito illam erit facturus. Addidit se quoque splendida facie Canicula; medicis praemia exspectantibus multum amabilis[5]. Cur[o] vero tanto tempore sol eam habuisset absconditam, causa est, ut veteres voluerunt, radiorum solis; qui, ut fertur, inaequales planetarum[p] cursus efficiunt. Et ideo forte errantes dicuntur[6], quia certum semper et unius[q] modi cursum non habere noscuntur. Quod si ita est, ut aliquibus placet calculatoribus, dicant Aegyptiaci pueri[7]: cur[r] sol et luna inter eas numerentur, dum certos utrumque habet sidus cursus in annis mensibus diebus horis atque momentis. Non enim errant[s] in eo, ut aiunt, quod contra caelum ire videntur, dum certissimis peragunt temporibus sui cursus metas: sicut quinque stellarum cursus saepissime inordinate[t] per zodiaci circuli latitudinem vel errando vel stando vel retrocurrendo feruntur.

De libello vero infelicis non magistri sed subversoris[8] placet mihi valde, quod vestra sanctissima voluntas et devotio habet curam respondendi ad defensionem fidei catholicae.

Sed obsecro, si vestrae placeat pietati: ut exemplarium illius libelli domno dirigatur apostolico, aliud quoque Paulino patriarchae[9]; similiter Richbodo[u][10], et Theo-

---

a) eius *K 2.* b) ad *addidit J.* c) amicitiae *K 1, A 1**. d) animo *T.* e) proverbiales *K 2.* f) sacra *T**. g) quem s. diud. *K 2.* h) . . . . d *T;* liquid *K 2.* i) herculae *T;* herculiae *K 1;* erculiae *K 2.* k) indutus *T**. l) crancro *T.* m) per bi mens *K 2; sequitur in K, A 1** dierum (hic *K 2, A 1**) multum dimisimus*; om.* et diverso — parvum interrogavit *(p. 244 lin. 26).* n) sol *addidit J.* o) Quur *corr. in* Qur *T, corr.* cur *T**. p) planaetarum *T**. q) uanus *T**. r) *corr.* cur *T**. s) erant *T**. t) inodiate *T**. u) Richbono *T**.

1) *Hieronymi, cf. supra p. 237 n. 2, Praecepta vivendi v. 60 (Poet. Carol. I, 277):* Difficile invenies verum fortassis amicum. 2) *Verg. Ecl. IX, 12:* tela inter Martia *v. supra p. 242 n. 1.* 3) *Annales Lauriss. (SS. I, 184) 798:* Hoc anno sidus, quod dicitur Martis, a superioris anni Iulio usque ad huius anni Iulium nusquam in toto caelo videri potuit. 4) *Cf. Isid. Etym. III, 70, 27. Beda de temporum ratione c. 16 (Opp. ed. Giles VI, 179):* Singuli autem menses sua signa, in quibus solem recipiant, habent: — Iulius Cancri, Augustus Leonis — singula quaeque signorum medio suo mense terminentur, a medio priore sumant exordium. Quartum Cancri *(signum)* ab ea *(caeli parte)*, quam in medio lustrat Iunii, facit principium ortus . . . Quintum Leonis signum a parte, qua sol in medio Iulii — circumagitur, inchoat oriri. *Beda de natura rerum cap. 17 (Opp. ed. Giles VI, 108):* Singulis autem signis XXX partes, ternae vero decades deputantur, eo quod sol XXX diebus et decem semis horis illa percurrat, a medio mensis, id est XV Calendarum die semper incipiens. *In multis calendariis etiam medii aevi ad* XV Kal. Iulii *(17. Jun.) reperiuntur verba haec:* Sol in Cancrum, *ad* XV Kal. Aug. *(18. Jul.) haec:* Sol in Leonem. *Itaque ex Alcvini relatione, a sole Martis stellam Leonis terrore relictam esse, perspicimus, medio mense Iulio i. e. circiter die 18. Iulii 798. stellam illam in conspectum rediisse. Hanc vero epistolam* mox postquam ab Alcvino visa est *stella, missam esse, fidem facit ep. 155 infra. J.* 5) *Cf. Isid. Etym. III, 70, 15.* 6) *Isid. Etymol. III, 66:* Quaedam stellae ideo planetae dicuntur, id est errantes, quia per totum mundum vario motu discurrunt. 7) *De ioculari hoc cognomine, mense Martio 798. primum adhibito, v. ep. 145 supra p. 231. 232. J.* 8) *Felicis episcopi Urgellitani; de quo libello v. epp. 145. 148 supra pp. 233. 241.* 9) *Aquileiensi.* 10) *Treverensi.*

798 Iul. 22. dulfo[a][1] episcopis doctoribus et magistris, ut singuli[b] pro se respondeant. Flaccus vero tuus tecum laborat in reddenda[c] ratione catholicae fidei[d]. Tantum detur ei spatium, ut quiete et diligenter liceat illi cum[e] pueris suis considerare patrum sensus; quid unusquisque diceret de sententiis, quas posuit praefatus subversor in suo libello. Et tempore praefinito a vobis ferantur vestrae auctoritati singulorum responsa. Et quicquid in illo libello vel sententiarum vel sensuum contra catholicam fidem inveniatur, omnia catholicis exemplis destruantur[f]. Et si aequaliter et concorditer cunctorum in professione, vel defensione catholicae fidei resonant scripta, intellegi potest, quod per omnium ora[g] et corda unus loquitur spiritus; sin autem diversum aliquid inveniatur in dictis vel scriptis cuiuslibet, videatur, quis maiore auctoritate sanctarum scripturarum vel catholicorum patrum innitatur; et huic laudis palma tribuatur, qui divinis magis inhaereat testimoniis.

De quaestionibus vero, quae[h] filia mea, famula vestra fidelissima[2], interrogavit, non ordinatim recolo; nisi quod de psalmis[i], quos vespertina praesentis diei[3] in capella cantavimus hora, ut aestimo, interrogavit. De eo itaque primum, ubi ait propheta: Ps. 115, 11. 'Omnis homo mendax': quomodo ille homo mendax sit, qui numquam loquitur, sicut ib. 12. infantes et muti? Et iterum: cur[k] dixisset in eodem psalmo: 'Quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit[l] mihi'? Quid esset, quod retribuit nobis Dominus? utique Ps. 120, 6. bona pro malis nostris. Item quaedam de luna interrogavit ex eo versu, ubi ait: 'Per diem sol non uret te neque luna per noctem'. Et inde de natura lunae aliqua[m] addidit interrogare: si frigidae esset naturae, quomodo ureret? Quae omnia vestrae sapientiae nota esse non dubitamus. Ideo non est opus nunc mihi interpraetationes harum exponere interrogationum.

Fuit quoque nobis sermo de columnis, quae in opere pulcherrimo et mirabili ecclesiae, quam[n] vestra dictavit sapientia, statutae sunt[4].

De Donato quoque nescio quid parvum interrogavit.

Quod vero sanctissima vestra benivolentia nos ammonere curavit Aegyptiacum puerum percūnctare[o] de inmutandis[p] quibusdam supputationibus decem[q] horarum vel quadrantilis[r] supputationis[5], omnino gratissime accepit animus meus; ut liceat interrogari[s] a nobis[t] ignorata vel per vos corrigere errata. Nam inter familiares personas[6] et sacra caritatis nomina observari debet, ut in litteris discurrentibus magis emendatio sonet quam reprehensio. Eo modo omnes discere intellegere et ad veritatis viam pervenire valent[u]. Equus, quattuor habens pedes, saepe cadit; quanto magis[v] homo, unam habens linguam, per vices cadit in verbo? Nec me piget percunctare[w], audire, consentire veritatis rationibus[x]. 'Nulla aetas', ut ait comicus[y][7], 'sera debet esse ad discendam sapientiam'[z]. Quapropter quaero et quaerens[a] diligenter audire cupio: quid sit inmutandum in supputationibus decem[b] horarum[c] et dimidia[d] per singulos menses? quid contra rationem naturae inveniatur in supputatione, quam cartula nostra[8] vestrae

a) Teudulfo *T**. b) singulis *T**. c) -do *corr.* -da *T**. d) fidaei *T*. e) *om. T**. f) distruantur *T*. g) hora *corr. in* ora *T*. h) *an* quas? *J*. i) palmis *T, post corr.* psalmis *T**. k) quur *corr.* cur *T**. l) *corr.* retribuet *T**. m) aliquit *T**. n) quem *corr. in* quam *T*. o) percunctari *K 1. A 1**; percunctere *K 2*. p) administrandis *K, A 1**. q) decim *T, K 2*. r) quadrantis *K 1*; quadrantelis *K 2*; quadrantalis *A 1**. s) interrogare *A 1**. t) vobis *T*. u) valeant *K 1, corr. in* valent *T**. v) maius *K 2*. w) percuntare *T*; percunctari *K 1, A 1**. x) rationi *K, A 1**. y) amicus *K 1*. z) sabienc. *K 2*. a) quaeras *K 2*. b) decim *T, K 2, post corr.* decem *T**. c) or. *K 2*. d) dimedia *T*.

1) *Aurelianensi.* 2) *an Liutgarda regina?* 3) *die dominica, cf. Alc. opp. ed. Frobenius II, 53, i. e. si Sickelium ducem sequimur, die 22. mensis Iulii.* 4) *Cf. Einharti vit. Caroli cap. 26:* plurimae pulchritudinis basilicam Aquisgrani exstruxit .... Ad cuius structuram cum columnas et marmora aliunde habere non posset, Roma atque Ravenna devehenda curavit. 5) *ab Alcvino factae in ep. 148 supra p. 238.* 6) *Cf. infra ep. 202:* inter familiares personas. 7) *Hunc locum in Terentio non inveni.* 8) *ep. 148 l. l.*

direxit auctoritati. Nisi forte notaria manus verba syllabas[a] vel literas inmutasset. 798 Quod saepe evenire solet non solum Latinis, sed etiam Aegyptiacis pueris; sicut in paullo ante Aug. 4. priore cartula nostra[1] de saltus diminutione[b] per vestram devotissimam inquisitionem factum esse cognovi. Et ita error scribentis quodammodo dictanti deputabitur[c].

Sed obsecro, ut piissima bonitatis[d] vestrae sapientia meum magis emendare curet errorem, quam scripta parvitatis meae in manus mittere reprehendentium. Sunt[e] enim qui sibi laudem quaerunt ex alterius reprehensione[2]. Et haec est infirma laus et non valde laudabilis. Melius est amicum emendare quam reprehendere; sapienter[f] se ostendere[g] quam mordaciter alterum notare. Numquam scripsissem talia, si vestram[h] bonitatem nostrae insipientiae[i] defensorem vel emendatorem esse non crederem[k].

Quod vero de sola Martis stella modo evenit, hoc et de omnibus quinque stellis errantibus in his partibus saepius solet evenire: ut diutius abscondantur, quam regularis pagina veterum[l] decantat. Et forte non aequaliter nobis in his partibus borialibus conversantibus ortus et occasus siderum evenit, sicut illis, qui in orientalibus vel meridianis partibus mundi morantur, ubi maxime fuere magistri, qui nobis rationes et cursus caeli et stellarum ediderunt. Nam multa ex locorum diversitate, sicut vestra optime novit sapientia, inmutantur. Nunc itaque, ut praediximus, vestrum servitium[3] satis fideliter implere festinamus; deprecantes quoque domini Dei nostri clementiam, ut citius vos cum honore et laude faciat reverti[4] subiectis[n] omnibus inimicis nominis domini nostri Iesu Christi, qui te ubique regat et custodiat et victorem faciat omnium inimicorum tuorum, seu visibilium seu invisibilium, quatenus cum corona gloriae multis feliciter regnaturum[o] annis ad regnum aeternae beatitudinis pervenire cum fidelibus suis concedat[p].

150.

Alcvinus Arnonem archiepiscopum Salisburgensem revertentem videre cupit. De suo itinere exponit. *798 paullo ante Aug. 4.*

Codd. S fol. 196'—197, S 1 fol. 107—108 (S 1 fol. 8—8'), B fol. 77'—78'.*
Edd. M 4, Bern. Pez Thes. anecd. II, 1, 7, F 52, J 102. — Migne col. 235.

DILECTISSIMO PATRI AQUILAE TRANSALPINO ALBINUS MAGISTER SALUTEM.

Gaudeo, quod vel aliquam famam de vestro adventu audivi; multum cupiens vestrae beatitudinis[a] faciem videre et optatam audire loquelam[b]; simul et de prosperitate domni apostolici[5] agnoscere; et quid in illis partibus gestum sit; et quomodo legatio vestra vobis evenisset; et si sancti Pauli causa ad profectum fieri possit[6]. Haec omnia per velocem nuntium mihi demandare curam obsecro habeas.

Secundum quod iter meum dispositum habeo, volente Deo die sabbati proximo,

---

a) sillabas *T**. b) deminutione *K 1*. c) -batur *K 2*. d) bonitas *T**. e) sint *K 2*. f) sapientes *K 1*; sabienter *K 2*; sapientem *A 1**. g) ostare *K 2*; ostentare *A 1**. h) vestrae bonitati *K 1*; vestra bonitate *K 2*. i) inscientia *K 1*; insciencie *K 2*; inscitiae *A 1**. k) *Reliqua om. K, A 1**. l) veterem *T*. n) subiectus *corr. in* -tis *T*. o) regnaturus *T*. p) conceuat *T*.
150. a) beatutudinis *S*. b) loquellam *S, S 1*.

1) *ep. 126 supra p. 185.* 2) *Cf. infra epp. 202. 214.* 3) *Alcvino delatum per Magenfredum camerarium, cf. supra p. 242.* 4) *e Saxonia. His verbis comperimus medio mense Iulio Alcvinum Caroli reditum iam sperasse.* 5) *Leonis III.* 6) *Hoc initium si cum initio ep. 146 supra p. 235 comparatur, minime obscurum est duas has epistolas praeclare inter se cohaerere.*

798 id est [II[a]] Nonas Augustas[1], ad monasterium Sancti Amandi[2] habemus dispositum venire: et ibi die dominica[3] stare: et tunc ad Baralla[b][4] villam nostram quattuor aut quinque dies remanere[c], non longe a Sancto Amando, sed quasi quinto decimo miliario; et sic ad Causiaco[5] pervenire et ibi ebdomada stare; et sic ad Sanctum Lupum[6].

Inter haec loca Deo propitio habes me totum Augustum et aliquam partem Septembri mensis. Si ullatenus possis inpetrare, ut nostrum fiat conloquium, interim dum in proximo erimus, remanda mihi, et quantos dies debeam te expectare[d]. Quia non habeo in istis partibus aliquid, ubi expectare[d] possum, propter inopiam rerum. Quia, quicquid ibi fuit, anno praeterito omnia amici nostri consumpserunt bene facientes et familiariter utentes rebus nostris. Et quo[e] citius[f] possint litterae vestrae ad nos venire, festinanter legatus currat, ut nos in proximo repperiat.

Si rex vos iubeat in palatio[7] stare, non contradicit tibi Liutgardis[8] et infantes, ut ad nos venias. Quia illae iturae[g] sunt ad Niviella[9], ut ibi missam sanctae Mariae[h][10] agant.

Veni, veni festinanter, si Deo placeat et sancto Martino et sancto Amando, ut nos videamus. Nullatenus voluissem longius ire, antequam tuae beatitudinis faciem viderem.

Manda[i] vero per nostras curtes: quicquid ibi erit, omnia tibi parata erunt.

Multum gaudeo de vestro conloquio, quia nescio, quando[k] erit, si nunc non erit.

Feliciter lege et prospere veni, pater optime et amice fidelissime et in Christo carissime.

151.

Angilbertus abbas S. Richarii Centulensis Arnoni archiepiscopo Salisburgensi respondet. Valetudinem eius miseratur. De Caroli regis itinere. Rem eius sibi curae esse. 798.

Codd. S fol. 198 (B fol. 50'—51).

Edd. Frobenius II, 563, Jaffé Biblioth. IV, 368; Formulae ed. Zeumer p. 450 n. 52. — Migne CI, 1319.

---

a) II *addidit J. v. not. 1.* b) Barallam *B.* c) manere *B.* d) exspectare *S.* e) quo *scripsit J. pro* quam *codd.* f) cicius *S.* g) ituri *B, S 1.* h) Mariae *om. B.* i) Manda — erunt *om. B.* k) qūo *B.*

1) *Ex verbis his:* die sabbati proximo, id est Nonas Augustas *facile perspici censebant viri docti, epistolam hanc ad a. 797. pertinere, quippe quo anno dies 5. Augusti in sabbatum ceciderit. Neque vero anno 797. Arno Romae fuit sed anno 798. Legimus enim in Ann. Iuvar. maior. (SS. I, 87) 798:* domnus Arn episcopus cum magna legatione ad Romam et ibidem a Leone papa ... archiepiscopus constituitur; *item in Ann. Iuvar. min. 798 (sic est in ipso codice, non 797, ut perperam habetur in SS. I, 89):* Arn episcopus et multi alii cum eo missi in Roma et ibi pallium suscepit; *Ann. S. Emmer. Ratispon. 798 (ib. 93):* Arn archiepiscopus factus est; *pallium autem Arnoni die 20. Apr. 798. a Leone papa tributum esse scimus (v. Regesta pontt. Rom. n. 2498). Ex quo intellegi debet et Arnonem, ineunte anno 798. Romam profectum, exeunte fere mense Iulio in Germaniam rediisse (v. supra verba haec:* famam de vestro adventu) *et mendosa illa verba ita corrigenda esse:* die sabbati proximo, id est II Nonas Augustas. *J.* 2) *Elnonense. In epistola 146 p. 235 scripserat Alcvinus:* se ad palatium m. Iulio properare *nec scire de suo itinere:* sive circa Mosanas ripas liceat sibi ... pisces captare an ad Ligerensem fluvium ... revertere; tamen se sperare usque ad Augustum m. in his morari partibus. *Hac epistola, intra dies 29. Iulii — 4. Augusti scripta, significat se iturum esse per coenobium Elnonense et Causiacum et S. Lupi monasterium. Ergo haec itineris ratio demonstrat, palatium illud Aquisgranense fuisse. J.* 3) *Aug. 5.* 4) *Baralle, ab Atrebato inter orientem et meridiem.* 5) *Choisy-au-Bac, a Compendio ad orientem.* 6) *coenobium S. Lupi Trecense, cf. infra p. 248, n. 4.* 7) *Aquisgrani, ubi Carolum, e Saxonia a. 798. reversum, permansisse scimus usque ad dies paschales anni 799. J.* 8) *regina.* 9) *ad parthenonem S. Gertrudis Nivellensem (Nivelles a Bruxellis ad meridiem).* 10) *diem 15. Aug. (vel 8. Sept.). Putavit igitur Alcvinus Arnonem medio fere mense Augusto (vel Septembri) Aquisgranum venturum esse. J.*

CARISSIMO PATRI MIHIQUE CUM NIMIO HONORE VEL AMORE NOMINANDO NOM. EPISCOPO EGO ILL.[a] FIDELISSIMUS FILIUS VESTER PER HOS APICES IN DEO PATRE ET DOMINO IESU CHRISTO OPTAMUS VESTRAE PATERNITATI SEMPITERNAM SALUTEM. 798

Gratiarum actiones[b] vestrae almitati devota mente persolvimus pro omni bonitate, quae erga nostram parvitatem vestra sanctitas incessanter inpendere dignatur; maxime pro sacris orationibus vestris, quas pro nobis Domino fundere, ut confidimus, non dedignamini. Mellifluos apices vestros et omni honore dignissimos suscepimus. Quos perlectos ex parte nos laetificaverunt et ex parte tristes reddiderunt, eo quod eis indicantibus vestrum intelleximus laborem de infirmitate corporis vestri[1]. Sed quid melius nisi secundum apostolum libenter gloriemur in infirmitatibus nostris et alibi: 2. Cor. 12, 9.
'Quem enim diligit Dominus corripit, et quasi pater in filio conplacet sibi'. Prov. 3, 12.

De itinere domni regis nihil certum audivimus nec speramus, ut sic cito debeat se promovere in illis partibus[2].

De causa vero vestra Domino volente, sicut vobis ore proprio condiximus, certare abemus ad utilitatem nostram communem in Domino. Non oblitus ero tui, dilectissime pater, nec de tuo profecto, in quantum Domino miserante valeo, omnibus diebus vitae meae. Non obliviscaris mei, sanctissime pater et fidelissime amice, tempus in omne tui. Sit Deus adiutor noster[c] et hic et in aeternum. Amen, amen.

152.

Angilbertus abbas S. Richarii Centulensis Arnoni archiepiscopo Salisburgensi respondet de eius ad Carolum I regem accessu. *798.*

Codd. S fol. 198'.
Edd. Frobenius II, 563, Jaffé Biblioth. IV, 367. — Migne CI, 1319.

FILIUS FIDELIS NOM. SANCTISSIMO PATRI MIHIQUE CUM NIMIO AMORE VEL HONORE NOMINANDO ILL. EPISCOPO SALUTEM.

Inmensas gratias omnipotenti Deo IIII. Idus Augusti retulimus, cum epistola Aug. 10.
vestra indicante vestram cognovimus desiderabilem sospitatem et laudabilem felicitatem, testis mihi Deus est, quam indesinenter audire et videre desidero.

De hoc vero quod petistis, ut diligenter tractaremus, quomodo vos agere debuissetis, idcirco certam rem[a] scribere vobis non valeo, quia incertus adhuc maneo de reversione domni regis. Tamen non videtur nobis necessarium longius vos ire obviam ei[3], nisi usque ad Renum, excepto si iussio eius ad vos non venerit.

De conloquio autem nostro scit omnipotens Deus, quia omni desiderio desidero faciem vestram; et spero, quod utrisque proficiat, si ante loquimur insimul, quam ad domnum regem veniatis. Tamen si hoc debet esse ante nativitatem sanctae Dei genetricis Mariae, quae est VI. Idus Septembris, tunc necesse est, ut usque ad nos vestra Sept. 8.
sanctitas declinetur, ut et orationem fruatis[b] in Domino in ecclesia sancti Richarii, intercessoris vestri, et caritatem fraternam impleatis in nobis; quia nos valde necesse

---

151. a) ill. *erasum est.* b) actionis *S.* c) n̄t *S.*
152. a) certa rem *S.* b) *an* faciatis? *J.*

1) *Cf. infra epist. 158.* 2) *Si ad iter Saxonicum haec pertinere coniciendum est, utrum Angilbertus profectionem an reditum dicere velit non liquet.* 3) *Arnonis ad Carolum iter, de quo et superiore ep. 151 et hac agitur anno 797. propter archiepiscopalem dignitatem factam esse existimaverim, qua sequenti anno 798. Romae approbante Carolo Arno a Leone III donatus est. J. Ego potius reditum eius domum Angilbertum dicere velle suspicor.*

798 Aug. ex. habemus aliquam curam corporis nostri exigere usque ad praefatum diem. Et si contigerit, quod longius moram faciatis ad sanctum illum, tunc possumus vobis venire in obviam, ubicumque vestra iussio fuerit.

Vale, sanctissime pater, orans pro nobis feliciter in Domino et imple desiderium meum, ut impleat Dominus omnes petitiones vestras et de sancto Sion tueatur vos.

153.

Alcvinus cuidam viro clarissimo (Arnoni?)[1] *de instanti suo itinere significat. De Caroli regis reditu si quid audierit, ut se certiorem faciat, petit. Munera mittit.*

798 Aug. ex.

Codd. S fol. 197—197', S 1 fol. 108—108' (S 1 fol. 8'—9), B fol. 78'—79.*

Edd. M 5, B. Pez Thesaur. anecdot. II, 1, 8, F 53, J 104. — Migne col. 236.

CLARISSIMO[a] FILIO IN VERE CARITATIS DULCEDINE[b] SALUTEM.

Expectavi dilectionis vestrae litteras vel legatum. Sed tertio Gysla[c][2], soror domni regis, direxit ad me missos, ut venirem propter aliquas necessitates ad illam. Sed nunc volente Deo iturus ero[3] ad eam visitare; et inde ad Sanctum Lupum[4]. Et ibi maxime spero me manere Septembrium mensem totum[5].

Si quid inde de vestro itinere vel de domni regis[d] reversione[6] vel de exercitus sui profectu[e] audias, ne tarderis mihi remandare.

Et sic Octobrio mense ad Ferrarias Sanctum Petrum[7] visitare et ibi usque ad medium illum mensem spero me esse. Ideo haec vobis scripsi, ut sciatis de itinere nostro, ubi nos beatitudinis vestrae missus[f] invenire possit.

Sed et de fratre nostro et amico[8], quo te iturum[g] dimisi, remanda mihi.

Sollicitus sum valde de domno rege et populo christiano[g*] propter has auras[h] durissimas[9] et terram illam pessimam et homines invidos[10]. Si Deus propitietur illis et sanctae suae ecclesiae defensorem[i] multo tempore illum conservet cum suis fidelibus.

Direxi vobis unam tapetam et unum sagellum tenuem[k], obsecraus, ne despicias[l]
Marc. 12, 42. 43. munusculi parvitatem[m]. Haec[n] sunt duo[o] minuta, quae vidua obtulit in gazofilatio templi, quam dominus Iesus laudavit[p], quia plena caritate offerebat.

Vivite[q] vos Deo placentes[r] in omni opere bono; et pro nobis orantes valete in perpetuum[s].

---

153. a) Carissimo *S.* b) dulcidine *S, S 1.* c) Kysla *B.* d) *om. B.* e) profecto *S, S 1, B.* f) missum *S, S 1, B.* g) iterum *B.* g*) crist. *S.* h) aures *B.* i) defensore *B.* k) tenuum *S, S 1, B.* l) dispicias *S, S 1.* m) parvitate *S 1.* n) Haec — minuta *om. B.* o) dua *S, S 1.* p) laudabit *S, S 1.* q) Vivete *S, B, corr. in* vivite *S 1.* r) placente *S, S 1.* s) *in S secuntur haec:* usque hic Albinus magister.

1) *Ad Candidum has literas datas esse Sickelii est coniectura, ego potius ad Arnonem suspicarer.* 2) *abbatissa Calensis.* 3) *Calam (Chelles).* 4) *in monasterium S. Lupi Trecense cf. supra p. 246 n. 6.* 5) *Itaque mense Augusto exeunte scripta haec epistola est.* 6) *ex Saxonia, cf. infra not. 10.* 7) *ad monasterium S. Petri Ferrariense (Ferrières, dioec. Senonensis) cf. Vitam Alcr. c. 9 (SS. XV, 190):* Tempore vero aliquanto cum eo peracto, dedit illi duo monasteria, Bethleem scil., quod altero nomine Ferrarias vocatur, et sancti Lupi apud Trecas. 8) *scil. Candido (Arnone sec. Sick.), cf. ep. 157.* 9) *Iaffeus haec ad pestilentiam anni 801. pertinere existimavit: quae cum* propter mollitiem hiberni temporis *facta sit (SS. I, 190), Alcrinus vix de auris durissimis loqui potuerit.* 10) *Saxones dicere videtur cf. supra p. 242 n. 2, Ann. S. Amandi (SS. I, 14) a. 798:* Carlus in Saxonia hiemavit et tota aestate ibidem fuit; *Ann. Mosell. 797 (i. e. 798; SS. XVI, 499):* deinde rursum tempore autumni reverteretur ad Aquis.

154.

798 Sept. in.

Alcvinus Gislae abbatissae Calensi se febri impeditum ad eam non venisse scribit. Carolo regi obviam se iturum esse. Hortatur, ut ecclesiam S. Mariae perficiat. De Fridigiso. De cruce missa gratias agit. 798 Sept.

Codd. T fol. 73—73' (T fol. 67'), K 1 fol. 68'—69, K 2 p. 196—198, A 1* p. 132 n. 93[a].*
Edd. C 55, Q 56, F 98, J 105. — Migne col. 362.

CARISSIMAE IN CHRISTO SORORI[b][1].

Vere fateor, quod valde desideravi ad vos venire propter aliquas necessitates[c][2], quas vobiscum conferre volui. Sed me inpedivit acerbitas[d] febrium[3], quae me adhuc per vices fatigat[e]. Quapropter citius ante hibernale frigus[f] regi[4] obviam properare[g] curabo.

Placet mihi valde labor vester in sanctae Dei genetricis ecclesiae exaltatione[5] et in librorum[h] consideratione. Unde in his laboribus, quantum poterimus, vestram sollertiam adiuvare gaudemus. Et puer Fridigisus[i] secundum temporis oportunitatem vobis ferat auxilium. Vester vero profectus in Deo mei animi est magna voluptas[k]. Ideo quod cepisti[l] perficere Dei adiuvante misericordia diligentissime studeas[m]. Unusquisque secundum suum laborem praemium accepturus[n] erit; et qui plus laborat, plus mercedis accipiet. Nunc tempus est operandi; veniet[o] vero tempus remunerandi. Quales tunc esse optemus[p], tales nosmetipsos nunc praeparemus. Sapienti pauca sufficiunt[6]. Scio sagacitatem animi vestri haec omnia melius intellexisse, quam me scripsisse, et operibus implere quod vix verbis explicare valeo. Utinam cito adveniat[q] tempus, ut tecum cordis mei conferam angustias, ut consoletur animus meus ex vestrae pietatis perfectione[r].

Plurimum mihi placet crux, quam vestra[s] mihi benignitas direxit. Et credo vos aeternam habere a Deo mercedem pro illius opere et assiduas sancti Lupi intercessiones[7] et[t] laudabiles gratiarum actiones ab eis, qui ad illius patrocinia confugere solent.

Nunc soror alma vale, soror o[u] carissima nobis;
Et nunc et semper, dulcis[v] amica, vale.

155.

Alcvinus Carolo regi respondet de stellis errantibus, de lunae per zodiacum cursu, de stella Martis. 798 Sept. in.

Codd. T fol. 10—12' (T fol. 9—11), R fol. 4—7[a], finis exstat in L fol. 132[a].*
Edd. Q 5, F 70, J 103. — Migne col. 278.

---

154. a) *Lemma:* Sorori *K 1;* Albinus ad sororem carissimam *T*;* Epistola Albini ad sororem *A 1*.* b) sororique *K 2.* c) necessitate *K 2.* d) acervitas *K 2.* e) *corr. in* fatigant *K 1.* f) fricus *K 2.* g) propera *T;* preparare *K 2.* h) *om. A 1*;* et libriborum *K 2.* i) ille *K, A 1*.* k) voluntas *T, K.* l) coepistis *K.* m) *corr. in* studeatis *K 1.* n) auditurus *K, A 1*.* o) viniet *T.* p) optimus *T;* obtamus *K 1;* optamus *A 1*.* q) veniat *K 1, A 1*.* r) consolatione *T.* s) vera *K 1;* verba *K 2.* t) et laudabiles *om. K 1.* u) *om. K 1, A 1*.* v) perdulcis *K 1.*

155. a) *Lemma:* Item ad domnum regem de cursu lunae per singula signa *T;* Lunę item alia de cursu *R.*

1) *Gislae sorori Caroli regis a. 757. natae.* 2) *V. supra p. 248:* Sed tertio Gysla soror domni regis direxit ad me missos, ut venirem propter aliquas necessitates. *J.* 3) *Accessit itaque Alcvinus ad monasterium S. Lupi Trecense (v. p. 255) Gisla non visitata; licet in ep. 153. haec scripsisset:* Sed nunc iturus ero ad eam visitare; et inde ad sanctum Lupum. *Cf. etiam supra p. 242:* febricitantem refocilans. *J.* 4) *Carolo regi ex Saxonia revertenti.* 5) *Transl. S. Baltechildis (SS. XV, 285):* ecclesiam *(Kalensem)* genetricis dei ac domini nostri Iesu Christi semper virginis sanctae Mariae, quam domna Gisla a fundamentis struxerat. 6) *Cf. supra p. 125 n. 2, infra p. 251 lin. 5.* 7) *Ex quo hanc epistolam scriptam esse in coenobio S. Lupi Trecensi intellegitur, de quo haec A. significaverat supra p. 248:* Et ibi maxime spero me manere Septembrium mensem totum. *J.*

798 Sept. in.

OMNI[a] VIRTUTUM GENERE NOBILISSIMO ATQUE OMNI SAPIENTIAE DECORE CLARISSIMO DAVID REGI MILES VETERANUS[1] FLACCUS SALUTEM.

Venit viator volando, quaestionariam auctoritatis vestrae habens in manu cartam, syllabis[b] breviorem, quam animi mei placuisset aviditati, sed quaestionibus[c] altiorem, quam ingenioli mei adtingere valuisset[d] humilitas: hortans seniorem fragili sensu caelestia scrutare, qui terrenorum needum didicit rationes, stellarum in caelo errantium vagabundos exponere cursus, qui herbarum[e] in terra nascentium naturas nequaquam agnoscere valet. Et mirum, quomodo erraticas illarum semitas ad certum quis valeat reducere ordinem, quae ideo errantia dicuntur, quia incertos habere cursus putantur[2]. Vel quid in cotidianis lunae laboribus nostra parvitas novi valeat[f] invenire, dum investigatas[g] catholicorum doctorum vel veterum phylosophorum multiplici argumentatione regulares habemus rationes. Quid enim de concordia solaris lunarisque cursus per signa zodiaci lucidius dici poterit, quam quod talium inquisitor quaestionum Beda magister in scriptis suis nobis reliquit[h]? Vel quid acutius, quam quod naturalium rerum devotissimus inventor Plinius Secundus de caelestium siderum ratione exposuit, investigari valet?

Sed nobis iter agentibus[3] illorum, in quibus haec leguntur, librorum deest praesentia. Nihil de vestrae sapientiae profundissimis[i] quaestionibus temere audemus respondere; postolantes clementiam vestram, ut iubeatis nobis dirigere primos praefati doctoris Plinii Secundi libellos[4], in quibus multiplices et obscuras argumentationes de vario siderum cursu explanare nititur; si forte Deo donante inde vel inde aliquid eruere valeamus, quod vestrae sanctissimae praesentiae dignum ostendi videatur.

Tamen — ne me ita inparatum vestra invenisset cartula vel somno inertiae[k] torpentem, quasi nihil haberet repositum sibi in secreto memoria cubili, quod interroganti[l] proferre valeret — dicam, quid subito, quaerendo magis quam exponendo, turbatae mentis aciei[m] occurrere[n] potuit; pleniorem, si forte opus erit, responsionem ad praefatos doctorum libros reservans.

Prima vero auctoritatis vestrae interrogatio de concordia trecentarum et sexaginta partium et lunaris cursus per duodecim signa sic se habuit, ut eadem ponamus verba: 'Sicut in solari, ais[o], cursu, dierum horarum punctorumque divisione facta, trecentarum sexaginta partium[p] et trecentorum sexaginta quinque dierum et quadrantis est inventa concordia[5], sic et in lunari per dierum et horarum partitionem[q], viginti septem dies atque horas octo cum trecentis sexaginta zodiaci partibus facias convenire'.

Non subterfugio dicere, quid mihi videatur sagacitatem vestram hic in hac[r] inquisitione sentire: utique aut augendum[s] esse aliquid per singula signa lunae cursui, ut possit pervenire ad legitimas et definitas totius anni partes, quae in zodiaco notantur: vel etiam minuere partium numerum, ut concordare possit lunaris cursus zodiaci partibus. Quam quaestionem[c] praefatus magister Beda[t] in quodam capitulo[6], cuius principium esse arbitror: 'Quodsi quis signorum nescius, lunares[u] tamen cursus agnoscere cupidus', prout potuit, exponere videtur per duodecim partes, quibus cotidie luna elongabitur a sole. Plinius Secundus dicit lunam — si rite recordor — zodiacum tredecies in duo-

a) [O]mnium *R.* b) cartulam, sillabys *R.* c) quęscion. *R.* d) valuis *R.* e) erba . . rum *duabus litteris expunctis R.* f) valead *R.* g) investigatos *T, R.* h) reliquid *R.* i) profundisimis *R.* k) inaercie *R.* l) interrogandi *R.* m) aciae *T;* ácie mentis *R.* n) occurre *T.* o) solaria is *T;* solaris *R.* p) part. et trec. sex. *om. T.* q) parcionem *R.* r) ac *R.* s) agendum *R.* t) Będa *R.* u) lunaris *T, R.*

1) *Cf. supra p. 242 ep. 149.* 2) *Cf. supra p. 243 lin. 16.* 3) *quo in itinere fuerit Alcvinus exeunte mense Augusto et ineunte m. Septembri (quo quidem mensium spatio hanc epistolam scriptam esse scimus, v. infra p. 252 n. 1), apparet ex ep. 150 supra p. 245 et ex ep. 157 infra p. 255. J.* 4) *Naturalis historiae.* 5) *in Alcvini ep. 148 supra p. 238.* 6) *de temporum ratione, capite 18 (Bedae opp. ed. Giles VI, 183). J.*

decim suis mensibus conficere[1]. 'In suis' dicit 'mensibus', non 'in solis'. Addidit quoque duobus diebus et sex horis et bisse[2] unius horae per singula signa lunam decurrere[3]. Quod si verum est, trecentarum sexaginta[a] partium numerositas lunae cursui optime convenire videtur. 798 Sept. in.

Quod unius figurae divisione magis quam verborum multiplicatione — quia sapienti pauca sufficiunt — ostendendum esse non ignobile putavi. Cuius figurae formulam post huius epistulae textum ponere melius aestimavi[4], quam per eam seriem sermonis nostri dividere. In qua etiam figura et horarum diversitas agnosci[b] poterit, si cui diligentius considerare placeat. Quia aliter horae[c] signorum, aliter solares, aliter lunares conputantur. Etiam in quibusdam locis et ipsi punctus aliter atque aliter conputantur; ita ut aliis supputationibus horam quinque punctos et aliis quattuor habere inveniuntur. Etiam et ostenta[d 5] aliter calculatores ponunt, aliter etiam mathematici solent dividere. Sic etiam et de minutis invenimus in mathematicorum subtilissimis[e] argumentationibus aliter poni: ita ut etiam minuta minutarum dicere solent. Sed haec alias. Nunc quod instat agamus[6].

Signorum vero partitiones[f] per horas, et quomodo convenirent novem horae lunares quinque diebus solaribus memini me[g] in alia vobis dirigere epistola[h 7], ideo nunc supervacuum esse arbitratus sum aliquid inde dicere.

Divisionem[i] itaque horarum per uncias[8] vobis cognitam esse non ignoramus, sicut in libro de temporibus[9] legistis. Et quia operosum est lunae cursum per uncias horarum dividere, ideo magis calculatores ad horarum vel dierum mensuras lunae cursus redigere contenti sunt, ne nimia numerositas unciarum legenti fastidio esset. Tamen specialiter dictum esse[k], quod superest in singulis signis et duobus diebus et sex horis et bisse[l] id est octo unciae[m] unius horae[n], putamus in eo loco, ubi ait: 'Operosum est in singulis signis horas minutatim dividere per uncias'[10]. Ideo duas horas tribus signis subtrahendum esse dixit[11], quia trium signorum[o] viginti[p] quattuor unciae duas horas implent: hora vero integra duodecim uncias habere debet. Quae omnia vestrae sapientiae praecognita esse non ignoramus.

Quapropter de stella Martis incipimus dicere quae videntur. Cuius inquisitio mentes nostras diu fatigare solebat; ita ut nec apparens nostrae satisfaciebat curiositati. Quae nuper, sole morante in Leone[12], nobis[13] apparuit, propemodum[q], ut putamus, eo tempore, quo apud vos[r] inventa est eiusdem Martis imago[14]. De qua etiam stella vestrae[s] venerabili dignitati in alia epistola[15], mox postquam a nobis visa fuit, secundum facilitatem[t] indagationis nostrae aliquid dicere curavimus. Sed modo pro vestrae

a) sexanta *T; LX R.* b) eognosci *R.* c) hor. sig. al. *om. T.* d) host. *R.* e) subittissimis *R.* f) parciones *R.* g) sol. me minime *R.* h) ęp. *R.* i) Divisiones *T, R.* k) *sequitur in T, R* debuisse; *sed hoc verbum errore librarii inditum est, qui post paulo omisit* bisse; *v. n. l. J.* l) et bisse *addidit J.; cf. n. k et infra n. 2.* m) uneiis *T, R.* n) *om. R.* o) signo *T.* p) viginta *T.* q) propemundum *R.* r) nos *T.* s) vestra *R.* t) facultatem *corr. Querc.*

1) *Habentur haec in Bedae libro de natura rerum c. 21 (Opp. ed. Giles VI, 109):* Luna zodiacum tredecies in duodecim suis conficit mensibus. 2) *Beda de temp. rat. cap. 4 (Opp. l. l. p. 147):* bes sive bisse. 3) *Beda l. l.:* duobus scilicet diebus et sex horis et besse id est octo unciis unius horae per singula signa decurrens. 4) *In codice figura illa post epistolam non reperitur.* 5) *Beda de temporum ratione cap. 3 (Opp. ed. Giles T. VI, 147):* Mathematici . . . zodiacum circulum in XII signa, signa singula in partes XXX, partes item singulas in punctos XII, punctos singulos in momenta XL, momenta singula in ostenta LX distribuunt. 6) *Verg. Ecl. IX, 66:* et quod nunc instat agamus. 7) *Haec epistola exstat apud Frobenium II, 356—357.* 8) *Cf. in Bedae libro de temporum ratione, cap. 4 (Opp. l. l. p. 148):* Sive igitur horam unam, sive diem integrum, sive mensem, sive annum . . . in duodecim partire vis, ipsa duodecima pars uncia est. 9) *immo in Bedae libro de natura rerum c. 21 (Opp. VI, 109).* 10) *Beda l. l.* 11) *Beda l. l.:* Ex quibus tamen horis per terna semper signa binas subtrahere memento. 12) *inde a medio mense Iulio; cf. ep. 149 supra p. 243 n. 4.* 13) *Carolo tum in Saxonia moranti.* 14) *Verg. Aen. VIII, 557. Pugnas in Saxonia commissas dicere videtur, cf. pp. 234. 245.* 15) *ep. 149 supra p. 242.*

798 Sept. in. epistulae exhortatione[a] aliquid diligentius de ea scrutati sumus. Nam huiusmodi interrogationis verba posuistis:

'Et de Marte, qui anno praeterito in Cancri[b] sidere solis lumine humanis obtutibus[c] interceptus est, quid sentias: an[d] naturali sui cursus ratione an solis? Vi an prodigio actum sit, ut iter duorum annorum uno conficeret. Nam nuper, sole Leonem deserente[1], in Cancro nobis apparuit. Si solem[e] comitatus est, quis tam[f] celer cursus eius? si toto anno stationem in Cancro fecit, sole in cetera signa migrante, quur in Cancro videri non potuit'?

Scolastica et acutissima argumentatio ista, ad quam succincte, quantum donaverit Deus, respondeamus.

Quod autem ibi dictum est solis lumine in Cancro interceptam esse stellam Martis humanis obtutibus[c], non aestimo solis lumine toto anno praeterito Martis stellam in Cancro interceptam esse, sed Cancrum oportuno tempore et naturali cursus sui ordine cum stella Martis obiectu terrae humanis visibus interceptum esse. Igitur anno praeterito non[g] memini me illam vidisse in Cancro, dum Cancer noctibus sui cursus ordinem agebat subter[h] terram. Nec enim prodigiosum reor, quod tanto tempore nobis non apparuit, sed naturali sui cursus ordine. Si enim praeterito anno in sidere[i] Cancri[k] non apparuit et nunc in Cancro[k] apparet, non uno anno cursus sui metam, sed spatio duorum annorum peragere dinoscitur; dum nunc[l] secundo anno in altero versatur sidere[i]. Quod vero additum est: 'Si toto anno stationem in Cancro fecit, sole in cetera signa migrante, cur in Cancro videri non potuit'? etiam[m] quia ipse Cancer, in quo stationem fecit, videri non potuit[n]. Mox vero, dum Cancer videri potuit, visa est et illa cum Cancro, qui anno praeterito cursu naturali noctibus sub terras recessit.

In alia cartula[2] scripsi de vi solis, inaequales cursus errantibus stellis facientis, ut poeta ait[3]:

'Sol tempora dividit[o] anni,
Mutat nocte diem[p]; radiisque petentibus astra,
Ipse vetat cursusque vagos statione moratur'.

Quod saepissime[q] Saturnus Iovis[r] et Mars pati videntur.

Vestra vero veneranda sapientia et acutissima scientia videat vel in hac vel in illa, si quid dignum vel verisimile[s] videri debeat[t], an aliud aliquid de tantis quaestionibus credendum sit. Nullatenus propter ignorantiam vos interrogare aestimavi. Quicquid inde sentiatis, obsecro, ut benigna voluntate nobis innotescere non dedignemini. Non sum nimius meae sententiae defensor, sed devotus veritatis sectator[4].

Haec vero subiecta figura[u][5] in primo versu habet horas, in quibus signa singula oriuntur vel occidunt vel de loco moventur. In secundo habet punctos, in singulis signis decem[v]. Tertius partes conputat, quot habeant singula signa. Quartus dies, quibus moratur luna in uno[w] quoque signo[x]. Quintus horas, quae adiciuntur diebus.

---

a) epistole exortacione *R.* b) eran *T.* c) optutibus *R.* d) a *R.* e) sole *R.* f) quistatim *pro* quis tam *R.* g) no *R.* h) super *T, R.* i) sydere *R.* k) chancr. *R.* l) nun *post corr.* nunc *R.* m) etiam — non potui *in marg. suppl. R.* n) potui *R.* o) clauidit *R.* p) diemque *T.* q) saepissimę *T.* r) ovis *R.* s) verisimilę *T.* t) debead *R.* u) *quae in codicc. T, R subiecta non est.* v) decim *T;* X *R.* w) una *R.* x) signa *R.*

1) *medio mense Augusto; v. supra p. 250 n. 3. E quo apparet Caroli ad Alcvinum epistolam, cuius particulae in hoc Alcvini responso insunt, scriptam esse paulo post diem 18. Augusti 798; itemque Alcvini hanc responsionem. J.* 2) *Cf. supra p. 243 lin. 15:* qui *(sc. radii solis)* ut fertur inaequales planetarum cursus efficiunt. 3) *Lucanus de bell. civ. X, 201—203, quem laudat Isidorus Etym. III, 65, 3.* 4) *Cf. Advers. Elip. (ed. Froben. I, 905):* quisque illorum propriae magis voluit esse defensor sententiae, quam veritatis sectator; *adv. Felic. (ib. I, 790):* suae magis voluerunt amatores esse sententiae quam veritatis, *supra p. 62 n. 2.* 5) *Cf. supra p. 251 n. 4.*

Sextus uncias octo, quae supersunt horarum numero, et bisse vocantur. Haec omnia 798 Sept.
propter facilitatem cognoscendi cursum lunae in unam coacervavi formulam, si tamen veraciter inventa est ratio, quam vestra excellentissima quaesivit sapientia.

156.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi de nepote eius quodam scribit; de regis reditu, de papa aliisque rebus certior fieri cupit; ad superna desideranda hortatur.

798 Sept.

Codd. S fol. 192—193', S 1a fol. 101—104', S 1b fol. 199—200 (S 1 fol. 1'—5'), fragmentum exstat apud D fol. 232', quod contulit V. Cl. Simonsfeld.*

Edd. M 1, F 55, J 107. — Migne col. 238.

VENERABILI PATRI ET AMABILI FRATRI ET DESIDERABILI FILIO IN TOTIUS CARITATIS IOCUNDITATE SALUTEM.

Satis mihi placet concordia inter filium meum[a] et fratrem tuum, quem vocatus visitare venisti. Et bene fecisti me hortando ad caritatem eius reverti, unde numquam aversus fui; licet dubitationem aliquam agnovissem de mea fide in tuis suavissimis apicibus.

Quod vero dixit, ut habuissem eum in domo ad erudiendum, nullatenus a quoquam ante audivi. Tamen scias, quod in camera humilitatis superbiae non placet habitare; quia, quod illa aedificat, hoc ista destruit. Ecce ego, quantum in me est, apertas habeo manus amplectari venientem, non respuere precantem. Hoc apud omnes servare praefinivi, ut nullum abicerem[b], sed quemcumque potuissem adtraherem[c]. Quanto magis de tam probato viro et tam laudabili persona et tantis mihi bonis ex multo tempore coniuncto credere descidium[d] non debuit sancta et venerabilis prudentia vestra.

Quod vero de filio meo, fratre et nepote tuo[1], durius scripsisti, videat caritas et
pietas tua, ne inanis fiat labor noster, et ne perdatur[e] anima, pro qua Christus mori 1. Thess. 3, 5.
non dubitavit. Ecce eum remisi tuae dilectioni, ut facias de illo, sicut videatur prudentiae[f] vestrae: in tua enim potestate est vel ille vel beneficia quae habet. Fac secundum quod ex illius intellegas ante oculos tuos meritis, non secundum verba invidorum. Nihil[g] enim mecum potest[2] in tristitiae spiritu proficere. Unum e duobus mihi videtur consilium aut ex nostra gratia eum domno regi[3] commendes, vel tecum habeas, donec agnoscas ex illius conversatione, quid de eo[h] utile sit; donec iterum nostra volente Deo conlocutio fiat. Aliquid tamen ut habeat consolationis, forte melius
est, secundum humilitatis et oboedientiae promissionem, ne continua absorbeatur 2. Cor. 2, 7.
tristitia. Et si Witto veniat ad vos, apud eum discere potest.

Et si Deo volente veniat[4], vide diligenter, ne inanis fiat habitatio illius vobiscum; ut, quantum me tristificat absentia illius, tantum vos laetificet praesentia; et defectus meus vester sit profectus. Et si aliquantum temporis vis eum in monasterio[i] Sancti Hrodbereti[k][5] demorare, necesse ei esset propter adiutorium hominum linguaeque

---

156. a) filio meo *S, S 1.* b) abiecerem *S.* c) adtrahere *S, S 1.* d) descitum *scripsit J. pro* descidium *S, S 1, quod mihi potius* discidium *esse videtur.* e) perditur *S 1.* f) providentiae *S.* g) nil *S.* h) de eo *S 1;* deo *S.* i) monasterium *S, S 1.* k) Hrodberti *S 1.*

1) *Hildegario cf. infra epp. 193. 194.* 2) *nepos ille Arnonis.* 3) *Carolus igitur coronam imperialem nondum acceperat.* 4) *Witto seu Candidus (cf. de eo supra p. 248, infra p. 255).* 5) *Salisburgensi.*

798 Sept. notitiam Aedilberetum[a][1] habere secum: ut, nostris eruditionibus adsuetus et illorum
moribus edocatus, medius fiat in ambarum partium profectu.

Tamen, ut vobis videtur, fiat; et citius me scire faciatis, quid vobis placeat;
et de domni regis reversione vestroque itinere[2] vel habitatione; et de domno apo-
stolico[3]; et sancti Pauli causa[4], et ceteris rebus, quae nobis sunt necessaria vel
iucunda audire.

Hoc scias certissime, quod in Toronicis partibus pene nihil remansit vini, frugumque
abundantia vix ad medietatem alterius anni. Ideo vadam volente Deo visitare fratres[5]
et ordinare res illorum, reversus in his iterum morare partibus.

Si domno regi placuisset, ut tibi licuisset apud Sanctum Amandum hiemare[6],
forte[b] aliquantum temporis[c] Christo miserante[d] nobis oportunum esset simul habitare,
Isai. 58, 7. ut frangeretur[e] propheticus panis inter[f] nos, de quo dictum est: 'Frange esurienti[g] panem
Luc. 11, 3. tuum'; licuisset nobis assidue[h] una voce et una fide cantare: 'Panem nostrum coti-
Ioh. 6, 51. 52. dianum da nobis hodie', et[i] ex eo vesci, qui ait: 'Ego sum panis vivus, qui de caelo
descendi[k]; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet[l] in aeternum'.

O quam iocunda est caritas et quam dulcis praesentia illius, et quam felix vita,
ubi numquam deerit quod semper amatur. Quae nunc in absente[m] ardet[n], tunc in
1. Cor. 13, 12. praesente laetatur. Licet ubique Deus praesens sit; tamen aliter in imagine per
speculum cernitur, aliter in praesentia per speciem[o] videtur; de qua ipsa veritas ait:
Matth. 5, 8. 'Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt'. Mundetur modo cor in hac pere-
grinatione, ut in[p] patria[q] illius beatissimae visionis frui liceat. Utamur hoc mundo
perituro in caritate non peritura, ut fruamur Deo in gloria permanente. O domine
Ioh. 15, 18. Iesu, fac nos diligere te et odisse eum, de quo dixisti: 'Mundus me odit'; ut per te
ib. 14, 17. donum Spiritus paracleti accipiamus, 'quem mundus non potest accipere, quia non
ib. 14, 18. videt[r] eum nec scit eum'. Noli nos secundum tuae veritatis promissionem orfanos
ib. 14, 17. ib. 14, 16. relinquere, sed mitte in nos spiritum veritatis, qui nobiscum maneat in aeternum. O
Ps. 23, 10. Ioh. 16, 33. rex gloriae, et domine virtutum, bellator noster et pax nostra, qui dixisti: 'Confidite[s],
ib. 15, 5. ego vici mundum', vince et in nobis servis tuis[t]: quia sine te nihil facere[u] possumus.
cf. Act. 4, 31. Da cum fiducia servis tuis loqui[v] verbum tuum et loquentibus exemplis ostendere[w],
Phil. 2, 13. quod ore praedicent. Da velle et perficere. Da, ut misericordia tua praeveniat[x] nos
Ps. 22, 6. et misericordia tua subsequatur nos: praeveniat ad incipiendum, subsequatur ad per-
1. Tim. 2, 4. ficiendum[y]. Quid plura[z] habemus dicere? nisi ut fiat voluntas tua, qui vis omnes
homines salvos fieri. Tua voluntas salus est nostra, gloria nostra et beatitudo nostra.

Per quoddam mentis excessum, o frater[a] venerande, haec locutus sum, non tam
ordinate quam epistolaris postulat angustia, sed tam affective quam intima cordis con-
punctio exegit. Tu tamen, dulcissime pater et familiaris meus, patienter sustine cordis
mei lacrimas. Et tecum reconde quod mecum audisti.

Quis scit[b], nisi ille, qui omnia scit, si cras mihi liceat tibi[c] scribere aut post
cras dulces[d] tecum conlationes[e] dicere[f] vel audire? Hodie mihi dedit spatium[g] pietas

a) Aedilbertum *S 1.* b) forte aliquantos — karissime pater *exstant etiam in codice D.* c) aliquantos dies *S 1b, D.* d) miserande *S 1b, D.* e) frangetur *D.* f) inter — quo *om. D.* g) esuenti *S.* h) assiduae *S;* assiduę *S 1, D.* i) *om. S 1a.* k) disc. *D.* l) vivit *S 1b, D.* m) absentem *S, S 1b, D, corr. in* absente *S 1a.* n) et tunc *S.* o) specie *S.* p) in *om. S 1b, D.* q) patri *D.* r) vidit *S 1b, D.* s) confidete *S 1b, D.* t) Tu scis *add. S 1b, D.* u) poss. fac. *D.* v) loqui servis tuis *S 1b, D.* w) ost. ex. *S 1b, D.* x) praevenias *S 1b.* y) implendum *S 1b, D.* z) plus *S 1b, D.* a) o frater *om.*, haec loquutus venerande sum *S 1b, D.* b) Quiscit *S, S 1a.* c) tribere *S 1b,* tribuere *D* tibi *om.* d) dulce *S 1b, D.* e) collat. *D.* f) vel obicere *S 1b, D.* g) spacium *S 1b.*

1) *De Aedilberto sive Mago apud Arnonem commorante c. epp. 193. 258. 260.* 2) *Cf. ep. 153 supra p. 248:* de vestro itinere vel de domni regis reversione. 3) *Leone III.* 4) *Cf. epp. 146. 150 supra p. 235. 245.* 5) *Turonenses. Ferrariis haec epistola scripta esse videtur.* 6) *Scripsit ergo auctumni tempore, ideo de malo messis eventu loquitur. De Sancto Amando cf. infra epp. 159. 167. Arno huic monasterio inde a die 26. Mai a. 782. praefuit.*

illa, quae[a] omnia mihi contulit bona quae[b] habeo. Quapropter tacere non debui, quia 798
nescio, quid ventura pariat dies. Sept.

Tu vero, unanimis[c] frater, aeternos dies semper habeto in mente; et per patientiam[d]
curre iter, quod tibi Christus ostendit. Quia, qui sequitur illum[e], non ambulat in Ioh. 8, 12.
tenebris, sed habebit lumen vitae. Ille tibi sit cibus et potus, caritas et gloria. Non
subvertat cor tuum ambitio seculi, adolantium[f] officia, species vanitatis, timor potentium,
minae crudelium[1], sed aedifica domum tuam supra firmam petram, unde te[g] nullae Matth. 7, 24.
tempestates evellere[h] valeant. Sed sta intrepidus, linguas detrahentium contemnens[i]
et ora laudantium non curans. Et quoscumque poteris, gratia auxiliante superna,
tecum in hunc statum vitae rape precibus[k], monitis, castigationibus, exemplis: ut cum
multiplici laboris fructu[l] multiplici dignus mercede appareas in conspectu domini Dei
tui. Meque tuae salutis consocium[m] assiduis[n] sanctitatis tuae precibus[k] subvenire memento,
quatenus salvator omnium[o] me, multis peccatorum vulneribus confossum, larga suae
pietatis[p] clementia salvare dignetur et constituere, licet extremum, in sorte aeternae
beatitudinis tecum, carissime[q] pater frater[r] et fili.

157.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi respondet. Epistolae ad se missae tenuitatem reprehendit. Se Turonos festinare significat, eumque ad se venire cupit. De Candido.

798 Sept.

Codd. S 1 fol. 130'—131 (S 1 fol. 29'—30).*

Edd. F 54, J 106. — Migne col. 237.

DILECTISSIMO FILIO AQUILAE PIAM ET PACIFICAM IN CHRISTO SALUTEM.

Audita[a] prosperitate vestra per litteras, quas nobis direxistis et venerunt nobis
Idibus Septembris . . . . .[b] Sept. 1 .

Sed mirum: quo nihil de Candido[c] meo demandare voluisti.

Misi tibi iam pridem litteras meas per clericum vestrum, cuius nomen non recolo,
ut puto septimas Kalendas[d] Augusti[2]. Et nescio, si te invenerunt. Iul. 26.

Et sollicitus fui in his[e] litteris audire aliquid: unde eas[f] dirigeres, vel qua die, vel de quo loco; vel quomodo dispositum habuisses facere secundum Dei voluntatem; et quando te sperarem in has venire partes.

Ego itaque sub festinatione vado ad Sanctum Martinum: ibi, volente Deo et domno rege annuente, hiemare disponens.

Et utinam veniat[g] volando aquila mea orare apud Sanctum Martinum; ut ibi
amplecter alas illius suavissimas; et teneam, quem diligit anima mea, nec dimittam[h] Cant. 3, 4.
eum, donec introducam[i] illum in domum[k] matris meae; et osculetur me osculo oris ib. 1, 1.
sui: et gaudeamus ordinata caritate invicem. cf. Rom. 4,10.

---

a) quoniam *D.* b) quod *D.* c) unian. *D.* d) pacientiam *S.* e) illam *S 1b, D.* f) sęculi adolantium *corr. in* adulantium *S;* adulantium *S 1b.* g) *om. S 1b, D.* h) evelli *S 1b, D.* i) contempnens *S 1b, D.* k) praecibus *S 1b.* l) fructum *S 1b, D.* m) consotium *S 1b.* n) assiduo *D.* o) ōm *S 1b;* omnem *D.* p) piaet. *S 1b.* q) karissime *S 1b, D.* r) et fr. *S 1b;* frater et fili *om. D.*

157. a) Audite *S 1.* b) gavisus sum *vel simile quid excidisse patet. J.* c) Cando *S 1.* d) Kal. *S 1 (non* Idus). e) *an* tuis? *J.* f) eos *S 1.* g) venat *S 1.* h) demittam *S 1.* i) inducam *S 1.* k) domo *S 1.*

1) *Cf. Alcvini Carmen ad Arnonem (Poet. Carol. I, 261) v. 9:* Non tibi blanditiae saecli, non vana voluptas, | Non timor aut terror cordis in antra cadat. 2) *Dubitari non potest, quin Alcvinus hoc loco ad ep. 150 supra p. 245, datum paullo ante diem 4. Aug., animum intendat. In qua cum legamus illa verba:* die sabbati proximo, id est (II) Non. Aug., *in hoc loco:* septimas Kal. Aug. *errorem inesse constat. Itaque scripsisse videtur aut* IIII Kal. Aug. *aut* III Kal. Aug. *J.*

798 Oct. med. Forte dixissem tibi aliquid, si praesentem te haberem, cur noluisses mihi innotescere, quomodo accepisset vos domnus apostolicus[1]; et quid tibi placuisset in illis partibus; vel quomodo Paulinus[2] pater meus egisset vobiscum, et quo se devertisset?

Curioso animo meo satisfacere non voluisti. Ideo pauciores tibi litteras modo scribere volui, non tamen pauca caritate. Quas scripsi scripsi[3].

Hanc alteram cartam redde, obsecro, Candido meo, si vivat, si vobiscum sit. Nescio cur et ille tacuit, dum tu mihi scripsisti, nisi forte Albinus recessit ex ore illius, cuius dilectio numquam recedit ex corde meo. Semper in aeternum valeas et vigeas et floreas, fili carissime[a].

158.

Alcvinus Arnonem Salisburgensem archiepiscopum ad munus apostolicum impigre obeundum hortatur; nec se vel corporis infirmitate vel suarum ovium cura impediri patiatur.

798 Oct. med.

Codd. S fol. 194—194', S 1 fol. 133—134' (S 1 fol. 33—35').*
Edd. M 13, F 73, J 92. — Migne col. 285.

CARISSIMO ET IN CHRISTO PATRI AQUILAE ALBINUS INFIRMUS IN DESIDERIO TOTIUS CARITATIS[b] SALUTEM.

Fidei vestrae et firmae[c] caritatis litterae me in domo[d] Sancti Martini[4] invenerunt
Oct. 6. pridie Nonas Octobris, sed, Deo donante, melius habentem. Et te summa Dei gratia
melius ac[e] melius habere concedat, et opus Dei, quod in manibus habes, crescere
faciat per multam[f] latitudinem populi. Et ne tepescat animus tuus, nec crebra te
2. Cor. 12, 9. exterreat corporis tui infirmitas. Nam virtus ex infirmitate perficitur[5]. Felix locus
et hora[g], in qua te constituit summus terrarum rector. Sed curre currendo, ut cursum
cf. 2. Tim. 4, 7. 8. tuum compleat Deus, et fidem conserves, et de reliquo tibi remaneat corona gloriae.
Nos vero peccatorum vincula partim[h] saeculi catenis, partim[k] vinculis morborum
cf. Marc. 14, 38. currere abnegant[i], et quod in voluntate prumptum est in carne infirmatur[k]. Sed fiat
voluntas Domini; et qui coepit in spiritu, compleat in opere. Sciant omnes gentes,
quasi[l] stilla[m] situlae[6]. Quis ego nisi pulvis parvissimus[n]? tamen qui de pulvere
evexit[o] Dominus[p], potest de creatura facere quae vult: quia omnia, quae vult, facit
in caelo. Qui laboriosas[q] piscatoris[r] manus ab hamo ad caelestis regni transtulit
clavem; et de persecutore[s] sanctorum efficit praedicatorem populorum[7]. Haec vero
considerans nec de fraterna desperes salute[t], nec de propria dubites efficatia. Pauci
sunt dies[u] laboris, sed plurimi mercedis[v]. Labora[w], labora pro me et pro te, ut tuus
labor mihi proficiat; mea voluntas, si quid possit[x], te adiuvet. Trahe me post te
Cant. 2, 4. precibus tuae sanctitatis: curremus simul, donec introducat nos rex in cellam vinariam

a) carissimi *S 1.*

158. b) *om. S, S 1.* c) firma *S, S 1.* d) domno *S, corr. in* domo *S 1.* e) at *S.* f) multa *S, S 1.* g) ora *S, S 1.* h) partem *S, S 1.* i) abnegat *S, S 1.* k) infirma *S, S 1.* l) qui *S, S 1.* m) stilo *S, S 1.* n) parvissima *S, S 1.* o) vixit *S, S 1.* p) dominum *S, S 1.* q) laboriosus *S, S 1.* r) piscatores *S, S 1.* s) persecutore *S 1.* t) salutē *S 1.* u) diei *S.* v) mercedes *S 1.* w) laboro *S, S 1.* x) posit *S 1.*

1) *Leo III.* 2) *patriarcha Aquileiensis.* 3) *Ioh. 19, 22:* Quod scripsi, scripsi. 4) *Alcvinus igitur regimen monasterii Turonensis iam susceperat.* 5) *Cf. Angilberti epistolam Arnoni missam supra p. 247:* ex parte tristes reddiderunt *(sc. apices vestri)*, eo quod eis indicantibus vestrum intelleximus laborem de infirmitate corporis vestri. Sed quid melius nisi secundum apostolum libenter gloriemur in infirmitatibus nostris. 6) *Isai. 40, 15:* ecce gentes quasi stilla situlae et quasi momentum staterae reputatae sunt. 7) *Cf. supra p. 60. 143.*

ordinans in nobis suae caritatis suavitatem. Et quia[a] vox vestrae[b] dilectionis ad nos pervenire non potest[c], saepius carta quam relationis vocant[d] currat. Frater, qui a fratre adiuvatur[e], quasi civitas[f] firma est. Quam pulchri sunt pedes evangelizantium[g] pacem[h], evangelizantium[i] bona[k]. Exalta sicut tuba vocem tuam et[l] memento te . . . .[m] dixit: 'Alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili[n], quae vocem meam audiunt, et illas[o] me oportet adducere et fiat unum ovile[p] et unus pastor'. Nec te priores[q] oves inpediant[r], quin minus alias[s] adducas et facias unum ovile[p]. Cognoscat sapientia vestra, quid significat devotio nostra.

798 Nov. — Prov. 18, 19. — Rom. 10, 15. — Isai. 58, 1. — Ioh. 10, 16.

De puero[1], quem habemus in domo nostra[t], sicut filium erudiemus, ut volente Deo perfectum faciamus virum[u] ex illo. Erimus ei adiutores secundum[v] causam[w] et temporis rationem; et si volente Deo viderimus[x] facies[y] nostras[z], tunc omnia de illo sicut de aliis multis consilium salutis capiamus.

Sicut fuit Albinus tuus, ita erit et in aeternum, quia qui coepit caritatis bonum in nobis, ille[a] perficiat et ad fidei mercedem, credo, magnam[b] perducat[c]. Qui autem perseveraverit in finem, hic salvus erit: Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc nunc et usque in aeternum. Vivas feliciter et floreas[d] in opere, verbo Dei. Vale[e] frater in aeternum, memento semper orare pro nobis et memor sit semper Deus adiuvare te.

Matth. 10, 22. — Ps. 120, 8.

159.

Alcvinus Arnonem archiepiscopum Salisburgensem aut hieme Turonis aut proximo anno in coenobio S. Amandi videre optat. Gaudet, quod Leo III papa immerito iniuria afficiatur, et quod iter ab Arnone non frustra factum sit. *798 Nov.*

Codd. A 1 fol. 40—41', A 1 p. 44 bis — 46 n. 31*[a].
Ed. J 108.

NOBILISSIMO AVIUM AQUILAE ANSER STRIDENTI VOCE SALUTEM.

Dum vos audivi ad nidum dulcissimae quietis[2] de transalpinis collibus convolare, magna dubitanti animo de vobis requies repente eluxit, et quasi de fragosis tempestatum locis in portum placidae quietis revolavit. Quia karitas et leta in prosperis et angusta in adversis esse solet. Unde et sponsae voce decantatur, absentiam lugentis optati sponsi: 'Vulnerata karitate ego sum'. Quia utrumque caritas vestra[b] et vulnerat et sanat. Sed adhuc restat inflicti vulneris per caritatem pars aperta, quia necdum optata facies oculis eluxit amantis. Licet menti[c] anxietas ignorantiae salutis auferatur, tamen[d] oculorum aviditas per vestri vultus visionem necdum sauciata sedatur. Quam eiusdem pietatis gratia ministrante citius auferri optamus, quae molestiam[e] mentis per litterarum vestrarum praesentiam auferre dignata est; quatenus ex omni parte plena redeat desideranti laetitia in advenientis salute et[f] visione.

cf. Cant. 5, 8. — cf. Iob 5, 18.

a) qua *S, S 1.* b) vestra *S, S 1.* c) potes *S, S 1.* d) vocat *S, S 1.* e) adiuvator *S, S 1.* f) tuus *S, S 1 pro* quasi civitas. g) euangelizancium *S;* euangelizanzium *S 1.* h) *om. S 1.* i) euangelizancium *S.* k) euangelizanzium *add. S 1.* l) in *S, S 1.* m) *nonnulla excidisse videntur J.* n) ovile *S, S 1.* o) illos *S, S 1.* p) ovilem *S 1.* q) priorem *S, S 1.* r) inpediunt *S 1.* s) alios *S, S 1.* t) nostro *S 1.* u) firmum ex illud *S, S 1 pro* virum ex illo. v) saecundum *S 1.* w) causa *S, S 1.* x) visi erimus *S, S 1.* y) facias *S, S 1.* z) nostro *S, S 1.* a) illi *S, S 1.* b) magna *S.* c) perduxerit *S, S 1.* d) florens *S, S 1.* e) Va *S, S 1.*

159. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri *A 1.* b) vera *A 1*.* c) mentis *A 1*.* d) auferatur, tamen *scripsit J. pro* auferat, quem *A 1.* e) molestiam *scripsit J. pro* molestiae *A 1.* f) ex *A 1*.*

1) *Hildegario, Arnonis nepote; cf. supra p. 253, epp. 193. 194.* 2) *ad coenobium S. Amandi Elnonense, ut videtur, cf. infra p. 258, vel ad coenobium Iuvavense.*

798 Et vero scripsisti mihi de domni apostolici[1] religiosa vita et iustitia; quales et quomodo iniustas patitur perturbationes a filiis discordiae. Multo me gaudio refocilatum fore fateor, quod pater ecclesiarum pio animo et fideli absque dolo Deo servire satagit. Nec mirum, si iustitia ab iniquis persecutionem patiatur in illo, cum in capite nostro, totius bonitatis et iustitiae fonte, deo Christo, persecutionem usque ad mortem perpessa est.

Querelas quoque in eisdem litteris animi tui propter inquietam vitam intellexi[2] utcumque iustas, sed non in hoc labore, quem modo in manibus habuisti, multum noxias. Quia, ut credo apicibus illius cartulae, nobis errantibus multa ad aequitatis normam correxistis; et obedientiae munus in servitio pietatis perfecistis; etiam et locorum sanctorum oportunitate tuimet ipsius tuorumque simul commendationem Deo et sanctis eius, ut arbitror, intentius peregistis. Quae omnia vel tuae proficiunt saluti vel etiam multorum prosperitatem suppeditant. Quid[a] vero dierum restat, ut cursus vitae in certamine peragatur perpetuae coronae, domini nostri Iesu Christi dextera dirigatur, quatinus ad finem aeternae perveniat felicitatis.

Unum adhuc itinerario[b] labore obtarem vestrum inire sudorem. Hoc est, ut in venerabili beati Martini protectoris nostri te templo orantem vidissem; ut mihi vires tua supplicatio nostraque reficeret[c], et pia caritatis consolatio Christo miserante in viam perpetuae ambobus proficeret beatitudinis. Quod qualiter fieri possit, tua consideret providentia; nisi[d], si istius anni oportunitas, aliis occupationibus impedientibus, hoc nobis voluntarium munus non concedat, sequentis anni reddita serenitate post[e] pascha[3] dierum et temporum, apud Sanctum Amandum omnimodis fieri optamus.

Frequens vero infirmitas corpusculi mei[4] hiemalibus procellarum tempestatibus fatigabile mihi valde iter efficiet longinquum. Sed Dei misericordia opitulante et gubernante cogitationes voluntatesque nostras, concedat nos[f] optato desiderio ad quaerendum perpetuae prosperitatis salutem convenire secundum suae dispensationis opor-
Matth. 18, 20. tunitatem, quatenus mutua consolatio convenientium[g] in eius nomine, qui ait: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum', mereatur aeternae pacis et quietis viam invenire.

Deus Christus ad gaudium nostrum et salutem multorum te longa prosperitate valere concedat, frater amantissime.

160.

Alchvinus Teodulfo episcopo se amicum eius professus mittit librum catholicae fidei alterumque contra Felicis libellum recentem promittit. 798.

Cod. Parisinus, collection de Baluze n. LXIX fol. 350. 351 fragmenta saeculi IX—X[a].

Ed. Löwenfeld: Bibliothèque de l'école des chartes t. XLII p. 8—10 a. 1881.

SANCTISSIMO ET IN CH[RISTI C]ARITATE AMANTISSIMO AN[TIS]TITE [TEOTULFO[b 5] HU]MILIS LEVITA ALCHVINUS SALUT[EM].

Ve[nit ad nos Bene]dictus[c] vestrae dilectionis suav[is]sima verba ferens in ore, quae ego libenter [su]scepi et in archano cordis thesauro recond[id]i mecum, maxime

a) Quod *A 1.* b) ignerario *A 1, corr. in* itinerario *A 1*.* c) *sic scripsit J. pro* ut mihi vero tua consolationes vestrique reficeret. d) nisi *scripsit J. pro* nihil *A 1.* e) p̊ *A 1;* pro *A 1*.* f) nobis *corr. in* nos *A 1*.* g) convenientem *A 1.*

160. a) *sunt folia duo membranacea a ligatore foede mutilata.* b) *superiorem huius nominis partem legit Delisle.* c) *haec supplementa et quae secuntur coniectura prioris editoris nituntur.*

1) *Leonis III cf. infra ep. 184.* 2) *Cf. infra ep. 253.* 3) *post 31. Mart. 799.* 4) *Cf. ep. 146 supra p. 236:* nisi quod febris et infirmitas me fatigatum habet, *p. 249 n. 3.* 5) *Cf. p. 243:* exemplarium illius libelli . . dirigatur . . Richbodo et Theodulfo episcopis . . . ut singuli pro se respondeant.

quia et in illis ego ipse . . . . [a]pud me cogitavi et desideravi, quomodo [amicitia indissolubil]is inter nos statueretur. Sed ves[tr]a pietas me volentem praevenit suadendo, quod e[go] desiderando optavi. Idcirco sciat certissime [ca]ritas vestra, quod in hoc multum mea mens d[esu]det, quod fraterna inter nos dilectio [perpetua semper] et firma permaneat. Quia Dei omnipot[ent]is, ut vestra optime novit prudentia, volun[t]as est verę caritatis inter nos fieri coniuncti[o]nem, nostris quoque multum prodisse[a] animabus n[o]n ignoratur; etiam et Deo opitulante, ut [arbitr]or, multorum profectus erit. Scis itaq[ue] . . . . . st ecclesiarum Christi nos in unitate catholicae fidei firmiter stare et proeliari bella Domini cum ceteris populi ch[risti]ani doctoribus, ne quid in diebus nostris an[tiquus ho]stis invida salutis humanae vers[utia] . . . . [s]ensui simpliciu[m] . . . . [vo]lentibus[b] et nolentibus, quod [Dominu]s noster Iesus Christus verus sit Deus et verus filius . . . . . [me]diator omnibus in se cre[dentibus] . . . . tibus in salutem aeternam ad desi . . . . ero et quoddam solatium direximus vo[bis], id e[st] omnibus sanctae Dei ecclesiae filiis libellum f[id]ei catholicae[1] sanctarum scripturarum auctoritati[bus] . . . m[c] et catholicorum doctorum [testimoniis] . . . ., qui pro mea persona vobiscum in veritat[is] laboret testificatione. Sed[2] nuper ab eodem [ante]dicto doctore venit nobis libellus erroris c[alamo] exaratus, cuius libelli responsionem in aliud tempus volente Deo et vita comite [distulimus. Tua vero caritas se] testimoniorum telis, quae in sanctorum [patr]um scriptis invenias, confortare et armare sat[agat][3], ut communi caritatis labore nomen domini nostri [Iesu] Christi clarificetur in mundo; ut eo spiritu quo ex virgine natus est. Deus verus et homo verus unus D[ei propri]us filius per nos enarretur e . . . . . atio. — 798?

Vestra vero sanctitas et fraterna caritas pro nobis [in]tercedere dignetur, quatenus labor noster [mult]is proficiat in salutem et Dei pietas vobis . . . . . lem pro se et in se laborantibus in . . . t sempiterna.

161.

Alcvinus ex episcopi cuiusdam (Arnonis?) amici infirmitate se quoque dolere dicit; hortatur ad virtutes, ad studia curamque scholarum. — *798?*

Cod. S fol. 4—4'.
Edd. F 136, J 296. — Migne col. 451.

Litteris vestrae beatitudinis acceptis satis me letificavit facies illarum et sensus omnia gaudiis perfudit viscera, nisi tantum infirmitas vestra meas perturbavit venas[4].
Sed iuxta apostolum infirmitas corporis fortitudo est animi, gaudeat filius, ut erudiatur 1. Cor. 1, 25.
a patre. Aurum examinatur in fornace, ut purius[a] splendescat ex flammis: et homo Prov. 27, 21.
in dolore corporis excoquitur, ut purior exiliat anima de ergastulo carceris sui. Placeat tibi castigatio paterna, quia flagella patris proficiunt ad salutem.

Pauci[b] sunt dies laboris et perpetuae mercedis. Idcirco instanter laboret lingua in praedicationibus, manus in elymosinis, pes in circueundo gregem Christi. Animus vigilet in orationibus et in psalmodiis solidetur, et in laude Dei laetificetur. Quod semper erit acturus homo in caelis, hic saepius agat in terris. 'Sacrificium laudis Ps. 49, 23.

---

a) *manu fere aeq. corr.* prodisse *C.* b) fallentibus *suppl. Löw.* c) nisum *vel* fultum *Löwenfeld.*
161. a) purior *S.* b) paucis *S.*

1) *Librum contra haeresin Felicis (ed. Frobenius I, 760—782), cf. p. 233 n. 4.* 2) *Cf. p. 241:* Nuper mihi venit libellus a Felice infelice directus. 3) *Cf. p. 243:* Huius vero libelli vel magis erroris responsio multa diligentia et pluribus adiutoribus est consideranda. Ego solus non sufficio ad responsionem *etc.* 4) *Cf. supra p. 256 n. 5.*

796–799 honorificavit me', dicit Deus per prophetam. 'illic iter est, quo ostendam illi salutare
Ps. 49, 23. Dei'. Sit humilitas in corde et in corpore; sit pacientia in moribus et verbis; sit servus Domini fervens in mente; sit pax in ore et in corde caritas; et semper suavia verba misceantur[a] durioribus, quia facilius durum cor penetrant mollia verba quam amara. Sit discretio, quid cui conveniat tempori, personae, aetati et operi. Sit lectio crebra, et ieiunia sobria et convivia modesta[b] et honor hospitum et ordinatio pauperum et cura familiae et diligentia in populo.

Quid agam et quid est quod scribo? nisi quia caritas tacere nescit et quoddam refrigerium cordis est verbis proferre in quo mens inflammatur[1]. Et scio te rusticitatem meam[2] pacienter ferre et familiaritatis litterolas non abhorrescere. Ideo non erubesco prius dicta rescribere et iterare quae ante direxi. Etsi inmemor sim, quid prius scribserim, non tamen inmemor sum caritatis aeternae.

Nunc velim te properare in patriam[3] et ordinare puerorum lectiones, quis gramaticam discat, quis epistolas et parvos libellos legat, quis sanctam scributuram sobria mente haurire dignus sit. Tu vero, sancte pater, evangelicis maxime studeas lectionibus et canonicis sanctorum scributurarum inservire eruditionibus, quia tibi decet meditatio
Ps. 1, 2. divinae legis, ut dicatur de te: 'In lege Domini meditabitur die ac nocte', ut fructus tuus vigeat in aeternum, et omnia quaecumque facias prosperata tibi sint ad salutem. Et mei memor valeto, sanctissime pater.

162.

Alcvinus Angilberto abbati Centulensi, iussu Caroli imperatoris sciscitanti respondet de genere vocabuli 'rubus' et de his verbi formis 'despicere' et 'dispicere'. 796—799.

Codd. T fol. 46—48 (T fol. 42—43)*[a].
Edd. Q 27, F 23, J 252. — Migne col. 181.

FLACCUS ALBINUS FLAVI HOMERI OBTAT SALUTEM[b].

Miror, cur Flaccinae pigritiae socordiam septiplicis sapientiae decus, dulcissimus meus David, interrogare voluisset de quaestionibus palatinis; emeritaeque nomen militiae[4] in castra revocare pugnantia, ut tumultuosas militum mentes sedaret; dum saecularis litteraturae libri et ecclesiasticae soliditatis sapientia, sicut iustum est, apud vos inveniuntur, in quibus ad omnia, quae quaeruntur, verae inveniri possunt responsiones.

Hanc tamen duarum partium orationis discretionem, prout potui, consideravi. Currens per priorum[c] exempla doctorum inveni illos quoque in his partibus sibi dissentire. Idcirco visum est mihi in vos mittere huius examinis[d] auctoritatem, dum cognoscatis illorum sententias vel in constructione partium vel in regularum[e] proprietate.

Prima interrogatio fuit de rubo, cuius esset generis? De quo nomine diversa invenimus exempla. Legitur enim in metro, quod in eptatheco[5] conscribitur, huiusmodi versus:

'In quo conspicua flammarum lampade cernit.
Procurvam fulgere rubum neque ignibus uri'.

a) miscentur *S.* b) modestia *S.*
162. a) *Lemma:* Epistola Albini ad Homerum *T**. b) *om. T.* c) priorem *corr. in* priorum *T.* d) examicis *T.* e) regulorum *T.*

1) *Cf. p. 220 ep. 139.* 2) *Cf. supra p. 32 n. 2; 233. 234.* 3) *Cf. ad hunc locum Sickel Alcuinstudien l. l. p. 481 n. 3, cui dubitanter assentior.* 4) *Haec verba satis indicant epistolam hanc ad posteriores Alcvini annos pertinere, in quibus palatium iam reliquerat.* 5) *heptateucho (qui pentateuchum et Iosue et iudices comprehendit). Cf. Cypriani Galli Exodus v. 129. 130, ed. Peiper p. 61.*

Item Ambrosius[1] in hymno paschali: 796—799

'Et flamma famulum provocans,
Rubum non perdas spineam.
Cum sis ignis concremans,
Non uris quod inluminas'.

Item grammaticus quidam[2] ita ait: 'Item feminina in -us secundae declinationis numero plurali carentia, regnorum vel arborum: Tyrus, Cyprus, populus, cypressus, alnus, fraxinus, rubus'. Item Donatus[3] de arboribus dixit: 'Neutro fructum, feminino ipsas arbores saepe dicimus'; nota, quod saepe dixit, non semper. Paterius[4] vero ex verbis sancti Gregorii papae masculino posuit: 'Nam per succensum rubum Moysen alloquens, quid aliud[a] ostendit, nisi quod eius populo[b] doctor fuerit, qui et legis flammam perciperet et tamen peccati spinam nequaquam vitaret'? Item Isidorus[5] in commentario geneseos: 'Quod vero Dominus in eodem rubo apparuisse legitur'. Arnovius in conflictu, quem habuit cum Serapione, rubum posuit masculini generis, dicens[6]: 'Et sicut vere rubus flammam habuit, sic vere passus est filius hominis; et sicut vere non incensus est, sic vere non passus est filius Dei'. Iosephus quoque in hystoriis dicit[7]: 'Et facto sacrificio Moyses populo ministrabat iuxta rubum[c], qui flammam ignis evaserat'. Item Vergilius haud contempnendae auctoritatis falsator[8]:

'Mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum'.

Tamen si aspera esset, potuit per synalipham versus stare. Priscianus vero, veracissimus grammaticae artis doctor[9], de rubo ita ait[10]: 'Specialia uniuscuiusque arboris nomina feminina[d] sunt, excepto 'oleastro'[e], quod tam forma terminationis quam declinatio prohibuit esse femininum. Nam 'siler' — quod est neutrum — non est inter arbores ponendum, sicut nec 'rubus'. Inter hos vero auctores vestra videat prudentia, quid sequendum sit. Possunt enim quaedam ex his exemplis vitio scriptoris esse corrupta, et u pro a vel etiam a pro u posita. Tamen certius videtur masculinum esse quam femininum.

Secunda vero interrogatio fuit inter de, dis[f]: an debuisset esse dispexeris sive despexeris[g][11]. Sed dispexeris esse non potest propter sequentem s, quae exigit dis, ut Priscianus vult[12]. Sed inter de et dis tantum versatur inquisitio.

Considerandum esse videtur, quo modo habeat in Greco; quae ibi praepositio inveniatur, sive quae dis significet, sive quae de significet. Dicit enim Priscianus[13] de habere plures[h] significationes et non pro una greca praepositione poni, sed pro tribus, vel forsan pluribus[i]; ita dicens: 'De' non solum *τὸ ἀπό*[k] significat, sed etiam *τὸ περί* memorativum, ut 'de partibus orationis'; accipitur etiam pro *κατά* locali in conpositione, ut 'deduco, descendo, detraho, deicio, despicio, derideo'; est etiam inten-

---

a) alius *T.* b) populi *T.* c) rubrum *T.* d) femina *T.* e) alóastro *T.* f) *sequitur* et des *in T.* g) *sequitur iterum:* sive despexeris *in T; ubi alia quaedam etiam de 'di' et 'dis' excidisse, facile cognitu est. Quam ob rem puncta interposui. J.* h) pluras *T.* i) plurioribus *T.* k) *τοαπω T.*

1) *Hunc hymnum in Ambrosii operibus non inveni.* 2) *Nescio quis.* 3) *Donati ars grammatica II, 4 (Grammatici Latini ed. Keil T. IV, 376).* 4) *S. Paterii liber de expositione veteris et novi testamenti, de diversis libris S. Gregorii papae concinnatus II c. 4 (S. Gregorii opp. edd. Benedictini T. IV, 54).* 5) *immo Exodi c. VII, 3 (Isidori Hispal. opp. ed. Arevalus V, 363).* 6) *Arnobii et Serapionis conflictus, Maxima bibliotheca veterum patrum, Lugduni 1677, VIII p. 228, cf. Adr. Felic. l. VI c. 9 (Frob. I, 845):* Nam et Arnovius . . in conflictu, quem cum Serapione habuit . . . profert testimonia . . . 7) *Iosephi Antiquit. Iudaicarum Ruffino interpr. L. III c. 3.* 8) *Verg. Ecl. III, 89; cf. infra ep. 202:* Vestra vero nulli contempnenda auctoritas. 9) *Alcvin. de Grammat. (ed. Frobenius II, 281):* Priscianus latinae eloquentiae decus. 10) *Prisciani instit. V 19 (Grammatici Lat. ed. Keil II, 154).* 11) *In hoc versu Ps. 54, 2:* Exaudi, Deus, orationem meam et ne despexeris deprecationem meam. *Cf. infra verba haec:* in eo versu, unde haec inquisitio orta est. 12) *v. Priscian. XIIII, 53 (l. l. III, 56).* 13) *Priscian. XIIII, 45 (l. l. III, 48).*

796—799 tivum, ut 'deprehendo, dedo, depravo, deprimo, deminuo, dehisco, deterreo, deligo,
decurro'; est etiam privativum, ut 'desperatur, demens, desum, deierat'. Nota, quod
despicio dixit, unde erit despexeris[a]. Nam spicio multas in compositione recipit prae-
positiones et nullam in appositione, quia spicio in usu non est[1]. Invenitur enim:
aspicio, respicio, suspicio, despicio, conspicio, prospicio, et utrumque invenitur: despicio
et dispicio.

Ideo superius dixi considerandum esse, quae praepositio in Greco esset posita;
et inde agnosci quae in Latino scribi debeat; quia talis dubitatio ex antecedentis
Ps. 54, 2. linguae consideratione solvi poterit. Habet enim in Greco ille versus: 'Exaudi, Deus,
orationem meam et ne despexeris deprecationem meam': *Ἐνώτισαι, ὦ θεός*[b], *τὴν προσ-*
ib. 21, 11. *ευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου.* Item in psalmo XXI ille versus: 'De
ventre matris meae Deus meus es tu' habet in Greco: *ἀπὸ γαστρὸς μητρός μου θεός*
ib. 71, 6. *μου εἶ σύ*; ubi nos dicimus de, ibi *ἀπό* legitur. Item ubi nos habemus: 'Descendet[c]
sicut pluvia in vellus', in Greco habetur: *καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον*; *κατά* pro
de, sicut superius *περί* pro de in eo versu, unde haec inquisitio orta est[2].

Nam et beatus Hieronimus in tractatu epistolae ad Titum[3] has praepositiones,
id est *περί* et *κατά*, sine dubio ad contemptum pertinere dixit. Et idem ponit esse
contempnit et despexit. Sed et bonum et malum esse contemptum; bonum, quando
quis tormenta vel obprobria Christi nomine contempnit et despicit. Et has distinctiones
in praepositionibus tantummodo esse his verbis docet, ubi in Greco legitur ad Titum
dictum *περιφρονείτω*, et illud quod ad Timotheum legitur *καταφρονείτω*, et apostolum
Paulum pro varietate causarum variis uti praepositionibus asseruit. Tito igitur scripsit:
Tit. 2, 15. 1. Tim. 4, 12. 'Nemo te contempnat', et Timotheo: 'Nemo adulescentiam tuam contempnat'. Et ad
utrumque propter *περί* vel *κατά* Grecas praepositiones despicit ponit. Stoichorum
quoque, qui subtiliter inter verba discernunt, exemplo hoc ipsum confirmat.

Ps. 32, 13. Habet quoque de alias significationes in Greco; ut est: 'De caelo respexit Domi-
nus', in Greco habet: *ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ κύριος*[d]; *ἐξ* etiam pro de positum. Item,
ib. 54, 12. ubi nos dicimus: 'Non defecit de plateis eius', in Greco legitur: *ἐκ τῶν πλατειῶν
αὐτῆς*[e]; *ἐκ* pro de positum.

'Di' quidem et 'dis' secundum Priscianum[4] eandem significationem habent, sicut
'ab' et 'abs'. Sunt autem separativae, ut: 'divido, diruo; distraho, discurro', quod
ib. 2, 3. apud Grecos *διά* praepositio facit'. Nam ubi nos dicimus: 'Disrumpamus vincula
eorum', habet in Greco: *Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν*[f]; item quod nos habemus:
ib. 16, 14. 'Domine, a paucis de terra divide eos', in Greco legitur: *κύριε ἀπολύων*[g] *ἀπὸ γῆς
διαμέρισον αὐτούς.*

His etiam consideratis videte vel ex antecedentis linguae notitia vel constructe
orationis serie, quae magis in eo versu praepositio poni debeat. Nam haec duo maxime
dubitationem solvere solent et ad certum lectorem perducere sensum et contentiosas
scolasticorum terminare quaestiones. Ideo de rubo posui veterum sententias auctorum
et in praepositionibus Grecae linguae auctoritatem, ne meam quis calumniis notaret
sententiam et presumptiosam reprehenderet[h], si nullis priscorum fulciretur doctorum
exemplis. Quia multoties in vili persona veritas dispicitur, cui nihil praeferri debuit,
si tantum in quaestionibus illius expectaret iudicium et non propriae sententiae defen-
deretur presumptio[i].

---

a) dispexeris *corr. in* desp. *T.* b) *οος T pro ὦ θεός.* c) descendit *T.* d) $\overline{\text{ks}}$ *T.* e) *εκ τον
πλαιτον αυτοις T.* f) *διαρριξομεν τους δεσμους αυτον T.* g) *απο ολιγον T.* h) reprehendet *T.*
i) presumpti *T.*

1) *Prisc. VIII, 81 (l. l. II, 135).* 2) *v. supra p. 261 n. 11.* 3) *Hieronymi commentar. in epistolam
ad Titum (Opp. ed. Vallarsius VII, 728).* 4) *Prisc. inst. XIIII (l. l. III, 56), cf. Albin. de orthogr.
(Gramm. lat. ed. Keil VII, 300).*

163. — 799

Alcvinus Carolo regi per Candidum interroganti, quae inter aeternum et sempiternum, perpetuum et inmortale, saeculum, aevum et tempus sit differentia, exponit. — 799.

Codd. T fol. 33'—35' (T fol. 30'—32), P fol. 123—126 (P* fol. 79'—80), L fol. 185—190, G (Paris. 12292, S. Germani) fol. 80'—81'*[a].

Edd. Q 16 (col. 765—770, 1512), F 123, J 254. — Migne col. 419.

DOMINI[b] DAVID, RECTORIS OPTIMI[c], VICTORIS[d] MAXIMI FLACCUS ALBINUS OPTAT SALUTEM[e].

De quorumdam nominum proprietate revertens a nobis Candidus noster[1] quaestiones nobis proposuit[f]: de[g] quibus ut ex tempore diligentius perscrutaretur, interim tacere disposui[h]. Sed ille vestrae voluntatis nimius exactor et inportunus[i] inquisitor moras me facere non sinebat. Quapropter[k] paucas eorumdem[l] nominum rationes repentino et inculto[m] notavi sermone; vestrum de his, quae dicta sunt, sicut et de meis omnibus dictis vel scriptis spectans iudicium. Nam oboedientis[n] devotio laudanda est, si auctoritate iubentis probatur[o][2].

Haec ergo est[p] interrogatio, quae nobis[q] ab eodem adlata[r] est; scilicet: quid[s] sit inter aeternum et sempiternum; et perpetuum et inmortale[t]: et saeculum, et aevum, et tempus? Primum enim sciendum est, quod unum significare videntur aeternum et sempiternum; et[p] simplex esse[p] nomen aeternum: sempiternum vero conpositum ex adverbio semper et nomine aeterno. Ideo omne aeternum potest dici et sempiternum: et converso ordine omne sempiternum et aeternum. Perpetuum vero videtur dirivatum esse ex eo, quod est perpes; et significare[u] quod nullo dirimitur[v] intervallo, sed semper eodem modo perstat[w], quo[x] est[p]. Inter[y] aeternum[z] autem et inmortale hoc distare videtur, quod omne aeternum, inmortale: non tamen omne inmortale, aeternum recte dicitur. Inter aevum et saeculum ita discerni potest, quod aevum quiddam[a] aeternum potest intellegi[b], saeculum vero temporale aliquid. Sed modo videamus horum distantiam nominum. Inmortalis enim illa dicitur natura, quae mori non potest, non tamen semper inmutabilis, id est quae inmutari non possit: sicut anima humana, quae inmortalis creata[c] est, sed inmutabilis procul dubio non est, quia de peiore in melius vel de meliore in peius[d] vel[e] de peiore in peius vel de meliore in melius mutari[f] potest, sicut dictum est: 'Ibunt sancti de virtute in virtutem'. Solus Deus Ps. 83, 8.
vere inmortalis et inmutabilis, quia solus vere et proprie[g] aeternus, et semper quod est, de quo[h] apostolus: 'Qui solus habet inmortalitatem'. Et[i] inmortale[k] posuit pro 1. Tim. 6, 16.
inmutabili; quia quod mutabile est, quodammodo moritur eo, quod est, dum aliud aliquid incipit esse, quod non erat. Sed abusive[l] saepe aeternum[m] legitur dictum, quod tempori[n] vel mutabilitati obnoxium[o] est, nec semper eiusdem modi est: ideo aeternum non recte dicitur. Quod[p] enim mutatur, non manet, idque, ut supra diximus, inter

163. a) *Lemma:* Item ad domnum regem (imperatorem *P*) quid sit inter aeternum et sempiternum et perpetuum et inmortale et seculum et aevum et tempus *T, P.* b) domino *P, G.* c) obtimi *P.* d) rectoris *L.* e) sal. *om. T, L.* f) propossuit *L.* g) de — disposui *om. P.* h) dispossui *L.* i) inoportunus *P, G.* k) non *add. G.* l) eorundem *G, L.* m) in occulto *P, L.* n) oboedientes *T;* oboediens *P, G.* o) probatus *P.* p) *om. L.* q) in nobis *P.* r) ablata *G.* s) quid sit inter *om. G;* quod *corr. in* quid *L.* t) inmortalem *G.* u) significari *T, P, G, L.* v) dirimit *G.* w) praestat *P, L.* x) quod *G, T, L.* y) in *L.* z) aeternum — dicitur. Inter *om. G.* a) quidam *T, P;* quid etiam *G.* b) intelligi *L.* c) est cr. *L.* d) in peius — de meliore in *om. G.* e) vel — peius *om. T.* f) mutare *L.* g) propriae *T.* h) eo *L.* i) Et *om. P, G.* k) inmortalitate *L.* l) abusivae *T, L.* m) aeternae *T.* n) tempora *T, P, L;* temporali *G.* o) obinnoxium *L.* p) quid *P, ubi* o *superscriptum et deinde deletum est.*

1) *De Candido sive Wizzone, quem anno 798. apud Arnonem moratum esse scimus, cf. supra p. 253. 255. 256.* 2) *Cf. supra p. 175 lin. 15, infra ep. 172:* Nam auctoritas praecipientis oboedientis industriam defendere debet.

— 799 inmortale[a] et aeternum est, quod omne aeternum inmortale est; non omne inmortale satis subtiliter et aeternum dicitur: quia[b] etsi semper aliquid vivat, tamen si mutabilitatem patitur, non proprie[c] aeternum[d] appellatur; quia non semper eiusmodi est: quamvis inmortale, quia semper vivit[e], recte dici possit. Vocatur tamen aeternum interdum etiam, quod inmortale est[f]: aeternum enim[g], cum proprie[c] dicitur, neque quicquam praeteritum habet, nec futurum: sed quicquid[h] est, semper est, quod solus est Deus: et ideo solus Deus aeternus est secundum proprietatem aeternitatis. Hoc vero quod[i] de aeterno diximus, hoc idem licet intellegi[k] de sempiterno. Sed quid est[l], (Rom. 16, 25; 2. Tim. 1, 9.) quod apostolus dicit: 'Ante tempora aeterna'? Si enim tempora, quomodo[m] aeterna; dum tempora non sunt[n], nisi in creaturis? nisi forte ante omnia tempora intellegi voluit. Aeterna autem maluit dicere, quam omnia; fortasse ideo, quia[o] tempus non coepit ex tempore; aeterna enim[p] tempora aevum significant[q]. Inter aevum autem[r] et tempus hoc distat, quod illud stabile est, tempus autem[s] mutabile[t].

Saeculum[u] vero dicitur post creatas rerum species, et in diversas[v] temporum mutabilitates distinctae[w]: videturque saeculum et[x] tempora simul coepisse. Sed multis in locis saeculum[y] in sancta scriptura pro sempiterno legitur: ut dicitur: 'Quoniam (Ps. 105, 1; 117, 1.) in saeculum misericordia eius'. In saeculum, scilicet[z] in perpetuum dicitur[a]; quoniam misericordia ipsius aeterna et indeficiens est. Saeculum est enim mundi ordo decurrens, qui[b] ad futura tendens praeterita deserit, et ideo saecula dicta esse putantur[c], quia in se iugiter revolvuntur[d] tempora. Sed differentia est, dum dicitur[d*]: a saeculo; et dum dicitur: in saeculo[e]; et dum dicitur: in saeculum saeculi. Adam namque a saeculo fuit; id est in principio saeculi[f]. Ceteri vero patres, Noe, Abraham[g], in saeculo, sed non a saeculo fuerunt: sicut omnis humani[h] generis series in saeculo fuerunt, vel sunt, vel futurae[i] sunt. In saeculum vero saeculi [1] futurum est saeculum, (Tob. 9, 11.) quod post hoc erit saeculum, quod et[k] in saecula saeculorum dicitur. Nam quibusdam in locis in saeculum saeculi aeternitatem Domini absolute significat: quoniam ille et ante saeculum, et in saeculo, et post istum[l] saeculum misericors esse monstratur. Et (Ps. 102, 17.) ideo dicitur de eo[m]: 'Misericordia autem[n] Domini a saeculo et usque in saeculum (ib. 10, 16.) super timentes eum'. Item [1] 'in saeculum saeculi' propter duo[o] testamenta saepe legitur positum: quia hoc[p] novum testamentum prioris saeculum[q] saeculi est: sicut et futurum istius praesentis erit. Invenitur quoque saeculum pro cuiuslibet temporis fine (Exod. 21, 6.) poni. Nam in lege Domini dicitur: 'Sit tibi servus in[r] saeculum', id est, usque in iubileum[s] annum. Sed sciendum est, quod aeternum tribus modis in sancta[t] scriptura legi solet. Primo[u], quod vere et proprie[v] aeternum dicitur, omni mutabilitate carens, sicut solus Deus est. Alter vero modus est, cum ea res aeterna dicitur, quae ipsa quidem per se aeterna non[w] est, sed quod significat, aeternum est: veluti est eo (Gen. 17, 8.) quod[x] Abrahae[y] dicitur: 'Dabo tibi et semini tuo terram hanc in possessionem aeternam'. Cum nec ipsa terra, nec eius habitatores aeterni esse potuissent, sed terra viventium,

---

a) mortale *P, G.* b) qua *L.* c) propriae *T, L.* d) autem *P.* e) uiuū *G.* f) *om. L.* g) etiam *G.* h) quid *L.* i) *om. T, P, L.* k) intellegit *L.* l) quidem *pro* quid est *L.* m) qodo *T.* n) sint *G.* o) qui *L.* p) et in *G;* autem *L* (*pro* enim). q) significat *L.* r) enim *L.* s) aut *L.* t) est *add. P, T.* u) Secundum *L.* v) diversa *G.* w) distinctas *T, P, L;* destinatas *corr. ex* dist. *G.* x) *om. L.* y) seculum seculi *G.* z) saeculi et *pro* scil. *L.* a) dicit *P, G, L.* b) quid *T.* c) putatur *T.* d) resolvuntur *P;* resolvunt *G;* revolvunt *T, L.* d*) ducitur *L.* e) saeculo — dicitur in *om. P, G.* f) *om. G.* g) Habraham *L.* h) humana *L.* i) futuri *T, P, G, L.* k) *om. L.* l) istud *G.* m) deo (*pro* de eo) *L.* n) misericordiautem *T.* o) dua *T.* p) quia in hoc *P.* q) *om. L;* saeculi saeculum *P, G.* r) *om. L.* s) iobeleum *T;* iubeleum *G.* t) saecula *T pro* sancta; sacra *G.* u) Primo — dicitur *om. T.* v) propriae *L.* w) *om. T.* x) veluti est hoc quod *P, G, L.* y) Habrahe *L.*

1) *Cf. Alc. Exposit. in psalm. 118 v. 90 (ed. Frobenius I, 369):* Saeculum legem et prophetas, saeculi significat evangelia et apostolos.

quae per hanc terram significatur, aeterna est; et habitatores illius aeterni, de quibus — 799
dicitur: 'Beati mites, quoniam ipsi possidebunt[a] terram'. Tertius modus est, quando Matth. 5, 4.
ea[b] res aeterna appellatur[1], cui finis non constituitur, aut ita fit, ut deinceps non sit
facienda, quantum ad curam vel ad[c] potestatem facientis aut dicentis pertinet, eo
genere locutionis[d], quo quidam[e] poeta ait[2]:

'Serviet[f] aeternum, qui[g] parvo nesciet[h] uti'.

Non enim potest aeternum servire, cuius ipsa vita aeterna esse non potest. Sed mira[i]
quaedam differentia est inter essentiam[k] omnipotentis Dei et volventia[l] humanae vitae
tempora. Legimus enim[m] tria tempora esse, id est praeteritum, praesens, vel futurum;
sed pene nihil nobis praesens sit[n], sed omnia praeterita et[o] futura[p]. Verbum enim
cum dico, priorem dum[q] dixi[r] syllabam, posterior futura fuit: et dum posteriorem
dico, praeteriit[s] prior. Deo[t] vero nihil praeteritum vel futurum, sed omnia praesentia
sunt[u], qui servo suo Moysi ait: 'Ego sum, qui[v] sum'. Et: 'Dices[w] filiis Israel[x]: qui Exod. 3, 14.
est, misit me ad vos'. Sed si[y] subtilius quaerere incipias, etiam ipsae duae[z] syllabae,
dum dixi: 'Deus aeternus', aeternae non sunt, sed illud[a], quod istae syllabae significant, omnimodis aeternum est. Verba enim, quibus loquimur[b], nihil aliud sunt[c], nisi signa rerum earum, quas[d] mente concepimus, et [quibus][e] ad cognitionem[f] aliorum venire[u] volumus: quae verba numquam recte proferuntur, nisi veritatem significent[g]. Veritas enim omni homini naturalis est in tantum, ut nullus umquam pro veritate falsum velit audire eo[h] modo, ut ipsum[i] verum putet, quod falsum est; nisi nimium ipse vanus sit et ab omni veritate[k] aversus.

Sed quia ad finem cartulae properat series, videtur ratum[l] aliquid de ipso fine
dicere. Est enim locus, ubi finis quod sine fine est significat, ut in evangelio: 'Cum Ioh. 13, 1.
dilexisset suos[m], qui erant in mundo, in finem dilexit eos', id est: in aeternum dilexit
eos. Est etiam ubi perfectionem significat, ut 'finis enim[n] legis Christus est', id est Rom. 10, 4.
perfectio[o] legis. Est[p] quoque[q], ubi ipsum significat Christum, ut[r] in quibusdam psal-
morum titulis 'in finem David' id est in Christum. Quando finis finem significat cuius- Ps. 51. 52.
libet rei[s] vel temporis, ut in Danihelo 'in fine autem dierum illorum[t]'. Nec mihi Dan. 4, 31.
multitudo verborum et cartulae longitudo obicienda[u] est, quia longitudo temporum[v] vel magis illud quod tempus non habet, plurima poscit verba, quibus demonstretur quod vix demonstrari[w] poterit. Sed calamus in fonte[x] caritatis[y] tinctus[z][3] dulce habet cum eo loqui[a], cui omnia bona dulcia sunt; cui Deus aeternam[b] concedere dignetur dulcedinem[c].

---

a) possedebunt *T.* b) ita *G.* c) *om. P, G, L.* d) loquutionis *T, L.* e) quondam *P.* f) Servi *L.* g) quia *Hor.*; qui *Aug.* h) nesciat *G.* i) magis *P, G.* k) aessentiam *T.* l) volentia in *T.* m) *om. T.* n) fit *G.* o) vel *G, L.* p) futurum *L.* q) cum *G.* r) duxi *L.* s) praeterit *T, P, G, L.* t) Dum *T.* u) *om. G.* v) qui sum *om. G.* w) Dicis *T, P L.* x) Israhel *L.* y) Sed ipsi *T*; sed et si *L.* z) ipse duo *T.* a) illum *L.* b) loquitur *L.* c) *om. T.* d) in *add. L.* e) *om. T, P, G, L.* f) cognationem *T*; cogitationem *P, G.* g) significant *L.* h) eum *T, L.* i) ipse *P, G, L.* k) omnem veritatem *L.* l) irratum *L.* m) eos *P, G.* n) *om. G.* o) fectio *L.* p) Eas *G.* q) quoquo *L.* r) ut — Christum *om. L.* s) regi *G.* t) eorum *G.* u) oboedienda *T.* v) tempora *P.* w) demonstrare *T, P, L.* x) fonte (r above o) *G.* y) caritate *T, P, L.* z) cunctus *T.* a) eloqui (*pro* eo loqui) *L.* b) aeternus *G.* c) finit *add. P*; aeternam amen *add. G. In P sequitur hoc distichon:*

Det tibi perpetuam clemens in saecla salutem
Et decus imperii, David amate, Deus; *cf. infra ep. 170.*

1) *Ex Augustino (E. Voigtio teste), Quaestion. in Gen. l. I qu. 31 (Opp. III, 387):* . . . an potius locutionis est scripturarum, ut aeternum appellent, cuius rei finis non constituitur, aut non ita fit, ut deinceps non sit faciendum, quantum pertinet ad curam vel potestatem facientis, sicut ait Horatius: Serviet — uti. Non enim potest in aeternum servire, cuius ipsa vita qua servit aeterna esse non potest. 2) *Hor. Ep. I, 10, 41.* 3) *Cf. supra p. 109 n. 4; 110 n. 1; p. 129 n. 3.*

a. 799 ineunte.

164.

Alcvinus Caroli regis Francorum filiae scribit se propter infirmam valetudinem ad regem non venisse. Sperat fore, ut rex Turonos accedat et Dares Hispanicus a sese vincatur. *a. 799 ineunte.*

Codd. S 1 fol. 116' (S 1 fol. 17'—18), A 1 fol. 63—63', A 1* p. 69—70 n. 48*[a]*.*
Edd. M 8, F 100, J 132. — Migne col. 363.

KARISSIMAE[b] IN CHRISTO FILIE FIDELIS IN KARITATE PATER PERPETUAE PROSPERITATIS SALUTEM.

Inter cetera[c] corporalis infirmitatis incommoda hoc maxime animum contristat paternum, quod domni mei David[1] et vestre dilectionis[d] sic cito, sicut volui, presen-
cf. Ps. 145, 8. tari[e] non potui. Credo tamen in eius clementiam, qui allisos[f] solet erigere et infirmos[g] curare, quod meam adhuc[h] impleat voluntatem in videndo faciem domini mei dilectissimi vestraeque familiaritatis frui alloquio.

Tu vero, filia karissima, honestis[i] moribus[k], misericordiae operibus, vitae sanctitate orneris[l]. Memento[m] dignitatem tuam, ut magis probitas laudetur conversationis[n] quam species auri fulgentis. Si quis[o] diligentius precepta considerat divina, inveniet in illis utrumque et laudem[p] in presenti vita inter homines et mercedem[q] aeternae gloriae apud Deum. Haec tu, nobilissima puella[2], diligentissime discere et devotissime implere satage, ut digna efficiaris a Deo amari et ab hominibus laudari.

Fama[r] per multorum ora volitans[3] resonat domnum regem orationis gratia ecclesias sanctorum visitaturum[4]. Atque utinam videamus illum in domo magni protectoris sancti Martini[5]. Tunc habet Flaccus omni laetitia gaudere et more senis Entelli[s] saltare, tripudiare[t] totis viribus, et[u] Daretem Hispanicum[6] vincere[7], qui gloriatur in fortitudine iuvenilis aetatis Homerumque versificantem conticescere[v] facit[8].

Moribus egregiis virtutum et vita coronis
Floreat et vigeat, filia kara mihi.

---

164. a) *Lemma:* Epistola alia magistri Albini *A 1;* Epistola Albini magistri *A 1*.* b) Karissimo *A 1.* c) et cetera *S 1.* d) aspectui *excidisse videtur J.; man. rec. corr.* dilectionis *in* dilectioni *A 1;* dilectioni *S 1, A 1*.* e) praesentare *S 1.* f) alisos *A 1.* g) infirmitati *S 1.* h) ad hoc *A 1.* i) onestis *S 1.* k) *om. S 1.* l) ornare *S 1.* m) Meminerit dignitas tua, quod magis *A 1*.* n) laudet conversionis *S 1.* o) qui *S 1.* p) laudis *S 1.* q) mercedis *S 1.* r) Fama — Martini *om. S 1.* s) Entilli *A 1;* seni sentelli *S 1.* t) trepudiare *S 1.* u) et Daretem — facit *om. S 1.* v) conticessere *A 1.*

1) *Caroli regis.* 2) *Non potest dubitari, quin haec epistola ad Caroli et Hildigardae filiam scripta sit; neque vero perspicuum est, num ad Hrotrudim spectet, an ad Berhtam an ad Gislam; de quibus v. Einharti vit. Caroli c. 18. J.* 3) *Aen. VII, 104:* late volitans iam | Fama; *IX, 473. 474.* 4) *Fama haec vera fuit. Carolum enim scimus anno 800. fuisse die 26. Martii* Sitiu in atrio S. Bertini *(v. Sickel Acta Karolinorum T. II, p. 62 n. 161), diê 19. Aprilis* pascha, in Centulo apud S. Richarium *posteaque* Turonis ad Sanctum Martinum orationis causa pervenisse *(v. Annales Laurissenses et Einharto attributos 800, SS. I, 186. 187). Hinc intellegimus epistolam hanc ineunte anno 800. scriptam esse et quidem eodem fere tempore quo ep. 165 infra. J. Cf. autem quae Grössler (Jahresber. des Gymnas. zu Eisleben 1879 p. 54 n. 5) huic Iaffei opinioni rectius opposuit.* 5) *Carolus morabatur Turonis apud S. Martinum* dies aliquot propter adversam domnae Liutgardae coniugis valitudinem, quae ibidem et defuncta *(d. 4. Iunii 800)* et humata est; *indeque rex* Aquasgrani reversus est; *v. Annales l. l. J.* 6) *Verbis his* Daretem Hispanicum *significat neque Felicem episcopum Urgellitanum, ut Jaffé voluit, neque Elipandum Toletanum senem, ut in margine codicis A 1* manu recentiore legitur, sed, ut mihi persuasum est, Theodulfum episcopum Hispania oriundum. Cf. Sitzungsber. der Berliner Akad. a. 1891 p. 517 n. 2.* 7) *De Darete per Entellum senem caestu victo cf. Verg. Aen. V, 369—384; supra p. 231 n. 4.* 8) *i. e. Angilbertum in ludo poetico.*

165.

799 c. Ianuar. ex.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi, domum reverso et in monasterium Elnonense venturo, respondet. De Carolo rege Francorum Turonos petituro. De mandato coenobii Calensis adeundi; de Angilberto; de Leidrado. *799 c. Ianuar. ex.*

Codd. S fol. 195'—196', S 1a fol. 105'—107, S 1b fol. 128—129' (S 1 fol. 7—8, 28'—29), B fol. 76—77'. Edd. M 3. 12, Pez Thesaur. anecdot. II, 1, 6, F 87, J 133. — Migne col. 316.*

SANCTISSIMO PONTIFICI ET DULCISSIMO FILIO AQUILAE ALBINUS SALUTEM.

Suavissimas dilectionis vestrae accepi litteras et, laetus de agnitione prosperitatis et reversionis vestrae, legebam eas[a]; expectans, quid illae[b] mihi nuntiarent de novelli populi[c 1] christianitate et de rerum ibi gestarum profectu. Sed nihil de his inveni. Tamen volente[d] Deo visurus vos, vel necessitate coactus habes dicere quod cartula[e] conticuit.

Item quaerens in illis, quanto tempore beatitudini tuae in his partibus esset manendum, sed neque hoc inveni. Ideoque[f] incertior de conloquio vestro[g] factus quid demandarem? Tamen, si usque ad pascha[2] liceat tibi in monasterio[3] permanere. forsitan intra quadragesimam[h 4] visitemus te, in lectulo deliciarum[i] tuarum sedentem.

Ego vero ignarus adhuc sum de itinere[k] meo[l] propter famam, quae volitat per ora multorum[5], regem orationis gratia Sancti Martini visitare patrocinia; et mihi necessitas incumbit illum spectare hospiciumque praeparare domino meo dilectissimo. Et utinam volasset Aquila inter ceteros[m] sanctarum volucrum coetus ad piscationes Ligeri fluminis[6].

Mandavit mihi quoque domnus rex venire ad Gyslae[n] sanctissimae sororis[o] suae[p] coenobium[q] Cale[r 7], obviam Angilbercto[s 8]. Sed ignoro adhuc, quando[t] hoc fieri debeat. Si ante regis adventum[u] hoc erit condictum, tunc venies nobis[v] obviam ad Coisacam[9] sancti Stephani cellam vel ad Noviantum[w 10] curtulum[x] nostrum.

Sed festina rescribere mihi, quantum sciri posset[y] tempus mansionis tuae apud Sanctum Amandum; et quid Laidrado[z 11] demandare velis. Vix vivit, si[a] facies nostras[b] non videbit pariter. Fuit enim toto anno infirmus valde; et dissolutae animae suae[c] consiliare nobiscum cupit. Multa bona — gloria Deo — habet in illis partibus[12] facta. Dubitat vero, an melius sit laborare in praedicationis ministerio vel quietam ducere vitam. Sed certius ab illo ipso permittente Deo haec audituri erimus.

Mandavi per litteras etiam et saepius viva voce fratribus Sancti Servasii[13] tuae servire auctoritati sicut et mihi. Plura tibi scriberem de sancta praedicationis instantia

---

165. a) eos *codd.* b) illi *codd.* c) populo *S 1b.* d) voluntate *S 1b.* e) cartola *S, S 1a.* f) Ideoq *B;* Ideo *S 1.* g) nostro *S 1.* h) quaragesimum *B;* quadragesimum *S 1a;* quadragensimum *S, S 1b.* i) dilitiarum *S 1a, B;* diliciarum *S, S 1b.* k) itenere *S 1b, B.* l) me *B.* m) ceteras *B.* n) Kysla *B;* Gysla *S, S 1.* o) sorori *S, S 1a.* p) ad *iterum add. S, S 1.* q) caenobium *S 1.* r) Gale *B;* Cale *S 1.* s) Angilberto *B;* Angylberto *S 1b.* t) quō *B.* u) adventum — erit *om. B.* v) nobiscum *S 1b.* w) Noinantum *B.* x) cartulum *B.* y) posses *codd.* z) Leidradro *B.* a) sine *S 1b.* b) facies nostros *S, S 1;* faties nostros *B.* c) dissoluta animae (animeae *S 1b*) suae *S, S 1, B.*

1) *Avarorum.* 2) *31. Mart. 799. Cf. de tempore, quo haec epistola scripta sit, Sickel (Sitzungsber. l. l. p. 477. 494).* 3) *S. Amandi Elnonensi; v. infra.* 4) *i. e. spatio dierum 13. Febr. — 23. Mart. 799.* 5) *de hac* fama per multorum ora volitante *cf. ep. 164 supra p. 266.* 6) *Cf. supra p. 235:* ad Ligerensem fluvium revertere et ibi salmones natando colligere. 7) *Cala dioec. Parisiensis (Chelles a Parisiis ad orientem).* 8) *abbati S. Richarii Centulensis.* 9) *Causiacum (Choisy-au-Bac a Compendio ad orientem) supra p. 246 n. 5.* 10) *Nogent-sur-Marne.* 11) *episcopo Lugdunensi, qui Felicem Urgellis Aquisgranum adduxit cf. infra epp. 207. 208.* 12) *Hispaniae cf. supra p. 211.* 13) *coenobii S. Servatii ad Mosam Traiectensis.*

799 et de[a] honestate morum inter paganos, quia conversationis dignitas solet eos erudire in praedicatoribus sicut verborum veritas. Sed quia spero cito vos miserante Deo videre, melius haec conloquendo putavi conferre quam scribendo innotescere. Nec maiorem ardorem habet animus vester quam meus conloquii vestri[b]. Ideo rogemus Dei clementiam, ut concedat nobis in sua misericordia et in nostra prosperitate videre nos cito facie ad faciem.

Gratia domini nostri Iesu Christi te in omni bonitate proficere faciat[c], fili carissime. Amen[d].

166.

Alcvinus Elipantum Toletanum episcopum cohortatur, ut et ipse suos de adoptione et nuncupatione Christi errores abiciat et Felicem Urgellitanum episcopum ceterosque Hispaniae christianos ad bonam frugem revocet[1]. *799.*

Codd. P fol. 20—27' (P fol. 1—6), Parisinus 2388 fol. 1sqq. (Pa), quem contulit Molinier*[a].

Edd. Quercetanus col. 901—910 ex codice iam deperdito ecclesiae S. Mariae Remensis, Frobenius I, 863—868, J 115. — Migne CI col. 235.

VENERABILI ET IN CHRISTI KARITATE AMABILI PATRI ELIPANTO[b] EPISCOPO ECCLESIASTICAE PACIS[c] FILIUS ALBINUS LEVITA SALUTEM.

Perfectio fraternae karitatis in gremium pacifice unitatis multos colligere amicos gaudet[d]; et quoddam[e] arbitratur esse dispendium sibi ipsi, si non seipsum[f] latius commendare studet ad[g] viros famosi nominis et laudate pietatis, ut sit unanimitas spiritalis vere dilectionis, licet quedam sit[h] separatio corporalis visionis.

Haec mea[i] diligentius considerans parvitas[k] meipsum sacrosanctis vestrae beatitudinis orationibus multis precibus, vir venerande[l], diligentius commendare studui, optans vestra[m] sanctissima dilectione auxiliante proficere ad salutem animae meae; ut et vestra merces ex nostro augeatur profectu, et mea[n] diligentia bone voluntatis vobis aliquid conferat in karitatis officio; quatenus domino deo nostro Iesu Christo vestre humilitatis in dilectione fraterna communicatio placeat et nostre parvitatis in salute multorum acceptabilis sit devotio. Consequitur[o] enim[p] vestram dilectionem magna remuneratio apud Deum et plurima inter homines laudatio, si fraterni[q] consilii in ecclesiastica pace non dedignemini recipere profectum. Igitur ab ipso Deo Dei
Luc. 21, 2. 3. filio praedicata est in duobus minutis pauperrimae viduae sanctissima devotio. Non ego duo minuta in templum, Romano periturum incendio, defero, sed duo magna praecepta caritatis in templum Dei vivi, animam scilicet, sacerdotali dignitate praerogativam, offero. Nec fas est vilitatem offerentis spernere, sed magnitudinem muneris considerare.
Matth. 5, 14. Tu enim es, sanctissime praesul, civitas super montem posita, quae nullatenus abscondi potest. Cuius murus nequaquam debet insidiosis cuniculis cuiuslibet perfidie alicubi perforari, sed firmissimo catholice fidei munimine ex omni parte circundari,

---

a) *om. B.* b) nostri *S 1b.* c) fiat *S 1b.* d) *om. B.*

166. a) *Lemma:* Epistola (Aepistola *Pa*) Albini Turonensis abbatis (Tur. abb. *om. Pa*) ad Elipantum (Aelip. *Pa*) Toletanum (Thol. *Pa*) episcopum (archiepiscopum vel pocius archiereticum *Pa*) *P, Pa.* b) Helip. *Pa.* c) atque unitatis *add. Pa.* d) concorditer solet *pro* gaudet *Pa.* e) quoudam *P.* f) ipsam *Pa.* g) apud *Pa.* h) *om. Pa, Querc.* i) meeum *Pa.* k) parvitas — ipsum *om. Pa.* l) vir vener. *om. Pa.* m) sacratissima vestra dilectione deo auxiliante *Pa pro* vestra — auxiliante. n) meę *Pa.* o) continget *scripsit J. pro* constat *P;* consequitur *Pa, Q.* p) etiam *Pa.* q) fratrum *Pa.*

1) *Epistolam hanc* exeunte Iulio *ad Elipantum pervenisse ex epist. 182 perspici potest. J. Anno 799. ineunte eam iam scriptam esse contendit Grössler l. l. p. 51.*

ut inexpugnabilis undique ad salutem totius populi, qui in te gaudet et ad tui oris 799
imperium respicit, permaneat. Nec mihi est, pater optime[a], tecum in hac parvitatis meae cartula disceptatio sublimis, sed supplicatio humilis; obnixe deprecans, ut apostolicam doctrinam in catholica unitate et pace tota mentis intentione consequi studeas, et populo tibi commisso sis signifer ad sempiternae beatitudinis prosperitatem[b]. Nec nova quaelibet nomina permittas paternis inseri traditionibus, sed quicquid evangelica[c] auctoritas et apostolica dignitas et paterna sanctitas et catholica unitas tibi suadeat[d] de Christo dicere vel Christum nominare, hoc placeat sanctitati tuae amare praedicare et credere. Nec novum adoptionis nomen in Christo et ab initio apostolice praedicationis mundo inauditum permittas sonari vel legi vel praedicari christianis auribus.

Legimus enim in epistolis beati Felicis[1], viro scilicet religiosae vitae praecipuo et sanctitate spectabili, si catholicam fidem et ecclesiasticam unitatem, sine qua nullus Deo placere potest, amare et praedicare velit. Dicit itaque propter adsumptionem[2] Christum esse adoptivum; minus considerans non omnem[e] adsumptionem adoptionem esse[f], licet omnis adoptio quaedam sit adsumptio. Legimus[g] in evangelio[h] Petrum Matth. 16, 22.
apostolum Christum adsumpsisse et increpasse; nec fas est ideo eum putare sibi in filium adoptasse, quia adsumpsisse eum dicitur. Item in evangelio scriptum est: 'Et ib. 4, 5.
adsumpsit eum diabolus in sanctam civitatem'. Vides[i], carissime et sanctissime pater, quam longe est adsumptio in hoc loco ab adoptione[k]. Et[l] si necesse est propter adsumptionem adoptivum esse Christum, cui personae est sanctae trinitatis adoptivus? Utique filii; quia filii persona adsumpsit hominem in utero virginali et adunavit sibi in unam personam, ut esset unus filius Dei; et si adoptivus est, itaque filio est adoptivus, qui hominem adsumpsit. Et est nepos[m] patris. Et est quaternitas magis quam trinitas in Deo omnipotenti, quia omnis[n] adoptivus filius et proprius filius nullatenus unus esse possunt, ut multorum librorum lectio probat. Adsumpsit igitur Dei filius formam servi, non minuens formam Dei; ita ut unus esset filius Dei in duabus naturis, salva utriusque naturae proprietate in unitate personae; ita ut in duabus naturis unus sit filius, unus Christus, unus[o] etiam et Deus. In sancta videlicet Trinitate alius est in persona pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus; non aliud in natura vel substantia vel gloria vel essentia vel aeternitate. In Christo vero aliud est in divinitate, aliud in humanitate; non alius vel alius, sed unus idemque verus Deus, verus homo, una persona, unus Dei filius, unus Christus. Quod multis testimoniis probari potest; sed superfluum est testimonio aeterni patris aliquid addere, qui voce divina dixit in baptismo Christi, vel in monte ubi transfiguratus est Christus: 'Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene conplacui'. Matth. 17, 5.

Similiter invenimus in praefati patris epistolis[3] Christum, qui ex virgine natus est, verum non esse Deum sed nuncupativum. Quod omnino catholica respuit fides. Quia, sicut unus non[p] potest esse filius proprius et filius adoptivus, ita nequaquam unus esse potest verus deus et nuncupativus deus. Estne verus deus, qui iudicaturus est mundum? Et quis est, qui iudicaturus est[q] mundum? Vere omnino, qui ex virgine natus est; ipsa veritate adtestante: 'Pater enim non iudicat quemquam, sed omne Ioh. 5, 22. 23.
iuditium dedit filio; ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem'. Et paulo post: 'Sicut pater habet vitam in semetipso, sic[r] et filio dedit vitam habere in semet- ib. 26, 27.

a) obtime *Pa.* b) prosperitatis *P.* c) euvangelica *Pa.* d) suadet *Pa.* e) esse *Pa.* f) *om. Pa.* g) legitur *Pa.* h) euvangelium *Pa.* i) videsne *Pa.* k) adoptionem *pro* ab. adopt. *Pa.* l) Et — adsumpt. *om. Pa.* m) nepus *P.* n) omnimodis *Pa.* o) Deus *add. Pa.* p) non — unus esse potest *om. Pa.* q) *om. Pa.* r) sic — semetipso *om. Pa.*

1) *episcopi Urgellitani.* 2) *Marc. 16, 19:* Et dominus quidem Iesus — assumptus est in caelum et sedet a dexteris Dei. 3) *Cf. supra p. 62.*

799 ipso, et potestatem dedit ei et[a] iudicium facere, quia filius hominis est'. Item beatus
2. Cor. 5, 10. Paulus apostolus dicit: 'Omnes nos oportet stare ante tribunal Christi': et in alio loco:
Rom. 14, 10. 'Omnes enim stabimus ante tribunal Dei'. Velim credas, sanctissime pater, ut, qui
eum nunc verum Deum negat, etiam tunc verum Deum eum cognoscat[b] et probet[c]
iudicatus. Veritatis probatio erit potestatis manifestatio. Quomodo non est verus Deus,
Matth. 25, 31. de quo legimus in evangelio: 'Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, et
omnes angeli cum eo, tunc sedebit in sede maiestatis suae, et congregabuntur ante
Hebr. 1, 6. eum omnes gentes'? De quo multo ante praedictum est: 'Et adorent eum omnes
angeli Dei'. Si Deus non est verus, cur adoratur ab angelis? et si filius Dei non est
verus, cur sedet in dextera[d] Dei patris? Hunc ergo Christum et psalmista Deum esse
Ps. 46, 6. ib. 49, 3. 4. testatur: 'Ascendit Deus in iubilatione, et dominus in voce tubae'; item: 'Deus noster
manifeste veniet, Deus noster non silebit: ignis in conspectu eius ardebit, et in circuitu
eius tempestas valida. Advocabit[e] caelum de sursum et terram, discernere populum
suum'. De quo etiam idem psalmista paulo ante ait, ut discerneret eum ab aliis, qui
ib. 49, 1, 2. dii dicuntur: 'Deus, deorum dominus locutus est et vocavit terram, a solis ortu et
Is. 2, 3. occasu; ex Syon speties decoris eius'. De cuius predicatione propheta ait: 'De Syon
exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem'.

Dicit quoque idem vir venerabilis Felix, quod sit per omnia aequalis nobis, nisi tantummodo quod sine peccato natus[f] est. Quaedam inaequalitas est in morte illius et nostra; mors autem illius omnes nos redemit a morte aeterna, nullius autem nostrum mors vel se ipsum absque eo liberare poterit. Item quaedam inaequalitas est, quod ille est verus Deus et verus homo: nos tantum homines sumus, in peccatis nati eiusque gratia salvati; non ex meritis nostris, sed ex illius miseratione. In multis enim nobis
Ps. 44, 3. similis est, sed in plurioribus dissimilis. Unde et in psalmis dicitur de eo: 'Spetiosus
forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis'.

Refert quoque eum baptismo indiguisse; volens, ut videtur, eum in baptismo adoptari in filium, sicut et nos. Quanta infidelitas sit hoc cuilibet christiano credere, nullus sanum sapiens ignorat. Dominus itaque noster Iesus Christus solus sic potuit nasci, ut secunda regeneratione non indiguisset[1]; ideo in baptismo Iohannis certa dispensationis miseratione baptizari voluit, quia in Iohannis baptismo non fuit regeneratio, sed quaedam precursoria significatio baptismi Christi[2]. In quo solo baptismo per Spiritum sanctum vera est remissio peccatorum credentibus, ut in eo spiritu renascamur, in quo ille natus est ex virgine Maria. 'In[3] aqua enim voluit baptizari a Iohanne, non ut eius ulla dilueretur iniquitas, sed ut magna illius commendaretur humilitas. Ita quippe nihil[g] in eo baptismum, quod ablueret, sicut mors nihil[g], quod puniret, invenit, ut diabolus veritate iustitiae vinceretur, non violentia potestatis opprimeretur. Utrumque enim, et baptismum et mors, non miseranda necessitate, sed miserante potius voluntate susceptum est'.

Et multa alia inveniuntur in eius scriptis catholicorum patrum sensibus non convenientia[h], quae dicere vel exponere epistolaris paginae[i] angustia me modo prohibet; ignorans quoque, quomodo vel qualiter sanctitas vestra et bona voluntas, quam habetis in Christo, haec nostrae parvitatis dicta recipere velit. Tantum obsecro in ea caritate, qua[k] Christus nos dilexit, ut benigne hos meos digneris perlegere apices; et quod

a) *om. Pa, Q.* b) cognoscet *P, Pa.* c) probat *Pa.* d) dexteram *Pa.* e) advocavit *P.* f) notus *Pa.* g) nichil *Pa.* h) convenient *P.* i) pagina *P; om. Pa.* k) quam *Pa.*

1) *Cf. Augustini Enchirid. de fide, spe et carit. c. 48 (Opp. ed. Bened. VI, 214):* qui solus potuit ita nasci, ut ei non opus esset renasci. 2) *Adv. Felic. l. II c. 17 (p. 810):* Sed hoc sciendum est, quod in baptismate Iohannis, in quo Christus baptizatus est, non fuit regeneratio, sed quaedam praecursoria significatio baptismatis Christi; *cf. August. l. l. c. 49:* quodam praecursorio illius ministerio. 3) In aqua — susceptum est *ex Augustino l. l. c. 49 (Opp. ed. Bened. VI, 215).*

fraterna me cogebat caritas vestrae dirigere excellentiae, vestra sanctissima humilitas 799
recipere non dedignetur[1]. Audiens vero saepius bonam famam religiosae vitae de vobis, ideo instinctus amore fraternae dilectionis, me ipsum in tuam caritatem fideliumque tuorum, Deo servientium in illis partibus, commendare curavi; etiam et illud deprecari, ut cautius agas de salute animae tuae tuorumque subditorum.

Licet praefatus famulus Dei Felix laudabili vita vivat coram hominibus, tamen, ut videtur, in multis catholicae fidei professione[a] non omnino pleniter patrum sequitur sententiam. Et noli confidere de spetie bonitatis illius. Maledictus enim homo, qui Ier. 17, 5.
confidit in homine. Sed magis spem tuam pone in omnipotente[b] Deo, et deprecare illum die noctuque, ne sit inanis labor tuus in conspectu illius, et ut fidem firmatam[c] omnique ecclesiae Christi probatam teneas. Videtur enim condignum[d], ut commune omnium conservorum tuorum prece te totum convertas[e] ad Dominum et depreceris clementiam illius, quatenus in fide recta confirmet corda vestra; ut nullo errore decipiaris, nec ullus ad te pertinens vagabundus a veritatis via deviet. Erit enim tibi maxima merces[f] apud Deum omnipotentem, si errantes correxeris, si veritati consentieris, si humiliter legeris sanctarum scripturarum series; magis desiderans veraciter veritati oboedire, quam pertinaciter tuam vel cuiuslibet alterius firmare sententiam. Parata est enim misericordia omnipotentis Dei[g] tuas recipere preces, si amore veritatis cognoscende effuderis eas.

Potuissem itaque multis testimoniis sanctarum scripturarum et catholicorum doctorum scriptis probare Iesum Christum dominum nostrum, qui ex virgine natus est, Deum esse verum et filium Dei proprium; sed sapienti pauca sufficere[2] sciens, et magis[h] sensuum veritati arbitrans te intendere quam sermonum multiplicatione gaudere, credo, domini nostri Iesu Christi misericordissima pietas faciat te veritatem intellegere, si humiliter eam quaerere insistis. Quia omnis, qui se humiliat, exaltabitur; et humili- Luc. 14, 11.
tatis passibus ad caelestis regni altitudinem pervenitur.

Una debet esse ecclesia Christi toto orbe diffusa in fide et caritate. Unum e duobus: aut in toto mundo est ecclesia Christi supra petram fundata, ut credimus et confitemur; aut etiam[i] in Felice[k] et suis paucis sectatoribus[3]. Quod omnino indignum est Christo deo nostro, ut[l] plures non habeat in ovile suo quam illos paucos, qui in montanis latitant cum Felice. Tu vero, vir Deo electe et dilecte, te ipsum cum tuis consotiis universali ecclesiae Christi coniunge, ut sis membrum honorabile illius capitis, qui pro te suum sanguinem fundere non dedignavit[m]; recogitans, quantum erit gaudium ib. 15, 7.
in caelis super uno[n] peccatore[o] penitentiam agente[p]. Non dico te peccatorem, sed praedicatorem; confessorem[q] Christi, non aversorem[r] fidei; lucernam super candelabrum Matth. 5, 15.
positam, ut luceat omnibus, qui in domo Dei sunt.

Etiam et[s] in hoc tuae sanctissimae voluntati obnixius suadere ratum putavi, ut eundem virum venerabilem Felicem tuis sanctis precibus et suavissimis suggestionibus convertere ad catholicae fidei unitatem et veritatem nitaris[t]. Fidelis est enim Deus, pius et misericors, qui nullatenus obliviscitur eius multa bona et religiosam vitam et labores, qua die noctuque indefessa voluntate desudat. Quanta sit tibi coram Deo et sanctis eius gloria et remuneratio, intende et diligentius considera, in salute fratris tui, etiam et tanti viri et tam praeclarae dignitatis et sanctitatis famuli[u] Christi.

---

a) professionem *P.* b) omnipotenti *corr.* -te *Pa.* c) firmat⁹ *P;* firmam *Pa, Q.* d) teneas *add. Pa.* e) convertaris *P, Pa.* f) mercis *Pa.* g) *om. Pa.* h) et magistrum sese veritati *P pro* et magis *usque* veritati. i) *an* tantum? *J.* k) Felici *Pa.* l) et *Pa.* m) dubitavit *Pa* n) unum *Pa.* o) peccatorem *Pa.* p) agentem *P, Pa.* q) confessionem *Pa.* r) adversorem *Pa.* s) et in hoc *usque pag.* 272 *lin.* 21 qui natus est *om. Pa.* t) nitaris (e *superscr.*) *P.* u) famulo *P, Q.*

1) *Adv. Elip. I c. 9 (Opp. I, 879):* in epistola, quam caritatis officio et salutis tuae desiderio catholico calamo reverentiae vestrae exarare curavimus. 2) *Cf. supra p. 249 n. 6.* 3) *Cf. infra p. 274.*

799 Memor esto semper illius apostoli dictum, qui ait: 'Novitates vocum devita'. 1. Tim. 6, 20. Ecce qualis novitas est Christum, qui ex virgine natus est, adoptivum filium vel nuncupativum Deum predicare et nominare; et apertissimis apostolice auctoritatis testi- Rom. 8, 32. moniis non credere, sed magis adversari, qui ait: 'Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum'. Potuitne dicere apostolus: 'qui adoptivo filio suo non pepercit', si voluisset nos illum credere adoptivum, qui traditus est pro salute Ioh. 3, 16. nostra? Item ipsa veritas in evangelio ait: 'Sic enim dilexit Deus mundum, ut filium ib. 3, 14. suum unigenitum daret'; de quo et paulo ante ait: 'Sicut enim Moyses exaltavit serpentem in heremo, ita exaltari oportet filium hominis'. Et quid est, quod idem Rom. 9, 5. apostolus in alio loco ait: 'Quorum patres, ex quibus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in saecula'? An et hic non potuit dicere: 'qui est nuncupativus in saecula'? Non enim in Christo sicut in quolibet homine generatio est — homo enim quilibet filius irae nascitur, sed post in baptismo gratia sancti Spiritus in filium adoptatur Dei — sed statim in ipso conceptu conceptus est filius Dei, et natus secundum temporis oportunitatem verus filius Dei. Similiter et non est in Christo divinitatis maiestas sicut in quolibet homine episcopalis dignitas verbi gratia — non enim apostolus Petrus apostolus est natus, sed postea a Deo electus; sicque[a] quislibet episcopus non est episcopus natus, sed post nativitatis oportunum tempus electus in episcopatum et ordinatus — sed statim in ipso conceptu et nativitate Deus verus natus est Christus et proprius filius Dei, non adoptivus[b] filius nec nuncupativus deus. Firmiter absque omni dubitatione credendum est et praedicandum eundem esse, qui natus est ex virgine, deum verum in duabus naturis et verum filium Dei; ita ut unus sit Christus et unus Deus et unus Dei filius, et unus rex et unus totius mundi salvator, divinitate consubstantialis[c] patri, humanitate consubstantialis[d] matri, ut sit idem verus Deus et verus Matth. 26, 63. 64. homo in unitate personae. Nam et ipse tempore passionis suae, adiuratus a pontifice, filium[e] se Dei esse confessus est. Et multa alia[f] habemus testimonia in sancto evangelio, quae ubique eum[g] filium Dei esse testantur. Percurre omnes paginas evangelicae auctoritatis et epistolares sententias apostolice dignitatis vel omnium sanctarum scripturarum series, et quicquid in illis invenies[h], hoc fideliter predica. In his sufficiat et gaudeat tuae sanctitatis sensus, ut dignam catholicae fidei et praedicationis in aeterna beatitudine mercedem merearis recipere.

Obsecro te humiliter per sanguinem redemptionis nostrae et per terribile ultimi diei iudicium, quatenus huius cartulae sensus et syllabas, si in tuae beatitudinis manus perveniant[i], digneris dirigere per sanctos Christi sacerdotes ad[k] sublimia ecclesiae lumina, quae sunt in partibus Spaniae[l]. In hoc enim cognoscitur, si amorem habeas veritatis et universalis ecclesiae coniunctionem, si haec, qualiacumque sunt, caritatis fraternae[m] scripta fideliter conservorum tuorum auribus aperire desideras et illos in unitate catholicae pacis confirmare.

Dicam iterum et cum omni humilitate dicam, saepiusque repetens: Evigilemus, Act. 9, 15. viri fratres, ad tubam totius mundi. Ecce clamat vas electionis, praedicator gentium, Gal. 1, 8. 9. secretarius caelorum contra omnes novitates vocum, dicens: 'Sed licet aut angelus de caelo evangelizet, praeter[n] quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Sicut praediximus, et nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit praeter id, quod accepistis, anathema sit'. Ecce quanta fidutia praedicatoris mundi est in sua praedicatione, ut non solum hominibus anathema indixit, si aliter praedicassent, quam ipse praedicaverat, sed angelis quoque anathematizavit[o], si novi aliquid inmisissent in praedicationem

a) si qui *P*, sicut *Q*. b) adobtivus *P*. c) consubstantialem *P*, *Q*; consubstantiale *Pa*. d) consubstantialem *P*, *Pa*. e) se filium *Pa*. f) talia *Pa*, *Q*. g) eum *Pa*. h) invenias *Pa*, *Q*. i) pervenerit *Pa*. k) et *Pa*, *Q*. l) Hispanię *Pa*, *Q*. m) fraterna *Pa*. n) vobis preter *Pa*. o) anathema minavit *Pa*, *Q*.

apostolice auctoritatis[1]. Quam praedicationem evangelice veritatis non se ab hominibus, 799
sed ab ipso domino nostro Iesu Christo didicisse testatur, ubi ait: 'Neque enim ego ab Gal. 1, 12.
homine accepi illud neque didici, sed per revelationem Iesu Christi'. Aliter praedicat,
qui Christum adoptivum[a] nominat filium Dei, quem ille proprium filium Dei nominavit. Rom. 8, 32.
Aliter praedicat, qui Christum Iesum deum nuncupativum nominat, quem ille Deum ib. 9, 5.
super omnia benedictum nominavit. Et qui aliter praedicat, timeat apostolicae auctoritatis anathema; non solum apostoli, sed etiam dei Christi, quem in se locutum esse
testatur, ubi ait: 'An experimentum eius queritis, qui in me loquitur Christus'? Quo- 2. Cor. 13, 3.
modo quislibet temeraria praesumptione dominum nostrum Iesum Christum adoptivum
Dei filium nominare audet, quem tantus praedicator, ut diximus, proprium filium Dei
nominavit, ubi ait: 'Qui proprio filio suo non pepercit'? Vel qua audatia eundem Rom. 8, 32.
dominum et Deum nostrum quis praesumit nominare nuncupativum Deum, quem idem
apostolus benedictum super omnia Deum, vel etiam magnum Deum non dubitavit ib. 9, 5. Tit. 2, 13.
clara voce confiteri et nominare? Ait itaque ad Titum: 'Expectantes beatam spem ib. 2, 13. 14.
et adventum gloriae magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum
pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate'. Magnum utique Deum eum nominavit,
qui venturus est iudicare vivos ac mortuos; non deunculum[b] quendam, qualem nova
quorundam fingit praesumptio. Si quis dubitet, de quo dixisset apostolus, legat
tractatum beati Hieronimi, quem in[c] hanc fecit epistolam[2].

Considerandum est diligentius et omni pietatis intellectu percipiendum, quod ille
mirabilis evangelista ait: 'Verbum caro factum est', id est Deus homo factus est; ex Ioh. 1, 14.
carnis itaque nomine totum hominem significans, ut in eo loco intellegitur[d]: 'Videbit Luc. 3, 6.
omnis caro salutare Dei', id est omnis homo. Non ut divinitatis natura verteretur in
humanitatem; sed, salva maiestate divina, adsumpta est humanitas; non diminuta est
divinitas, sed honorificata humanitas, manente proprietate naturae humanae; ut idem
ipse, qui ex Deo patre aeternaliter natus est, ex matre virgine temporaliter natus
esset; ut sit verum quod tantus evangelista ait: 'Verbum caro factum est'. Si[e] Deus
homo factus est, utique deus homo factus est, utique homo deus factus est propter
unitatem personae[f]; ut sit ex omni parte veritas in Christo Iesu domino nostro. Si
igitur homo, qui adsumptus est a verbo Dei, deus est nuncupativus, quia alia natura
est humanitatis, alia divinitatis, consequens videtur, ut Deus, qui hominem adsumpsit,
homo sit nuncupativus, et non potest stare quod evangelista ait: 'Verbum caro factum
est'. Similiter intellegendum est versa vice de adoptione. Si ideo ille[g] homo, qui
adsumptus est, adoptivus est filius Deo, quia alia natura est humanitatis alia divinitatis,
sequitur illa necessaria conversio, ut Deus, qui ex virgine natus est, sit adoptivus
deus; et non sit beata virgo secundum Nestorianam impietatem[3] vera genitrix Dei,
sed per quandam[h], si fieri possit, adoptionem mater Dei. Quod quantum[i] nefandum
sit et quam impium et ab omni veritate alienum, quisquis pie de Christo sentit, agnoscit.

Has vero novitates vocum, karissimi et clarissimae[k] dignitatis viri, omnino abicite,
et consentanea evangelicis paginis et apostolicis traditionibus credite et predicate;
intellegentes alia nomina in Christo deo propria esse, alia significativa[4]; et discernite,

---

a) adobtivum *P*. b) de vinculo quoddam quale *Pa pro* deunculum — qualem. c) qui *P pro* quem in. d) intellegatur *P*. e) Si Deus — deus homo factus est *om. Pa*. f) propter unitatis personam *P*. g) illum *P*. h) quondam *P*. i) quam *Pa*, *Q*. k) clarissimi *P*.

1) *Adv. Felic. I c. 2 (p. 790):* in tantum, ut etiam angelis et omni homini anathema indixisse non dubitaret, si aliter praedicasset, quam ab illo praedicatum esset. 2) *V. Hieronymi comm. in ep. ad Titum, opp. ed. Vallarsius T. VII, 724 sq.* 3) *Cf. supra p. 63, Adv. Felic. l. I c. 11:* impietatem Nestorianae doctrinae; *l. V c. 2:* Nestorianae impietatis foveam *(Opp. ed. Frobenius I, 795. 831)*. 4) *Ibid. l. IV c. 9 (p. 826):* Quaedam enim de Christo per proprietatem naturae dicuntur, ut est via veritas et vita, quaedam per significationem rerum per illum gerendarum a prophetis de eo praedicata sunt.

799 quid[a] cui[b] rei conveniat. Propria nomina sunt in Christo: 'unigenitus, primogenitus,
1. Ioh. 4, 9. Matth. 1, 25. deus, Dei filius, et dominus Iesus Christus'. Significativa nomina sunt propter quasdam
Apoc. 5, 5. Eph. 2, 20. actiones, quae conplete sunt in illo: 'leo, lapis, ovis, vitulus, vermis', et alia[c] plurima,
Act. 8, 32. quae ratione discernenda sunt.

Dicit prefatus venerabilis Felix Hispaniae[d] doctores Christum adoptivum solitos esse nominasse. Sed illos doctores nos non legimus, neque ad nos illorum scripta[e] pervenerunt. Et si dixerint[f], forte simplex ignorantia eos defendit a mucrone anathematis; non pertinax erroris defensio excommunicationis[g] percutit gladio[h]. Maior quoque auctoritas doctorum totius mundi debet esse, quam paucorum in Hispania[i][1]. Igitur beatus Isidorus[k], cui nihil Hispania[l] clarius habuit[2], multa nomina ponit de deo Christo in ethimologiis[m][3] vel aliis scripturis suis; sed in nullo loco invenimus eum adoptivum vel nuncupativum deum Dei filium Christum nominasse. Sed semper universalis[n] sanctae Dei ecclesiae in catholica fide eum consentire invenimus.

Si vestra vero pietas et bona voluntas, quam habetis in Christi[o] caritate, hanc epistolam perlegere curaverit, et vobis placuerit communicatio sanctae fidei nobiscum et ut sermonem saepius faciamus inter nos familiarem, plura vobis de ratione orthodoxe fidei et aecclesiastica[p] pace et sancta unitate, miserante deo Christo vero deo et proprio filio[q] Dei, dirigere curabimus[r]. Haec interim pauca ex caritatis fonte dictavimus; optantes[s] vos ubique in omni sanctitate et unitate pacifica proficere coram Deo et hominibus.

Vos vero communiter obsecro in calce huius epistolae, sacratissima lumina Hispaniae[t], ut memoriam nostri in sacrosanctis vestris orationibus habere dignemini. Vos vero, sanctissimi patres, quos Deus rectores populi sui constituit, per dona sancti Spiritus in omni sapientia[u] catholicae pacis et in caritate Christi dei proficere optamus[v]. Dilectissimi patres, fratres, et filii in Christo domino nostro, valete in perpetuum.

Qui legat[w], feliciter legat et veraciter intellegat et fideliter credat quae dicta sunt, quatenus aeternaliter regnare mereatur cum eo, de quo nobis sermo est, salvatore[x] nostro deo vero et vivo, domino Iesu Christo.

167.

Alcvinus Arnonem archiepiscopum Salisburgensem de vita aeterna monet; cumque se in monasterio Sancti Amandi frustra quaesivisse dolet. *799 Febr. ex.*

Codd. T fol. 75—75', S 1a fol. 114'—116, S 1b fol. 195—196 (S 1* fol. 15—17), B fol. 74—75, Q fol. 127—127', K 1 fol. 54'—55', K 2 p. 159—161, A 1* p. 118—119 nr. 75*[a].

Edd. C 35, Q 66, F 86, J 109. — Migne col. 315.

---

a) quod *P.* b) cuique *Pa.* c) talia *Pa.* d) Spanię *Pa.* e) *om. P.* f) dixer *Pa.* g) et communicationis *Pa pro* exc. h) gladius *P.* i) Spania *Pa.* k) Ysidorus *Pa.* l) Ispania *P;* Spania *Pa.* m) thimologiis *Pa.* n) universali *Pa.* o) xpo *P.* p) ęcclesiasticę *Pa.* q) filio filio *P.* r) curavimus *P;* curaverimus *Pa, Q.* s) obtantes *P.* t) Ispanie *Pa.* u) sapientiae *P.* v) obtamus *P.* w) legit *Pa.* x) salvatori *Pa.*

167. a) *Lemma:* Albinus Germano episcopo Aquileiae *K 1;* Albinus ad Aquilam antistitem *T**.

1) *Adv. Felic. l. II c. 3:* cum paucis Hispaniae non dico doctoribus, sed veritatis desertoribus; *l. VII c. 13:* nos enim Romana plus auctoritate quam Hispana . . fulciri desideramus; *Adv. Elip. I c. 13:* in sola Hispania perpauci musitatores; *l. II c. 2:* cum tuis paucis mussitatoribus, non doctoribus *(Opp. I, 803. 857. 880. 906).* 2) *Adv. Felic. l. II c. 7:* clarissimus Hispaniae doctor b. Isidorus; *Adv. Elip. l. II c. 8:* Isidori clarissimi doctoris non solum Hispaniae, verum etiam cunctarum Latinae eloquentiae ecclesiarum; *l. III c. 19:* b. Isidorus lumen Hispaniae *(Opp. I, 806. 891. 904).* 3) *Lib. VII c. 2.*

CARISSIMO GERMANO[a] AQUILAE[b] ANTESTITI ALBINUS[c] SALUTEM. 799 Febr. ex.

Si mihi gerulus gratus occurrisset[d], saepius tuae[e] scripsissem[f] dilectioni, ut litteris implerem[g] quod verbis non potui, et caritatis dulcedinem[h] lingua tacente[i] apices monstrarent[k]. Hoc dedit Deus absentibus in solacium, ut per cartas loqui potuissent et necessaria proferre in cor[l] alterius. Dum animus[l*] gravi carcere corporis circumseptus suae naturae velocitatem explicare non valet, indices[m] tamen[n] litteras fraternus amor sibi invicem dirigeret. Quid de gloria[o] sanctorum dicendum[p] putas, ubi nulla tarditas sarcinae corporalis piae voluntati obsistit[q], quin[r], quod placeat, impleat?

Quid est hoc[s] saeculum, nisi miseria? Et velut umbra fugax, et seducens delectatio[t] [1]? Festinemus tota mentis intentione ad illam requiem, quam nullus dolor perturbat. Ascendamus per gradus caritatis ad illam civitatem, in qua Deus solus rex regnat in aeternum, in qua tota beatitudo sine ulla miseria viget et valet. Ut ad illam pervenire mereamur, eodem auxiliante rege, nos invicem exhortemur[u], et velocior caritatis cursu[v] tardiorem ammonitionis sedulitate[w] trahat. Tu[x] meam fraterna diligentia socordiam[y] castiga; vel tuae sanctitatis precibus iacentem releva, ut fraternae dexterae ducatu non lassescat[z] in via veritatis, qui hucusque in saeculi se volvebat coeno[a].

Veniens veniebam[b] ad sancti Amandi[c] protectoris nostri dulcissimas mansiones quaerens amatorem meum, ut eius dulcissimo alloquio refrigerarem[d] animam meam. Sed quia needum[e] de nido Iuvavense[f] avis optata[g] evolavit, misi hanc invitatoriam obviam illi cartulam, ut nostram agnosceret prosperitatem, vel suam nobis praesentiam designaret. Fidelis amicus diu quaeritur[h], vix invenitur, difficile[i] servatur[2]; cuius dulcedo omnes saeculi[k] superat iocunditates. Quid divitiae sine amicis? Avarus aurum quaerit: et quid in auro, nisi species vana? Nonne unus panis esurienti[l] melior est quam mons aureus? Aurum prodesse[m] potest danti, non possidenti[n]. Ideo demus[o] divitias in praesenti, ut in futuro possideamus illas. Nam pauperis manus gazofilacium[p] est Christi[3]. Nullus melior custos[q] divitiarum est quam[r] Christus. Proficientem[s] te, carissime[t] frater, divina auxilietur gratia in aeternum[u].

168.

Alcvinus monachorum Salisburgensium conversationem regularem sub Arnonis regimine laudat et hortatur ad bene obeunda officia monachorum. *799 Mart.*

Codd. T fol. 83'—85 (T 86—87), K 1 fol. 32—33', K 2 p. 93—100, S 1 fol. 208—210' (S 1* fol. 136—138'), D fol. 235'—237, A 1* p. 99—101 nr. 65*[a].

Edd. C 20, Q 78, F 78, J 90. — Migne col. 297.

---

a) meo *add. T**. b) Aquileiae *K 1, A 1**. c) Alchuinus *Q*. d) occurisset *S 1b*. e) tuis *K 2*. f) scribsissem *S 1a*. g) implorarem *K 1*. h) dulcidinem *S 1b*. i) tacenta *K 2*. k) monstrarem *K 2*; apicibus monstrarem *K 1, A 1**. l) corde *K 1*. l*) in *add. B*. m) indices — dirigeret *om. Q*. n) *om. K, A 1**. o) glorie *K 2*. p) *om. K*. q) obsistat *Q*. r) qui *S 1, B*. s) hoc *om. T**. t) dilectatio *S 1*; dilectacio *K 2*. u) exortemur *S 1, B, K 2*. v) cursus *T**. w) sedulitatem *A 1**. x) autem *add. B*; Tum eam *A 1**. y) concordiam *Q*. z) lasescat *K, B*. a) sceno *Q, S 1b*; caeno *K*. b) viniebam *K 2*. c) illius *B pro* Amandi. d) refrigerem *K, S 1, B*. e) nectum *K 2*. f) Iuvavensae *K 1*; Iuvovense *S 1*; Viuavense *A 1**; ill. *B pro* Iuvavense. g) *om. K 1*. h) queritur *B, Q, S 1b*; et *add. T**. i) dificile *K 2*. k) seculo *T**. l) esurierit et *S 1b*. m) prodisse *S 1*. n) tanti non posedenti *K 2*. o) debemus in praesenti divitias dare *K 1, A 1* pro* demus — praesenti. p) manum gazoxilacium *K 2*; gazophilatium *T**. q) custus *S 1, K 2*. r) q. *B*. s) proficiscentem *B*; Proficientem — aeternum *om. S 1b*. t) carissimae *S 1a*. u) aetenum *B*.

168. a) *Lemma:* Albinus ad fratres Iuvavensis ecclesiae *T**; Alcvinus levita Vivacensi ecclesiae *K 1*; Albinus Vivavensi ecclesiae *A 1**.

1) *Cf. supra p. 50.* 2) *Hieronymi ep. 3, opp. ed. Vallarsius I, 13, cf. supra p. 49. 237.* 3) *Cf. supra p. 168 lin. 21, 197 lin. 11.*

799 Mart.

SANCTISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS IUVAVENSIS[a] ECCLESIAE HUMILIS LEVITA ALCHVINUS[b] IN CHRISTI CARITATE SALUTEM.

Audiens laudabilem in Christo unanimitatis vestrae conversationem[c] multa animus meus laetitia[d] gavisus est, multoque anhelabat[e] desiderio praesentialiter[f] ordinem videre vestrum, et me ipsum[g] humili devotione vestris sacrosanctis commendare orationibus. Sed quia hoc[h] hucusque[i] prohibuit[k] variarum eventus rerum, et prolixa[l] terrarum longinquitas[m] meae parvitatis litterulas in hoc[n] officium dirigere curavi, ut desiderium cordis mei in apicibus cognoscatis, quod et[o] olim pio patri Aquilae pontifici[p] [1], germano meo, pastori vestro[q], iniungere studui[r], cupiens spiritali praesentia unus esse ex vobis et unum[s] esse vobiscum[t], ut vestra me sanctitas a terrenis levaret cupiditatibus, et in caelesti vobiscum collocaret desiderio.

O quam felix est vita monachorum! Deo placabilis[u], angelis amabilis, hominibus honorabilis. Qui hanc[v] fideliter vivit inter homines, haud dubium feliciter regnat inter angelos. Hanc primitiva[w] per apostolos in Iudaea initiavit aecclesia, quibus omnia
Act. 4, 32. communia esse leguntur, et nemo aliquid suum esse dicebat. Hoc non solum in[x] saeculari substantia servandum esse arbitror; sed etiam in desideriis spiritalibus, ut omnes unum concupiscant[y], et oboedientiae bonum[z] magis exsequantur, quam propriae voluntatis effectum. Si Christus suam non venit facere voluntatem, sicut ipse in
Ioh. 6, 38. evangelio testatur, sed patris: quanto magis monachus suam[a] non debet facere voluntatem, sed Christi? Nec segnis in opere Dei, sed studiosus[b]: nec tantum[c] considerare, quid iubeatur, sed quomodo perficiatur[d], quod iubetur[e], ne[f] ullatenus murmurationis malum crescat in aliquibus. Si aliqui ex[g] populo Dei in heremo propter murmurationis perierunt peccatum: quanto magis monachus monasterii[h] spiritali plectatur[i] vindicta, si murmurationis[k] malo mentem inolescere[l] non metuit?

Quapropter cum gratiarum actione accipiat quod ei pastoralis[m] cura sufficere praevideat[n]. Sit enim sanctae[o] pacis concordia inter cunctos: vitae castitas in adolescentibus[p]; morum gravitas in senibus; fervor operis in iuvenibus: nec quisquam[q] se[r] canonicis horis vel regularibus psalmodiis subtrahat. Melius est cum angelorum coetibus Christum laudare, quam torpentem segnitia somno delectari vel vigilando inania exsequi desideria. Et non solum verba sanctae lectionis resonent in ore[2], sed intima cordis conpunctio sequatur verba legentis vel cantantis[s]: et nullatenus horis conpetentibus sacrae scripturae lectio recedat de manibus, quia diversae nunc hereses, sicut audistis[t], catholicae fidei puritatem maculare nituntur[3].

Quapropter armate vosmetipsos in[u] scientia veritatis, sententiis evangelicae auctoritatis, ut resistere[v] valeatis contradicentibus[w] veritatem[x]. Quomodo pugnat iner-

---

a) Vivaccensi *K 1;* Vivavensis *A 1**. b) Alchuuinus *S 1;* Alcvinus *K 1, A 1*;* Albinus *T, K 2.* c) conversatione *S 1;* conversationi *D;* confersacionem *K 2.* d) letia *K 2.* e) hanelabat *S 1;* anelabat *K 2.* f) praesentaliter *D, K 2.* g) mei presta *S 1.* h) *om. K 1, S 1, D, A 1*.* i) huc *om. K 2.* k) prohibitum *S 1.* l) prolix *K 2.* m) non sinit corporaliter ire, ubi mens summo desiderio semper adesse praesentialiter cupit *add. S 1*.* n) hunc *S 1.* o) *om. K 1.* p) pontifice *D, T, S 1.* q) vestri *S 1.* r) studivi *D.* s) unus *D.* t) *om. S 1, ubi lacuna in hoc loco.* u) placabiles *K 2.* v) hac *T, K, A 1*.* w) primitivam *D;* primitia *T.* x) *om. K 2.* y) concubiscant *K 2.* z) bona *S 1.* a) suum *K 2.* b) stadiosus *S 1.* c) tamen *D, S 1.* d) perfeciatur *K 2.* e) iubeatur *K 2, S 1.* f) nec *K, S 1.* g) et *S 1.* h) monastirii *S 1.* i) plectetur *K 1, A 1*.* k) murmoracionis *K 2.* l) inholescere *T, K 2, S 1;* insolescere *A 1*.* m) pastoris *K 2.* n) praev. suff. *K 2, A 1*.* o) sancta *T, D, S 1.* p) aduliscentibus *D;* adoliscentibus *T, K 2, S 1.* q) quisque *D.* r) *om. D.* s) cunctantis *corr. in* percunctantis *D.* t) qui *add. D, S 1.* u) *om. D, K, A 1*.* v) sistere *D.* w) concondicentibus *S 1.* x) veritati *A 1*.*

1) *Arnoni archiepiscopo.* 2) *Alcvini Carmen XXXV (Poet. Carol. I, 251) v. 5:* Semper in ore tuo resonent pia verba salutis. 3) *De Adoptianorum errore haec inprimis intellegenda sunt.*

799

mis[a]? vel quomodo docere[b] potest, qui discere noluit? Spiritales sunt divitiae, sapientia in corde, ut Salomon[c] ait: 'Thesaurus desiderabilis requiescit[d] in ore prudentis'[e]. [Mart. Prov. 21, 20.]

Sanctae fidei veritatem diligenter discite, et agnitam cordis recondite[f] thesauro, et spe firmissima vos retinete[g] ad Deum[h], et caritate ferventissima illum amate, honorate, et laudate: quia haec[i] est pars optima, quam Maria elegit, sedens secus [Luc. 10, 39. 42.] pedes Domini, quae[k] non auferetur ab homine in[l] aeternum. Sed tanto[m] ardentius post hanc vitam[n] amatur Christus[o], quanto[p] perspicacius eius intellegitur[q] bonitas.

Sed non est opus meae parvitati[r] vos ammonere de singulis, dum habetis sacrae institutionis libros[s] notissimos et pium patrem, pastorem vestrum[1], praesentem, qui vos viva voce[t] melius[u] ammonere[v] poterit, quam mea series litterarum. Tamen, ut debitam vobis ostenderem caritatem, paucis vos apicibus appellare studui ad agnoscendam[w] in vos meae dilectionis fiduciam.

Praefato itaque[x] patri cum omni humilitate oboedite. Ille habet rationem[y] reddere [Hebr. 13, 17.] sollicitudinis suae pro vobis, et vos oboedientiae vestrae in illum[z] aequaliter rationem reddere habetis. Ille pro vobis in magno positus est periculo: vos pro illo magna caritate intercedere studete, ut mercedem pro vobis habeat apud[a] Deum, et vos requiem cum illo habeatis in regno Dei. Filiorum eruditio laus est magistrorum, et profectus gregis merces[b] est pastorum[2].

Divina auxiliante gratia custodite vos, fratres, in omni castitate, humilitate, concordia, et caritate, onera[c] vestra invicem portantes. Omnis sermo malus et inpudicus, [Cf. Gal. 6, 2. 5.] et inpatiens, et inutilis ex ore vestro non procedat[d]; sed quae sancta sunt, pia et [Eph. 4, 29.] iusta, et vestrae[e] condigna sanctitati, ad exhortationem[f] audientium, loquimini. Et[g] semper Deus honorificetur in ore vestro, et quae ad pacem pertineant veram, tota [Cf. Rom. 15, 6.] sectamini intentione, et Deus pacis erit[h] vobiscum[i]; et pax Christi[k], quae[l] exsuperat [Philipp. 4, 7. 9.] omnem sensum, custodiat corda vestra in omni bonitate et pietate! Beati pacifici, [Matth. 5, 9.] quoniam[m] filii Dei vocabuntur. Summa nobilitas est filium[n] esse omnipotentis Dei. Sed haec nobilitas magna morum dignitate promerenda est. Non enim[o] estis vestri, sed Christi, qui vos magno empsit[p] praetio, hoc est suo sanguine. Portate Deum in [1. Cor. 6, 20.] corpore vestro, ut Deus dignetur habitare in cordibus vestris, quatenus ex hac brevi[q] et laboriosa vita ad aeternam requiem et beatitudinem pervenire mereamini, intercedente[r] sancti Hrotbereti[s], aliorumque[t] patrum sanctitate pro vobis. Divina vos[u] pietas in omni bono[v] florere faciat[w], fratres[x] carissimi!

---

a) inhermis *S 1.* b) dicere *S 1;* ducere *corr. in* docere *T.* c) Salamon *S 1, D, K 2.* d) requiescum *S 1.* e) sapientis *D.* f) recondito *D;* retinete *K 1.* g) retenete *T, K 2.* h) dominum *A 1*.* i) hoc *D.* k) quod *D.* l) in aeternum *om. D.* m) tamen *S 1;* tam *D;* tantum *T, K.* n) vita *K 2.* o) Deus *T, D, S 1.* p) quantum *K.* q) intelligitur *K 1, A 1*.* r) parvitatis *K 2.* s) libro *D.* t) vocae *S 1.* u) *om. D.* v) admonere *T, K 1, D.* w) cognoscendam *K 2, A 1*.* x) itque *K 2.* y) ratione *S 1.* z) illo *D* a) aput *K 2.* b) mercis *T, D.* c) honera *T, D, S 1.* d) proce dit *S 1.* e) vestra *K 2.* f) exortationem *T, S 1, K 2.* g) ut *A 1*.* h) herit *K 2.* i) *Reliqua om. K, A 1*.* k) *om. T.* l) qui *T, S 1.* m) quoniam — vocabuntur *om. T, D;* et reliqua *S 1.* n) fili *D.* o) *om. D.* p) *sic T, S 1, D.* q) brevae *D;* breve *T, S 1.* r) intercedenti beati *T.* s) ill. *D, ubi alia manus superscripsit:* Rotberti; Hrodbereti *S 1.* t) aliorum *D, S 1.* u) *om. T.* v) bonitate *D.* w) facit *D.* x) fratres carissimi *om. D, S 1.*

1) *Arnonem archiepiscopum.* 2) *Cf. infra ep. 287:* Nam salus gregis laus est pastoris et eruditio filiorum gloria est magistri.

799
Mart.

169.

Alcvinus Arnoni Salisburgensi archiepiscopo carmina paschalia mittit et admoneri cupit parochianos dioecesis eius ad vitae probitatem, ad officia bene obeunda. Addit de expectato Arnonis adventu et de regis itinere in Saxoniam. *799 Mart.*

Codd. S 1 fol. 126—127 (S 1 fol. 25'—26), D fol. 237—237'.*
Edd. M 11, F 79, J 91. — Migne col. 300.

AQUILE PER ALPES[a] VOLANTI, PER CAMPOS CURRENTI, PER URBES AMBULANTI HUMILIS TERRIGENA SALUTEM[1].

Paschalia paci[b] vestrae carmina[2] direxi, prout dictaverunt magi mihi. Vos videte, an placeat ad scribendum, vel proficiat ad legendum.

Misi quoque fratribus litteras[3], rogans, ut in praesentia vestra legantur, et[c] me commendes illorum orationibus, tuis quoque parrochianis, qui solent ad dedicationem sancti chrismatis venire. Illis quoque scripsissem tuae causa[d] caritatis, si nimium non esset praesumptiosum. Tamen ammoneas eos de vitae castitate, de morum honestate, de orationum[e] vigilantia, de predicationis[f] instantia; et unusquisque subiectam sibi plebem bene in voluntate Dei eruditam habeat ecclesiamque[g] bene directam[h]. Et ut viduarum, orphanorum, et pauperum maxime curam habeant. Scolares quoque habeant, et diligenter discere eos faciant psalmos, et cantilenam ecclesiasticam, ut[i] in singulis ecclesiis cursus agatur cotidiane laudis Dei[4]. Unusquisque vero[i] suum in Domino honorificet ministerium, ut non sit vituperatio in sacerdote Christi, sed laudatio in praedicatore veritatis. Et ut sanctum babtisma diligentissime[k] exerceant, quia in nullo loco periculosius erratur; sicut nec fructuosius, si bene observatur. Hortenturque singuli ad confessionis puritatem, ad poenitentiae conpunctionem, quia hoc secundum[l] est babtisma in ecclesia, ut qui post primum[m] in aliquo[n] erraverit delicto, in hoc secundo corrigatur. Sit tibi Deus ubique adiutor, ut proficias in omni bono et multiplici dignus mercede habearis in conspectu domini Dei tui.

Usque[o] in Kalendas Maias vestrum in his partibus spectabo adventum. Regem speramus in Saxoniam iturum hoc anno[5]. De mea vero causa volente Deo dum veneris aliquid certius innotescere habemus. Tantum orationibus adiuva fragilitatem nostram, ut Deus omnipotens[p] dirigat nos[q] in suae pietatis voluntate[r], ut faciamus quae bene
Eccli. 2, 19. placita sunt ei. Deus Christus ad profectum suae sanctae ecclesiae bona valitudine beatitudinem tuam conservare dignetur, desiderande pater!

170.

Alcvinus Carolo regi respondet, quas ob causas luna die 18. Martii parum magna apparuerit. Sed pascha loco suo moveri licitum esse negat. *799 Martio exeunte.*

Codd. T fol. 25'—27 (T fol. 22'—23), P fol. 126—128, R fol. 9'—11', L fol. 163'—167, initium habent K 1 fol. 27, K 2 p. 77—78, A 1* p. 98 n. 63[a].*
Edd. C 14, Q 10, F 71, J 110. — Migne col. 281.

169. a) alpas *D, S 1.* b) pacis *D.* c) uti *S 1 (pro* et). d) cause *D.* e) orationis *D.* f) precationis *S 1.* g) aeclesiaque *D.* h) derectam *S 1.* i) *om. S 1, D.* k) diligentissimae *D.* l) secunda *D.* m) primam *S 1, D.* n) in aliquo *om. D.* o) Usque — innotescere habemus *om. D.* p) Deus omnipotens *om. S 1.* q) ut dirigat nos Christus *S 1*.* r) voluntatem *S 1.*

170. a) *Lemma:* Item ad domnum regem responsio de quibusdam lunae supputationibus *T;* Item alia de quibusdam lunę supputationibus *R;* Item alia *K 1, A 1*.*

1) *Cf. Formul. Salzburg. 14 (Formulae ed. Zeumer p. 443):* humilis terrigena in dulcedine vere caritatis salutem. 2) *Pascha celebratum est a. 799. pridie Kal. Apriles. Cf. Alc. Carmen LXXVI v. 25. 26 (Poet. Carol. I, 298):* Accipite haec animis paschalia munera laetis, | Miltentis memores sitis et ore pio. 3) *Cf. supra ep. 168 p. 276.* 4) *Cf. supra p. 169 l. 12.* 5) *Haec ad expeditionem a. 799. in Saxoniam factam pertinere Sickel existimavit cf. Mühlbacher Reg. p. 140.*

Det[a] tibi perpetuam clemens[b] in saecla[c] salutem 799 Mart. exeunte
Et decus imperii, David amate[d], Deus.

DOMINO[e] DILECTISSIMO DAVID REGI FLACCUS ALBINUS SALUTEM.

Venerandae auctoritatis vestrae omni melle dulciores[f] apices per[g] aridos Belgicae[h] latitudinis[1] iter agenti[i] campos[k] occurrerunt mihi[k]. In quibus dum vestrae beatitudinis[l] prosperitatem legens intellexi et fidelium vestrorum amabilem perspexi[m] salutem, totum me in gratiarum actiones domino deo[n] Iesu Christo contuli; felicia christiano populo tempora in vestrae felicitatis exaltatione[o] et salute certissime sciens, pro qua semper Dominum[p] deprecari gaudeo, eandem[q] semper audire desidero et quasi optatum a Deoque destinatum munus omni[r] gaudio vestram incolomitatem cupiens semper[s] audire. Quis enim est, qui non gaudeat de sui capitis perfecta integritate? nisi forte furibundus vel insanus, quem[t] artissimis Hyppocrates[u] vinculis alligandum esse[2] censuit[v]. Et si iuxta apostoli sententiam nemo carnem suam odio habet[w], sed eam Eph. 5, 29. fovet et nutrit[x], quanto magis in capitis sanitate, in quo est totius corporis perfectio et gloria, omnis membrorum conpago gaudere debet[y]?

Sed ut de[z] pulverolentis[a] campaniae glebis ad caelestis culminis nobilissimam acutissimamque considerationem me subito transtuleris[b], denuo in arcano[c] pectoris mei Pytagoricae[d] disciplinae scientiam, unde needum discessit[e], renovare[f] niteris; dum me in huiusmodi honestarum artium considerationibus numquam desidem, quamvis minus doctum, invenistis. Nec fastidiosa segnities[g] legentium benivolentiae magistri iuste deputari[h] debebit[i]; si, plurimis[k] inclitum vestrae intentionis studium sequentibus, forsan Athenae nova perficeretur in Francia[l], immo multo excellentior[m]. Quia haec Christi domini[n] nobilitata[o] magisterio omnem achademicae[p] exercitationis superat sapientiam. Illa, tantummodo Platonicis[q] erudita disciplinis, septenis informata claruit artibus; haec etiam insuper septiformi[r] sancti Spiritus plenitudine ditata[s] omnem saecularis sapientiae excellit dignitatem.

Ex cuius dono si quid dignum ad interrogata respondere valeam, proferam.

Inquisitio vero vestrae ingeniosae et clarissimae sapientiae haec fuit: Cur species lunaris corporis minor appareret oculis cernentium, quam calculantium curiositas in numeris noctium inveniret vel considerantium sollicitudo in partibus Signiferi[t] conspiceret; nec ad easdem septem[u] in quintas decimas Kal. Aprilis[3] luna[v] Geminorum in aspectu[w] perveniret[x] partes, ad quas illam multiplicata per punctos supputatio[4] perducere debuit?

Et tres huius varietatis[y] causas — si quaelibet harum[z] esse putaretur — supposuistis[a]: ut eadem ponamus verba, quae nostris vestrae laudabilis sapientiae cartula[b]

---

a) *Versus om. L, cf. supra p. 265 lin. 45.* b) *om. K, A 1*.* c) secula sera *A 1*.* d) amat te *K.* e) Domino — salutem *om. T, P, K, R, A 1*.* f) dulcioras *K 2.* g) par *P;* per aridos *bis L.* h) Pelgice latidud. *K 2.* i) agentium *P;* agit *K 2.* k) *om. P.* l) beatidunis *K 2.* m) perspexit *R.* n) *om. P.* o) exultatione *K 2, A 1*.* p) Deum *K 2.* q) eadem aud. semp. *L.* r) omnino gaudeo *K, A 1* (pro* omni gaudio). s) *om. L.* t) quem — censuit *om. K, A 1*.* u) Hyppocrati *T;* Hyppochrati *L;* Hypocrati *R;* Hipocrates *P.* v) censeo *T, L.* w) habebit *K 2.* x) nutriat *L.* y) *Reliqua om. K, A 1*.* z) *om. L.* a) *corr. in* pulverulentis *P;* pulvirolentis *R.* b) trantuleris *R.* c) archano *P, R.* d) phytagoricae *R.* e) discessi *L.* f) renovere *R.* g) saegnicies *R.* h) deputare *R.* i) debit *T.* k) plurimi *T, P, R, L.* l) Frantia *T.* m) excellentia *P.* n) *om. L.* o) nobilitatem *P.* p) achademiae *P.* q) plato cinis *L.* r) septiformis *R, L.* s) dita *L.* t) signiferis *L.* u) septema *T;* septimas *L;* septema inquisitas dec. *R.* v) lunę *R.* w) aspectum *P.* x) pervenire *L.* y) varietates *L.* z) horum *T, P, R, L.* a) suppoistis *T;* supposuistis *P, L.* b) cartola *R.*

1) *Cf. infra ep. 175:* o quam plana via fuisset per Belgica rura ad currendum. 2) *Cf. supra p. 109 n. 3; Hieron. adv. Iovinian. I § 3; contra Vigilant. c. 4 (Opp. II, 239. 390):* Hippocratis vinculis alligandum. 3) *d. 18. Martii.* 4) *quomodo haec per punctos supputatio facienda sit, docet Beda in libro de temporum ratione capp. 17 et 18, opp. T. VI, 182 sq. J.*

799 Mart. exeunte. insonuit auribus: ut sive[a] illa[b] dicti[c] Signiferi obliquitas, sive ipsius astri vagus[d] in aethere cursus, sive insolita quaedam et numquam praeteritis retro saeculis lucis[e] legitime visa detractio[f] faceret.

Quam nos quoque[g] diminutionem lunaris formulae perspicatius intuentes[g*], eadem, quae vestris inheserat mentibus, motio nostri quoque cordis tetigit quaerelam[h]. Sed tribus a vestra veneranda[i] indagatione propositis huius diminutionis causis, aliasque[k] tres probabili ratione invenimus causas, unde haec tanta[l] diminutio iuxta veterum indagationem[m] multorum defendi potuisset. Nam haec diminutio aspicientibus in lunari corpore solet fieri post impletam saltus[n] supputationem, quae per decem[o] et[p] novem annos vix tandem implebitur. Ac veluti adproximante ultimo anno circuli decennovennalis[q], quo[r] unus dies saltus supputatione transiliendus[s] est, saepissime maior luna aspicitur, quam aetatis ratio ostendat; sic etiam post huius saltus supputationem, in primis circuli decennovennalis[t] annis minor saepe invenitur[u], quam calculantium decantet memoria. Est quoque et altera causa, qua[v] minor videri solet per vices luna, quam calculatio numerantium illam ostendat; dum paulo ante vesperam vel unius[w] horae[x] tantummodo spatio accenditur luna, quae statim transacto solis occasu prima supputanda est. Nec mirum, si minor appareat secunda vel tertia vel in ceteris etiam aetatibus suis luna, quam si post[y] unam horam prioris noctis[z] accendatur et post viginti duas[a] vel tres horas, dum ad vesperam pervenerit, prima conputetur[b]. Et haec poterit esse ratio, ut per vices minor appareat in specie[c], quam conputetur in aetate. Sed et haec[d] quoque minoratio, in Ariete vel circa eum signis si lunaris incensio evenerit, saepius considerantibus[e] occurrit: ita ut in Arietis signo miro modo contingere soleat[f] lunam prioris mensis novissimam mane videri[g] et subsequentis[h] novam eiusdem diei vespere apparere in caelo: utpote[i], sexta hora diei incensa, retro transactam mane et post venientem vespere ostendit.

Sed sive[k] ex illis, quas[l] vestra inseruit auctoritas, causis aliqua fuit[m], sive ex his, quae nostra[n] posuit solertia[o]; necesse est tamen, ut paschalis[p] lunae[q] status[r] omnimodis inviolabilis permaneat. Nec enim fieri[s] poterit, ut hanc diminutionem speciei lunaris nemo[t] doctorum priorum vel sanctorum patrum vidisset, qui in Niceno concilio[u] rationem paschalis lunae sagaciter invenerunt et catholice[v] ordinaverunt: ut[w] omnimodis perpetuo iure sanctissima[x] resurrectionis dominicae festivitas[y] in toto orbe concorditer[z] coleretur[a].

Si quae vero huius diminutionis ratio verior[b] in Plinio possit repperiri[c], sive propter[d] saltum nuper transactum sive propter bissextum[e] prope inminentem, deprecor, ut vestra[f] iubeat prudentia inquirere nobisque solita benivolentiae[g] pietate intimare studeat[h]. Quia domi[i] [1] manentibus nostros oculos[k] nebulosa aquarum exalatio[l] vel

a) sine *T, L.* b) ullo *T;* illo *P, L, R.* c) dictis *P.* d) vagos *P.* e) locis *R;* de *add. L.* f) detractatio *L.* g*) inmentes *L.* g) quoquę *R.* h) quaedam *L.* i) venerenda *R.* k) aliaquae *T;* aliasque *P, R.* l) dim. tanta *L.* m) indagatione *P.* n) psaltus *L.* o) decim *T, P, L.* p) *om. T, P, L.* q) decennovenalis *P;* XVIIII lis *R.* r) quod *L.* s) transiliendum *P;* transilendus *L.* t) decennovenalis *P.* u) inveniatur *L.* v) quam *L.* w) huuius *R.* x) orae *T, L.* y) potest *L, corr. in* post *R.* z) nocturnis *P.* a) horas *add. L.* b) comput. *L, R.* c) apparead in specię *R.* d) hoc *T, P, L.* e) considerationibus *L.* f) solead *R.* g) videre *T, P, L.* h) subsequentem *P;* supsequentis *R.* i) utputa *P;* utpute *R.* k) si *T, P, L.* l) quae *T, P, L, R.* m) fuit *T;* fiat *P, L, R.* n) vestra *T.* o) solerti *L.* p) pascalis *R.* q) luna *T, P.* r) staus *R, T, L;* stantus *P.* s) fierit *R* (*pro* fieri pot.). t) ne modo *L.* u) consilio *T, P, L.* v) catholicae *T, P;* caltholicę *R.* w) et *L.* x) sanctissimas *P.* y) festivitates *P.* z) corditer *T.* a) coletur *T;* colerętur *R.* b) vereor *P.* c) reperiri *L.* d) proppter *R.* e) bisextum *R.* f) nostra *R.* g) benivolentia *P;* bonivolentiae *L.* h) studead *R.* i) domi manentibus *om. P.* k) occulos *R.* l) exaltatio *T, L;* exaltacio *R.*

1) *Turonis.*

Belgici[a] pulveris iter agentibus ventuosa[b] aspersio[c] caliginare facit. Ideo vestra bonitas adiuvare[d] non dedignetur quaerentem et in viam veritatis post se[e] trahat sponte sequentem. 799 post Mart.

Vestra[f], precor, Christus caelestibus inclita donis
Inlustret repleat pectora pacis amor.
Dulcis[1] amor vitae, dulcis laus, gloria dulcis,
Sit tibi perpetua, David amate, salus.

171.

Alcvinus Carolo regi respondet. Petit, ut suum adversus Felicem episcopum Urgellitanum librum confirmet. Cursus lunaris et incrementi bissextilis rationes a rege missas comprobat. Mittit rationem solaris et lunaris per Signiferum cursus. 799 post Mart.

Codd. T fol. 31—32' (T fol. 28—29), P fol. 119'—121' (P* fol. 79'—80), K 1 fol. 16'—18', K 2 p. 46—52, L fol. 177'—181', A 1* p. 85—87 n. 54* [a].
Edd. C 5, Q 14, F 84, J 111. — Migne col. 311.

BENEDICTO[b] ATQUE OMNI SAPIENTIAE DECORE[c] PRAEFULGIDO DAVID REGI FLACCUS ALBINUS IN CHRISTO SALUTEM.

Licet proxime[d] ad clementiam vestram gemina scripta direxerim — quorum unum[e] debitum salutationis impleret[f] officium[g], aliud cuiusdam responsionis iura teneret — tamen, occasione[h] vestrae beatitudinis litterarum accepta, respondere utique[i] convenit.

Quas lumine[k] scientiae[l] et veritatis indagatione plenas veneranter accepi[m]. Et magno gratiarum actionis studio Deum benedixi, qui virtute fidei et rationis experientia[n] vestrae pietatis pectus abundanter implet, ita ut[o] in eo praerogativa sacerdotalis doctrinae voluntas et regalis pietatis[p] potentia splendescere[q] probetur[r], maxime[s] quia fides catholica, quae ubique debet esse una et in nullo dissimilis, per vestram sanctissimam sollicitudinem, sopitis[t] scismatum erroribus, praedicari[u] et pollere dinoscitur. Et quantum regni potentia[v] praelatus[w], tantum sapientiae decore[w*] et sanctae relegionis fervore omnibus praecellis[x]. Felix populus, qui tali principe gaudet[2]; in cuius prosperitate salus cunctorum consistit, in cuius hilaritate omnium[y] animus gaudebit, ut dictum est: 'In hilaritate regis, vita'; cuius solium dissipat iniquitatem, cuius vultus Prov. 16, 15. Cf. Prov. 20, 8.
reverentia conservat usque[z] ad aequitatem. Nam, quod olim apostolici[a] patres[b] suis scriptis in confirmationem[c] fidei catholicae diversis mundi[d] partibus peregerunt, hoc vestra sanctissima sollicitudo implere non cessat.

---

a) belgicibus ventuosa aspartio cal. fac. pulveris interagentibus *L* (*pro* Belg. — facit). b) ventiosa *R.* c) asparsio *T, P, R.* d) facit *add. R.* e) protrahat *P pro* post se trahat. f) Vestra — salus *om. L.*
171. a) *Lemma:* Item ad domnum regem quaedam supputatio de solis lunaeque cursu *P**; Item alia *K 1*; Iterum ad eundem *A 1**. b) Benedictio *P**. c) sapientia decorato *P, K, A 1**. d) proximae *L.* e) *corr. in* uno *K 1.* f) implerem *K.* g) *om. T.* h) *corr. in* occansione *P*; occansione *P**. i) utique *scripsit J. pro* utrumque *codd.*; utrum *L*; utrisque *A 1**. k) et *add. T, P, K 2, L.* l) sciencia *K 2.* m) accipi *P, L.* n) experientiae *P.* o) et *K 1.* p) pietas *T.* q) splendesceret *P, K 2, L.* r) probatus *P*; probatur *T, K 2, P*, L, A 1**. s) maximae *P**. t) *om. L.* u) praedicare *T.* v) potentiam *L.* w) praelatu *K 2.* w*) docere *L.* x) praecelsus *K, A 1**. y) hilaritate regis vita cuius solium *pro* omnium animus *L.* z) usque conservat *K 2, L, A 1**. a) apostoli *K 1.* b) patris *K 2*; nostri *add. A 1**. c) confirmatione *K, A 1**. d) mondi *L.*

1) *Cf. Poet. Carol. I, 237. XIII, 5:* O mihi dulcis amor, dulcis praesentia Christi. 2) *Cf. infra ep. 229:* Felix populus, qui sapiente et pio regitur principe.

799 post Mart. Hoc mirabile et speciale in te pietatis Dei donum praedicamus, quod tanta[a] devotione ecclesias Christi a perfidorum doctrinis intrinsecus purgare tuerique[b] niteris,
Luc. 22, 38. quanta forinsecus a vastatione paganorum defendere vel[c] propagare conaris[1]. His duobus gladiis vestram venerandam excellentiam dextra levaque divina armavit[d] potestas; in[e] quibus victor laudabilis et triumphator[f] gloriosus existis[g].

Unde et ad interioris pugnae genus meae parvitatis devotionem[h] provocare voluistis[2]. Cuius certaminis sudori[i] libenter succubui; ut[k] in libello[3], quem vestrae nuper direxeram[l] pietati, agnosci[m] poterit; licet necdum vestrae auctoritatis sigillo eundem libelli[n] tenorem confirmatum cognoverim. Et hoc reor vel tarditate portitoris vel angustia temporis gestum esse. Nullatenus solita bonitatis vestrae consuetudo in pluribus[o] hoc agere litterulis[p] recuset[q], quod in rarioribus saepius[r] fecisse compertum est.

Cartulas vero calculationis cursus lunaris vel bissextilis[s] praeparationis, quas nostrae devotioni[t] tradidistis explorandas, invenimus ergo in eis[u] rationes diligentissime exquisitas, acutissime inventas, nobilissime prolatas. Et quod mea olim[v] devotio 'de bissexto' paucis inchoavit[w] ratiunculis[x] [4], vestra sagacissima indagatio copiose complevit; quamvis considerandum sit, cur in quibusdam mensibus[y] ad eosdem dies in anno secundo vel[z] tertio vel quarto computus[a] cursus solaris non pervenisset. Item facilior et expeditior lunaris cursus supputatio posse inveniri videtur; licet haec optima et acutissima[b] usque ad unum scripulum[c] vel silicum[d] distincte et caute currere intellegatur.

Direxi excellentiae vestrae stamen quarundam[e] supputationum[f] de[g] solis lunaeque per Signiferum cursu[h]. Cui si vestri[i] acutissimi sensus subtegmen[k] addere placuerit[5], forte pueris palatinis[l] contra frigus[m] inperitiae aliquod vestimenti genus texi[n] poterit; sicut[o] in prioris textura[p] me[q] etiam ordinatione optime[r] fecisse protestaris[s]. Meum est[t] de terrae gremio[u] vel glebis pulverolentis[v] auri effodere atomos[w] [6]; vestrum[x] est regale[y] diadema[z] gemmis sapientiae praefulgidum venerando gestare in

---

a) tante *K 2.* b) quae *L.* c) velut *L.* d) appellavit *T, P, L.* e) in quibus *om. K 2.* f) triumphatore *P*.* g) exsistis *T, L.* h) devocione *P, K 2;* devotione *P, T, L.* i) sodori *T;* sudore *L.* k) et *P.* l) direxerim *T, P, K, L.* m) agnoscere *L.* n) libello *T.* o) plurioribus *P, L;* pluriobus *T.* p) litteris *K 1.* q) recusat *codd.* r) *om. K 2, A 1*.* s) bissextalis *K 2.* t) devotione *P, L.* u) erga meis *K 2;* in eis *om. L.* v) ollim *L.* w) incoavit *T, P.* x) ratiunculas *L.* y) menses *K 2.* z) vel *om. T, P, L.* a) compotus *T, K 2, L;* compoto *P;* compositus *K 1. A 1*.* b) accutissima *P.* c) scrupulum̄ *P*;* scrupulum *A 1*.* d) *corr. in* sicilicum *K 1;* siliculum *A 1*.* e) quorundam *K 2.* f) subputatione *P;* supputatione *T.* g) unde *P*.* h) cursus *T, P, K 2, L;* cursum *K 1.* i) vestro acutissimi sensus ingenio *K 1, A 1* pro* vestri — sensus. k) *corr. in* subtemen *K 1,* suptegmen *K 2.* l) palationis *L.* m) figus *P*.* n) texeri *P, K 2, L.* o) sic *P.* p) texture *T, L;* texturae *A 1*.* q) meae *K 1, A 1*,* mę *K 2.* r) *om. K, A 1*.* s) testaris *P, L;* probaveris testaris *K, A 1*.* t) esse *A 1*.* u) gremi *T, L;* gręmi *P;* graemio *P*.* v) *corr. in* pulverulentis *P.* w) attomos *T, P;* athomos *K.* x) autem *add. A 1*.* y) regule *T;* regulę *P.* z) deadema *T, K 2, L.*

1) *Cf. supra p. 137; infra ep. 202.* 2) *Cf. ep. 149 supra p. 243:* De libello vero infelicis . . . magistri . . . placet mihi, quod vestra voluntas . . . habet curam respondendi ad defensionem fidei catholicae. . . . Flaccus vero tuus tecum laborat in reddenda ratione catholicae fidei. Tantum detur ei spatium, ut *cet. J.* 3) Contra haeresin Felicis, *opp. ed. Frobenius I, 760—782. Miserat Felix episcopus Urgellitanus libellum ad Alcuinum anno 798 (v. epp. 148 et 149 supra p. 241 et 243); idque factum esse* priore anno *ante sui adversus Felicem libelli editionem testis est Alcuinus in ep. 207 infra. Ex quo efficitur hunc Alcuini libellum anno 799. editum esse; quae res etiam et hac ep. 171. et ep. 172. probatur. J.* 4) *Opp. ed. Frobenius II, 365.* 5) *Cf. supra ep. 14 p. 40:* Adhuc dubio stamine pacis subtegmine causa texitur et dum plenum perficitur vestimentum *etc.* 6) *In ep. 170 supra p. 279 Alcuinus Carolo haec scripserat:* Sed ut de pulverolentis campaniae glebis ad caelestis culminis — considerationem me subito transtuleris. *Nec potest dubitari, quin Carolus de illius litteris rescripserit, Alcuinum* de pulverolentis glebis aurum effodere, *isque hoc loco* auri atomos *tantum concedat. J.*

vertice; quatenus laudabilis potentia[a] vestra[b] omnium floreat genere virtutum et multiplici meritorum laude ad[c] caelestis[d] regni gloriam, Christo regente[e] atque donante, pervenire mereatur[f]. 799 post Mart.

[g]Vivere[h] me terris vix vix[i] sinit improba[k] febris[1],
Et me caeleste[l] scandere vultis[m] iter[n].
Per[o] campos colles herbas et prata virentes
Quaerere suggessit[p] dum mihi cana[q] salus,
Vestra repente[2] poli iussit me sidera summi
Infirmis pietas scandere nam[r] pedibus,
Signaque zodiaci distinguere partibus alti[s],
Quis[t] cui conveniat ordo locus numerus.
Hipocratis[u] campos[3] nonne esset pollice pluris
Cum pueris[v] Flacco iam peragrare[w] suis,
Quam radio Arati[x] caeli describere[y] signa,
Vel lunae[z] et solis dinumerare dies?
Sed tamen, ut cecinit[a] praeclarus commate[b] vates:
Omnia vincit[c] amor[4], nos quoque vincat[d] amor.
Descripsi[e] paucis partes et sidera caeli,
Te mandante, meo pectore[f] magnus amor.
Nunc videat pietas si quid sit vestra probandum,
Pumice radendum[g][5] an[h], pagina quicquid habet.
Iudice[i] te nullum, si numquam fallit imago[6],
Iam metuens[k] fugiam David in[l] orbe[m] decus.
Haec[n] vestro[o] fuerint forsan[p] si[q] digna favore[r],
Mox maiora, reor, incipit[s] ipse[t] senex;
Si Deus aeternus[u] vitae superadderit[v] annos,
Est bonitas cuius quicquid habemus opis[w].
Cartula, percurrens colles camposque liquentes[7],
Disticon hoc cantet[x], semper in ore suo:
Augeat, exaltet vestram benedictio vitam
Aeterni regis, David[y], amate Deo.

---

a) potentiae *P, L.* b) *om. K, A 1*.* c) *om. P, K 2, L.* d) caelesti *P.* e) *om. L.* f) mereamur *L.* g) *Versus hi in cod. T sic scripti sunt, ut primum omnes versus hexametri, deinde omnes pentametri legantur.* h) Vive *T.* i) *om. L.* k) inproba *T, K 2.* l) caelestes *T.* m) vult *K.* n) itiner *K 1.* o) per er *P.* p) suggesceit *T.* q) cana *scripsit J. pro* cara *codd.* r) iam *A 1*.* s) alto *K, A 1*.* t) Et quis *T, K, L, A 1*;* Et *deletum est in K 1;* cui *om. A 1*.* u) Hypocratis *K;* v. 9 *om. L.* v) quęris *P.* w) peragere *T, K.* x) arti *T;* rati *K 1;* aurati *coni. J.* y) discribere *T, P, K 1;* discripere *K 2.* z) luna *T, K 2, L.* a) caecinit *T.* b) commitate *L.* c) vincecit *T.* d) vincit *P.* e) Discripsi *T, P, K 2, L.* f) mea pectora *L.* g) radentum *T.* h) an *deletum est in K 1.* i) Indicem *P.* k) metuendus *T.* l) *om. T.* m) urbi *K 2.* n) Hę *K 2.* o) vero *K 1;* vestrum *L.* p) *om. K 1.* q) *om. L.* r) tuorum *add. K 1.* s) incipe *P.* t) esse *L.* u) aeternę *P*.* v) superadderit *(sic) T, P, K 1;* superaddiderit *K 2;* semperadderit *L.* w) opus *P, K, A 1*.* x) canet *L.* y) *om. K 2;* semper *K 1, A 1* pro* David.

1) *Cf. supra ep. 146 p. 236:* febris et infirmitas me fatigatum habet. 2) *Cf. p. 282 n. 6:* ut ... ad caelestis culminis ... considerationem me subito transtuleris. *J.; cf. Vers. ad Homer. 12 (Poet. Carol. I, 252):* Scandere vel summi sidera celsa poli. 3) *Cf. Poet. Carol. I, 245 v. 12:* Accurrunt medici mox, Hippocratica secta. 4) *Verg. Ecl. X, 69; eundem versum laudat Poet. Carol. I, 257 v. 45, Opp. ed. Froben. II, 270.* 5) *Cf. supra ep. 120 p. 175:* pumice radenda feroci. 6) *Verg. Ecl. II, 24. 25:*

. . . . non ego Daphnin
Iudice te metuam, si numquam fallat imago.

7) *Poet. Carol. I, 259 v. 1:* Cartula percurrens, Friducino fer mea salve; *Verg. Aen. VI, 724:* terras camposque liquentes.

799 Apr. — Mai.

172.

Alcvinus Carolo regi gratias agit, quod suum adversus Felicem episcopum Urgellitanum libellum recitari iusserit sibique ad tollenda librarii vitia remiserit. Sed graviorum errorum indicium desiderat. De scripta Felicis cum Sarraceno disputatione nuntium ad Laidradum episcopum Lugdunensem missum esse. Addit de disputatione a Petro Pisano quondam Papiae cum Lullo Iudaeo habita. Mittit species dictionum et figuras arithmeticas. Intermissam a scriptoribus artem interpungendi per Carolum reduci cupit.

799 Apr. — Mai.

Codd. T fol. 32'—33' (T fol. 29'—30'), P fol. 121'—123 (P* fol. 81—82), L fol. 182—184', prior pars in K 1 fol. 18'—19, K 2 p. 52—54, A 1* p. 87—88 n. 55*[a].

Edd. C 6, Q 15, F 85, J 112. — Migne col. 313.

DOMINO PIISSIMO[b] ET PRAESTANTISSIMO[c] DAVID[d] REGI FLACCUS[e] CARITATIS CALAMO VULNERATUS[1] SALUTEM.

Gratias agimus venerandae pietati vestrae, quod libellum[2] secundum vestrae iussionis praeceptum vobis directum auribus sapientiae vestrae recitari[f] fecistis, et quod notare iussistis[g] errata illius, et remisistis[h] ad corrigendum. Quamvis a vobis melius[e] emendari potuisset, quia[i] alterius iudicium[k] in quolibet opere plus saepissime[l] valet quam proprii auctoris.

Minus tamen quiddam[m] fecistis, quam plenum postulasset[n] caritatis[o] officium: quod sensus non docte[p] prolatos[q] vel catholice[r] exaratos similiter noluistis notare; dum[s] quaedam suspicio mihi est[t], ut[u] serie[v] sagacissime cartulae vestrae nobis innotuit[w] non omnia probanda esse, quae ibi lecta fuerunt. Quia defensores eidem operi[x] vestrae excellentiae dirigere iussistis; dum nullum[y] magis idoneum meae parvitatis dicta habere possunt defensorem vel emendatorem quam vosmetipsos[z]. Nam[a] auctoritas praecipientis oboedientis industriam defendere debet[3].

Quod vero in litteris vel distinctionibus[b] non tam scolastice[c] currit, quam ordo et regula artis grammaticae postulat, hoc saepius[d] velocitas animi efficere solet; dum legentis[e] intentio oculorum praecurrere[e*] festinat officium. Nec ego, capitis dolore fatigatus, examinare possum quae subito casu ex ore dictantis evolant[f][4]; et qui sibi alterius neglegentiam inputare[g] nolit[h], non inputet alteri[5].

Disputationem itaque Felicis[6] cum Sarraceno nec vidi nec apud[i] nos[k] inventa est; immo nec audivi nomen illius antea. Tamen, dum diligentius quaesivi[l], si quis[m] ex nostris famam illius audiret, dictum[n] est mihi, quod apud Laidradum episcopum Lugdunensem[o] inveniri[p] potuisset. Quapropter sub festinatione direxi missum[q] nostrum

---

172. a) *Lemma:* Item ad domnum regem (imperatorem *P*) de quodam libello contra heresem adoptionis *T, P;* Item alia *K 1;* Iterum ad eum *A 1*.* b) piismo *T.* c) praesentissimo *L.* d) Davit *K 2.* e) *om. P.* f) recitare *P, corr. in* -ri *A 1*.* g) iussisti *P*.* h) remissistis *T.* i) qui *A 1*.* k) indicio *K 2.* l) *om. K 1;* saepisseme *K 2;* sapientissime *L.* m) quidam *P*;* quoddam *K 1;* quidem *K 2.* n) postolasset *T.* o) *om. K 1.* p) indocte *L.* q) prolatus — exaratus *P, K 1.* r) catholicae *T, L.* s) Sed *A 1*.* t) est *addidit J.* u) ex *K 2, A 1*.* v) series *P, K 1.* w) intonuit *T.* x) operis *L.* y) nullum vero *A 1* pro* dum nullum. z) nosmetipsos *P.* a) cum *add. L.* b) *corr. in* distinationibus *P;* destinationibus *P* (secundum Frobenium).* c) scolasticae *T, L.* d) saepe *K 1, A 1*.* e) legenus *K 2.* e*) perc. *P.* f) evolunt *L.* g) imputari *A 1*.* h) nolet *P.* i) aput *K 2.* k) vos *L, K 2.* l) exquaesivi *P.* m) qui *P.* n) dic. *T.* o) Lugdonensem *T, L;* Lucdunensem *K 2.* p) invenire *T, L, K 2.* q) missaticum *A 1*.*

1) *Cf. supra p. 257 ep. 159, p. 119 ep. 78:* caritate vulnerata ego sum. 2) *adversus Felicem; cf. ep. 171 supra p. 282 n. 3.* 3) *Cf. supra p. 175. 263 n. 2.* 4) *Cf. supra p. 73:* caritas dictantis ab ore rapuit verba. 5) *Cf. supra p. 234 lin. 10.* 6) *episcopi Urgellitani.*

ad praefatum episcopum[a], si forte ibi invenire[b] potuisset[c], ut quam[d] citissime vestrae praesentiae dirigeretur[e]. 799 Apr. — Mai.

Dum ego[f] adolescens[g] Romam perrexi[1] et aliquantos[h] dies in Papia[i] regali civitate demorarer, quidam Iudaeus, Lullus[k] nomine, cum Petro magistro habuit disputationem; et scriptam esse eandem[l] controversiam in eadem civitate audivi. Idem Petrus fuit, qui[m] in palatio vestro[n] grammaticam docens[2] claruit[3]. Forsan Omerus[4] vester[o] aliquid exinde audivit a magistro praedicto.

Misi excellentiae vestrae quasdam[p] species dictionum, exemplis vel[q] versibus venerandi[r] patris[s] confirmatas; et aliquas figuras arithmeticae subtilitatis laetitiae causa in cartula, quam nobis vacuam direxistis; ut vestita[t] reveniret, quae nuda nostro se offerebat aspectui; dignum aestimans, ut nostris honoraretur litteris, quae vestro sigillo ad nos nobilitata[u] pervenit. Et si minus quid exemplorum habeant praedictae species, Beselel[5], vester immo et noster familiaris adiutor, de paternis versibus adponere poterit. Necnon et figurarum[v] rationes in libello arithmeticae disciplinae considerare[w] valet.

Punctorum vero distinctiones vel[x] subdistinctiones[y] licet ornatum faciant[z] pulcherrimum in sententiis[a], tamen usus illorum propter rusticitatem pene recessit a[b] scriptoribus[6]. Sed sicut[c] totius sapientiae decus et salutaris[d] eruditionis ornatus per vestrae nobilitatis industriam renovari incipit, ita et horum usus in manibus scribentium redintegrandus esse optime videtur.

Ego itaque licet parum[e] proficiens cum Turonica[f] cotidie pugno rusticitate[g]. Vestra vero auctoritas palatinos erudiat pueros[7], ut eligantissime proferant quicquid vestri sensus lucidissima[h] dictaverit eloquentia; ut ubique regalis[i] nominis carta decurrens regalis sapientiae nobilitatem[k] ostendat.

Floreat[l] aeternis tecum sapientia donis,
  Ut tibi permaneat laus, honor, imperium.

Quot[m] habeas apices[n], sanctas[o], mea carta, salutes
  Dicito[p] tot dulci David amore meo[q].

---

a) *om. K 1, A 1*.* b) inveniri *K 1, A 1*.* c) potius esset *K 2.* d) *om. K, A 1*.* e) dirigetur *L; Reliqua om. K, A 1*.* f) ergo *P.* g) adulescens *T.* h) aliquantulos *L;* aliquandos *P.* i) apia *P.* k) Iulius *T.* l) eundem *T.* m) *om. L.* n) vestra *L.* o) vester vester *L.* p) quadam *T.* q) *om. L.* r) verandi *T (an nomen proprium? Arndt).* s) venerandorum patrum *scripsit J pro* venerandi patris *codd.* t) vestra *L.* u) nobilitate *L.* v) figuram *L.* w) consideraret *P.* x) vel subdistinctiones *om. P.* y) subdistinctionis *L.* z) faciat *P;* faciunt *L.* a) sentiis *P*.* b) ad *P.* c) si aut *P.* d) secularis *P;* saecularis *L.* e) patrum *P.* f) Toronica *P.* g) suscitate *L.* h) lucidissimus *T;* lucidissime *P;* lucidissim̄ *L.* i) regulis *T.* k) nobilitate *P.* l) Floreat — imperium *erasa sunt in P*.* m) Quod *T, P, L.* n) sapices *P.* o) sancta *P;* sanctā *P*.* p) Dicite *P.* q) Finit *add. L.*

1) *Desiderio rege hoc iter fecisse videtur, cum Papiam regalem civitatem nominet cf. infra ep. 175. 271, supra p. 225 lin. 31:* Audivi dum Romae essem quosdam dicentes magistros. 2) *Einharti vit. Caroli c. 25:* In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconem senem audivit *(Carolus). — Edidit Herm. Hagen (Anecdota Helvetica p. 159—171) Petri grammatici excerpta, quae huic Petro adscribere vix dubitem, cf. Poet. Carol. I, 73.* 3) *Itaque Petrus Pisanus ante annum 799. mortuus erat; cf. n. 2.* 4) *Angilbertus. De commercio Angilberti cum Petro cf. versus eius ad Petrum missos Poet. Carol. I, 75.* 5) *Einhartus; v. Jaffé Biblioth. IV, 490 sq.* 6) *Cf. Alc. versus XCIV v. 7 (Poet. Carol. I, 320):* Per cola distinguant proprios et commata sensus, | Et punctos ponant ordine quosque suo, | Ne vel falsa legat *etc.; In sacr. biblior. codic. v. 185 (ib. 292):* Distinguens sensus, titulos, cola, commata voce | Dicat, ut accentus ore sonare sciat. 7) *Cf. supra p. 177 n. 3; 282 lin. 24.*

799 Mai.

173.

Alcvinus Arnonis Salisburgensis archiepiscopi praesentiam exoptat, ecclesiae calamitates deplorat; gratulatur ei ob pallium acceptum hortando ad opus praedicationis et exercitia virtutum. *799 Mai.*

Codd. S 1 fol. 109—112 (S 1 fol. 9—12'), initium habet B fol. 79—79'.*
Edd. M 6, Bern. Pez Thesaur. anecdot. II, 1, 9, F 82, J 113. — Migne col. 306.

DILECTISSIMO CARITATIS FILIO ET VENERANDAE SANCTITATIS PATRI DEVOTUS IN FIDE AMICUS SALUTEM.

Multa habuissem tecum valde necessaria conferre, si tempus et locus, et faciei vestrae praesentia adesset: sive de generali sanctitatis ecclesiae statu, sive de speciali rerum ad nos pertinentium vicissitudine. Sed hoc erit, dum vult, qui omnia disponit, quae sunt in caelo et in terra: qui[a] quandoque concedat nobis mutua caritatis verba inter nos habere, et cordis aestus verbis pacificis patescere. Sed, tu carissime! et omnium sacerdotum Christi cordi[b] nostro iunctissime! obsecro intercessiones facere pro nobis, quatenus divina clementia et vos proficere faciat in omni bono, et nos regere dignetur ad salutis nostrae profectum.

Multae sunt huius saeculi occupationes, et diversae varietates, et eventus miserabiles, (2. Cor. 11, 26. Gal. 2, 4.) et eclesia Christi multis modis inpugnatur non solum a paganis, sed etiam a falsis fratribus. Et ubi fons aequitatis et iustitiae[c] ad omnes per rivulos[d] sanctitatis[e] profluere debuit, ibi maxime iniquitatis palustris profunditas exalatur[1]: sicut forte a sanctissima sede auditurus eris, quid ibi scelerum et nimiae atrocitatis nuper gestum esse refertur[2]. Timendum est non solum hoc impiissimae pravitatis scelus, sed etiam maioris mali prodigium. Dum in capite talia aguntur, quid in corpore fieri possit (Matth. 24, 12.) formidandum est. Iustitia laborat, et iniquitas abundat, et caritas frigescit, et in- (2. Tim. 2, 17.) fidelitas serpit sicut venenum, et sicut cancer membra Christi maculare non desistit. (Gal. 6, 10.) Ideo dum tempus habeas, labora in verbo[f] praedicationis, in virtute caritatis, in exemplo sanctitatis, in pietatis officio, in elimosinarum largitione, in misericordiae[g] et pietatis constantia, quatenus ex huius caliginis miseria[h] ad perpetuae beatitudinis lucem pervenire merearis, et me[i] tuae salutis unanimem filium, fratrem, consocium, assiduis precibus vel ammonitionibus tecum trahere non desistas, ut pariter dicere digni[k] (Cant. 1, 3.) efficiamur, donante aeternae pietatis largitore: 'Introduxit nos rex in cellaria sua, exultabimus et laetabimur in te'.

Gavisus[l] sum multum, dum tuam beatitudinem superhumeralis sanctitatem portare audivi[3], et in honoris ecclesiastici sublimissima stare stabilitate. Et utinam hoc multis proficiat et tibi maxime prosit; ut dei et domini nostri Iesu Christi nomen clarificetur in te: et memento ministrum te esse magis quam dominum propter eum, qui ait: (Luc. 22, 27.) 'Ego sum in medio vestri, sicut qui ministrat'. Si ille deus et dominus omnium, redemptor et salvator humani generis non dedignatus est venire ministrare, non ut (Marc. 10, 45.) ministraretur ei; quanto magis et nos debemus modulum nostrae pensare paupertatis,

---

173. a) quia *B.* b) corde *S 1, B.* c) institia *S 1, B.* d) rivolos *S 1.* e) *cetera om. B.* f) verba *corr. in* verbo *S 1.* g) misericordia *S 1.* h) miseriae *S 1.* i) mecum *S 1.* k) digne *S 1.* l) Gavisus — incommodis condolere *om. S 1*, unde novam hic incipere epistolam Frobenius haud recte coniecit, cui Zeissberg (Sitzungsber. der ph.-hist. Cl. der Wiener Akad. XLIII, 330 n. 2) assentitur.*

1) *Cf. supra p. 147 n. 9; Vers. ad Carol. imper. v. 39 (Poet. Carol. I, 258):* Ne turbata fluat per mundum fluminis unda, | Unde solebat aqua pura manare prius. 2) *a. 799. die 25. April. m. in Leonem papam cf. Ann. Einharto adscriptos a. 799, Iuvav. mai. 799:* Hoc anno eiectus est Leo papa a sede apostolica VII. Kal. Maii et a Romanis martyrizatus. 3) *anno 798. die 20. m. April.; v. Jaffé, Regesta pontt. Rom. n. 2495. 2496. 2498.*

et omnibus ad nos pertinentibus salutis ministrare officia, et caritatis servire devotione, 799 Mai. quia humilitatis passibus ad caelestis regni celsitudinem pervenitur. Ideo propheta divino instinctus amore ait: 'Non veniat mihi pes superbiae': hoc est, ut nullum Ps. 35, 12. vestigium superbiae remansisset in corde illius. Quanto magis nos, de stercore paupertatis in sedem gloriae sublimati, dignitatem nostram humilitatis officio sublevare Cf. Ps. 112, 7. debemus. Haec est, quae ignobilem facit nobilem, et quae terrenum animal ad caeleste elevat tribunal. Cogita semper, dum pallio sanctitatis vestieris et videas sanctae crucis signum sive ante, sive retro in eo fixum, te sequi debere illum, qui crucem suam portavit, in qua redemptionis nostrae tropheum paravit. Dum videas, osculari illud et venerari[a], sicut decet, huius signi sanctitatem et te sequi debere memento illum, qui ait: 'Qui vult post me venire, tollat crucem suam et sequatur me'. Ideo Matth. 16, 24. Christus portavit primum, et post illum inventus Simon, qui super se positam crucem Christi portavit sequens vestigia illius. Et hoc in signum nostrae actionis gestum esse dinoscitur; Simon enim oboediens interpretatur[1]. Omnis enim, qui per oboedientiam ad triumphum gloriae[b], Christi crucem portare cogitat. Hoc enim humilitatis[c] passibus et patientiae gressibus, vel paratus pro veritate mori, vel scandala fraternae perversitatis pati, vel affectu conpassionis fraternis incommodis condolere.

Excitati animi motus in te tranquilla pace conponantur[2], ut nihil per iram fiat, sed omnia cum consilio: tempus redimentes[d], donec transeat ira, et tunc dicatur vel Cf. Eccli. 32, 24. agatur quicquid provida consilii sapientia suggerat agendum esse. Clamores pauperum cordis audiat affectus, et larga manus miseriam illorum refoveat. Magnum est debitorem te habere Deum, quia beneficia pauperum Christi retributio conpensat, et quod miser non valet remunerare, hoc omnium Dominus dignabitur reconpensare. Cogitatio assidua tibi sit in scripturis sanctis, et laetitia convivii laus redemptoris. Dum corpus cibo pascitur, mens divina lectione foveatur; ne anima esuriens in ebriato corpore lugeat. Pascatur, quod aeternum est, magis, quam quod periturum erit. Mens caelestia rimetur, et futuram iugiter praevideat mansionem, ut parvi temporis labore perpetua mereatur requies. Plura tibi scribsissem, nisi pauca scirem sufficere sapienti[3]. Unum verbum in corde sensati melius proficit, quam multa milia contemptoris. Non cesses semen salutis seminare in corda multorum, ut ex salute multorum multam apud Dei pietatem merearis habere remunerationem. Vive feliciter florens et proficiens in caritate Christi et praeceptis, quae a Deo data sunt ad aeternam beatitudinem generis humani, meique memor, carissime pater, frater, fili, valeas aeternis temporibus in Christo.

174.

Alcvinus Carolo regi gratias agit, quod de Leone III papa a Romanis crudeliter tractato se certiorem fecerit. Quo facilius ecclesiae consulat, ut cum Saxonibus pacem componat hortatur. *799 Iun.*

Codd. T fol. 27—28' (T fol. 24—25), P fol. 128—129' (P* fol. 86—87), K1 fol. 14'—16, K2 p. 41—46, L fol. 167—170, A1* p. 83—85 nr. 53*[a].

Edd. C 4, Q 11, F 80, J 114. — Migne col. 301.

---

a) osculare — venerare *corr. in* osculari — venerari *S 1.* b) *supple* venire cupit *vel simile FROBEN.* c) humilitati *S 1.* d) redementes *corr. in* -dim. *S 1.*

174. a) *Lemma:* Item ad domnum regem quaerimoniae de miseria huius saeculi *T;* Item alia *P, K1;* Item alia eiusdem *A 1**.

1) *Isid. Etym. VII c. 9:* Simon autem hebraice interpretatur obediens. 2) *Cf. supra p. 67 ep. 25:* hos eius animi motus tranquilla pace componere dignetur. 3) *Cf. supra p. 249 n. 6.*

799 Iun.

DOMINO[a] PACIFICO DAVID REGI FLACCUS ALBINUS SALUTEM.

Gratias agimus clementissime bonitati vestrae[b], dulcissime David, quod nostrae parvitatis memoriam habere digneris; nobisque innotescere quae famulus vester fidelis nostris insonuit auribus. Nec in hoc solo grates[c] referimus[d] continuas vestrae pietati, sed in omnibus bonis, quae mecum ex die, qua parvitas mea vobis nota facta est, perfecit. Optime[e] incepistis, sed melius consummastis. Quapropter[f] continuis precibus domini nostri Iesu Christi clementiam deprecor[g], quatenus qui tibi optima quaeque in terrena felicitate concessit, longe meliora aeternae beatitudinis regna tibi aeternaliter concedere dignetur.

Plurima vestrae venerandae dignitati praesens suaderem, si vel vobis[h] oportunitas esset audiendi vel mihi eloquentia[i] dicendi. Quia calamus caritatis cordis mei archana instigare saepius solet de vestrae excellentiae prosperitate tractare; et de stabilitate[k] regni vobis a Deo dati[l]; et de profectu[m] sanctae ecclesiae Christi. Quae[n] multimoda inproborum perturbata est[o] nequitia et scelestis[p] pessimorum ausibus maculata, non in personis tantum ignobilibus, sed etiam in maximis et altissimis. Quod metuendum est valde.

Nam tres personae in mundo altissime hucusque fuerunt: id est[q] apostolica sublimitas[r], quae beati Petri principis apostolorum sedem vicario munere[s] regere solet; quid vero in[t] eo actum sit, qui rector praefate sedis fuerat[1], mihi veneranda bonitas vestra innotescere curavit. Alia est imperialis dignitas et secundae[u] Romae saecularis[v] potentia; quam impie[w] gubernator imperii illius depositus[x] sit[2], non ab alienis, sed a propriis et concivibus[y], ubique fama narrante[z] crebrescit[a]. Tertia est regalis dignitas, in qua vos domini nostri Iesu Christi dispensatio rectorem populi christiani disposuit[b], ceteris praefatis[c] dignitatibus[3] potentia excellentiorem, sapientia clariorem, regni dignitate sublimiorem. Ecce in te solo[d] tota salus ecclesiarum[e] Christi inclinata recumbit[4]. Tu vindex scelerum, tu rector errantium, tu consolator[f] maerentium, tu exaltatio bonorum[5].

Nonne Romana in sede, ubi relegio maxime pietatis quondam claruerat, ibi extrema impietatis[g] exempla emerserunt[h][6]? Ipsi, cordibus suis excaecati[i], excaecaverunt[k] caput[l] proprium. Nec ibi[m] timor Dei, nec sapientia, nec caritas esse videtur: quid boni ibi esse poterit, ubi nihil horum trium invenitur? Si timor Dei esset[n] in eis, non
2. Tim. 3, 1. auderent; si sapientia[o], numquam voluissent; si[p] caritas, nequaquam[q] fecissent. Tempora
Matth. 24, 12. sunt periculosa[7] olim ab ipsa veritate praedicta, quia refrigescit[r] caritas multorum.

---

a) Domino — salutem *L*, *om. cet. codd.* b) et *add. L.* c) grata *K 2.* d) ferimus *T.* e) optimae *L.* f) quia propter *L.* g) teprecor quetenus *K 2.* h) bonis *T*; si vel vobis *om. L.* i) eloquentiae *T, P, L.* k) stabitate *L.* l) donati *K 1, A 1*.* m) profecto *T, P, L, K 2.* n) *om. P.* o) *om. K, A 1*.* p) scelestibus *P, K 1, L*; celestibus *K 2.* q) id est *om. T.* r) sublitas *T*; suplimitas *K 2.* s) munere *P.* t) ab *A 1*.* u) secunda *P.* v) saeculis *T.* w) impii *L.* x) depoositus *T.* y) concivilibus suis *P*; convicibus *L.* z) *om. K 2.* a) crebrescat *T.* b) deposuit *L.* c) praestas *L.* d) sola *T, P.* e) ecclexiarum *L.* f) consolantium *P.* g) impietatibus *K.* h) exemple (-lae *T*) merserunt *T, L.* i) excati *T.* k) excaverunt *L.* l) capud *P, K 2.* m) tibi *L.* n) inesset *add. L.* o) sab. *K 2.* p) voluisent sic *K 2.* q) numquam *K, A 1*.* r) quia *add. P.*

1) *in Leone III papa die 25. Apr. 799. Romae violato.* 2) *Constantinus V imperator anno 797. Iun. 15.* a suis. 3) *papali et imperatoria.* 4) *Aen. XII, 59:* in te omnis domus inclinata recumbit. 5) *Cf. versus Theodulfi ad regem eodem anno scriptos (Poet. Carol. I, 523):*

Tutor opum es, vindex scelerum, largitor honorum,
Quaeque facis, fiunt haec moderante Deo.
Arma es pontificum, spes et defensio cleri,
Per te pontifices iura sacrata tenent. *Cf. supra p. 139 lin. 11.*

6) *Cf. supra p. 286 l. 19:* ibi maxime iniquitatis palustris profunditas exalatur. 7) *Cf. Alcvini Carmen ad Arnon. v. 21. 22 (Poet. Carol. I, 261):*

Tempora sunt nimium variis nunc plena periclis,
Quae quondam sancti praececinere patres.

Nullatenus capitis[1] cura obmittenda[a] est; levius est[b] pedes dolere[c] quam caput[d]. 799 Iun.
Conponatur[e] pax cum populo nefando[f][2], si fieri potest. Relinquantur aliquantulum minae; ne obdurati[g] fugiant, sed in spe retineantur[h], donec salubri consilio ad pacem revocentur. Tenendum est quod habetur, ne propter adquisitionem minoris, quod maius[i] est, amittatur[k]. Servetur ovile[l] proprium, ne lupus rapax[m] devastet illud. Ita in alienis sudetur[n], ut in propriis damnum non[o] patiatur. Olim vestrae sanctissime pietati de exactione decimarum dixi: quia[o*] forte melius est[p], vel aliquanto spatio ut remittatur[q] publica necessitas, donec fides[r] cordibus radicitus inolescat[3]; si tamen illa patria[4] Dei electione digna habetur. Qui foras recesserunt, optimi[s] fuerunt[t] christiani[u], sicut in plurimis notum est. Et qui remanserunt[v] patria, in faecibus malitiae permanserunt. Nam Babylon propter peccata populi daemoniorum[w] deputata Apoc. 18, 2.
est habitatio, ut in prophetis legitur.

Nihil horum[x] tuam latere poterit sapientiam: utpote[y] in sanctis scripturis vel saecularibus[z] historiis[a] te adprime[b] eruditum esse novimus[5]. Ex his omnibus plena tibi[c] scientia[d] data est a Deo, ut per te sancta Dei ecclesia in populo christiano regatur, exaltetur, et conservetur. Quanta tuae[e] optimae devotioni merces[f] exhibeatur[g] a Deo, quis[h] dicere[i] poterit? Quia nec oculus[k] vidit, nec[l] auris[m] audivit, nec in cor 1. Cor. 2, 9.
hominis ascendit quae praeparavit Deus diligentibus se.

Mitis ab aetherio clementer Christus Olimpo[n]
Te regat, exaltet, defendat[o], ornet et amet[p][6].

Mens mea congaudet, bonitas iam vestra fidelis
  Optime quod regem[q] suscipit[r] ipsa senem.
Haec, precor, aspiciat clementi lumine nostras
  Litterulas, scripsit quas[s] pietatis amor.
Sidera sancta[t] poli, viridis et[u] gramina terrae,
  Omnia conclament: 'David ubique vale'[7].
Terra, polus, pelagus[v], homines, volucresque, feraeque[8]
  Concordi[w] clament[x] voce[y]: 'Valeto[z] pater'[a].

---

a) omittenda *L, A 1**. b) *om. K 1, L, in marg. add. K 2.* c) dolore *T, P, L;* delere *corr. in* dolore *K 1.* d) capud *K 2;* potest *add. K 1.* e) comparantur *P.* f) nefanda *L;* nafando *K 2.* g) obturati *K 2.* h) retinaeantur *K 2;* reteneantur *L.* i) mons *L.* k) ammittatur *T.* l) olivae *L.* m) *om. K 2.* n) studetur *L.* o) ne *P.* o*) qui *K 2.* p) *om. K 1, L.* q) remittamur *P.* r) non *add. A 1**. s) in *add. K 2.* t) optinsuerunt *K 2.* u) christianis *T, L;* a christianis *P.* v) in *add. A 1**. w) demonum *P, K, L, A 1**. x) orum *T.* y) ut potens *P;* ut pute *K 2.* z) saecularíis *L.* a) storiis *K 2.* b) ad me *P;* ad primum *K 1;* aprimae *L.* c) plenatur *P pro* plena tibi. d) sententia *K 1, A 1**. e) tua *T, P, L, K 2.* f) mercis *L.* g) exibeatur *T.* h) *om. L.* i) edicere *P, K, A 1*;* diceri *L.* k) occulus *P.* l) nec — audivit *om. L.* m) aures *T.* n) Olimpho *T, P, L, K 2.* o) defendet *K 2; del. K 1, om. A 1**. p) ornet amet foveat *K 1* (et *del.*), *A 1**. q) *an* Flaccum? *J.* r) suscitat *P.* s) quas *scripsit J. pro* quae *codd.* t) sancti *K 2.* u) *om. T;* vel *K, L, A 1**. v) pylagis *L.* w) concorditer *L.* x) aclament *K 2.* y) voci *T.* z) valete *L.* a) Conclament pariter David ubique vale *P* (*pro* Concordi — Pater).

1) *ecclesiae Romanae.* 2) *Saxonum; cf. p. 293 infra:* a populo nefando Saxonum. *Certum est autem ex annalibus Einharto attributis (SS. I, 187) Carolum, de accessu Leonis III papae certiorem factum,* iter tamen suum, quod in Saxoniam facere constituerat, non omisisse. *J.* 3) *Cf. ep. 110 supra p. 158.* 4) *Saxonia.* 5) *Cf. supra p. 258, infra ep. 229.* 6) *Eosdem versus vid. Poet. Carol. I, 268, ubi additur:* Iam valeas, vigeas Christo donante per aevum. 7) *Cf. Versus ad Carol. imper. v. 6 (Poet. Carol. I, 257):* Clamantes: David semper ubique vale. 8) *Ibid. v. 7:* Terra, polus, pelagus resonent hoc voce sonora.

799
ante Iul. 10.

175.

Alcvinus Adalhardum abbatem Corbeiensem reprehendit, quod ad se neque accedat neque litteras mittat. Se febri impeditum fuisse, quominus ad eum veniret. De Angilberto.

799 ante Iul. 10.

Codd. H fol. 97—98, T fol. 115'—116*[a].
Edd. Q 107, F 144, J 116. — Migne col. 461.

ANTONIO[1] ALBINUS SALUTEM.

O[b] quam plana via fuisset per Belgica[c] rura[2] ad currendum vel ad volandum caritatis pennis. Timeo, ne forte fractae sint aliquae[d] ex eis, ut alie potuissent inseri. Ideo nidus paternus[3] non visitatur, nec saltim[e] columba pedibus, ut quondam in Grecia[f], legatis[g], adfert[h] litterulas[4]. Quid ad haec?

'sit Tityrus[i] Orpheus[k],
Orpheus[k] [in silvis][l], inter delphinas[m] Arion'[n][5].
'Vertitur oenofori[o] fundus sententia nobis'[6].

Ego ludo, ego serio[p] dormientem sepius suscitare nisus, sed nec cantante[q] saltatum est nec plangente lamentatum.

'Omnia vel medium fiant mare. Vivite silvae'[7], dixit amans spernenti se. Idem in eodem poeta[r]:

'Invenies alium, si te hic fastidit Alexis'[8].

Putavi me venire ad te[9] et uni[s] auriculae[t] suavia susurrare et alteri dura decantare,
Ps. 26, 3. sed prohibuit me Romanus comes[10] ingrato tempore. Si illius[11] insurgat contra me
2. Cor. 12, 9. praelium, in hoc ego sperabo, quia virtus ex infirmitate perficitur[12].

Vereor, ne Homerus[13] irascatur[u] contra cartam prohibentem spectacula et diabolica figmenta. Quae omnes sanctae scripturae prohibent, in tantum ut legebam sanctum dicere Augustinum[v][14]: 'Nescit[w] homo, qui histriones[x] et mimos[y] et saltatores introducit in domum suam, quam magna eos inmundorum sequitur turba spirituum'. Sed absit, ut in domo christiana diabolus habeat potestatem. Olim tibi de his scripsi, optans salutem karissimi filii toto cordis affectu; volens per te fieri quod per me non posse fieri agnovi.

Tuus vero animus, fili mi[z] carissime, congaudeat in servitio Dei et in salute

---

175. a) *Lemma:* Albinus ad Antonium *T**. b) *om. H.* c) bellica *H, T*, corr. Frob.* d) ale que *post corr.* alę quę *T**. e) saltem *T**. f) Gretia *T**. g) ligatis *post corr.* legatis *T**. h) *post corr.* affert *T**. i) sittiturus *H;* si citurus *T**. k) Orphius *H.* l) in silvis *om. H, T**. m) delpinas *H.* n) Orion *H, T**. o) anafori *H.* p) serie *H, T**. q) cantate *post corr.* cantante *T**. r) eta *H.* s) unice *H;* unicę *T**. t) auriculo *H;* auricule *post corr.* -lę *T**. u) irascat *H.* v) Agustinum *H.* w) nescio *T*, H.* x) qui istriones *T*;* qui [h]striones *H.* y) mimus *H.* z) *om. T**.

1) *Cf. Radberti V. Adalhardi c. 21 (SS. II, 526):* idcirco ex omnibus per omnia satagebat, ut iam Christum in omnibus inveniret. Ob hoc autem ab aliquibus, ut epistolae magistri Albini ferunt, Antonius vocabatur. 2) *Cf. supra p. 281.* 3) *Wicus sive Cuentawich, cf. infra p. 291.* 4) *Adalhardi litterae demum die 10. Iulii 799. allatae sunt, cf. infra ep. 176; Plinii Natur. hist. l. X c. 37.* 5) *Verg. Ecl. VIII, 55. 56.* 6) *Ex Lucilii Sat. III ap. Isid. Etymol. I, 35, 3; XX, 6, 1.* 7) *Verg. Ecl. VIII, 58.* 8) *Verg. Ecl. II, 73.* 9) *in coenobium Corbeiense, cf. infra ep. 176.* 10) *febris (v. not. 12), quam quondam Roma Alcvinum reportavisse ex his verbis perspicimus; cf. Petri Damiani op. 19 c. 5 (Opp. ed. Caietani III, 216):*

Romanae febres stabili sunt iure fideles,
Quem semel invadunt, vix a vivente recedunt.

11) *febris.* 12) *Cf. ep. 146 supra p. 236:* nisi quod febris et infirmitas me fatigatum habet. Tamen qui infirmior, fortior erit iuxta apostolum. Et saepe prodest infirmitas corporalis, ut fortitudo fidei crescat in anima. 13) *Angilbertus. Cf. supra p. 183 n. 2; Paulini lib. exhort. ad Heiric. c. 16 (Opp. ed. Madrisius p. 28):* non histrionum miserabilium verba in risum excitant. 14) *Hunc locum non inveni.*

fraterna; ut tibi ex profectu aliorum merces adcrescat meritorum. Ideo saepius desideravi exhortatorias dilectionis vestrae litteras. Sed nescio, quae causa vel me rapuit ex mente tua, vel te ab exhortatione cessare conpulit[a]. Beatus, qui loquitur in aurem audientem[b] [1]: utinam omnes tali[c] te desiderio audirent, sicut ego unanimis[d] tuus. Vel castigatus scribe, ut vindices te, quia rogatus noluisti, ut confortares me. 799 Iul. 10. Eccli. 25, 12.

Valeto in pace perpetuae[e] beatitudinis, fili[f], frater, amice.

176.

Alcvinus Adalhardo abbati Corbeiensi respondet se eum visitare non potuisse; cumque ad se venire vult. *799 Iul. 10.*

Cod. II fol. 95'—96.
Edd. F 232, J 117. — Migne col. 466.

ANTONIO[2] PAULUS.

Venerunt mihi literae sexto Idus Quintilis[3] ad Uuicos[4] gaudio plenae: de meo et de tuo et de non termino[5], quae in me usque modo manserunt et mansura erunt, credo. Licet durissime passus essem praesentiam absentiae et absentiam praesentiae, de visitatione vero fraterna[6] saepius volvi secundum oportunitatem itineris, sed secunda in pronomine persona[7] optime novit, unde remansit[8]. Immo necdum agnosco, quomodo fieri possit hoc. Scito, quod litterae tantummodo non sufficiunt ad meum et tuum — quia haec sunt, quae mundum destruunt[9] — si non aderunt ego et tu. Huc usque tres litterae[10] in tristitia fuerunt, duobus[11] hoc facientibus. Sed septem[12] omnia sufferunt, donec sex[13] et octo[14] simul gaudeant et septem[12] stent in loco suo[15]. Quia a senarii numeri perfectione[16] per septenarii gratiam[17] ad octonarii beatitudinem[18] ascenditur. Et fiat unitas primi[19] et extremi[20] per medietatem[21]; quia cuncta in creaturis tribus istis terminis ad unitatem perveniunt. Et si tolluntur de medio[22] unum, de ultimo[23] duo, erunt tres termini aequales[24], mirabiles in perfectione omnium creaturarum, quae a tribus personis in unitatem potestatis conditae sunt. Iul. 10.

Haec legens intellegat, et laudet subtilissime largitorem sapientiae, et vivat in eo feliciter.

---

a) compulit *T**. b) aure audientis *T**. c) tale *II*. d) unanimus *T** us *in loco raso*. e) perpetue *post corr.* -tuę *T**. f) fili carissime *T**.

1) *Cf. Praecepta vivendi v. 56 (Poet. Carol. I, 277):* Felix qui causam loquitur prudentis in aurem. 2) *Cf. supra p. 290 n. 1.* 3) *die 10. Iulii.* 4) *s. Cuentawich (hodie Wicquinghem sur la rive gauche de la Canche); de cuius situ cf. supra p. 66 n. 5, Jaffé Bibl. III, 444 n. 3, Rozière Recueil des formules I, 46, III, 316.* 5) *his verbis se ad eum venire non potuisse dicere videtur.* 6) *de accessu ad Adalhardum in coenobium Corbeiense. J.* 7) *tu.* 8) *V. supra p. 290 l. 20:* sed prohibuit me Romanus comes ingrato tempore *(febris).* 9) *Pseudo-Seneca de morib. 98 (Orelli opusc. Graecor. p. 274):* Quietissimam vitam agerent homines in terris, si duo haec verba e natura rerum tollerentur: meum et tuum. 10) *ego.* 11) *duabus litteris: te.* 12) *septem litterae: Albinus (= Alcvinus).* 13) *sex litterae: Paulus (= Alcvinus). J.* 14) *octo litterae: Antonius (= Adalhardus). J.* 15) *Cupit igitur Alcvinus, ut Adalhardus ad se accedat. J.* 16) *senario numero perfectio attribuitur, propterea quod diebus sex Deus mundum perfecit, cf. supra p. 124. 200 n. 6.* 17) *numerus septenarius gratiam habet propter sancti Spiritus gratiam septiformem; cf. p. 124; Jaffé Bibl. IV, 375.* 18) *numero octonario beatitudinem tribuit propter octo beatitudines a Christo prolatas in oratione de monte habita, cf. p. 123. 200.* 19) *Antonii, cuius nomen in inscriptione huius epistolae prius positum est. J.* 20) *Pauli, posterioris in epistolae inscriptione. J.* 21) *numerum septenarium.* 22) *septenario.* 23) *octonario.* 24) *scil. senarii.*

799 post Iul. 10. Saluta fratres: pueros et perfectos, legentes et intellegentes et benefacientes, Christum colentes et caritatem habentes. Et hi omnes valeant, vigeant, floreant in omni perfectione vitae et laudis Dei aeternaliter.

177.

Alcvinus Carolo regi pro litteris missis gratias agit. Petit, ut Leoni III papae adventuro consulat sibique propter infirmam valetudinem iter Romanum remittat.

799 post Iul. 10.

[a] *Codd. T fol. 28'—29' (T* fol. 25'—26), P fol. 129'—131' (P* fol. 87'), L fol. 170'—174*[a].
Edd. Q 12, F 81, J 118. — Migne col. 303.

DOMINO IN DOMINO DOMINORUM DILECTISSIMO DAVID REGI FLACCUS FIDELIS ORATOR SEMPITERNAE BEATITUDINIS IN CHRISTO SALUTEM.

Revertente[b] me de Uuicus[c] [1] propter causas[d] necessarias, quas ibidem habuimus disponere, occurrerunt mihi, visitanti relegiosissimam sororem vestram [2], excellentiae vestrae dulcissimi apices, in vestra prosperitate amabiles et in divina misericordia
Iudith 13.17. laudabiles, qui numquam in se[e] sperantes deserit.

Sicut de domno apostolico [3] nuper actum per[f] vestras suavissimas litteras audivimus. Qui etiam vestrae beatissimae[g] praesentiae gaudet advenire [4]: ut innotuit nobis cartula[h] benignitatis vestrae[i]. De qua multas bonitati vestrae gratias agimus, quod solita[k] pietate[l] nostri nominis memoriam habere dignati estis.

Non solum de hac praesenti memoria vestrae egregiae pietati gratias agimus continuas, sed etiam de omni bonitate vestra, quam in nostram peregrinationem verbis vel factis semper ostendistis; fidelis in promissis, verus in perficiendo[m] promissa.
Cf. 2. Cor 6,6. Quapropter fides vera[n] et caritas non ficta et intercessio continua in archano[o] cordis mei thesauro vestram iugiter amplectitur[p] beatitudinem.

O dulcissime, decus[q] populi christiani, o defensio ecclesiarum Christi, consolatio vitae praesentis. Quibus tuam beatitudinem[r] omnibus necessarium est votis exaltare, intercessionibus adiuvare, quatenus per vestram prosperitatem christianum tueatur imperium, fides catholica defendatur, iustitiae regula omnibus innotescat.

Ecce quid actum est de apostolica sede in civitate praecipua, in dignitate excellentissima. Quae omnia vestro tantummodo servantur iudicio; ut prudentissimo consilio sapientiae, vobis a Deo datae[s], temperata consideratione corrigantur quae corrigenda[t] sunt[u], et conserventur[v] quae conservanda sunt[u]; et[w] quae clementer divina gessit pietas extollantur in laudem nominis illius, qui salvum fecit servum suum [5] et liberavit a persecutione exsecrande infidelitatis[x]. Vestra vero sapientissima animi prudentia — dum omnia intellegat, quid cui conveniat personae [6] — in benefaciendo[y] sive in vindicando[z] faciat[a] et perficiat quod Deo placeat. Et omnibus bona in vobis voluntas[b] ostendatur[c], laudetur, et[w] ametur.

---

177. a) *Lemma:* Epistola Alchuini ad domnum regem *T**. b) Revertenti *T, L;* Reverti *P.* c) uicus *L.* d) cassas *L.* e) in se *om. P.* f) *om. P.* g) beatitudinis *P.* h) articula *T pro* cartula; carticula *T**. i) vestri *T**. k) sola *P.* l) pietati *T, L, corr. in* pietate *T**. m) perficiendis *T, L, P, corr. in* -do *T**. n) vestra *T, P.* o) archana *T, L, P.* p) conplectere *P.* q) pecus *L.* r) beatidinem *P.* s) daute *P.* t) corriganda *L.* u) sint *L.* v) conservantur *L.* w) *om. P.* x) *om. P;* infelicitatis *L.* y) beneficiendo *T, P, corr. in* benefac. *T**. z) vindictando *T;* indicando *P.* a) ficiat *T* (fiat *T**) *pro* faciat et perficiat. b) *om. L.* c) ostenditur *P;* et *add. L.*

1) *s. Cuentawich, ubi Alcvinum die 10. Iulii fuisse scimus; v. supra p. 291 n. 4.* 2) *Gislam abbatissam Calensem.* 3) *Leone III.* 4) *Pervenit Leo III Paderbornam, quo Carolus post d. 13. Iunii (v. Sickel Acta Karol. II, 62 n. 160) se contulerat; cf. Jaffé Regesta pontt. Rom. ed. II p. 309. J.* 5) *papam.* 6) *Cf. infra ep. 178.*

Hoc certissime[a] pietas[b] vestra agnoscat, quod nullius[c] hominum auri vel[d] argenti munuscula tantum laetificant Flacci[e] vestri animum, quantum beatitudinis vestrae apices omni gaudio reficiunt. Ideo supplici voto[f] deprecor[g], ut saepius iubeatis fieri[h] quod me semper amare agnoscitis. 799 post Iul. 10.

De illo itinere vero[i] longo et laborioso Romam[k] eundi: nullatenus — infirmum et cotidianis fractum doloribus — corpusculum meae fragilitatis perficere posse arbitror[1]. Desiderium iam habuissem[l], si potestas esset peragendi. Ideo obsecro clementissimam paternitatis vestrae benivolentiam[m], ut dimittatis me fideliter et instanter orationibus cum Deo servientibus apud Sanctum Martinum vestrum iter[2] adiuvare.

Et utinam, ut[n] quandoque divina gratia vobis concedat libertatem a populo nefando Saxonum, iter agere, regna gubernare[o], iustitias facere, ecclesias renovare, populum corrigere, singulis personis ac dignitatibus[p] iusta[q] decernere[r], oppressos defendere, leges statuere, peregrinos consolari et omnibus ubique aequitatis[s] et caelestis vitae viam ostendere; ut sit consolatio omnibus in adventu vestrae pietatis; clarissimisque vestrae nobilitatis filiis benedictio copiosa per[t] vestra benefacta adcrescat; sicut per solius omonymi tui David Deo dilectissimi regis sanctitatem[u] legitur omnibus nepotibus[v] suis regalis[w] throni potestas conservata[x] fuisse. In his enim et huiusmodi relegionis[y] exercitationibus filiorum exaltatio et regni felicitas et populi[z] sanitas et frugum[a] ubertas et totius boni iocunditas[b], tibique caelestis[c] regni beatitudo, Christo deo perficiente, crescit et augetur, dulcissime David, diebus aeternis.

[d]Det tibi consilium pacis simul atque salutis,
David amor populi, Christus ubique pius;
Omnipotens cuius defendat[e] dextera semper,
Victorem[f] faciens, teque tuosque simul;
Nomen ut aeternum toto laudetur in orbe[g]
Illius[h] ex vobis, pro pietatis[i] ope.
Aspice, cunctorum[k] vitae spes, forma salutis[3]
Qualiter ad vosmet[l] tota recurrat ovans[m].
Qui tristis veniat[n], redeat iam laetus ad[o] Urbem
Per pia dona patris consiliumque[p] sacrum[q].
Quod petit inveniens, quodque[r] speravit adeptus;
Hinc Christo[s] laudes hymnidicas[t] referens,
Qui mundo talem tribuit[u] sub[v] tempore nostro
Rectorem, sacrae[w] regmine[x] iustitiae.

---

a) certissimae *T.* b) *om. L.* c) nullus *L.* d) et *L.* e) falci *P.* f) vota *T, corr. in* voto *T**. g) deprecor — amare *om. P.* h) ferri *L.* i) vere *L.* k) Roman *L.* l) habuisse *P.* m) *corr. in* benivolendi *P.* n) *om. P.* o) gubernante *L.* p) dignitatis *P.* q) iustitia *P.* r) discernere *T, L, P.* s) aetatis *T.* t) per — David *om. P.* u) *sequitur* ut *in codd.* v) nepotis *P.* w) regulis *T.* x) conservatam *T, L, P.* y) relegionis *P;* regionis *L.* z) populo *T, P, L.* a) frugo *P.* b) iocunditatis *P.* c) ubique cales *L.* d) *qui secuntur versus quattuordecim, sunt etiam in K 1 fol. 20', K 2 p. 56, A 1* p. 89.* e) defendet *T.* f) viatorem *L.* g) orbem *T.* h) ut *add. K 2.* i) proprietatis *K 2, corr. in* pro piet. *K 1.* k) cunt. *K 2;* victorem *corr.* -um *K 1.* l) vosme *L.* m) tuta recurrat ovis *(i. e. Leo III) scripsit J.* n) venit *A 1*.* o) in *A 1*.* p) consiumque *L.* q) suam *P.* r) quidquid *K 1;* et quod *A 1*.* s) quoque *T.* t) himnidicas *P.* u) tribuaet *K 2;* tribuisset *K 1* (?). v) *om. K;* nunc *A 1*.* w) sacra *K 1.* x) regimine *P, K.*

1) *Interrogaverat igitur Carolus, num Alcvinus secum (cf. infra:* vestrum iter) *Romam iturus esset.* 2) *Itaque ipse Carolus anno 799. ante papae adventum in animo habuit Romam se conferre. Cf. etiam ep. 178 infra. Cf. Versus ad Carol. imper. (Poet. Carol. I, 257) v. 19:* Atque pii patris Martini pronus ad aram, | En, poscit lacrimis prospera cuncta tibi. 3) *Cf. Alcvini Carm. (Poet. Carol. I, 251) v. 11:* Sis decus ecclesiae cunctis et forma salutis; *(254) v. 8:* Exemplum vitae, forma salutis ope.

799
Aug.

178.

Alcvinus Carolo regi respondet. De prospero rerum eventu gratulatur. Clementiam suadet. De Leone III papa praeter spem sano gaudet. De discipulis suis mittendis quaerit. Significat, quare Turonis quam Romae esse malit. Regi Romam ituro laeta optat.
799 Aug.

Codd. T fol. 29'—31 (T fol. 26'—27), P fol. 117'—119', L fol. 174—177', K 1 fol. 10—20', K 2 p. 54—56, A 1* p. 88—89 n. 56*[a].
Edd. C 7, Q 13, F 93, J 119. — Migne col. 309.

DOMINO DILECTISSIMO ATQUE OMNI HONORE DIGNISSIMO DAVID REGI FLACCUS[b] VETERANUS MILES PERPETUAM IN CHRISTO SALUTEM.

Litteras[c] prosperitatis vestrae et consolationis nostrae magno amore et digno favore suscepimus, Dei[d] omnipotentis clementiam conlaudantes[e], qui vos[f] fidelesque[g] vestros prosperis successibus pollere fecit, et inimicos sui nominis vestrae potentiae subdidit pedibus[1].

1. Reg. 3, 17. Hoc enim faciat Deus et hoc addat, ut triumpho terroris vestri inimicas[h] undique subiciat gentes; et suavissimo[i] suae dilectionis iugo[k] in christiana[l] fide ferocissimos subiciat animos, ut[m] solus deus et dominus noster Iesus Christus credatur, colatur, atque[n] ametur. Vestra clarissima potestas[o] et sanctissima voluntas in hoc omni laboret studio, ut Christi nomen clarificetur et eius divina potestas per fortitudinis vestrae triumphos multis terrarum regnis innotescat; quatenus non solum magnitudo potestatis te regem ostendat, sed etiam instantia[p] seminandi verbi Dei in laude nominis domini nostri Iesu Christi praedicatorem efficiat. Ideo divina te gratia his duobus mirabiliter ditavit muneribus, id est terrenae felicitatis imperio et spiritalis[q] sapientiae latitudine[r], ut[s] in utroque proficias, donec ad aeternae beatitudinis pervenias felicitatem.

Parce populo tuo[t] christiano, et ecclesias Christi defende, ut benedictio superni regis te fortem efficiat super paganos. Legitur quendam veterum dixisse poetarum, cum de[u] laude imperatorum Romani regni, si rite recordor, cecinisset[v], quales esse debuissent, dicens:

'Parcere subiectis et debellare superbos'[2];

quem versiculum beatus Augustinus[w] in libro de civitate Dei multa laude exposuit[3]. Quamvis magis nobis adtendendum[x] sit evangelicis[y] praeceptis, quam Virgiliacis
Matth. 5, 7. versibus. Nam et ipsa veritas ait: 'Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam
Luc. 6, 36. consequentur'; et alibi: 'Estote[z] misericordes, sicut et pater vester caelestis misericors est'.

178. a) *Lemma:* Item ad domnum regem exhortatio ad iustitiam pro impietate, quae gesta est in apostolico *T;* Epistola eiusdem ad Karolum imperatorem *P;* Item alia *K 1;* Iterum ad eundem *A 1**. b) Flacus *K 2.* c) Litteris *T.* d) *om. K 2.* e) conlaudentes *L.* f) laudantes qui vos *add. L.* g) fidelisque *K 2.* h) vester inimicus *K 2.* i) suavissime *P.* k) suavissima — iuga *K.* l) cristiano *L.* m) ut — deservire valeat *om. K, A 1**. n) atque ametur *om. L.* o) potestas et sanctissima *om. T.* p) intanta *corr. in* intentio *P.* q) *corr. in* spiritualis *P.* r) latitudinis *L.* s) ut — beatitudinis *om. L.* t) tuo *om. T, L.* u) in *superscriptum est in P pro* de. v) caecinisset *T, L.* w) Agustinus *T, L.* x) adtendem *L.* y) evangelis *L.* z) esto *L.*

1) *Referenda haec videntur ad istam annalium Einharti relationem (SS. I, 187) 799:* Misit Karlum filium suum ad Albim cum parte exercitus propter quaedam negotia cum Wilcis et Abodritis disponenda et quosdam Saxones de Nordliudis recipiendos. *J.* 2) *Verg. Aen. VI, 853, cf. Vers. ad Carol. imp. v. 67 (Poet. Carol. I, 259):* Erige subiectos et iam depone superbos. 3) *De civitate dei I c. 6 (Opp. VII, 6).*

Quod vero[a] nobis vestrae[b] bonitatis in Christo probata voluntas de apostolici 799
pastoris[c] mirabili sanitate demandare curavit[1]: decet enim omnem populum christianum Aug.
in hac[d] clementia divinae protectionis gaudere et laudare nomen sanctum[e] Dei[f]
nostri, qui numquam deserit sperantes in se, qui impias conpescuit manus a pravo Iudith 13, 17.
voluntatis effectu; volentes caecatis mentibus lumen suum extinguere et se ipsos
impio consilio proprio privare capite.

Quicquid vero de illis[2] agendum sit, vestra cautissima considerare habet sapientia. Quae optime[g] novit quid cui conveniat personae; et quid cui sit facto retribuendum; vel quomodo ille pius pastor[3], divina ab inimicorum manibus liberatus protectione, securus in sua sede deo[h] Christo deservire valeat[4].

Quod vero vestrae[i] benignitatis litterae Flacco taciturnitatis[k] culpam ingerunt, quem fervor mensis Augusti[l][5] desidem, non voluntatis efficatia pigrum efficit.

De pueris[6] vero nostris, quos pedibus paternis[7] Romam pergere[m] praecipis[n],
velim scire, quando[o] vel ubi vel quibus comitantibus[p] vestrae beatitudini[q] occurrere
debeant[r]. De[s] quibus in vestrae excellentiae litteris scriptum invenimus: 'Qui, te'
inquis 'quiescente, pro te tua munera inire valent'. Fateor quidem vobis iubentibus
et iuvantibus, laboris mei possunt inire sudorem[t], munera vero mea illis[u] needum
concedo, quae vestra frequenter largitate accipere solebam. Nam et Moyses — quem
nobis quasi ad exemplum proponitis — pugna peracta et Amalechitis fugatis, praedam[v] Exod. 17, 13.
reductam ipse populo[w] distribuit; et David, Syria[x] per Ioab principem militiae subiecta, 2. Reg. 8, 11. 16.
aurum et gemmas pretiosissimas ad templi dedicavit ornatum; sed et Ammonitarum[y]
regis[z] diadema[a] proprio imposuit[b] capiti, licet Ioab labores sustinuisset[c] militiae. ib. 12, 27. 30.

Sed et de hoc, quod mihi inproperare[d] voluistis me fumo[e] sordentia Turonorum
tecta[f] auratis Romanorum arcibus praeponere[g][8], scio vestram legisse prudentiam
Salomonicum[h] illud elogium[i]: 'Melius[k]' inquit[l] 'sedere in angulo domatis, quam cum Prov. 21, 9.
muliere litigiosa[m] in domo communi'. Et, ut cum[n] pace dicam, magis ferrum[9] nocet
oculis quam fumus. Turonis[o] enim[p], fumosis tectis[q] contenta[r], Deo donante per

---

a) vere *P*. b) vere s̄ *P pro* vestrae. c) postoris *L*. d) haec *L*. e) sancti *T*. f) domini *L*. g) optimae *L*. h) deserv. deo Christo *L*. i) vestra *K 2*. k) taciturnitas *L*. l) prae angustia *K 1*; angustia *K 2 pro* mensis Augusti; temporis angustia *A 1* pro* fervor mensis Augusti. m) ire *K 1, A 1**. n) praecipit *K*; praecepit *A 1**. o) *om. K 1*. p) comitentibus *K 2*. q) beatitudine *T, K 2*. r) debent *K, A 1**. s) De — militiae *om. K, A 1**. t) sodorem *L*. u) illis illis *L*. v) perdam *L*. w) populi *T*. x) Syriam *L*. y) Amanitarum *T, L*; Aminatarum *P*. z) risgis *L* (?). a) deadema *T, L*. b) inpos. *L*. c) sustenuisset *T, L*. d) improbare *L*. e) fomo *L*. f) testa *T*. g) proponere *K 1*. h) Salomonis *K 1, A 1**. i) elongium *corr. in* elogium *T*. k) est *superscriptum est alio atramento in P*; est *add. K 2, L, A 1**. l) inquid *T, K 2, L*; est *add. A 1**. m) litigosa *L*. n) pax dicta *K, A 1* pro* cum — dicam. o) Turon᾿ *P*. p) vero *P*. q) fumositatis *K 1*; sectas *L*. r) contecta *L*.

1) *Fit perspicuum ex his verbis hanc epistolam anno 799. scriptam esse, cum Carolus Leonem III papam Paderbornae iam sanatum recepisset. Quoniam igitur rex post diem 13. Iunii Aquisgrano in Saxoniam profectus est haecque epistola ad Augustum mensem pertinet (v. supra l. 12 verba haec:* quem fervor mensis Augusti), *de papae salute Carolus Alcuinum litteris certiorem fecit aut exeunte mense Iulio aut ineunte mense Augusto 799. J.* 2) *Romanis.* 3) *papa.* 4) *Cf. Theodulfi versus ad Carolum (Poet. Carol. I, 524):*

Nam salvare Petrus cum posset in urbe Quirina
 Hostibus ex atris insidiisque feris,
Hoc tibi salvandum, rex clementissime, misit,
 Teque sua voluit fungier ille vice.
Per se reddit ei membrorum damna pavenda,
 Et per te sedis officiique decus.

5) *Cf. supra n. 1.* 6) *discipulis.* 7) *id est vice patris. Wattenb.* 8) *V. ep. 177 supra p. 293:* De illo itinere vero longo et laborioso Romam . . . obsecro, ut dimittatis me orationibus . . . apud Sanctum Martinum vestrum iter adiuvare; *cf. Homil. de natali S. Willibr. (Mon. Alcuin. p. 62):* Toronica . . civitas, muris quidem parvula et dispectibilis, sed sancti Martini patrociniis magna et laudabilis. 9) *arma, bellum.*

799 Aug. vestrae bonitatis providentiam[a] in pace permanet. Roma vero, quae fraterna discordia iniciata[b] est[c], insitum[d] dissensionis[e] venenum hucusque tenere non cessat; vestraeque venerande dignitatis[f] potentiam ad huius pestis[g] conpescendam[h] perniciem[i] e dulcibus Germaniae sedibus festinare conpellit[1].

Nos vero lacrimis absentiam et precibus iter vestrum continuis prosequimur; divinam humiliter obsecrantes clementiam, quatenus vos vestrosque[k] simul cum omni prosperitate sanos[l] ducat et reducat gaudentes[2]. Vestrae vero pietatis litterae[m], nullatenus consentio, ut obliviscantur mei. Sed saepius veniant[n] in spiritu consolationis, ut osculentur[o], iterum iterumque relegantur et in cordis thesauro[p] perpetua dulcedine conserventur.

Tempora concedat Christus felicia regni[q]
Huius et[r] aeterni[s], David amate, tibi[t].

179.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi respondet se libenter ad Leonem III papam accessurum eique ab epistolis futurum fuisse, si et per valetudinem suam licuisset et Carolus rex sese vocavisset. Crimina in papam collata eidem abiuranda esse negat. Hortatur, ut papae causam defendat. *799 Aug.*

Codd. S 1 fol. 149—151' (S 1 fol. 61'—63'), D fol. 240'—242[a].*
Edd. F 92a, J 120. — Migne col. 324.

DOMINO BEATISSIMO ET MERITO PERPETUAE CARITATIS ALIS AMPLECTANDO AQUILAE EPISCOPO[3] HUMILIS LEVITA ALCHVINUS SALUTEM.

Dulcissima litterarum vestrarum lectione et suavissima prosperitatis vestrae legatione laetificatus, quasi inter febrium ardores refrigerium quoddam mihi advenisset: et canicularibus decoctus flammis[4], rore salutationis vestrae refocilatus, totus in spe roboratus, adsurgebam; audiens quod semper optavi[b], legens in litteris quod semper desideravi: apostolicae auctoritatis[5] salutem, et constantiam relegionis sanctae in eo, quem confessorem Christi nominare et venerari[c] omnibus Christi ecclesiis aequum arbitror.

Cuius[6] praesentiam super omnes alios huius vitae viros desiderarem, si mei corpusculi valitudo[7] me sineret perficere, quod maxima animi cupiditate diu desiderabam:

---

a) prudentiam *K 1.* b) initiata *L.* c) in civitatem *K 1.* d) inistum *K 2.* e) dissentionis *L.* f) pietatis *K 1.* g) partis *K 1, A 1*;* portis *K 2.* h) cognoscendam *K 2, A 1*.* i) perniciam *K 2.* k) quae *L.* l) sanus *T, K 2.* m) litteras *K 1, A 1*.* n) venient *K 2.* o) osculentuntur *om.* iterum *L.* p) thesaurum *K 1;* taesaurum *K 2.* q) regno *P.* r) *om. P;* ad *L.* s) aeterne *L;* vitae *K.* t) amet ibi *P; in K et A 1* secuntur versus qui leguntur supra p. 293.*

179. a) *Leguntur in cod. S 1* epp. 120. 127. 148, in codd. S 1 et D epp. 120. 127 sic coniunctae, ut una epistola esse videantur. Atque ita etiam Frobenius omnes tres tamquam unam epistolam, numero 92 signatam, proposuit. Quas disiunxit J.* b) obtavi *D.* c) venerare *S 1, D.*

1) *Ex verbis his et ex loco superiore (ubi interrogat Alcvinus, quando discipuli sui, Romam ire iussi, Carolo* occurrere debeant) *comperimus Carolum etiam exeunte m. Iulio vel ineunte m. Augusto a. 799. Romam (cum papa) proficiscendi voluntatem habuisse. Cf. ep. 177 supra p. 293 n. 2, Versus ad Carol. imp. v. 33 (Poet. Carol. I, 258):* Quae modo disrupto plangit sua viscera foetu | Per te sanentur saucia membra cito, | Ut pater et populus concordi pace regantur, | Ut mens una fiat, quos habet una fides. 2) *Vers. ad Carol. imp. 77 (ib. 259):* Prospere qui semper te rex, deducat euntem | Et redeuntis iter protegat atque regat. 3) *tunc iam erat archiepiscopus.* 4) *itaque aestate flagrantissima scripta haec epistola est. Cf. supra p. 295:* quem fervor mensis Augusti desidem — efficit. 5) *Leonis III papae.* 6) *Leonis papae apud Carolum regem Paderbornae commorantis. J. Utrum Paderbornam an Romam in animo habeat, dubitari potest.* 7) *Cf. supra ep. 159 p. 258:* Frequens vero infirmitas corpusculi mei.

in tantum, ut tuae vere fateor fidei: si talis meus potuisset apud huius auctoritatem profectus fieri ecclesiis Christi, qualis mea optat devotio, prae[a] omnibus saeculi deliciis[b] et honoribus eius praesentiae adstare proponerem: si flammas animi sui mitigare mihi indultum esset; et litteris sub eius sancti nominis auctoritate per diversas mundi regiones populos parrochias civitates et provincias hortari[c]; et catholicae fidei rationes plurioribus exponere personis; et relegiosam admonitionem iuxta consuetudinem sanctorum patrum cartulis indicere currentibus. 799 Aug.

Sed, ut video, meis hoc inpedientibus peccatis, fieri necdum poterit propter fragilitatem corpusculi, multis molestiarum sarcinulis[d] subgravati. Insuper nec ille[1] aliquid mihi exinde mandavit, in cuius potestate iuxta seculi dignitatem hoc maxime fieri debuit. Per alios vero mihi firmiter hoc mandavit, ut fieri voluisset; per se autem nihil inde dixit.

Intellego quoque multos esse aemulatores eiusdem praedicti domni apostolici: deponere eum quaerentes subdola suggestione: crimina adulterii vel periurii illi inponere quaerentes; et tunc, sacramento gravissimi iurisiurandi[e] ab his se purgaret criminibus, ordinantes[2]; sic consilio secreto suadentes, ut deponeret sine iuramento pontificatum et quietam in quolibet monasterio ageret vitam. Quod omnino fieri non debet, nec ille ipse consentire[3] se quolibet sacramento constringere aut sedem suam amittere. Responderem pro eo, si ex latere eius stetissem: 'Qui sine peccato est vestrum, primus in illum lapidem mittat'. Ioh. 8, 7.

Memini me legisse quondam, si rite recordor, in canonibus beati Silvestri non minus septuaginta duobus testibus pontificem accusandum esse et iudicio praesentari[4]: et ut illorum talis vita esset, ut potuissent[f] contra talem auctoritatem stare. Insuper et in aliis legebam canonibus apostolicam sedem iudicariam esse, non iudicandam[5]. Haec omnia et multo plura his cogitavi per epistolas meas demandare illi propter eius catholicam caritatem. Quis potest immunis esse in ecclesia Christi pastor, si ille a malefactoribus deicitur, qui caput est ecclesiarum Christi? Suo Domino stabit, aut cadet[g]: stabit vero, potens est enim Dominus statuere illum. Rom. 14, 4.

Tu vero — fili carissime, fili votorum meorum, fili[h] ecclesiae Christi, in ovili inter oves sanctas illius enutritus, ad quem omnium pastorum pastor tertio dixit: 'Pasce oves meas' — labora pro capitis tui salute[6], pro summi pastoris incolomitate, pro sanctae sedis auctoritate, pro catholicae fidei integritate; ne lupinis morsibus pastorum pastor pateat. Ioh. 21, 15—17.

Ego vero optime[i] vestrae pietatis devotionem lacrimis prosequor, orationibus adsequor, litterarum suffragiis consequor. Cautus esto cui commendes consilia tua; providus in responsis, verax in iudiciis, sollicitus discernere, quid cui conveniat.

Et noli oblivisci[k] patrem senio, filium meritis, fratrem caritate[7]. Veniat, veniat enim dies, dum ei placuerit, qui omnes disposuit dies, quando liceat optatos amplexus patri et filio coniungere et mutuis se ipsos exhortare[l] conlationibus.

---

a) pro *S 1, D.* b) diliciis *S 1.* c) hortori *D.* d) sarcinolis *D.* e) iusiurandi *S 1, D.* f) potuisset *D.* g) cadit *D.* h) filii *S 1.* i) obtime *D.* k) obliviscere *S 1, D.* l) exortare *D.*

1) *Carolus rex.* 2) *Itaque adversarii Leonis III papae iam Paderbornae ei detulerunt iusiurandum, quod scimus ab eodem Romae demum d. 23. Dec. 800. datum esse; v. Jaffé Biblioth. T IV, 378. J.* 3) *at consensit papa; v. n. 2.* 4) *Concil. II Roman. sub Silvestro c. 3 (Mansi Coll. concill. II, 623).* 5) *Concil. Sinuessan. a. 303. (Mansi Coll. concill. I, 1257).* 6) *Ex quo efficitur Arnonem Paderbornae fuisse.* 7) *Cf. infra ep. 193 ad Arnonem:* ad filium caritatis meae, qui est pater meritis, frater caritate, filius aetate.

799 Aug.

180.

Quidam (Alcvinus?) Romam venire impeditus Leonem papam ut precibus pro se intercedat rogat[1]. *799 Aug.*

Codd. Monac. 4650 (B) fol. 55'. 80; Salisburg. deperditus saec. IX, quem Frobenius adhibuit[a].
Edd. Frobenius II, 448, Rockinger 3 Formelsammlungen (Quellen u. Erörter. zur bayer. Gesch. VII, 159), Formulae ed. Zeumer p. 452 n. 60. — Migne CI, col. 1161.

EXIMIO ET ORTHODOXO, A DEO CORONATO, MAGNO VIRO, GEMMAE[b] SACERDOTUM, LEONI[c] SUMMO PRESULI, SEDE SUMMA AUREAQUE ROMANA CUM GLORIA ET OMNI HONESTATE FELICITER REGENTE ILLE VILISSIMUS OMNIUM SERVORUM DEI SERVUS.

Inmarcescibilis gloriae vestrae coronae beatitudinis salutem et gloriam deposcimus humiliterque, quasi coram sanctissimis pedibus vestris humo[d] prostratus, gloriam et gratiam vestram optamus et servitium sanctissimum vestrum obnixe prece deposcimus, quia, in quantum nobis vires electus Dei filius largire[e] dignatus est, in vestro cupimus permanere servitio, sicut dignum et iustum est tali viro[f] angelico Deique servo. Nos enim humillimi servuli vestri habemus dispositum orationis causa Domino adiuvante Romam pergere et pia oscula[g] eius ostia[h] salutare et ad sanctissimum Petri[i] sepulchrum calidis[k] buccis oscula[l] in pavimento figere et veniam delictorum preteritorum[m] indulgentiam rogare. Nunc vero scit[n] sancta[m] almitas vestra, quia propter longitudinem terrae nostrae et impedimentum paganorum, undique[o] nostri pericula inminente, huc[p] ita, ut dispositum habemus, die proconsule habuimus, occurrere minime valuimus, sicut nobis magna necessitas fragilitatis nostrae expetit. Propterea vestram sanctam postulamus clementiam, ut pro nobis in eius beatissimam confessionem veniam rogare delictis[q], ut per vestram intercessionem a vincula nostra constricta delicta[r] absolutionem aliquantulum nobis pius Dominus largiri[s] dignetur. Nos autem digni non sumus vestrum in aliquibus exercere servitium. Scimus a Deo et sancto Petro vobis retributionem et in hoc seculo et in futuro mercedem et gloriam adipisci. Alma trinitas et inseparabilis[t] unitas custodiat domnum Leonem summum sacerdotem nunc et semper et in aeternum, feliciter cum Dei gloria.

—

181.

Alcvinus Adalhardum abbatem Corbeiensem reprehendit, quod, quae condiciones inter Carolum regem et Leonem III papam convenissent, ad se non retulerit. Se in coenobium S. Martini Turonense redire nuntiat. Sperat fore, ut ad se accedat. *799 Sept.*

Cod. II fol. 94'—95'.
Edd. F 172, J 121. — Migne col. 309.

180. a) *Lemma:* Ad papam *B.* b) gemma *B.* c) ill. *B.* d) humano *Frob.* prostr. *om.* e) *om. Frob.* f) vero *Frob.* g) *ita B et Frob.* h) ostias *Frob.* i) Petrum *pro* Petri sep. *Frob.* k) callidis *B.* l) osculum *B.* m) *om. Frob.* n) sicut *B.* o) undique — inminente *om. Frob.* p) huc — habuimus *quamvis in B aeque ac ap. Frob. exstent, corrupta esse videntur. Zeumer.* q) *ita B et Frob.;* velitis *corr. Froben.* r) vinculis nostrorum delictorum *Frob.* s) largire *alio atram. corr.* largiri *B.* t) *corr.* inseperabilis *B.*

1) *Sickel (Sybels histor. Zeitschrift XXXII, 362) hanc epistolam in hac serie recipiendam esse censuit, quia ab ipso Alcvino scripta cum epistola 179. arte cohaereat.*

PRIMA LITTERA[1] PRIMAE[2], ET QUINTA DECIMA[3] SEXTAE[4], SACRATUS IN GRADIBUS NUMERUS[5] PERFECTO IN OPERIBUS DEI[6] SALUTEM. 799 Sept.

Quare frater ille vacuis venit manibus? In lingua portavit auribus 'ave', in manibus oculis[a] nil attulit. Tu vero, qui sedes in bivio[7], quare nihil certum demandasti illi, qui habitat in Maresa[8]? Corvi volitantes per cacumina tectorum clamant[9], et columba in pavimentis nutrita ecclesiae tacet.

Cui crederem, si quid dixisset de aquila[10]? qui, nuper Romanae arcis deserens cacumina, ut biberet Saxonici ruris fontes et videret leonem[11], cunctis dominantem animantibus et feris; vel quid merula nostra, volitans inter illos, gallo demandasset monastico[12], qui excitare solet fratres ad vigilias matutinas; ut per eum solitarius passer[13] sciret in tecto, quae esset convenientia inter leonem[14] et aquilam[15]; et si iuventus aquilae secundum prophetiam psalmigraphi renovata esset[16] in pristinam Ps. 102, 5.
hilaritatem; et si nova surgerent tecta in palustribus perfidiae lustris[17]; et si leo[18] ibices[b] sequens Alpinos meditaret transire colles[19].

Passer[13] aures habet apertas. Sed, ut video, proverbialis in fabula lupus[20] gallo[21] tulit vocem[22]; ne forte cantante illo apostolica negatio[23] renovaretur in urbe antiquae potestatis[24], et sit error novissimus peior priori. Matth. 27, 64.

Quid peccavit caritas, quae 'vale' non vidit scriptum? dum perdices[25] per campos currentes ad habitationem[26] galli audio venisse. Perfecta caritas foras mittit timorem. 1. Ioh. 4, 18.
Quae fulgentibus oculorum pupillis omnia perspicit et claro pietatis intuitu certam salubris consilii semper inveniet regulam. Ut videtur, gallus[27] versus est in cuculum,

---

181. a) coculis *H.* b) hibices *H.*

1) *A(lcvinus).* 2) *Id tantum in dubium venire potest, utrum ad A(rnonem) s. A(quilam) archiepiscopum Salisburgensem haec epistola missa sit, an ad A(dalhardum) s. A(ntonium) abbatem Corbeiensem, an ad A(ngilbertum) abbatem S. Richarii Centulensem. Sed cum is, ad quem scripta epistola est, post paulo* gallus monasticus *appelletur, de Arnone non agitur. Itaque, quoniam gravissimae huius epistolae materia in Adalhardum potius, quam in Angilbertum quadrat, patere puto priorem compellari; cum praesertim ad Angilbertum minime referri debeat, quae infra habetur, admonitio haec:* Melius est, dispensatorem esse panis perpetui, quam rusticae negotiationis divisorem. *J. Ita iam Nicolai (Annalen des histor. Vereins für den Niederrhein a. 1859 p. 91 n. 1) haec nomina interpretatus est.* 3) *p(ater) J. N.* 4) *f(ilio) J. N.* 5) *Psalmi quindecim* Canticum graduum *inscribuntur (Ps. 119—133). Itaque* sacratus in gradibus numerus *est quindecim, quo iterum significatur:* p(ater); *v. supra n. 3. J.* 6) *Numerus perfectus in operibus Dei est senarius, iterum* f(ilio) *significans; v. supra n. 4. J.; diaconus sacerdoti coniecit Nicolai l. l.* 7) *Corbeiae; cf. Gen. 38, 14.* 8) *Michaeas 1, 15:* Adhuc haeredem adducam tibi, quae habitas in Maresa. *J.* 9) *Theodulfi carm. (Poet. Carol. I, 490) v. 1. 2:* Quid cycni faciunt, resonant dum talia corvi, | Et tectis strepitant carmina multa meis? 10) *Leone III papa (Arnone Nic.)* 11) *Carolum regem, Paderbornae.* 12) *Adalhardo, v. supra n. 2.* 13) *Alcvinus. (Ps. 101, 8:* Factus sum sicut passer solitarius in tecto); *cf. Alcvin. Expos. in psalm. poenitent. (Opp. I, 355):* Passer avis est acutissima, quae in tectis habitare solet, humana gaudens vicinitate. 14) *Carolum J. (Leonem papam Nic.)* 15) *Leonem III papam J. (Arnonem Nic.)* 16) *Spectant haec ad restitutam sanitatem Leonis III papae.* 17) *ecclesiam Paderbornensem inter Saxones infidos recens conditam dicit, cf. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 183.* 18) *Carolus.* 19) *Ita Alcvinus mense Septembri 799. (v. p. 300 n. 3) iam vehementer dubitabat, num Carolus eodem anno 799. in Italiam iturus esset; cf. infra n. 24 et epp. 177. 178 supra p. 293 n. 2 et p. 295 n. 8. J.* 20) *diabolus.* 21) *Adalhardo.* 22) *Cf. Verg. Eccl. IX, 53. 54; Isidori Etymol. I, 36, 28; XII, 2, 24:* de quo *(sc. lupo)* rustici aiunt vocem hominem perdere, si eum lupus prior viderit. Unde et subito tacenti dicitur: Lupus in fabula; *Dungali epist. (Jaffé Biblioth. IV, 397):* ne vulgari proverbio lupus in fabula pavido stupidoque silentio reprimi videar. 23) *infitiatio criminum quae Leoni III papae obiecta erant. J.* 24) *Romae. Alcvini sententia haec est: vereri se, ne prohibeat diabolus, quominus Leo III papa litem, Paderbornae actam (v. ep. 179 supra p. 297 n. 2), in ipsa urbe Roma obtineat apud Carolum regem. J.* 25) *nuntios.* 26) *Corbeiam.* 27) *Adalhardus.*

799 Sept. qui, aestivo cancri sidere sole ascendente, silere solet; dum nidifer passer[1] omni aequaliter sidere in tectis tinnit fuliginosis[2].

Qui modo mense Septembrio[3] nidum revisere volat amatum[4], ut pullos[5], avidis hiantes rostris, pietatis pascat granulis: optans, ut quandoque super ripas piscosi fluminis[6] galli[7] vocem 'vale' resonare audiat et, qui se pennis excitare solet propriis ad matutinales melodias[8], passerem in pullorum medio exhortari veniat.

O quam dulcis caritatis vox, quam amabilia germanae dilectionis hortamenta in auribus cordis sonare solent. Noli manus claudere seminibus plenas: quia, qui
Prov. 11, 26. frumentum abscondit, maledictus erit; et qui multiplicat, benedictionem recipiet. Quale erit iudicium, qui petenti negat quod nolenti[a] ingerere debuit? Quomodo crescit quae[b] non seminatur? Quae merces speranda est fructum non facienti? Vel quomodo
Isai. 32, 20. fructus crescit, si semina non sparguntur? Beati, qui seminant super omnes aquas, inmittentes pedem bovis[9] ecclesiastici ordinis et asini plebialis[c] curiae. Et si mane primae aetatis non fecisti, vel modo vespere ultime canitiei[d] facias. Melius est dis-
Gal. 6, 8. pensatorem esse panis perpetui, quam rusticae negotiationis divisorem. Quia quae seminat homo, haec et metet.

Ecce, quo me perduxit caritas. Mei oblitus, pelles caprarum ad sacrarium de-
Ioh. 7, 38. ferens Christi. Nam cor tuum Christi cognoscitur thesaurum, unde flumina aquae vivae
Cf. 1. Cor. 13, 7. fluere solent. Si modum excessi, ignoscat quae modum non habet, quae omnia
Philipp. 3, 14. sustinet. Trahe me tuis post te precibus, ut curramus simul ad bravium supernae vocationis. Virtus defecit, nisi fraterna consolatio sublevet lassum et erigat iacentem. Quid est, quod caritas non possit, dum in eo est, qui omnia potest? Noli neglegere fraternam salutem. Christus se ipsum pro peccatoribus tradidit; quid tu verba subtrahis exhortationis, cui ille sanguinem suum non negavit? Numquid aliquem peregrinum aestimare debes, dum omnes in Christo sunt cives? Caritas personas non
Aggaei 1, 6. Habac. 2, 6. miratur: saccos pertusos non habet, nec congregat densum lutum super se: sed est modesta, benigna, misericors, et clemens; in qua te custodiat, qui te in ovile con-
Iudae 13. gregavit illius, transferens de fluctibus feri maris, ut esses aries, cui nulla iniquitatis
Cf. Prov. 30, 31. potestas resistere valuisset. Adiuva precantem, ut vincat in eo, qui vicit in te huius
Ioh. 16, 33. saeculi vanitates; qui voce consolatoria suis dixit discipulis: 'Haec locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis; in mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego vici mundum'.

Christus Dei filius te victorem faciat et exaudiat in omni prece, karissime frater.

182.

Elipandus episcopus Toletanus Alcvino de adoptione iracunde rescribit[10].

799 Oct.

Cod. Parisinus 2388 s. XIV. fol. 5 sq.

Edd. Quercetanus col. 910 — 924 ex cod. S. Mariae Remensi deperdito, Froben. I, 868 — 876, J 122. — Migne XCVI, col. 870.

---

a) nolente *H.* b) q̄ *H.* c) plevialis *H.* d) canities *H.*

1) *Alcvinus.* 2) *Cf. ep. 178 supra p. 295:* fumo sordentia Turonorum tecta. 3) *Ergo mense Septembri haec epistola scripta est.* 4) *coenobium S. Martini Turonense.* 5) *discipulos.* 6) *Ligeris, cf. Alcvini Carmen IV v. 2 (Poet. Carol. I, 220):* Ostia piscosi . . Rheni. 7) *Adalhardi.* 8) *Hanc Adalhardi consuetudinem etiam supra Alcvinus attingit his verbis:* gallo monastico, qui excitare solet fratres ad vigilias matutinas. *J.* 9) *Isai. 32, 20:* Beati, qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis et asini. 10) *Hanc epistolam die 23. Oct. 799. ab Elipando ad Felicem episcopum Urgellitanum, ut describeretur, missam esse palam fit ex ep. 183 infra. J.*

REVERENTISSIMO FRATRI ALBINO DIACONO, NON CHRISTI MINISTRO, SED ANTIFRASI BEATI[1] FOETIDISSIMI[a] DISCIPULO, TEMPORE GLORIOSI PRINCIPIS[2] IN FINIBUS AUSTRIAE EXORTO NOVO ARRIO, SANCTORUM VENERABILIUM PATRUM AMBROSII AUGUSTINI ISIDORI HIERONIMI DOCTRINIS CONTRARIO, SI CONVERTERIT AB ERRORE VIAE SUAE, A DOMINO AETERNAM SALUTEM; ET SI NOLUERIT, AETERNAM DAMPNATIONEM. [799 Oct.]

Epistolam tuam[b] [3] a rectae fidei tramite deviam, nidore[c] sulfureo horrificam, supersticioso sermone scriptam, exeunte[d] Iulio accepimus relegendam. Vidimus, inquam, vidimus, quia non Spiritus ille, qui super capita discipulorum post ascensionem Domini[e], ut loquerentur[f] magnalia Dei, per te locutus est, sed ille qui dixit: 'Ero [Act. 2, 3. 11. 3 Reg. 22, 22.] spiritus mendax in ore prophetarum eius'. Ipse tamen Dei filius, qui aufert stillas [Iob 36, 27.] pluviae et effundit imbres ad instar gurgitum; qui fortes scilicet ad praemium vocat et eorum vice debiles ad certamina roborat; qui illos suscipiendo remunerat, et istis laborum vires, quibus subsistere valeant, subministrat; det in ore meo verbum veritatis et bene sonantem, et responsum inertiae[g] meae mulceat auditum aecclesiae catholicae, in Christi nomine constitutae.

Quod vero asseris nullam carnis adoptionem in filio Dei secundum formam servi de gloriosa Dei virgine suscepisse, non vera prosequeris, sed mendatio plenus esse ostenderis, sicut et magister tuus antifrasius Beatus, antichristi discipulus[4], carnis inmundicia fetidus, et ab altario Dei extraneus, pseudochristi et pseudopropheta. De illo enim dicit doctor egregius beatus Gregorius[5]: 'Perdidit auctoritatem docendi, cuius sermo opere destruitur'.

Tu vero, carissime frater, vide ne, quod absit, de te sit scriptum: 'De radice [Isai. 14, 29.] colubri egressus est regulus, et de foramine aspidis egressus est basiliscus', id est Albinus, nigredine teterrimus. Vide, ne fortasse non sis particeps levite Stephano, qui se dicit caelos apertos videre et Iesum stantem a dextris Dei patris[6], sed cum [Act. 7, 55.] Nicholaho, cuius facta idem Dei filius se odisse testatur. Et iterum vide, ne non sis [ib. 2, 6.] similis levite Vincentio, sed similis Datiano, qui eundem levitam consecravit martirio[7]. Et iterum vide, ne tu sis similis Rufino, qui, beatum Felicem martirem ferinis actibus persequens cultor idolatriae extitit; sicut et tu persequeris alium Felicem[8] confessorem. Quem novimus ab ineunte etate caritate summum, pudicum et moribus ornatum[9]: quem tu persequeris in montibus et in speluncis et in cavernis terrae latitantem.

Vide[10], ne tu sis, de quo propheta dicit: 'Fatuus fatua loquetur, et cor eius [Isai. 32, 6.] vana intelleget'; et iterum: 'Docuerunt linguam suam loqui mendatium; ut inique [Ier. 9, 5.] agerent, laboraverunt'; et apostolus: 'Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus [1. Cor. 2, 14.] Dei'. Psalmista quoque ait: 'Destrue inimicum et defensorem'. Inimicus et defensor [Ps. 8, 3.] esse dinosceris; quia, cum deitatem filii Dei vendicare ostenderis ante secula ex patre

182. a) feadissimi *Pa.* b) aut *Pa.* c) nitore *Pa, Q.* d) exeute *Pa.* e) descendit *suppl. Querc.* f) loqueretur *Pa.* g) in uediue *Pa;* inaediae *Q;* inertiae *ex coni. Maiansii.*

1) *abbatis Hispani, adversarii sui. His verbis* antifrasius Beatus *intellegi vult Elipandus vocari illum Beatum cum non sit beatus. De Beati vita v. Mabillon Acta SS. ord. Ben. saec. IV, 1, 733 sq. J.* 2) *Caroli regis.* 3) *ep. 166 supra p. 268—274.* 4) *Adv. Felic. I c. 8 (Opp. I, 793):* Quod vero quemdam Beatum abbatem et discipulum eius Hitherium episcopum dicitis huic vestrae sectae primum contraire laudamus. *Cf. Epist. episcop. Hispan. ad episc. Galliae (Froben. II, 568. 572; Helfferich, Westgoth. Arianismus p. 139. 149) c. 1:* antiphrasii Beati, nefandi Asturiensis presbyteri, pseudochristi et pseudoprophetae; *c. 16:* Beatum, os fetidum et omni spurcitia saginatum. 5) *immo Hieronymus, ep. 69 (Opp. I, 420).* 6) *Adv. Elip. I c. 7 (Opp. I, 878):* Ego cum Nicolao, cui me comparasti, nuptiales taedas non exstinguo, sed cum b. Stephano . . video Iesum stantem a dextris Dei . . Ego cum impio Datiano praeclari martyris Vincentii non sum persecutor . . Ego cum Ruffino beatum Felicem martyrem non feci. 7) *Cf. Vitam S. Vincentii, Acta SS. Ian. T. II, 394 sq.* 8) *ep. Urgellitanum.* 9) *Adv. Elip. I c. 7:* Illum vero Felicem, quem tu caritate summum, pudicum, moribusque ornatum asseris, nos habemus in castris Christi. 10) *Cf. ibid. I c. 8.*

799 Oct. geniti, humanitatem[a] eius de utero virginis susceptam in fine temporis negare videris:
Luc. 24, 25. 26. oblitus sententiam Domini, qua hesitantibus[b] discipulis dicit: 'O stulti et tardi corde ad
credendum in omnibus, quae scripta sunt, in lege et prophetis. Nonne sic oportuit
Gal. 3, 1. pati Christum, et ita intrare in gloriam suam'? Et apostolus: 'O stulti Galathe, quis
vos fascinavit veritati non obedire'?

Quod dicis in scripto tuo, quia ipse solus cum paucis in ea credulitate, quam
Matth. 7, 13. 14. omnis Hispania retinet, memento Dominum dixisse[1]: 'Lata et spatiosa via est, quae
ducit ad[c] mortem, et multi sunt, qui intrant per eam. Quam arta et angusta via est,
Luc. 16, 20—25. quae ducit ad vitam; et pauci sunt, qui inveniunt eam'. Memento Dominum dixisse,
quod et Lazarus pauper, ulceribus plenus, iacebat ad ianuam divitis, cupiens saturari
de micis, quae de mensa divitis cadebant, et nemo illi dabat; sed et canes veniebant
et lingebant ulcera eius. Contigit autem, ut uterque uno die morerentur. Et Lazarus
deportatus est ab angelis in sinum Abrahe; dives vero sepultus est in inferno; que-
rens de digito Lazari guttam, qui non dederat micam.

Vide, ne tu sis ex illis, qui viginti milia servorum habere dinosceris, et ideo
Iac. 3, 15. diviciis inflatus: 'sapientia tua, quae non est de sursum descendens, sed terrena,
Matth. 18, 20. animalis, diabolica'. Memento Dominum dixisse[2]: 'Ubi fuerint duo vel tres congregati
in nomine meo, et ego in medio eorum'; sicut est Felix confessor et socii eius.
Iac. 2, 5. Memento quid scriptura dicat: 'Nonne Deus pauperes elegit in mundo, divites in fide,
Ps. 33, 11. et heredes regni'? Memento quid psalmista dicat: 'Divites eguerunt et esurierunt;
ib. 61, 11. inquirentes autem Dominum, non deficient omni bono'. Et iterum: 'Divitiae si affluant,
ib. 38, 7. nolite cor apponere'[d]. Et iterum: 'Tesaurizat; et ignorat, cui congreget ea'.

Sed et illud huic operi conectendum esse putavi[e][3], quod Deus pater servo suo[f]
2. Reg. 7, 12. 14. Davit locutus est dicens: 'Cum dormieris cum patribus tuis, suscitabo de lumbis tuis,
qui sedeat super thronum Israel. Ego ero ei in patrem, et ipse erit michi in filium'.
Ps. 131, 11. Isai. 11, 10. Et iterum: 'De fructu ventris tui ponam super sedem meam'. Et iterum: 'Radix
Iesse, qui stat in[g] signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, et erit sepulcrum
eius gloriosum'. Ecce ipse filius Dei secundum formam servi, quam assumpsit ex
virgine, in qua minor est patre[h]; et non ex[i] genere, sed adoptione adoptivus Dei
primogenitus in multis fratribus secundum apostolum[4]. Quare non dicatur adoptivus,
qui ita totus est in nostris, sicut totus est in suis, praeter delictum? Ecce Ioachim,
cuius filia gloriosa Dei virgo Maria esse dinoscitur, adoptiva esse creditur; quare non
dicatur adoptivus dominus Iesus Christus de eadem generatus?

Luc. 10, 16. Memento Domi um dixisse discipulis suis: 'Qui vos audit, me audit, et qui vos
spernit, me spernit'. De his etenim sanctis doctoribus, quorum nonnulla[k] testimonia
Isai. 8, 16. protulimus, propheta dicit: 'Liga testimonium, signa legem in discipulis meis'. His
praedictis, si non recipis tantorum venerabilium patrum sanctorum testimonium, da
michi testimonium beati Atanasii, Hilarii, Ambrosii, Augustini, Isidori[l]: quod nulla
adoptio carnis[5], non vera humanitas in filio Dei fuerit; et consentiam erroribus tuis.

Nam sicut magister tuus fetidus et orribilis maculavit Libanam, ita tu regnum
regnorum Austriam[m]. Sed desine incassum pandere labra, quae contra Dei misterium
Iob 40, 10. 15. 16. latrant. Vide, ne tu sis, quod absit, Beemoht ille, cui montes in alimento herbas

a) uman. *Pa.* b) esit. *Pa.* c) a *Pa.* d) aponere *Pa.* e) putavit *Pa.* f) *om. Pa.* g) in signum *om. Pa.* h) patri *Pa.* i) est *Q.* k) nomina *Pa.* l) Ysid. *Pa.* m) Austriū *Pa.*

1) *Adv. Elip. l. I c. 11 (p. 880):* Me igitur recordari iubes Dominum dixisse: Lata *etc.* 2) *Ib. c. 12:* Aliud quoque de evangelio profers testimonium . .: Ubi sunt duo *etc.* 3) *Ib. c. 13:* Pervenisti tandem ad promissionem Dei, quae dicta est ad David: Cum dormieris *etc.* 4) *Rom. 8, 29:* filii sui, ut sit primogenitus in multis fratribus. 5) *Adv. Elip. I c. 14 (p. 881):* Flagitas me testes dare, quod nulla sit adoptio in carne Christi . . . De eo vero quod postulas testimonium tibi dari, quod non sit vera humanitas in Christo.

[799 Oct.] deferunt, et cum quo dormis in secreto calami, in locis humentibus[a]. Vide, ne tu sis alter Arrius, qui Constantinum imperatorem, per beatum Silvestrum christianum factum, per Arrium et mulierem factum hereticum, de quo beatus Isidorus dicit: 'Heu pro dolor, principio bono, fine malo'[1]: cuius pravitas non solum Gothiam[b], sed Libyam, et Orientem, et Occidentem usque ad tempora divae memoriae Recaredi regis suo maculavit veneno. Vide, ne tu sis alter Nabuzardan princebs cocorum, qui destruxit [4. Reg. 25, 8—10.] muros Iherusalem[2]. Vide ne tu ipsum facias de glorioso principe Carolo, sicut Arrius fecit de Constantino; et lugeat se in secula seculorum.

Erant et alia multa tibi scribenda, sed oppressione gentis[c] afflicti non possumus tibi rescribere cuncta. Tu tamen, si nolueris audire Moysen, audies Pharaonem. Ipse tamen Moyses dixit: 'Prophetam suscitabit dominus Deus de fratribus vestris, [Act. 3, 22.] ipsum audictis tamquam me'. Ecce Moyses, adoptivus filius Dei, dicit sibi similem esse carne, non genere et adoptione: et tu negas Dei filium de stirpe Abraham, Iesse, et gloriosam Dei virginem de Ioachim, de adoptivo filio adoptivam filiam genitam, carnem non suscepisse, ut esset adoptivus filius? Sic enim nefandum presbiterum de doctrina nefandi Beati audivi auribus meis dicentem: 'Christus Iesus, in maternis visceribus carnem adsumens, non de maternis visceribus trahens, sed carnem sibi novam efficiens'.

Incipiunt testimonia sanctorum venerabilium patrum de adoptione in filio Dei secundum humanitatem et non secundum divinitatem. Hii sunt, de quibus dominus Iesus Christus locutus est dicens: 'Vos estis lux mundi, et [Matth. 5, 13. 14.] vos estis sal terrae, quecunque alligaveritis super terram, ligata erunt et quae sol- [ib. 18, 18.] veritis, soluta erunt'. Beatus Ambrosius in suis dogmatibus dicit[3]: 'Nostro usu[d] adoptivus filius et verus filius'. Beatus Iheronimus iterum dicit[4]: 'Hic filius hominis per Dei filium in Dei filio esse promeretur nec adoptio a natura separatur, sed natura cum adoptione coniungitur'. Iterum[5] in exposito apochalipsin: 'Gemma alba adoptio est in filium Dei'. Beatus quoque Augustinus[6]: 'Secundum divinitatem, dicit, Dei filius ante secula ex patre genitus non est adoptione, sed genere, neque gratia, sed natura: secundum humanitatem[e] dicitur[f] homo adoptatus, cuius gloriam quesivit qui est ab illo unicus natus'. Beatus quoque Leo papa in suis dogmatibus dicit[7]: 'Totus in suis, totus in nostris et secundum divinitatem coruscavit miraculis, et secundum humanitatem carnis subiacuit iniuriis'. Ecce si ita est totus in suis, procul dubio totus est et in nostris praeter peccatum quod non fecit. Ipse dominus et redemptor secundum divinitatem dicit: 'Ego et pater unum sumus', secundum humanitatem dicit: 'Pater maior me est'. [Ioh. 10, 30. ib. 14, 28.]

Beatus quoque Isidorus[g], iubar aecclesiae, sidus Hesperiae, doctor Hispaniae, in libro Ethimologiarum[8] dicit: 'Unigenitus autem vocatur secundum divinitatis excellentiam, quia sine fratribus. Primogenitus autem secundum susceptionem hominis, in qua per adoptionem gratiae fratres habere dignatus est, quibus esset primogenitus'. Et post aliqua dicit[9]: 'Postquam venit plenitudo temporis propter salutem nostram formam servi accepit et factus est hominis filius'. Inde quedam de[h] illo in scripturis secundum formam Dei, quedam secundum formam servi secuntur. Quorum exempli

---

a) humĕctibus *Pa;* humect. *Q.* b) gotho// *Pa.* c) oppresso nongentis *Pa.* d) Nam et in ipso usu nostro est *Ambros.* e) hmanitatem *Pa.* f) dicit *Pa.* g) Ysid. *Pa.* h) de illo — Dei quedam *om. Pa.*

1) *Chron. c. 99 (Isid. opp. ed. Arev. VII, 97).* 2) *Cf. Epist. episc. Hisp. c. 16 (Froben. II, 572):* Nabuzardan principem cocorum, murorum Ierusalem destructorem. 3) *De dom. incarn. sacram. c. 8 § 87 (Opp. ed. Bened. II, 722), cf. Adv. Elip. l. II c. 5 (Frobenius I, 889; II, 568).* 4) *Cf. de hoc loco Alc. advers. Elip. l. II c. 11 p. 893.* 5) *Cf. Epist. ep. Hispan. c. 5. 13 (Frobenius II, 569. 572).* 6) *Tractat. XXIX in Iohannem § 8 (Opp. ed. Bened. III, 2, 516), sed verba admodum mutata sunt.* 7) *Epistolam Leonis 28. ad Flavianum episcop. Constantinopol. c. 4 (Opp. ed. Ballerini col. 819) dicere videtur, sed verbis valde mutatis.* 8) *L. VII c. 2 § 13. Ab Alcvino (Adv. Elip. l. III c. 19 p. 904) vocatur* lumen Hispaniae. *Cf. episc. Hisp., Helfferich p. 141.* 9) *Isid. § 45—49.*

799 gratia duo quedam commemorantur, ut singula ad singula referantur. Secundum
Oct. Ioh. 10, 30. formam Dei de se ipso dixit: 'Ego et pater unum sumus', secundum formam servi:
ib. 14, 28. 'Pater maior me est'. Homines autem minus intellegentes quid pro quid dicatur, ea
quae[a] propter formam servi dicta sunt, volunt transferre ad formam Dei; et rursus
ea, quae[a] dicta sunt, ut ad se invicem persone referantur, volunt nomina esse naturae
atque substantiae, et faciunt errorem in fide. Sic autem Dei filio coniuncta est humana
natura, ut ex duabus substantiis fieret una persona. Solus igitur[b] homo pertulit
crucem, sed propter unitatem personae et Deus dicitur pertulisse. Hinc est, quod
1. Cor. 2, 8. scribitur: 'Si enim cognovissent, numquam dominum gloriae crucifixissent'. Filium
ergo Dei crucifixum fatemur, non ex virtute divinitatis, sed ex infirmitate[c] humanitatis;
non ex suae naturae permansione, sed ex nostra susceptione.

Eccli. 36, 14. Nam et propheta dicit: 'Miserere, Domine, plebi tuae, super quam invocatum est
nomen tuum et Israel quem coaequasti primogenito tuo'. Aequalitas[1] ista non est in
divinitate, sed in sola humanitate et in carnis adoptione, quam accepit de virgine, ipse
unus idemque Deus et homo in duabus naturis et una persona salva divinitate exitium
Ioh. 10, 18. sustulit mortis. Ipse secundum deitatem suam dicit: 'Potestatem habeo ponendi animam,
Luc. 23, 46. et potestatem habeo iterum sumendi eam'. Ipse secundum humanitatem dicit: 'Pater mi,
in manus tuas commendo spiritum meum'. Ipse Deus Dei filius secundum humanitatem dicit:
Matth. 27, 46. ib. 26, 39. 'Deus, Deus meus, quare me dereliquisti'? 'Et transeat a me calix iste, non sicut ego volo,
ib. 17, 5. sed sicut tu vis.' De ipso Dei filio vox patris de caelo discipulis illapsa est dicens: 'Hic
est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite'. De ipso iterum vox
Isai. 42, 1. patris: 'Ecce intelleget servus meus', etc. Et iterum: 'Ecce servus meus, suscipiam eum;
electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum', illum
ib. 11, 2. 3. videlicet septiformem gratia plenum, de quo propheta dicit: 'Spiritum sapientiae et virtutis,
spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis. Et replevit eum spiritus
timoris Domini'. Ecce Deus pater complacet in filio, complacet in servo, et displicere
Ps. 67, 19. poterit in adoptivo? De ipso Dei filio psalmista dicit: 'Ascendit in altum, captivam
duxit captivitatem'. Ecce captivus dicitur esse et quare non dicatur carne adoptivus?
ib. 2, 8. 9. Ad ipsum Dei filium vox patris dicit: 'Pete a me et dabo tibi gentes, hereditatem
tuam; et possessionem tuam, terminos terrae. Reges eos in virga ferrea et tanquam
Isai. 45, 23. vas figuli confringes eos'. Et de ipso vox patris dicit[2]: 'Ecce ego ante te ibo et
gloriosos terrae humiliabo'. Et iterum: 'Ecce ego ante te ambulabo et montes planos
faciam et seras ferreas confringam et dabo tibi thesauros occultos, ut scias, quoniam
dominus Deus tuus ego sum'. Ecce cui dicit pater: Deus tuus ego sum, non ei, id
est verbo, qui ante secula ex patre genitus, sed illi qui in fine temporis de Maria
Gal. 4, 4. virgine homo factus est, dicit, de quo apostolus ait: 'Factus de muliere, factus sub
lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret'. Ipse Deus Dei filius secundum divinitatem,
Isai. 42, 8. in qua ipse et pater unum sunt, dicit: 'Gloriam meam alteri non dabo'. Petere et
dare non est aequale: dare domini, petere servi[3]. De quo beatus Isidorus dicit[4]: 'In
Philipp. 2, 6. 7. forma servi[d] servus, in forma domini dominus servi'[e]. Nam et apostolus dicit: 'Qui
cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semet
ipsum exinanivit formam servi accipiens. Humiliavit se usque ad mortem, mortem

---

a) quem *Pa.* b) enim *Querc.* c) *lacuna octo litterarum in Pa, ubi sequentia desunt, fine epistolae tantum in folio 7' addito.* d) domini *add. Isid.* e) servi omnium dominus *Is. pro* domini — servi.

1) *Hunc locum refellit Alc. Advers. Elip. lib. I c. 18 (Froben. I, 883).* 2) *Cf. Advers. Elip. l. II c. 3 p. 887:* salebroso tramite mox in tui erroris foveam iterum corruisti arreptitioque spiritu duas Isaiae prophetae sententias de Christo interpretari coepisti, quas catholici tractatores omnino de eo vaticinatas esse renuunt. 3) *De hoc loco agit Alc. advers. Elip. l. II c. 3, ed. Frobenius p. 887.* 4) *Sententiar. l. I c. 14 § 3 (Opp. ed. Arevalus VI, 148).*

autem crucis. De ipso in evangelio dicitur: 'Fili David, miserere mei'. Et iterum: 799 Oct.
'Dabit tibi dominus Deus sedem David patris sui'. Ecce si secundum humanitatem Matth. 9, 27.
filius est David, sine dubio de adoptivo et servo Dei patris et ipsius filii et Spiritus Luc. 1, 32.
sancti adoptivus secundum humanitatem et servus esse creditur. Adoptivum dicimus in sola forma servitutis humanae, non in gloria vel substantia divinae naturae.

'Proximus ille Deo est qui scit ratione tacere'[1]. Tu vero frater Albine, vide [ne] similis sis levitis illis, quos in vetere testamento memorat dicens: 'Qui offerentes Lev. 10, 1. 2.
ignem alienum divina ultione percussi interierunt'. Sicut et tu intromittis doctrinam diabolicam, de sue[a] illum antiphrasium Beatum exorto[b]. Eloquia tua exterius videntur esse melliflua et interius absinthio et felle amariora. Opera iustificas et credulitate condemnas. Oleum tuum murcatum non impinguet caput nostrum. Cf. Ps. 140, 5.

Iterum[2] testimonia sanctorum patrum venerabilium Toleto deservientium in missarum oraculis edita sic dicunt. In missa de coena Domini: 'Qui per adoptivi hominis passionem, dum suo non indulget corpori, nostro demum, id est iterum non pepercit'. Item in missa de tertia feria paschae: 'Respice, Domine, tuorum fidelium multitudinem, quam per adoptionis gratiam filio tuo facere dignatus es coheredem. Item in missa de quinta feria paschae: 'Praecessit quidem in adoptione donum, sed adhuc restat in conversatione iudicium'. Item ibi: 'Dignum et iustum est, salutare nobis atque conveniens gratias agere, laudes impendere, intellegere munera, vota deferre tibi, omnipotens pater, et Iesu Christo filio tuo, domino nostro, qui pietati tuae per adoptivi hominis passionem quasi quasdam in praesentis populi acquisitione manubias, cum non exierit e caelo, exhibuerit e triumpho'. Item in missa de ascensione Domini: 'Hodie salvator noster per adoptionem carnis sedem repetiit deitatis, hodie hominem suum intulit patri, quem obtulit passioni, hunc exaltans in caelis, quem humiliaverat in infernis, his visurus gloriam, qui viderat sepulturam. Item in missa sancti Sperati: Ingeniti Patris unigenite, filius Dei Spiritui sancto coaeternus et consubstantialis, qui ab arce sedis aethereae huius mundi infima petens adoptivi hominis non horruisti vestimentum sumere carnis et ad liberationem fidelium non es dedignatus in forma servi salva divinitate in statera appendere crucis et perferre exitium sustulit mortis'. Item in missa defunctorum: 'Domine Iesu Christe, qui vera es vita credentium, tibi pro defunctis fidelibus sacrificium istud offerimus, obsecrantes, ut regenerationis fonte purgatos et temptationibus mundi exemptos beatorum numero digneris inserere et quos fecisti adoptionis participes, iubeas hereditatis tuae esse consortes'. Nam et ipsi canimus in vigilia paschae beato Isidoro dicente[3]: 'Induit carnem, sed non exuit maiestatem, nostram substantiam expetens, sed propriam non relinquens'.

Epistola Leonis ad Leonem augustum[4], quod in una domini Iesu Christi persona gemina sit deitatis et humanitatis adserenda natura. Quicumque ergo illi sunt ita obcaecati[c] ..... nisi solos impios hereticos discrepare.

Sed et illud huic operi inserendum putavi, quod scriptura dicat: 'Revelabunt Iob 20, 27.
caeli iniquitatem eius, et terra consurget adversus eum'. Qui sunt isti caeli, nisi illi,

---

a) desuem *Querc.*; de sue *Frob.* b) exortum *Querc.*; exorto *Frob.* c) *quae secuntur omisi.*

1) *Catonis disticha 3, 2. Cf. Alc. advers. Elip. l. II c. 4 (p. 888):* Dixisti: Proximus . . . tacere, te ipsum ex hac sententia tua castiga, ut taceas, quoniam melius est tacere quam noxia loqui, quia multorum reus est sanguinis, qui multos a via veritatis avertit. 2) *Alc. advers. Elip. l. II c. 7 (p. 891):* Dum tuae infidelitati, o venerande frater, ex aliis ecclesiarum Christi doctoribus testes defecerunt, subito Toletanos, ut ais, venerabiles patres protulisti et illorum in missarum solemniis orationes in auxilium tuae sectae adsumpsisti, *cf. Helfferich l. l. p. 95—99.* 3) *Nescio ubi.* 4) *Epist. 165 c. 4 — 10 (Opp. edd. Ballerini I, 1361 — 1379), cf. Advers. Elip. l. II c. 5 (p. 889):* Quam epistolam *(sc. Leonis)* tuis litteris propemodum totam quasi lumen caliginoso loco inferre voluisti. Atque utinam ita te credere ostenderes, sicut in illius beatissimi doctoris litteris te legere agnovimus.

799 qui cum Christo ad iudicium venturi sunt; de quibus est Ambrosius, Augustinus,
Oct. Hieronimus et caeteri, quos tu, Albine, refutas et hereticos iudicas? De quibus psal-
Ps. 18, 2. mista ait: 'Caeli enarrant gloriam Dei'. Item beatus Augustinus in epistola sua ad
Euodium directa[1], ubi de trinitate et columba, vel de adoptione filii Dei disseruit,
post plura superius edita sic dicit: 'Sicut pater in voce qua sonuit: Tu es filius meus,
et filius in homine (adoptivus), quem suscepit ex virgine et Spiritus sanctus in colum-
bae specie corporali'. Item post aliqua[2]: 'Atque ita et filius Dei simul cum homine
(adoptivus[a]) dicitur, (et filius hominis adoptivus simul cum verbo dicitur)'[3]. Item post
aliqua: 'Unde filius Dei incommutabilis est atque coaeternus patri, sed in verbo solo;
(et passus est filius Dei, sed in homine adoptivo solo); et sepultus est filius Dei, sed
in carne (adoptiva sola). Proinde[4] quae de filio Dei verba dicuntur, videndum est
secundum quid dicantur. Non enim homine assumpto (vel adoptivo) personarum
numerus auctus est, sed eadem trinitas mansit. Nam sicut in homine quolibet praeter
unum illum, qui singulariter susceptus est, anima et corpus una persona est, ita in
Christo verbum et homo (adoptivus) una persona est'. Item post aliqua: 'Ita Christus
Dei filius dominus gloriae et si quid huiusmodi secundum verbum dicitur, et tamen
recte dicitur dominus gloriae crucifixus: cum hoc eum secundum carnem adoptivum
passum esse, non secundum illud quod dominus gloriae est'. Et post pauca[5]: 'Spiritus
sanctus dicitur corporali specie tanquam columba descendisse et mansisse super eum.
Sic enim et petra Christus, quia significabat Christum (adoptivum)'. Item post aliqua[6]:
Haec tibi de duabus quaestionibus tuis, hoc est de trinitate et columba, in qua
Spiritus sanctus non sua natura et significativa specie demonstratus est, sicut et filius
ib. 109, 3. Dei non sua nativitate de patre dicit: 'Ego ex utero ante Luciferum genui te', sed
in homine adoptivo ex utero virginis natus a Iudaeis crucifixus est.

His saepe dictis cum epistolam tuam iterum atque iterum sacrilegam, letali
veneno corruptam, atque ignorantiae caligine tenebrosam relegissem, reperi ibidem,
quod nos dominum Dei filium ex virgine natum negaremus nequaquam esse essentia-
Ioh. 10, 30. liter Deum, de quo ipse Dei filius: 'Ego et pater unum[b] sumus'. Reminiscere debes,
Prov. 19, 5. quid scriptura dicat: 'Testis falsus non erit inpunitus'. Et illud: 'Maledictus homo,
qui in corde suo fabricat[c] malum et de labiis suis ficte loquitur pacifica, sed Deus
2. Tim. 4, 14. qui videt omnia, reddet illi secundum opera sua'. Ego quidem non Deum Dei filium
ante saecula ex patre genitum, per quem facta sunt visibilia et invisibilia, spiritalia
atque corporea, quem credo adoptione[d] non esse, sed genere; neque gratia, sed natura
Deum esse negavit. Sed iuxta beati Isidori[e] sententiam, qui dicit[7], quia sunt non-
nulli[f] qui de filio Dei prava sentiunt et quod de illo secundum humanitatem dictum
est, transferunt ad divinitatem; et quod de divinitate mutant ad humanitatem. Noster
tamen Iulianus dicit[8]: 'Homo dominicus et humanatus Deus'.

Multa quidem adhuc erant huic operi inserenda, sed sermo divinus nos prohibet
Ezech. 3, 26. dicens: 'Linguam tuam adherere faciam palato tuo et eris mutus, nec quasi vir ob-
iurgans, quia domus[g] exasperans est'. Idcirco ve tibi Austria, altera[h] Alexandria,
quae novum Arrium, id est Albinum, genuisti tempore gloriosi principis ad evertendam

a) suscepto *Aug. pro* adoptivus. b) unum sumus *inc. fol. 7' Pa.* c) fabricas *Pa.* d) adoptionem *Pa.* e) Ysid. *Pa.* f) quia nulli *Pa.* g) dominus *Pa.* h) vae tibi *ed. pro* altera.

1) *Epist. 169 c. 2 § 5 (Opp. II, 605). Quae uncinis inclusa S. Augustino afficta sunt ab Elipando. FROB., cf. Advers. Elipand. l. II c. 12. 13 p. 893—894, ubi Elipandus ab Alcvino falsi arguitur.* 2) *August. § 7 col. 606.* 3) *Cf. Alcvinum ad hunc locum:* Haec verba numquam sancti Augustini fuerunt, nec etiam ullius catholici doctoris vel discipuli. 4) *August. § 8.* 5) *Ibid. § 9.* 6) *Ibid. c. 4 § 12 col. 607.* 7) *Hunc locum non inveni.* 8) *Toletanus archiepiscopus. Locum non inveni. Cf. Alc. advers. Elip. l. II c. 8 (p. 892):* Iuliani quoque Pomerii prognostica ex sanctorum floribus collecta patrum consideravimus nec ibi aliquid huius vestrae invenimus sectae depictum.

et obscurandam fidem catholicam. Ad ultimum audi beatum Cyprianum cuidam[a] 799 Oct. 23. heretico[1] scribenti ita dicentem: 'Habes tu litteras[b] meas et ego tuas, utrorumque[c] recitabuntur in conspectu Domini'. Memento iterum evangelistam dixisse: 'Multi ex Ioh. 6, 67. discipulis eius abierunt retro'. Et ubi abierunt[d], respondeat tibi beatus Gregorius dicens: 'post sathanam'[e]. Et iterum cuidam, cum Domino diceret: 'Magister sequar te, Matth. 8, 19. 20. quocumque ieris'[f], ille respondit: 'Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos, filius autem hominis non habet[g] ubi caput reclinet'[h], sicut et in te, si ista tibi parva non sufficiunt, nec multa proderunt.

'Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere'[2]. Quod duro sermone tibi interdum scripsimus, Domino iubente per Moysen hoc fecimus qui dicit: 'Non coques hedum[i] Exod. 34, 26. in lacte matris suae'.

Suggerendum est iterum glorioso principi, ut mitescat indignatio eius servo suo Felici, et non requirat Dominus sanguinem eius de manu illius. Nam pro certo sciat, quia, si praedicationem illius spreverit et Albini confirmaverit, cum Constantino imperatore habebit partem — quod Deus non permittat — quem beatus Isidorus[k] deflet, dicens: 'Heu pro dolor, principio bono, fine malo'[3][l].

183.

Elipandus episcopus Toletanus Felici episcopo Urgellitano ad duas epistolas respondet. Mittit ei suam ad Alcvinum epistolam, quam Carolo regi mitti vult. Addit de Milita fratre scriptum; Cordubensium litteras commemorat. De hereditate fratris cuiusdam mortui. De senectute sua. *799 Oct. 23.*

Cod. S. Mariae Remensis ecclesiae deperiit[a].

Edd. Quercetanus col. 995—997 ex cod. Remensi, Frobenius I, 915, J 123. — Migne XCVI, col. 880.

I.

Domino Felice, sciente vos reddo, quia exeunte Iulio vestro scripto accepi; et exeunte Augusto vobis item scripsi[4]. Sed eveniente occasione ad isto praesente, igne consumptum est. Et rediens ad me pene ad quadraginta dies, denuo adsumpsi laborem et scripsi ad ipso heretico piceo Albino, quantum potui pro sua confusione scribere[5]. Tu vero exempla illud; et sic illud dirige. Modo tamen egressus est de me decimo[b] Kalendarum Novembrium.

Direxi vobis scriptum parvum de fratre Militane, qui recta de Deo sentit. Nam et quatuor mihi quaterniones direxerat. Quos direxi contra ipso pseudopropheta foetidissimo Inbeato[6]. Certifica me, qui es positus in Rama[c][7]. 2. Par. 16, 1.

II.

[8]Epistolam vestram caelitus quemadmodum mihi inlapsam exeunte Iulio accepi. 799 Aug. ex. Et Deo meo ulnis extensis immensas gratias egi, qui me fecit tuis eloquiis conlaetari inter ipsa quotidiana dispendia mundi, quibus duramus potius quam vivimus.

---

a) cudam *Pa.* b) tulit terras *Pa.* c) utraeque *ed.* d) hab. *Pa.* e) sathanant *Pa.* f) hieris *Pa.* g) in te *add. Q.* h) et *add. Q.* i) quoques ed. *Pa.* k) Ysid. *Pa.* l) Explicit *add. Pa.*

183. a) *Lemma:* Epistola Elipanti ad Felicem nuper conversum *Q.* b) de me decimo *scripsit J. pro* de mele iunio *Querc.* c) Rama *scripsit J. pro* Roma *Querc.*

1) *Florentio, ep. 66 c. 10, p. 734 ed. Hartel.* 2) *Cf. supra p. 305 n. 1; Elip. ep. ad Fidel. abb. (Frobenius II, 587).* 3) *Cf. p. 303, n. 1; Epist. episc. Hisp. (Frobenius II, 567).* 4) *Cf. infra II.* 5) *v. ep. 182.* 6) *contra Beatum abbatem Hispanum, adversarium suum.* 7) *Urgellum urbem appellat* Rama, *ideo quod Hispaniae urbs Urgellum tam vicina Galliae est, ut regni Iudae urbs Rama propinqua fuit regno Israel. J.* 8) *Disiunxi ea quae secuntur a praecedentibus, propterea quod facile cognitu est sequi exemplum combustae illius epistolae, quam iam exeunte mense Augusto missam esse ex superiore epistola patet. J.*

799 Aug. ex. Sed epistolam foetidissimam de filio gehennae ignis Albino[1] — novo Arrio in finibus Austriae tempore gloriosi principis exorto, non Christi discipulo, sed illius, qui dixit: (Isai. 14, 13. 14.) 'Ponam sedem meam ab aquilone et ero similis altissimo'; de quo scriptum est: (1. Ioh. 2, 19.) 'Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, permanserunt utique nobiscum' — contra quem, prout volui, rescriptum reddidi et sanctorum orthodoxorum atque catholicorum sententiis adstipulavi.

Tua vero sanctitas viriliter agat et confortetur cor tuum; reminiscens, quid ipse (Matth. 5, 10.) Dominus dicat: 'Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum'; (ib. 10, 16. 11. 18.) et iterum: 'Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum; estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae'; 'cavete ergo ab hominibus; tradent enim vos in conciliis, et synagogis suis flagellabunt vos'; 'et ad praesides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus'.

Ego vero direxi epistolam tuam ad Cordoba fratribus, qui de Deo recta sentiunt. Et mihi multa scripserunt, quae in tuo adiutorio debueram dirigere. Sed ad ipso heresiarcham, Albini magistro, antifrasio Beato direxi relegenda. Tu vero dirige scriptum illud pro tuo fidele glorioso principali[2], antequam veniat ad ipso filio mortis Albino; qui non credit carnis adoptionem in filio Dei, quem sancti patres et nos ipsi credimus in sola forma servitutis humanae, non in gloria vel substantia divinae naturae.

De illo fratre nostro, qui defunctus est, audivi, quod aliquid nobis mandarat dirigere. Et ideo quaeso, ut mandetis ad ipso famulo vestro Ermedeo, ut quaerat de Iudaeis, qui habent illic uxores et filios. Qui fatigium det et nobis, quantum Deus inspiraverit, dirigat; ita tamen, ut alii Iudaei non sentiant, qui apud nos habitant. Aut si possibile est, ut quemlibet de humiles vestros nobis cum mercaturios qui veniunt, dirigatis. Et quid egeritis de vestra intentione nobis certificate; et maxime per libros duos epistolarum beati Hieronymi et opusculorum beati Isidori, quos habet Ermedeo, quos direxeram ad ipso fratri, qui defunctus est: unde et mihi demandaverat, quod[a] alios similes repererat. Idcirco tamen applicate ipse Ermedeo ad vos et instruite illum vestris eloquiis et veram fidei doctrinam, sicut ego illi notui.

Me tamen cognoscite senectute iam decrepita octuagesimo secundo anno a die (Iul. 25.) octavo Kalend. Aug. ingressus fuisse[3]. Et orate pro nobis, sicut et nos facimus pro vos assidue; ut nos Deus in regione vivorum pariter iungat. Sed omnibus fratribus demandabimus, ut pro vos sacrificium Deo offerant.

Merear quantocius de vestro rescripto laetus existere.

Istum praesentem vobis commendo et presbyterum nostrum Venerium, si datum fuerit, ut perveniat ad vos.

184.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi de itineris sui causis significat. Priorem eius de Leonis III papae moribus epistolam igni a se concrematam esse. De Hunorum perditione; de paganorum expeditione; de monachorum congregatione a se facta[4]. *799.*

Codd. S 1 fol. 151—153' (S 1 fol. 63'—65'), D fol. 242 ex parte cf. supra p. 296 nota a. Edd. M 19, F 92b, J 127. — Migne col. 326.*

---

a) quos *Querc.*

1) *ep. 166 supra p. 268 sqq.* 2) *ad Carolum regem.* 3) *Alcv. adv. Elip. I c. 15:* Octogenarium te audivimus esse in epistola, quam praefato Felici direxisti; *III, c. 20:* Elipante, vir senectute gravis, moribus nobilis, dignitate sublimis . . Decet plane tuam annosam prudentiam veridicam esse *(Opp. I, 881. 905).* 4) *Hauck (Kirchengesch. Deutschlands II, 141 n. 7) has litteras c. Ianuario mense a. 800. scriptas esse censuit, cum Arno non ante Decembrem mensem a. 799. Roma redire potuerit.*

.... Tertia causa tu fuisti iteneris mei. Prima fuit ecclesiarum Christi. Secunda 799
domni regis; quia in lacrimis lacrimans dimisi eum; cupiens perpetuam laetitiae illius memoriam animae meae inscribere. Tertia dulcissimam caritatis tuae videre faciem. Sed prohibitus sum usque adhuc, ut fieret, quod valde optavi, ut fieret. Erit itaque per vestras sanctas orationes, dum ei placuerit, sine quo nihil boni fieri poterit.

Epistola vero prior[1], quae ad nos sub vestro nomine pervenit — quaerimonias quasdam habens de moribus apostolici[2] et de periculo tuo apud eum[3] propter Romanos — clericus[b] vester, ut aestimo, attulit eam mihi, nomine Baldricus[c]; adferens mihi cappam Romano more consutam, vestitum linium laniumque. Sed quia ego nolui, ut in alterius manus pervenisset epistola, Candidus tantum illam perlegebat mecum. Et sic tradita est igni, ne aliquid scandali oriri potuisset propter neglegentiam cartulas meas servantis[d].

Hunorum vero, sicut dixisti, perditio nostra est neglegentia[4]; laborantium in maledicta generatione Saxonum Deoque despecta[e] usque huc; et eos neglegentes, quos maiore mercede apud Deum et gloria apud homines habere potuimus, ut videbatur.

Non audeo mei solius causa[f] tantum tibi ingerere laborem per preces et lacrimas, quas habeo saepius propter vestram absentiam[g]. Tamen non est secundum oportunitatem inane iter ad patrocinia Sancti Martini venire vestramque vitam eius sanctis commendare orationibus.

Paganae vero naves, ut audistis, multa mala fecerunt per insulas oceani partibus Aquitaniae[5]. Pars tamen ex illis periit; et occisi sunt in litore quasi centum quinque viri ex illis praedatoribus. Castigatio est magna horum eruptio, antiquis ignota temporibus populo christiano; quia forte vota non servant famuli Dei, quae vovere solent.

Ideo, dilectissime fili et merito venerande frater, tuos hortare fratres regulariter
vivere et devotionem primam firmiter servare; dicente scriptura: 'Vovete et reddite Ps. 75, 12.
domino Deo vestro'; item: 'Melius est non[h] vovere, quam vota non reddere'. Prope Eccle. 5, 4.
enim estis vos terminis paganorum. Sit salus vestra protectio et misericordia dominus Deus[i] noster, qui ait: 'Sine me nihil potestis facere'. Commotio magna est in Ioh. 15, 5.
mundo[6]; et in mentibus multorum infidelitas et in nomine monachorum neglegentia.
Volunt dici, et non fieri; dicente scriptura: 'Vult piger, et non vult'; id est: vult Prov. 13, 4.
beatus esse et non vult laborare[k], unde beatus fiat.

Noviter[l] congregationem quandam feci[7], quasi octavo miliario a monasterio sancti Martini, monachicae vitae et regularis relegionis; primo ex fratribus de Gothia, ubi Benedictus abba[8] regularem constituit vitam. At nunc, volente Deo, aliqui veniunt sancta se devotione mancipantes. Non est claudicandum in Dei servitio[m], sed via regia gradiendum[n].

---

184. b) clrs *S 1;* Clerus *D.* c) ill. *D.* d) servantes *S 1, D.* e) dispecta *D.* f) causam *S 1, D.* g) praesentiam *D.* h) non — reddere *om. D.* i) deus dominus *S 1.* k) laborasse *D.* l) Noviter *usque* qui in caelis est *(p. 310 lin. 14) om. D.* m) servitium *S 1.* n) ut ad optatum aliquando litus divina auxiliante gratia pervenire possit *add. S 1*.*

1) *Romae a. 798. scripta; v. n. 3.* 2) *Leonis III, quem Arno a. 798. laudaverat cf. supra p. 258.* 3) *Romae.* 4) *Ann. Alamann. 798:* Wandali mentiti sunt et quosdam de Saxonis; *Lauriss. min. 799:* Eodem anno gens Avarum a fide quam promiserat defecit. 5) *Cf. Ann. Einharto tributos 800:* medio fere Martio rex Aquisgrani digressus litus oceani Gallici perlustravit et in ipso mari, quod tunc peratis Nordmannicis infestum erat, classem instituit, praesidia disposuit; *Vit. Karoli M. c. 17:* Nortmanni Gallicum litus atque Germanicum assidua infestatione vastabant. *Insulas, quae hodie vocantur île de Ré, île d'Yeu, Noirmoutiers dicit Alcvinus, cf. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 206.* 6) *Cf. infra p. 320:* omnia turbata sunt. 7) *Cormaricensem (Cormery), cf. Vit. Alchvini c. 17 (SS. XV, 193), Alcvini Carmen XXIII (Poet. Carol. I, 243), in quo cellae situm amoenum magnis laudibus effert; Mühlbacher Reg. n. 345. 346.* 8) *Anianensis, cf. Ardonis V. S. Bened. c. 24 (SS. XV, 210).*

799 Oct. Nov. Quicquid vero de tua audio canonica conversatione satis mihi placere fateor. Hoc quoque addatur ad mercedem industriae vestrae, ut fratres, qui sub manu vestra sunt, secundum sanctitatem regularis vitae vivant. Nec ego aliter audivi; nec eo minus dicere debeo quae agnosco proficere fraterna caritate.

Populo quoque, ut saepius deprecatus sum, praedica instanter verbum Dei; ne ullius anima in tuo pendeat iudicio vel a[a] te quaeratur. Ostende illis viam salutis; hos secreta conlatione, illos publica praedicatione confirmans. Unicuique secundum suae conditionis vel personae modum hortamenta ingere: potestatibus et iudicibus iustitiam et misericordiam; iunioribus oboedientiam humilitatem et fidem in senioribus; omnibus aequitatem, caritatem Dei et proximi, castitatem corporis, benignitatem et pietatem in aelymosinis, quatenus cum multiplici laboris tui fructu ad aeternae beatitu-
Matth. 5, 16. dinis sedem pervenire merearis, eo miserante, qui ait: 'Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est'.

Mei quoque ut habeatis memoriam secundum spem meam et fidem vestram, deprecor, cum sanctis fratribus vestris assidua intercessione, ut, prope cursu nostri agonis completo, veniam peccatorum meorum et aliquam portionem beatitudinis inter cives caelestis[b] habitationis accipere merear.

Plura scriberem secundum animi nostri desiderium, si non iste cursor ex vestro mandato velociter revertere habuisset[1]. Tamen[c] ex his paucissimis litteris caritatis nostrae ardorem in vos agnoscere poteritis.

Divina vos gratia comitetur ubique, domine pater et dilectissime amice.

185.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi scribit ex ducum quorundam limiti praefectorum obitu timorem maioris mali sibi nasci. Arnonem vigilem esse vult.

799 Oct. Nov.

Codd. H fol. 76—77, S 1 fol. 125—126 (S 1 fol. 23—25').*
Edd. M 10, F 83, J 125. — Migne col. 308.

EVANGELICO AQUILAE[a] ALBINUS SALUTEM.

Plurimae sunt huius saeculi temptationes et multa pericula saeculum amantibus. Ecce quomodo recesserunt subito viri fortissimi[2], qui terminos custodierunt, etiam et dilataverunt, christiani imperii. Non solum hoc damnum plangimus, sed maioris periculi signum timemus.

Unde, carissime pater, omni custodia serva te ipsum; et labora in domo Dei, ut proficiat tibi tuisque[b] labor tuus in salutem aeternam. Nihil enim stabile in hoc
1. Cor. 7, 31. mundo fieri poterit nisi caritas Christi et servitium illius. 'Praeterit enim, apostolo dicente, figura huius mundi'. Solum illud[c] remanet, quod pro Dei dilectione et in praeceptis illius peragimus. Erue te ipsum, quantum valeas, de periculis huius vitae.
Osee 8, 1. Sit guttur tuum tuba super domum Dei. Spiritalis belli signifer esto et dux in acie Christi; ut amplificetur tibi regnum in terra viventium et non habeas spem in hac

a) ad *S 1.* b) caelestes *S 1, D.* c) Tamen — poteritis *om. D.*
185. a) Aqulae *H.* b) *om. S 1.* c) illum *S 1.*

1) *Cf. infra ep. 242:* propter festinationem portitoris pauca rescribere curavi. 2) *Ericus dux Foroiulanus et Geroldus praefectus Bavariae (hic Kal. Sept., ille eodem fere tempore). J; cf. Ann. Lauriss. mai. 799; Poet. Carol. I, 114. 131.*

terra morientium, sed ubi vita est aeterna, illic fiat omnibus horis intentio tua spes a. 799 exeunte.
et desiderium tuum. Dic deo Christo: 'Anima mea desideravit te in nocte, et spiritus Isai. 26, 9.
meus in praecordiis vigilavit ad te'. Qui castra Christi custodiunt, vigilare debent et Luc. 12, 37.
non dormire; quia vigilantibus et non desidia[a] torpentibus perpetui regni promittitur gloria.

Saepius tibi scripsissem, si vel fama narrasset mihi, ubi te cartula mea invenire valuisset[1].

Tamen scripta est in corde meo memoria nominis tui cum stilo caritatis: non penna peritura, sed permanente suavitate[b]; saepius ingeminans[c] ex intimo cordis affectu: 'Quando erit illa dies, ut liceat mihi Aquilam amplectari[d] meum, et dulcibus[e] amplexibus colla constringere patris venerandi'[2]. Videsne, qualis est caritas vera? quae nulla longinquitate terrarum dividi poterit, nulla oblivione deleri, sed magis magisque adcrescit.

Felix anima, quae[f] Deum diligit, soluta ab huius saeculi nexibus, ut proficiat in veritatis soliditate, et perveniat ad beatitudinis divinae visionem, ubi est tranquilla laetitia et sine ulla perturbatione vita perpetua. Ad quam felicitatem, pater sancte, me precibus tecum deducere satage, ut in Christo fruamur caritatis perpetuae dulcedine.

Saluta ex meo nomine omnes sanctae Dei ecclesiae filios, qui vobiscum Deo
deserviunt: et scribe nomen meum in cordibus illorum piae petitionis affectu. Quorum
nomina deus Christus in caelesti libro scribere iubeat, qui ait carissimis sui laboris ib. 10, 20.
sociis: 'Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis'.

Vivite[g] omnes feliciter in Christi benedictione, dilectissimi fratres.

186.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi pro litteris muneribusque Roma sibi missis gratias agit, sinistram suspicionem a se amovet, Leoni papae, Paulino patriarchae, Petro archiepiscopo se commendari cupit, ad pacis restituendae studium hortatur.

a. 799 exeunte.

Codd. S 1 fol. 141—144 (S 1 fol. 48'—53').*
Edd. M 16, F 102, J 126. — Migne col. 366.

VENERANDO PATRI AQUILAE EVANGELICAE ALBINUS SALUTEM.

Venerunt mihi dilectionis vestrae apices melle dulciores, auro obrizo gratiores,
munusculis sigillatae[a] suavissimis, in quibus perpetuum sanctae caritatis vigorem in
cordis vestri arcano agnovi, quam nec Alpina frigora[3], nec Italici aestus subvertere
potuerunt[b][4], sed inter omnes saeculi huius diversitates et caliginosas tempestates
quasi matutinus Lucifer[5], semper nova exoritur. De qua et ipsa veritas ait: 'Mandatum Ioh. 13, 34.
novum do vobis'. Novum; quia evangelicum: vetus; quia legale: in quo tota lex Matth. 22, 40.

---

a) desidię *H, S 1.* b) suavitati *H, S 1.* c) ingeminens *H, S 1.* d) amplectare *H, S 1.* e) dulcis *H, S 1.* f) qui *H, S 1.* g) Vivete *H;* Videte *S 1.*
186. a) sigyllatae *S 1.* b) poterunt *S 1.*

1) *Eo enim tempore Arno una cum aliis Caroli regis legatis Leonem III papam Romam reduxit. V. vit. Leonis III papae c. 20 (Lib. pontific. ed. Duchesne II, 6):* Hildebaldo et Arno reverendissimis archiepiscopis; *Ann. Maximinian. 799 (SS. XIII, 23):* per Hildibaldum et Arnonem archiepiscopos restituit. *J. Cf. Simson Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 186 n. 6, qui potius Arnonem tunc domi moratum esse censet.* 2) *Cf. supra p. 36, infra ep. 193.* 3) *Cf. supra p. 104:* Alpium frigus. 4) *In Italia igitur versabatur Arno.* 5) *Cf. infra ep. 283:* quasi Lucifer inter stellas.

a. 799 exeunte. pendet et prophetae; in quo totius gratiae summa consistit. Novum: quia foras mittit
1. Ioh. 4, 18. timorem. Quia quod grave fuit per timorem, leve erit per amorem, testante caritatis
Matth. 11, 30. fonte: 'Iugum meum suave est, et onus meum leve est'. Ex huius favo totius cartulae tuae resplenduit series. Credas velim, pater dulcissime, quod non tanta suavitate fratrum vel sororum litterulas legere potui ultramarinas[1], quanta tuae dilectionis transalpinas: nec tale post eos tedium fatigat cor meum, quale post tuae faciei visionem
Sap. 8, 1. amabilem. Sed patienter ferendum est quicquid iubet sapientia divina, quae omnia disponit suaviter et in cordibus famulorum diffundit suorum per sancti Spiritus gratiam dulcissime caritatis dona, quae inter adversa fortis, et inter prospera humilis esse congaudet: in utrisque in eo potens, qui omnia potest: secura de se, sollicita de suis. De qua plura tuae reverentiae scribere supervacuum duxi, quia te totum in ea esse multis probamentis agnosco. In qua viriliter vincere adversarios habes, et fortiter pugnare contra inimicos ecclesiae Christi, ut corona laudis in die domini nostri Iesu Christi te tuosque consequatur.

Quaedam apollogitica verba tuis inserta legebam litteris, aestimans me irasci pro quodam fratre, quod omnino non feci: vel ab alio quodam audire, quod scripsi, quod nullatenus verum fuit. Sed ut rei tibi veritatem ostendam, occasio huius cogitationis mihi fuit ex eo, quod alterum abstraxisti a me, qui profectum facere potuit. Salva certissime caritate aperui suspicionem meam, nihil sinistrum aestimans tuam de meis litteris benivolentiam suspicari, quasi alter propter meam non proficeret neglegentiam[2]; dum verissime eum meum esse putarem, si tuus esse voluisset, cavens illud Senice sapientis elogium[3]: 'Meum et tuum mundum destruxit'[a]. Nihil non familiare in quoquam tuorum sentias apud me; nihil alienum ex meis sciens apud te.
Matth. 19, 7. Quia quod Deus coniunxit, homo non separet; nec locis dividatur, quod mentibus coniungitur. Ubi una est caritas, ibi diversa non est voluntas.

Quod vero tua bona pro multorum salute providentia suadendum mihi censuit dulcissimo meo David de missorum electione, qui discurrere iubentur iustitias faciendas, scias certissime et hoc me saepius fecisse, et suis quoque suadere consiliariis. Sed pro dolor! rari inveniuntur, quorum ingrata[b] in Dei timore[c] mens omnem respuat cupiditatem, et via regia inter personas divitum et pauperum[d] miserias pergere velit,
Eccli. 20, 31. Salomone adtestante: 'Munera excecant corda prudentum, et subvertunt verba iustorum'[4].
Exod. 23, 8. Si tamen iusti sunt, quorum verba scelerata cupiditas subvertere poterit: vel prudentes
1. Tim. 6, 10. recte dici possunt, quorum corda muneribus excecantur[5]. 'Radix', ut apostolus ait, 'omnium malorum est cupiditas', quam qui sequitur, nullo modo viam iustitiae incedere valet.

Ego vero tardissime vulnera mea agnoscens, circa limina beati Martini patris nostri et protectoris vestri discurrens, vestrum nomen inter carissimas cotidie ingeminans personas; nec solum veteris vitae multis debilitatus cicatricibus, sed per singula momenta peiores prioribus ulcerum addens dolores. Quapropter obnixius deprecor familiarem vestrae dilectionis caritatem, ut mihi, licet indigno, assiduis sanctitatis vestrae precibus apud clementissimum salvatorem perpetuae sanitatis medicinam deposcere studeas, et quoscumque deo Christo fideles invenies famulos, tuaeque reverentiae sacrae dilectionis vinculo coniunctis me commendare curam habeas; et maxime domino meo

a) distruxit *S 1.* b) firmata *emendat Frobenius.* c) timere *S 1.* d) et pauperumque *S 1.*

1) *i. e. in Anglia degentium.* 2) *Hildegarius? cf. infra epp. 193. 194, supra p. 162 n. 2; 253 n. 1; 257 n. 1.* 3) *Pseudo-Senecae. Cf. supra p. 291 n. 9.* 4) *Hunc locum saepius laudat, cf. infra epp. 188. 254.* 5) *Haec Alcvini monita non sine fructu fuisse docent annal. Lauresham. 802 (SS. 1, 38):* noluit *(sc. Carolus)* de infra palatio pauperiores vassos suos transmittere ad iustitias faciendum propter munera, sed elegit in regno suo archiepiscopos et reliquos episcopos et abbates cum ducibus et comitibus, qui iam opus non abebant super innocentes munera accipere.

dilectissimo Leoni papae, Paulinoque patriarchae[1], et Petro Mediolanensi archiepiscopo, [c. 799] necnon et aliorum relegiosae vitae virorum, quorum nomina scripta sunt in caelis, [Cf. Phil. 4, 3.] ut nostrae parvitatis nomen in cordibus conscribas deprecor, quatenus ex plurimorum precibus sanctorum plurima mihi peccatorum solvantur vincula.

Tu vero, sanctissime pater, pacificae ramum olivae ore ferens[a] in arcam Domini, [Gen. 8, 11.] alienas iniquorum dissensiones tuas fac esse mercedes, revocans eos ad sanctae pacis concordiam, ut populus rectori, et grex pastori, et filii proprio oboediant patri, et pater filiis praesit in pace et mansuetudine, ut in omnibus una sit caritatis concordia, ne qua radix ultra amaritudinis ramos venenate dissensionis pululare[b] possit inter sanctissimas ecclesiasticae dignitatis personas[2]. Sit in ore tuba veritatis tuo, ut pax et veritas ex tuis semper audiantur labiis: et[c] quod psalmista cecinit, non solum in te impleatur, sed etiam per te in multos proficiat, ubi ait: 'Misericordia et veritas [Ps. 84, 11.] obviaverunt sibi, pax et iustitia conplexae sunt se'. Hoc est opus tuum in hac praesenti luce; haec est merces tua in aeterna gloria. Ait enim quidam poeta de opere carminis evangelici[d 3]:

> 'Hoc opus, hoc etenim forsan me subtrahet igne:
> Tunc cum flammivoma iudex descendet ab arce'.

Dicam et ego:

> 'Hoc opus, hoc etenim non solum subtrahet igne
> Te iam, sed faciet caeli conscendere in arcem'[e].

Lege feliciter, et humiliter agnosce, et veraciter perfice quae caritas scripsit, et Christus demandat, ut fiant.

187.

Alcvinus monachos Gothiae ad bonos mores cohortatur. Petit ut pro se precentur. Munera mittit. Adversus periculum instans eorum animos confirmat. *c. 799.*

Codd. H fol. 20—22', T fol. 102—103'*[a].
Edd. Q 99, F 95, J 247. — Migne col. 334.

SANCTISSIMIS IN CHRISTI CARITATE FRATRIBUS DEOQUE IN DIVERSIS GOTHIAE PARTIBUS FIDELITER SERVIENTIBUS HUMILIS LEVITA[b] ALCHVINUS[c] SALUTEM.

Legimus Dominum discipulis praecepisse[d], ut turbas per contubernia[e] discumbere [Luc. 9, 14.] fecissent quinquagenos et quinquagenos; quos omnes unius panis soliditate refici volebat. Quinquagenarius numerus — in quo lex data est, ipse Spiritus paraclitus[f] a patre et [Act. 1, 15.] filio missus, qui[g] in centum viginti nomina descendit[4] — remissionem peccatorum [ib. 2, 1. Num. 36, 4.] significat. Quam omnes fideles in ipsius sancti Spiritus gratia accipiunt: primo in sacramento[h] baptismatis; secundo in paenitentiae lacrimis, quibus anima peccatrix abluta ad[i] visionem Dei salvatoris pervenire merebitur: dicente ipsa veritate: 'Beati [Matth. 5, 8.] mundo corde, quoniam ipsi Deum[k] videbunt'. 'Ecce nunc tempus acceptabile, ecce [2. Cor. 6, 2.] nunc dies salutis'. 'Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes [ib. 7, 1.] salutem animarum nostrarum'.

---

a) o referens *S 1.* b) dissensiones pululari *S 1.* c) aut *S 1.* d) euangelicae *S 1.* e) arce *S 1.*

187. a) *Lemma:* Ad fratres in Gothiae partibus Deo deservientibus *H;* Ad fratres in Gothia *T*.* b) *post corr.* lęuita *T*.* c) Alchuiñ *H.* d) praecipisse *H.* e) contuberuias *H, T*.* f) paraclytus *T*.* g) *om. H* (?). h) *alio atram. post add. T*.* i) sacramenti *H, corr.* -to *T*.* k) *om. H.*

1) *Aquileiensi.* 2) *Cf. Ann. Iuvav. mai. 799:* Leo papa . . . . a Deo restitutus III. Kal. Decembris imperante Carolo rege. 3) *Iuvencus Hist. evangel. v. 30. 31; cf. Alc. Carm. (Poet. Carol. I, 292) v. 203:* Hoc opus, hoc etenim flammis te subtrahit atris, *infra ep. 225.* 4) *pentecoste (quinquagesimo post pascha die), cf. infra ep. 243.*

c. 799 Haec vero scientes et optime intellegentes, carissimi fratres, nil sordidum in vestra remaneat conscientia, sive de carnis fragilitate contractum, sive de spiritus inquietudine infectum, ut dignam in cordibus vestris Spiritus sanctus sibi inveniat habitationem. Nullam malignus hostis in vestra bona conversatione inveniat suae malitiae partem; nec aditum, quem quaerit, repperiat vestris in cordibus, sed omni custodia animas vestras confirmate in caritatis munimine, in tutela oboedientiae, in muro humilitatis, in castitatis observatione, in sanctae pacis coniunctione. Viriliter
1. Petr. 5, 8. pugnate contra antiquum hostem, et communibus[a] manibus debellate eum, qui rugiens circuit quaerens, quem devoret. Portate in frontibus vexillum crucis, et in cordibus caritatis munimenta et catholicae fidei firmamentum. Spe firma vosmetipsos erigite ad Deum, et nihil contra vestram valet unanimitatem illius insidiosa calliditas. Magis humili mente senioribus vestris oboedire parati[b], quam murmurationis vitio diiudicare, quicquid[c] vobis iniungatur operis. Vovistis vos Deo servire paternisque regi consiliis. Nolite vosmetipsos super rectores exaltare vestros nec eorum iudicare acta vel consilia; sed contenti tantummodo estote eorum iudicio, quid agatis, regularisque[d] vitae praeceptis, in quibus maxime humilitas oboediendi cum caritate praecipitur. Horae vero vestrae omnes animabus vestris utiles inveniantur, vel in opere manuum vel in lectionis studio vel in orationis gratia. Oret operarius corde, ut duplici mercede dignus habeatur: similiter[e] in refectione corporis anima reficiatur in gratiarum actione Deo; vel si corpus labore afficiatur[f], mens conpunctione confirmetur. Sic vero armatum monachum duplici suffragio nil antiquus hostis nocere poterit, qui quaerit per vagationem mentis mercedem minuere laborantis.

Ego vero, saeculi tempestatibus turbatus, casso multis in locis labore desudavi, sed modo quasi naufragus, Deo miserante, ad portum deiectus quietis, in quo me fessum et vulneratum iacentem[1] deprecor sanctarum assiduitate orationum vestrae unanimitatis auxiliari, ut quandoque ad florentia virtutum rura pervenire merear, et bona securitate illi soli servire, in quo solo est totius spes salutis; sine quo nec cadens resurgere, nec bene stans firmo gradu stare poterit.

Misi munuscula parva dilectioni vestrae, sed Deo teste non parva caritate, quantum in pectore peccatoris eius igniculus scintillare valet. Tametsi[g] Deus mihi vobiscum in sanctitate vitae stare necdum dedisset, tamen piissima illius gratia vestram veraciter corde meo infudit caritatem; optans atque humiliter deprecans, quatenus per vestras sanctissimas orationes munus voluntatis meae Deo acceptabile esse eiusque donum in anima mea recipere dignetur, qui gratiam pro gratia dare solet: de cuius plenitudine accepimus, quicquid boni habere videremur[h]. Illius sit semper caritas in corde, laus in ore, et in[i] opere bono signum perfectae dilectionis.

Plurima vestrae beatitudini[k] scribere desideravi, sed, nuntio tribulationis consternatus[2], haec pauca dictavi. In qua vero tribulatione vos viriliter agere et con-
Iudith 13, 17. stanti esse animo obsecro, scientes, quod Deus numquam deserit sperantes in se. Et si qualibet tribulatione cogente locum[l] mutari[m] necesse sit, numquam regularis vitae observatio mutetur, nec tribulatio corporis animi fatiget constantiam. Nox[n][3] et dies vices suas peragunt. Maris tempestas serenitatis tranquillitate mitigatur, nec

a) communis *H*, *corr.* -ibus *T**. b) sitis *addidit J.* c) quid *H.* d) regularesque *T**. e) simul et *scripsit J. pro* similiter *H*, *T**. f) afficiat *T**. g) Tamen si *H*, *T**. h) *corr. in* videmur *T**. i) *om.* *T**. k) beatitudinis s *eraso* *T**. l) locus *H.* m) mutare *T**. n) Uox *T**.

1) *Alcvinus haec certe scripsit in monasterio S. Martini et fortasse eo tempore, quo se ab omnibus saecularibus rebus penitus iam receperat.* 2) *Quaenam fuerit haec tribulatio nos fugit. FROB.* 3) *Cf. p. 152 n. 3, infra epp. 232. 279; Alcvini versus ad Hygbaldum de clade Lindisfarn. monast. v. 1—26 (Poet. Carol. I, 229).*

perpetua prosperitas in hoc praesenti saeculo inveniri valet; quia in exilio sumus et 793—800 ad laborem nascimur. Et sicut flagella infantes erudiunt ad discendum[a] sapientiae Iob 5, 7. decus vel bonis adsuescere moribus, ita et nos laboribus et doloribus ammonemur[b] ad perpetuae beatitudinis properare quietem, quae nullo dolore vel labore fuscatur, nullo fine terminatur, sed perpetua iocunditate et felicitate stabilis permanet in aeternum. Ad hanc adipiscendam[c] nullus vestram sanctam intentionem deterreat labor; nullae huius saeculi blanditiae retrahant; sed forti animo, fratres carissimi, estote in I. Cor. 15, 58. omni opere bono stabiles, scientes, quod labor vester non est inanis apud Deum; et qui plus laborat, plus mercedis accipiet.

Dominus Deus, qui vos in unius ovilis caritatem[d] congregavit, aeterna benedictione intra moenia[e] catholicae fidei et sanctae caritatis divitias in bonis operibus adiuvare perpetualiterque custodire dignetur, domini patres fratres et filii desiderantissimi atque mei animi caritate dulcissimi.

188.

Alcvinus Carolum regem, Caroli imperatoris filium, laudat et confirmat. De Ludovico Aquitaniae rege. *793—800.*

Codd. H fol. 19—20, L fol. 207—208'.
Edd. F 179, J 245. — Migne col. 354.

DOMINO MERITO INSIGNI REGALIQUE HONORE DIGNISSIMO CAROLO[1] FILIO ALBINUS TRIUMPHALEM IN CHRISTO SALUTEM.

Gaudeo, dilectissime fili, in devotione bonae voluntatis vestrae, quam Osulfo famulo vestro[2] narrante audivi, seu de elemosinarum frequentia vel de mandati humilitate. Quae omnia certissime scito Deo[a] multum[b] placere perpetuamque tibi apud eius misericordiam promereri[c] benedictionem. Tu vero, fili mi, fili carissime, faciens facito Dei omnipotentis semper, quantum valeas, honorem in omni bonitate et pietate; sequens excellentissimi patris tui exempla in omni honestate et sobrietate, quatenus divina Christi dei clementia illius benedictionem te hereditario iure possidere[3] concedat.

Esto miserorum pius auditor causasque illorum iustissime discernens. Neque subiectos tuae potestati iudices permittas per sportulas vel praemia iudicare[4], quia: 'Munera', ut in[d] scriptura legitur sancta, 'excecant corda sapientum[e] et subvertunt Exod. 23, 8. Eccli. 20, 31. verba iustorum'. Honorabiles habeto famulos Christi, qui veri sint servi Dei; quia quidam veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; sed veritas ait: Matth. 7, 15. 16. 'Ex fructibus eorum cognoscetis eos'. Habeto consiliarios sapientes[5], Deum timentes, non adulatores[f]; quia adulator[g], ut dicitur, blandus est inimicus[6] et saepe seducit[h] consentientes sibi. Esto[i] prudens in cogitatione et cautus in eloquio; spem habens semper in Deum, qui numquam deserit[k] sperantes in se. Iudith 13, 17.

---

a) discendam *H, corr. in* -dum *T**. b) ammone *H.* c) episcendam *H.* d) caritate *T**. e) moeniam m *deleto T**.

188. a) dm̄ *L.* b) multom *L.* c) promeriri *H, L.* d) *om. L.* e) sapientium *L.* f) adolatores *L.* g) adolator *L.* h) seducitur *H, L.* i) estu *L.* k) esse *add. L.*

1) *Cf. de Carolo a. 800. Dec. 25. coronato Mühlbacher Reg. p. 148, sed cum tempore huius epistolae coronam regiam nondum accepisse patet, cum Alcvinus eum minime regem appellet.* 2) *De Osulfo cf. Vitam Alcuini c. 12 (SS. XV, 191), Poet. Carol. I, 487 v. 175. 177.* 3) *E quo perspicuum est Carolum imperio post patrem possidendo destinatum esse. J.* 4) *Cf. Alc. ad Carol. imper. v. 47 sq. (Poet. Carol. I, 258):* Stat quoque iudicium causae sub munere dantis, | Sportula iustitiam vertit in ore senis. 5) *Cf. infra epp. 217. 281.* 6) *Cf. p. 45 n. 3; Hieronymi Dialog. contra Pelag. c. 26 (Opp. II, 709):* Pulchreque adulator apud philosophos definitur blandus inimicus.

794—800 Utinam mihi liceat sepius ammonitionis cartulam dirigere almitati vestrae; sicut nobilissimus iuvenis Chlodoicus[a] [1] germanus tuus me rogavit saepius mittere ammonitorias illi litteras. Quod iam et feci et volente Deo faciam; quas etiam cum magna humilitate legere solet[2].

Hoc mihi maximum est gaudium, quando bonos, sicut dignum est, mores de[b] vobis audiam. Hoc enim Dei donum est, prosperitas regni, dominos populi christiani eligantissimis vivere moribus Deoque placenti vita conversari[c] inter homines. Inde benedictio caelestis[d] genti et regno[e] provenire certissimum est, quam Deus vestrae nobilitati aeternaliter concedere dignetur.

Floreas, valeas et vigeas[f], proficiens in omni bono et prosperitate ad exaltationem sanctae suae ecclesiae, dulcissime fili.

189.

Alcvinus Cunibercium episcopum Vintoniensem rogat, ut pro se preces faciendas curet, neve pro veritate dicere desinat. *794—800.*

Cod. H fol. 104'—105'.

Edd. F 204, Haddan and Stubbs Councils III, 482, J 130. — Migne col. 490.

VENERANDE DIGNITATIS PATRI CUNIBERCTO EPISCOPO[3] HUMILIS LEVITA ALCHVINUS SALUTEM.

Olim in sinodali sanctorum patrum conventu[a] [4] vestra bonitas nobiscum pepigit pacta caritatis. Quae propter oportunitatem huius portitoris[5] his litterulis humilitati[b] nostrae renovare studeat, ne forte longa absentia oblivionem nostri nominis vobis confecisset[c]. Caritas oblivionem non patitur, et veritas nulla temporis longitudine maculabitur; maxime in tali persona et tam praeclaro sanctitatis viro, cuius latissimus melliflui pectoris sinus multitudinem spiritalium congregare amicorum solet. Inter quos parvitatis meae nomen aliquem, deprecor, inveniat locum, ut[d] vestra nobilissima fidelitas quondam, ut praediximus, promittere non abhorruit. Necnon supplici obsecratione, pater mi, deposco, ut sanctissimis vestri regiminis fratribus eandem de nobis spiritalem curam habere iubeatis.

Fateor tibi, sanctissime praesul, quod venerabiles fratrum congregationes studiose amavi, quas[e] in illis regionibus Deo deservire dignis moribus, narrante fama, audivimus; licet nobis datum non esset corporali visione illos adgredi. Quare[f] vestra potest pietas pro amore Christi pro nobis loqui; nec ullatenus Deus deerit in remuneratione vestrae devotioni, vir optime. Decet enim sacerdotalem dignitatem omnibus se deprecantibus pietatis praestare affectum, absentes sacris orationibus adiuvare, praesentes evangelicae praedicationis instantia confirmare.

Scis optime, quanta necessitas est populo christiano, ut praedicator verbi Dei non taceat, et nostrae celeberrimae insule Brittanniae habitatoribus, ubi quondam multitudo doctorum verba vitae perpetuae continua praedicaverunt instantia, sed nunc

---

a) Chlodoocus *corr. in* Chlodoicus *H.* b) de vobis *om. L.* c) conversare *H, L.* d) caelesti *L.* e) regna *H, L.* f) rigeas *L.*

189. a) conventum *H.* b) humilitatis *H;* humilitati *emend. Watt.* c) vobis confecisset *scripsit J. pro* vobiscum fecisses *H.* d) ut *scripsit J. pro* et *H.* e) quae *H.* f) quare *scripsit J. pro* quem *H.*

1) *Rex Aquitaniae, postea imperator.* 2) *Alcvinus cum* fratribus suis humiliorem *appellarisse dicitur in vita c. 15 (SS. XV, 193).* 3) *Vintoniensi 786—801.* 4) *sine dubio a. 786. in synodo Corubrigensi, cf. supra p. 29 lin. 4.* 5) *Cf. supra p. 141 l. 29, 223 l. 18, infra p. 317 lin. 23.*

peccatis facientibus rari sunt operarii in messe Domini[1]. Sed quo rariores inveniuntur, 794—800 eo magis necesse est, ut illi, qui sunt, omnimodis iugi sanctae praedicationis studio Cf. Matth. 9, 37; Luc. 10, 2. ab errore vitae et superflua multarum consuetudine vanitatum ad modestiam sobrietatis et castitatis exercitium revocare studeant[a].

Non taceat os sanctitatis tuae evangelicae veritatis verba nec apostolicae doctrine seriem nec sanctorum patrum mores nobilissimos, ut multi per tuam sanctissimam devotionem erudiantur et tibi multiplex, deo Christo donante, merces maneat in aeternum. Non potestas regalis nec arrogantia cuiuslibet secularis sublimitatis tuam prohibeat a veritate vocem. Non adulatio[b] subsequentium[2], non secularis luxoriae pompa, non deceptibilis auri species, nec ulla terrenae delectationis voluptas cor sanctitatis tuae a fiducia studiosi laboris subtrahat, sed omnibus in te lux veritatis luceat, et via salutis aeternae ostendatur. Pauci sunt huius vitae dies[c] laboris; et qui plus laborat, plus mercedis accipiet, sed celestis beatitudinis remuneratio temporibus permanet aeternis.

Omnipotens Deus tuam sanctam et venerabilem paternitatem ad exaltationem sanctae suae ecclesiae multis feliciter annis vivere et proficere concedat, carissime pater.

190.

Alcvinus Petro archiepiscopo Mediolanensi ob paternam benevolentiam gratias agit. Liudgardae munera commemorat. *794—800.*

Codd. H fol. 7—7', (A 1) A 1 p. 64—65 nr. 42*[a].
Edd. F 196, J 131. — Migne col. 440.

SANCTISSIMO PATRI PETRO ARCHIEPISCOPO[3] HUMILIS TUAE CARITATIS ALBINUS[b] FILIUS SALUTEM.

Dulce mihi est saepius tuae scribere reverentiae[c], pater optime, si portitorum fides et oportunitas adfuisset. Tamen si carta non currat, caritas non dormitat, sed suaviter vigilat et salubriter memorat paternitatis vestrae pietatem, qua me licet minus dignum in filii dignitatem suscepisti, familiaritate fovisti, ammonitione roborasti. Quae omnia pius cunctorum remunerator bonorum aeterna tibi mercede retribuere dignetur[d].

Liudgarda vero, femina religiosa[4], Deo fidelis et regi, scutellam argenteam et unum storacen in aelymosynam sui vestrae sanctitati direxit, ut videatur dividendum secundum voluntatem Dei. Et quia ego, filius tuus, mediator in hac legatione sum, obsecro, ut eam in filiae dilectionem suscipere digneris. Habet enim voluntatem bonam prodesse[e] servis Dei et sanctae suae ecclesiae. Quapropter diligentius deprecamini pro salute et prosperitate illius, ut divina illam gratia longeva custodiat sospitate.

---

a) studeat *H.* b) adullatio *H.* c) dierum *H.*
190. a) Epistola Albini magistri ad Petrum archiepiscopum *A 1.* b) Alb *H.* c) reventiae *H.* d) *cetera om. A 1.* e) prodisse *H.*

1) *Cf. supra ep. 129 p. 192:* Similiter et per ecclesias Christi perierunt doctores veritatis. 2) *Cf. supra p. 167 l. 22.* 3) *Mediolanensi 784—803, qui et ipse a. 794. synodo Francofurtensi cum Alcvino interfuit, cf. supra p. 313.* 4) *Cf. supra p. 94 n. 1.*

c. 796 — c. 800.

191.

Alcvinus de intermisso cum Ricbodo archiepiscopo Trevirensi litterarum commercio queritur; ad horam expetit quaedam Leonis et Bedae scripta. Ad Sanctum Martinum invitat. *c. 796 — c. 800.*

Cod. H fol. 18'—19[a].
Edd. F 197, J 197. — Migne col. 442.

MACHARIO PATRIARCHAE[1] ALBINUS SALUTEM.

Eccli. 20, 32. Quid proficit sapientia abscondita vel thesaurum invisum, vel caritas muta? Num ignis in silice, nisi excutiatur, flammifacit[b]? Quare tua, frater carissime, caritas taciturnitate obmutescit? Cur non movebis linguam ad dictandum, manum ad scribendum? Quid talentum humo obruis? Quare ammonitoria non currit cartula? Legat quid desiderat; consideret quid faciat. Timeo, ne Muslense bacha[c 2] litterae submersae sint: tamen si tua taceat mihi fistula, aliis obsecro resonet, ut excitentur dormientes et sanentur languentes, et aures surdorum audient, et claudi viam disciplinae Dei currere[d] certent, ut fiat merces monstranti viam veritatis. Scriptum est:
Apoc. 22, 17. 'qui audiat, dicat veni'.

Vocatus fui, sed infirmitas praepedivit iter meum[3]. Vos loquimini quae[e] Deo placeant et ad sanam pertineant doctrinam. Omeliam sancti Leonis et tractatum beati Baedae in Tobia, deprecor, ut ad horam prestes nobis. Sed ut video porrectam habes manum ad accipiendum et collectam ad dandum. Iter vero, quod restat viae nostrae, deprecor sanctis orationibus vestris adiuvari. ut ad portam perpetuae civitatis pervenire merear.

Si veniens veneris, excipiet te dextera Dei patris et adiuvaverit te intercessio sancti Martini[4]. Florentem te in omni bono et proficientem in sancto sapientiae studio divina comitetur et provehat[f] gratia, dilectissime frater.

192.

Alcvinus Theodulfum Aurelianensem episcopum rogat, ut de ea, quam habeat, vini copia sibi mittat, neque vero de novo, sed de vetere vino. *796—800?*

Cod. H fol. 106'—107.
Edd. F 194, J 153. — Migne col. 394.

PONTIFICI MAGNO ET PATRI VINEARUM TEODULFO[a] ALBINUS SALUTEM.

1. Paral. 27, 27. Legimus in paralipomenon cellis praeesse vinariis[b] Zabdiam tempore David, Deo dilectissimi regis. Modo miserante Deo meliori populo secundus praeest David[5] et sub eo nobilior Zabdias[6] cellis praeest vinearum. Quem ordinata caritate introduxit

---

191. a) *Lemma:* Ad Ricbodum archiepiscopum cognomento Macharium *H.* b) flāifac̄ *H.* c) muslense bacha *H* (muslense ba *ab eadem manu in litura posita sunt*). d) concurrere *H.* e) quod *H.* f) proveat *H.*

192. a) Teotulfo *H.* b) vinaris *H.*

1) *Ricbodo archiepiscopo Trevirensi 781—804, 1. Oct.* 2) *Cf. Ad Samuhel. episc. v. 21 (Poet. Carol. I, 228):* tota Senonia bachis. 3) *Cf. infra ep. 242:* Vocatus fui ad dominum meum David, sed infirmitate tardatus non veni. 4) *Turonensis.* 5) *Carolus rex.* 6) *Theodulfus. Alcvino vinum non iniucundum fuisse Theodulfus his versibus demonstrat (Poet. Carol. I, 488 v. 191 sqq.):* Et pater Albinus sedeat pia verba daturus, | Sumpturusque cibos ore manuque libens. | Aut si, Bache, tui aut Cerealis pocla liquoris | Porgere praecipiat, fors et utrumque volet, | Quo melius doceat, melius sua fistula cantet, | Si doctrinalis pectoris antra riget: *V. Alcv. c. 23 (SS. XV, 195):* Utebatur isdem pater . . propter carnis infirmitatem vino modico.

rex in cellam vinariam[1], ut scolastici floribus fulcirent eum et stiparent malis amore 796—800?
languentium[2], illius, qui laetificat cor hominis.

Iam si desit qui confirmet[3], forte non deest qui laetificet[4] in cellis Aurelianis;
dum spes est in vinea florente, non in ficulnea arescente. Quapropter Ionathan, con- Cf. Matth. 21, 19.
siliarius David, homo literatus, mittit ad Zabdiam dicens: 'Mane surgamus; videamus, 1. Paral. 27, 32.
quam bene vinea floreat Sorech; cantantibus celeuma super eam[5], diriventur fontes Iudic. 16, 4.
cellarii foras'[6]. At nunc apertis apotecis[a] caritatis clavibus, a procuratore[b] vineae
caelebretur versiculus iste per turres Aurelianas: 'Comedite amici mei, bibite et in- Cant. 5, 1. 2.
ebriamini. Ego dormio in dulcedine, et cor meum vigilat in caritate; venite et Isai. 55, 1.
accipite absque ulla commutatione vinum et lac. Guttur meum sicut vinum optimum, Cant. 7, 9.
dignum dilecto meo ad potandum labiisque illius ruminandum. Ego dilecto meo et ib. 6, 2.
dilectus meus mihi'.

Non est dicendum: 'Expoliavi me tunica[c] mea, quomodo induar illa? lavi pedes ib. 5, 3.
meos, quomodo inquinabo illos? Non possum surgere et dare tibi'. Si forte tres[d] Luc. 11, 7.
panes non sunt ad manum[7], qui defecerunt[8] in sitarchiis Gabaonitarum[9], Christo bene- Cf. Ioh. 2, 7.
dicente, septem hydriae plenae sunt vini optimi, quod servabatur usque adhuc[10]. Ex
quo architriclino Turonicae civitatis, mandante filio virginis, miscendum[11] quis ignorat?

Et hoc servandum est, ne mittatur vinum novum in utres veteres. 'Et nemo Luc. 5, 37. 39.
bibens vetus, statim vult novum: dicit enim: Vetus melius est'.

Beatus, qui loquitur in aurem[e] audientem. Valeto in pace, carissime frater! Eccli. 25, 12.

193.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi scribit de suo erga eum amore. Se diligenter se praeparare ad disputationem cum Felice episcopo Urgellitano habendam. Sperat fore, ut aestate eum videat. De Candido; de libris remittendis; de Hildegario; de Adelberto et Alimo episcopo Sabionensi; de festo omnium sanctorum[12].

800 ante Mart. 19.

Codd. S 1 fol. 145'—148' (S 1 fol. 57'—61').*
Edd. M 18, F 76, J 134. — Migne col. 294.

AQUILAE INTER OMNES ALPINE CELSITUDINIS AVES[a] CARISSIMO ALBINUS SALUTEM.

O si mihi translatio Abacuc[13] esset concessa ad te: quam tenacibus tua colla Dan. 14, 35.
strinxissem, o dulcissime fili, amplexibus; nec me longitudo aestivi diei fessum efficeret,
quin minus premerem pectus pectore, os ori adiungerem, donec singulos corporis
artus dulcissimis oscularer salutationibus. Sed quia hoc peccata mea inpediunt, ut in
tardo corpore fieri valeat, quod possum, instantius efficiam; pennam caritatis lacrimoso
intingens gurgite[14], ut suavissima salutationis verba scribantur in cartula[b]; ut per

---

a) apotecis *scripsit J. pro* apotecae *H.* b) procuratori *H.* c) tonica *H.* d) *superscriptum est inter* tres *et* panes: X *H.* e) aure *H.*

193. a) avis *S 1.* b) cartola *S 1.*

1) *Cant. 2, 4:* Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem. 2) *Cant. 2, 5:* Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo. 3) *Ps. 103, 15:* et panis cor hominis confirmet. 4) *Ps. 103, 15:* et vinum laetificet cor hominis. 5) *Ierem. 48, 33:* nequaquam calcator uvae solitum celeuma cantabit. 6) *Prov. 5, 16:* deriventur fontes tui foras. 7) *Luc. 11, 5:* Amice commoda mihi tres panes. 8) *Cf. supra:* Iam si desit, qui confirmet *i. e. panis.* 9) *2 Reg. 21, 1:* Facta est quoque fames in diebus David; *2:* Vocatisque ergo Gabaonitis *cet.* 10) *Ioh. 2, 10:* Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. 11) *Ioh. 2, 8:* Et dicit eis Iesus: Haurite nunc et ferte architriclino. 12) *Ante diem 19. Martii hanc epistolam scriptam esse ex ep. 194 intellegitur. J.* 13) *Cf. supra p. 36 n. 2.* 14) *Cf. Alcvin. XVII ad Paulin. v. 1 (Poet. Carol. I, 239):* Tingue tuos calamos, caritas, in gurgite Christi; *XVIII v. 1:* Tingue semel calamum, caritas, in gurgite Christi.

800 ante Mart. 19.

manus currentis viatoris veniat ad filium caritatis meae, qui est pater meritis, frater caritate, filius aetate, ut me legat lugentem, quem non aspicit laetantem. O dura divisio gravis[a] ponderis in corpore, o dulcis coniunctio in dilectionis visceribus; o vera fraternitas, quae numquam dividitur, quae non minus in absente ardet, quam in praesenti clarescit. In hac, obsecro, nostra tecum semper vigeat memoria; uti fragilitas nostra vestris fulciatur orationibus et non recedat de corde nomen diligentis te; sed in Christo sit unitas, sine quo nulla perfecta est caritas.

Multas habemus curiositates de fide catholica, quia plurimi sunt inpugnatores[1]. Ideo nobis necessarium est multorum fulciri intercessionibus; ut multis, divina donante gratia, prodesse[b] possimus. (2. Tim. 3, 1.) Tempora sunt periculosa, et tribulatio super tribulationem semper advenit. Populus in aegestate, principes in labore, ecclesia in sollicitudine, sacerdotes in quaerelis; omnia turbata sunt.

(Eccli. 35, 26.) Tamen ille credo miserebitur, cuius misericordia speciosa est in tempore tribulationis. Cuius te laudi et honori[c] semper insistere multum gavisi sumus. Reficit enim spiritum nostrum Candidus de relegiosa vita vestra, sive domo[d] sive in itenere[2]. Ideo non est mihi admonere facientem nec plena in plena[e] implere, sed congaudere gaudentibus et in tuis profectibus Deum laudare. (Ioh. 6, 28. ib. 12, 36.) Dum poteris, operare opera Dei: et dum lucem habeas, curre, donec pervenias ad bravium supernae beatitudinis. (Philipp. 3. 14.)

Utinam, ut citius superveniente aestate te mereamur videre. Nam medio Maio, perficiente Deo, ad palacium[3] me esse arbitror, secundum quod domnus rex demandavit nobis. Et Felix[4], novitatis adsertor, habet iuratum venire ad domnum[f] regem rationem reddere fidei suae[5]. Ideo diligentius orate pro nobis. Ego vero, vernaculus sanctae Dei ecclesiae[6], vobiscum stare habeo; et quod sacerdotum Christi unanimitas credit et praedicat, in hoc ego laboro: et cum meis loquor et pro filiis sanctae Dei ecclesiae aperiam os meum, si ille implebit illud, qui ait: 'Aperi os tuum, et ego implebo illud'; (Ps. 80, 11.) desiderans docere viam Domini, et confirmare titubantes, et exhortari stantes, et erigere iacentes per eum et in eo, qui erigit elisos et solvit compeditos dominus Iesus Christus. (ib. 145, 8. ib. 145, 7.) Pro quo mihi et per quem mihi sermo est, ut cum verum Deum et verum filium Dei omnibus, volentibus vel nolentibus audire, testamur.

Libellos nostros, quos Hildegarius portavit de Sancto Martino, id est sancti Ambrosii de fide catholica ad Gratianum imperatorem et tractatus in prophetas Iohel et Amos, hos vero libellos, si in monasterio[7] remansissent, omnimodis tecum adfer, si venias; sin[g] autem, remitte nobis. Si vero portasset secum, mittatur ut reddat: ut benedictionem sancti Martini habeat. Quia de illius sunt armario; quem nihil per nos perdere optamus.

Illum vero praefatum puerum[8] bene fecisti, dum dedisti eum saeculo servire, quia studium ecclesiasticae vitae noluit insisti[h]. Et non mihi irascaris contra eum: sciebam illum nolle, quod vos velle sciebam. Sed nolui, ut per me a te separaretur[i], qui ad[k] te sanguine pertinebat, timeo non spiritu. Tamen non est desperandum[l] de eo; (Matth. 3, 9.) 'potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae'.

Benefac obsecro Mago[9] meo nigro; erit enim utilis in domo Dei. Semper, cum

a) gravi *S 1.* b) prodisse *S 1.* c) honore *S 1.* d) *sic pro* domi *S 1.* e) implena *S 1.* f) domum *S 1.* g) sint *S 1.* h) *sic S 1 pro* insistere. i) seperaretur *S 1.* k) a *S 1.* l) disperandum *S 1.*

1) *Cf. infra ep. 209.* 2) *Itaque Candidus cum Arnone in Italia anno 799. fuisse videtur, cf. infra ep. 207.* 3) *Aquisgranense. Sed hic Alcrini ad palatium accessus postea in medium mensem Iunium dilatus est, v. ep. 207 infra.* 4) *ep. Urgellitanus, cf. Adr. Felic. I c. 17 (Opp. ed. Frobenius I, 798):* o Felix huius novitatis assertor. 5) *cum ipso Alcrino disputaturus.* 6) *Adr. Felic. l. VII c. 1 (ibid. 847):* ego tantillus ecclesiae Christi vernaculus. 7) *Salisburgensi.* 8) *Hildegarium; de quo cf. supra p. 312 n. 2.* 9) *Aedilbercto, Adelberto (cf. supra p 254 et infra ep. 258, versus ad Macarium episcopum, Poet. Carol. I, 249. 269; Vitam Alc. c. 16, SS. XV, 193), postea abbati Ferrariensi.*

nobiscum fuit, bonam habuit voluntatem et humilitatem, seu in servicio Dei seu etiam in lectionis studio. Et quicquid ille accepisset[1], fac eum partiri[a] cum plurimis: ut sermo Dei crescat in ecclesia, cui Deo dispensante deservies. 800 Mart. 19.

Saluta, obsecro, omnes fratres nostros in pace et caritate patremque nostrum Alimum episcopum[b][2] et ceteros consacerdotes vestros. Hortare illos semper ad praedicationis officium. Memento, dum pallium accepisti[3] ab[c] apostolica sede, maius te accepisse onus et debitorem esse omni personae et dignitati[d] fiducialiter verbum Dei praedicare. Noli, noli tacere; sed clama et non cesses, exalta sicut tuba vocem tuam (Isai. 58, 1.) et ostende omnibus viam salutis aeternae, et dic: 'Currite, haec est via regia, haec est strata publica, quae ducit ad palacium dei Christi; in quo est pax, laus[e] et gloria, ad quem[f] pervenientes memores estote mei'.

Kalendis[g] Novembris solemnitas omnium sanctorum[4]. Ecce, venerande pater Arne, habes designatam solemnitatem omnium sanctorum, sicut diximus. Quam continue in mente retineas et semper anniversario tempore colere non desistas; adtendens illud et intente considerans, quoniam, si Helias, unus ex illis in vetere testamento, (Iac. 5, 17. 18.) oratione sua, dum voluit, claudere caelum potuit praevaricatoribus et aperire conversis, quanto magis omnes sancti in novo testamento? ubi eis specialiter et patenter[h] claves regni caelestis commissae[i] sunt, et claudere caelum possunt incredulis et aperire cre- (Matth. 16, 19.) dentibus, si intima dilectione honorificantur a fidelibus et coluntur glorificatione eis condigna. Quod ut fieri digne possit a nobis, lumen verum, quod inluminat omnem (Ioh. 1, 9.) hominem, Christus Iesus inluminet corda nostra, et pax Dei, quae exsuperat omnem (Phil. 4, 7.) sensum, per intercessionem omnium sanctorum eius, custodiat ea usque in diem aeternitatis. Hanc solemnitatem sanctissimam tribus diebus ieiunando, orando, missas canendo, et elimosinas dando pro invicem sincera devotione precedamus.

194.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi pro muneribus missis gratias agit. Addit de disputatione cum Felice episcopo Urgellitano habenda; cui et Paulinum patriarcham Aquileiensem et Arnonem interesse cupit. De libris remittendis; de Adelberto.

800 Mart. 19.

Codd. S 1 fol. 134'—135' (S 1 fol. 35'—37).*
Edd. F 77, J 135. — Migne col. 296.

DILECTISSIMO FILIO AQUILAE ALBINUS SALUTEM.

Acceptis sacerdotalibus dilectionis tuae muneribus cum magno gaudio et laetitia, simul et suavissimis litteris, in quibus omni favo dulcior redolebat mihi caritas. Et quam saepius probavi semper amavi. Et quadam familiaritate intra cordis mei arcana quasi thesaurum desiderabile tuae faciei et nominis memoria reconditur, et quod nigrum in capillis videtur[5] candidum in corde amatur.

---

a) partire *S 1.* b) epo *S 1.* c) ab *addidit Frobenius.* d) dignitate *S 1.* e) locus *S 1.* f) quo *S 1.* g) Kalendis — praecedamus, *quae fol. 148' codicis S 1 exstant, librarius ab epistola praecedente separare voluisse videtur, om. S 1*.* h) patienter *S 1.* i) commisę *S 1.*

1) *didicisset.* 2) *Sabionensem, cf. librum confraternitat. S. Petri (Necrol. Germaniae II, 12), ubi in ordine episcoporum vivorum vocatur* Alini episc. et congr. ipsius; *Poet. Car. II, 639 V, 5.* 3) *anno 798; v. supra p. 246 n. 1; p. 286 n. 3.* 4) *Cf. ad hunc locum Hauck Kirchengesch. II, 409.* 5) *Cf. ep. 239 infra:* non propter nigros in capite capillos.

800 ante Apr. 19. Sed omnimodis obsecro, si fieri possit, hoc anno[a] superveniente videam dulcissimos oculos Aquilae meae, ut eam amplecter, deosculer, non solum ore, sed etiam toto corde.

Iam pridem tuae caritati longiorem scripsi epistolam[1], et direxi Chlotario fratri[2], ut per vestros homines ad vos perveniret. Ideo paucis modo sermonibus loquor in hac praesenti cartula.

Mart. 19. Venit enim XIIII. Kal. April. mihi epistola vestra cum muneribus: et ego statim hanc scripsi desiderans te multum videre. Iam Deo volente medio mense Maio apud regem cogito esse, quia Laidradus[3], filius noster, adducere habet Felicem[4] illum, cum quo nobis sermonis contentio est. Et utinam Paulinus[5] noster carissimus pater veniat. Si tibi causa oportuna fiat, multum desidero, ut te habeamus praesentem. Quia multa[b] tecum habeo conferre, quae per cartam propter infidelitatem portantium nolo indicare.

Tu vero caucius esto inter hostilia arma. Tuum est praedicare, non pugnare[6]; pacificare, non discordare; revocare ad vitam, non in mortem mittere: sicut tua optime novit sanctitas.

Hildegarius duos libros Sancti Martini secum portavit, sicut in alia epistola[7] tibi designavi. Rogo, ut facias venire. Hoc est sancti Ambrosii de fide, et tractatus[c] in Iohel et Amos prophetas.

Et Magum[8] meum saluta et fac illi bene. Bonus est enim frater. Et omnibus filiis ecclesiae sancti Rotberti[d 9] facias bene. Et saluta omnes in nomine Albini; et ceteros consacerdotes tuos. Et orate pro nobis.

2. Thess. 3, 5. Et dominus Deus dirigat corda nostra et sensus nostros ad salutem plurimorum; ut proficiat et clarescat verbum Dei in auribus multorum et in corde recondatur fides catholica. Deus Dei filius Iesus Christus dominus noster te tuosque fideles custodiat et florere faciat in caritatis officio et fidei veritate semper in aeternum, dilectissime fili.

195.

Alcvinus Gislae abbatissae Calensi, sorori Caroli regis, et Rotrudae filiae eiusdem mittit partem commentarii in evangelium Iohannis. Scribit se iussu regis in emendando testamento et vetere et novo occupatum esse. *800 ante Apr. 19.*

Codd. S. Galli 275 (G) s. IX. p. 209—210; Colon. eccl. cathedr. CVIII s. IX. fol. 157; Valentian. 76 (74) fol. 74, quem contulit Sackur.

Edd. Quercetanus col. 589—590, Frobenius I, 591, J 136. — Migne col. 923.

CARISSIMAE IN CHRISTO SORORI GISLANAE[a 10] ET FILIAE DEO DEVOTAE COLUMBAE[11] HUMILIS LEVITA ALCVINUS SALUTEM.

Ad solatium sanctitatis vestrae hunc libellum[12] direxi, commatico[b] sermone dictatum, ut eum habeatis his diebus ad exercendam in eo vestram sanctam[c] devotionem.

194. a) *sine dubio scripserat Alcvinus* hac aestate; *cf. ep. 193. J.* b) multum *corr. in* multa *S 1.* c) tractus *S 1.* d) ecclesiae sancti Rotberti *scripsit J. pro* sanctae ecclesiae Ratbertum *S 1.*

195. a) Gyslanae *C.* b) comatico *G, C.* c) *om. V.*

1) *ep. 193 supra p. 318.* 2) *De quo cf. Ann. S. Amandi brev. 828:* Lotharius monachus obiit; *Elnonens. min. 828:* Obiit Lotharius custos Helnonensis coenobii *(SS. II, 184; V, 11); Alc. Carm. (Poet. Carol. I, 306) v. 13:* Hlotharius custos fecit mandante magistro. *De codicibus ab eodem scriptis cf. L. Traube (Centralbl. für Bibliothekswesen a. 1892, IX, 87).* 3) *episcopus Lugdunensis.* 4) *episcopum Urgellitanum.* 5) *patriarcha Aquileiensis.* 6) *Cf. supra ep. 2 p. 19:* Nec te bellantium armis nullatenus inmiscere consentias. 7) *ep. 193 supra p. 319.* 8) *Aedilberctum, v. supra p. 320 n. 9.* 9) *Salisburgensis.* 10) *abbatissae Calensi, sorori Caroli regis.* 11) *i. e. Rotrudae, filiae Caroli regis; v. epp. 196 et 213 infra.* 12) *complexum partem commentarii in Iohannis evangelium. V. ep. 214 infra:* eam partem, quam vobis anno transacto direxi; *Vit. Alcvini c. 21 (SS. XV, 195):* Postulantibus feminis Gisla et Richtrude honestissime super evangelium Iohannis partim de suo, partim de sancto Augustino mirabile opus composuit.

Quia optimum[a] est in tali[b] studio hos sanctissimos peragere dies; et maxime in beati Iohannis evangelistae evangelio, in quo sunt altiora mysteria divinitatis, illius quoque evangelii sanctissima verba domini nostri Iesu Christi, quae locutus est ea nocte, qua tradi voluit pro mundi salute. 800 post Apr. 19.

Totius forsitan evangelii expositionem direxerim vobis, si me non occupasset domni regis praeceptum in emendatione[c] veteris novique testamenti[1]. Tamen, Deo auxiliante et vita comite, cum[d] coeptum opus secundum oportunitatem temporis explevero, vestroque nomini consummatum dedicabo[e].

Nunc vero in presenti deprecor, ut nostri nominis habeatis memoriam in sanctis sacris[f] orationibus vestris. Et[g] hoc tempus sanctissimum in servitio sanctitatis et relegione castissimae vitae et in lectionis studio prospere peragatis, quatenus ad sanctum pascha[2] pervenientes condignis laudibus resurrectionem domini nostri cęlebrare valeatis.

Opto vos semper valere et in omni pietatis exercitio florere, carissimae[h] dominae.

196.

Gisla abbatissa Calensis, soror Caroli regis, et Rodtruda filia regis Alcvinum hortantur, ut coeptam evangelii Iohannis explanationem sibi absolvat. *800 post Apr. 19.*

Codd. S. Galli 275 (G) p. 3—5, Monac. (S. Emmer.) 14391 (E) fol. 4—5, P fol. 131'—133 (P fol. 88—90), Valentian. 76 (74) fol. 1—1', quem contulerunt Bethmann et Sackur; Parisinus 12279 s. X. fol. 59 (O). Exstat etiam in codd. eccl. cathedr. Coloniens. CVII s. IX. fol. 2—3, Dusseldorp. B 4 saec. X. (Pertz Arch. XI, 747).*

Edd. Quercetanus col. 373—376, Frobenius I, 460—461, J 137. — Migne col. 738.

VENERANDO PATRI NOBISQUE CUM SUMMO HONORE[b] AMPLECTANDO[c] ALBINO MAGISTRO[d] HUMILLIMAE CHRISTI FAMULAE GISLA[e][3] ET RODTRUDA[f][4] PERPETUAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Postquam, venerande magister, aliquid de melliflua sanctae scripturae cognitione[g], vestra[h] sagacitate[i] exponente, hausimus[5], ardebat nobis, ut fatemur, de die in diem desiderium huius sacratissimae lectionis, in qua purificatio est animae, solatium mortalitatis nostrae et spes perpetuae beatitudinis[6]. In qua beatus vir iuxta psal- Ps. 118, 97.

---

a) obtimum *G.* b) ta *V.* c) emendationem *V.* d) cum *alia manus addidit in C; om. G.* e) dedicavero *G, corr. in* dedicabo *C.* f) sacrosanctis *emendavit Frobenius.* g) ut *V.* h) karissimae *G.*

196. b) studio *P.* c) amplectendo *G, E, P.* d) nostro *add. P.* e) Gysla *V.* f) Richtruda *E, O;* Rihctruda *V;* Rectrudis *P (Haec altera nominis forma Anglosaxonica* Riethryth *fuisse videtur, cf. Simeon. Dunelm. a. 786 p. 51, librum vitae eccl. Dunelm. p. 3).* g) cognitioni *E.* h) vestrae *E, P, O.* i) sagacitati *E, O.*

1) *Cf. Caroli M. epistolam de Pauli homiliario datam (Capitul. reg. Francor. I, 80):* Inter quae iam pridem universos veteris ac novi instrumenti libros librariorum imperitia depravatos Deo nos in omnibus adiuvante examussim correximus; *Angelomi Comment. in Genes. c. 17 (Pez Thesaur. anecd. I, 1, 148):* Unde siquidem ferunt, quod pater Albinus in bibliotheca, quam Karolo principi correxit, quod nos etiam oculis diligenter inibi conspeximus, emendare curavit, videlicet sine uno R Saraam et duo A. 2) *ad d. 19. Apr.* 3) *abbatissa Calensis, soror Caroli regis.* 4) *filia Caroli regis.* 5) *partem commentarii in evangelium Iohannis, ab Alcvino ante d. 19. Apr. 800. missam; v. supra n. 2. J.* 6) *Cf. Versus Theodulfi ad Carol. reg. v. 109—114 (Poet. Carol. I, 486):*

Quod si forte soror fuerit sanctissima regis,
Oscula det fratri dulcia, frater ei.
Talia sic placido moderetur gaudia vultu,
Ut sponsi aeterni gaudia mente gerat.
Et bene scripturae pandi sibi compita noscat.
Rex illam doceat, quem Deus ipse docet.

800 mistam cotidiana se ipsum exercet meditatione; intellegens omnibus seculi[a] divitiis
post Apr. 19. huius[b] esse agnitionem[c] praeferendam. neque[d] aliam esse veram sapientiam, nisi
quae humano generi secundum dispensationem divinae providentiae caelestis gratia
administravit. Haec est manna, quae sine fastidio satiat, sine defectu pascit[e]. Haec
Cf. Luc. 1,6. sunt divinae segetis[f] grana[g], apostolicis fricata manibus atque per eos fidelium epulis[h]
animarum apposita.

Sed duo valde nobis contraria cotidiana tristitia parvitatis nostrae mentem fatigant.
Unum, quod tardius huius optimi studii diligentiam habuimus: aliud, quod modo magnam
habentibus devotionem vestra longinquitas desiderio nostro satis[i] obsistit[k].

Sed vestram[l], carissime doctor, deprecamur pietatem[l], ne nos litterarum tuarum
solatio deseras[m]. Poteris te ipsum nobis quaerentibus per litterarum officia ostendere,
ut intellegatur vox tua in archano cordis nostri desiderio. Nam, sicut loquentis
lingua in aure audientis, ita scribentis calamus proficit in oculo legentis; et ad interiora
cordis pervenit sensus dirigentis sicut verba instruentis.

Quapropter, beatissime pater, noli te ipsum nobis negare. Inriga salutiferi[n] fontis
Ioh. 4, 14. unda pectora[o] nostrae parvitatis arentia[p]. Scimus in te esse fontem viventis aquae,
qui, Domino dicente, saliet in vitam aeternam. Nolumus[q], ad[r] te pertineat quod
Eccli. 41, 17. Salomon ait de eis, qui suam solent celare sapientiam: 'Thesaurus occultatus[s] et[t]
sapientia abscondita, quae utilitas in utrisque'? sed magis Domino dicente per pro-
Ps. 80, 11. phetam: 'Aperi os tuum et ego adimplebo illud'.

Aperi os tuum in sacratissimam, Spiritu sancto inspirante, beati Iohannis evangelistae[u]
expositionem: et venerabiles sanctorum patrum pande nobis sensus. Collige
multorum margaritas in spiritalis thesauri cubile et pasce ex eo pauperes Christi.
Matth. 15, 32. Noli nos ieiunas dimittere, ne deficiamus in via.

Habemus siquidem clarissimi doctoris Augustini[v] homeliatico[w] sermone explanationes
in eundem evangelistam[u], sed quibusdam in locis multo obscuriores maiorique
circumlocutione decoratas, quam nostrae parvitatis[x] ingeniolo intrare valeat. Sufficit
vero nostrae devotioni[y] de rivulis dulcissimae aquae potare, non profundissimis[z] gurgitum
fluminibus nostras[a] inmittere carinas. Scis enim optime[b] parvis parva sufficere,
nec ad mensam magnatorum[c] pauperum[d] turbam accedere posse. Nec nostrum est
Luc. 19, 3. 4. altissima cedrorum cacumina ascendere, sed cum Zacheo pro brevitate staturae[e] no-
strae stare in sycomoro[f] Iesumque cernere transeuntem; continuisque deplorare preci-
bus, ut nos suis dignas efficiat conviviis vobiscumque[g] dulcissimum epithalamii[h]
Cant. 1, 3. paradigma decantare: 'Introduxit nos rex in cellaria sua; exultabimus et lactabimur
in eo'.

Memento clarissimum in sancta ecclesia divinae scripturae doctorem, beatissimum
siquidem Hieronimum[i], nobilium nullatenus spernere feminarum preces, sed plurima
illarum nominibus in propheticas obscuritates dedicasse opuscula: saepiusque de
Bethleem[k] castello, Christi dei[l] nostri nativitate consecrato, ad Romanas[m] arces epistolares
iisdem[n] petentibus volare cartulas[o], nec terrarum longinquitate vel procellosis
Adriatici maris fluctibus territum, quin minus sanctarum virginum petitionibus adnueret[p].

---

a) seculi — fricata manibus *om. P.* b) huis *E.* c) cognitionem *E.* d) Nam neque *V.* e) pascitur *E.* f) segitis *O.* g) quae *add. G, E;* que *V.* h) aepulis *V.* i) *om. P.* k) obsissit *E, P.* l) vestra — pietate *P.* m) deserens *P.* n) salutifera *G.* o) pectore *P.* p) aretia *P.* q) *add.* ut *Frob.* r) a *O.* s) occultus *V.* t) et — utilitas *om. P.* u) euuang. *V.* v) Agustini *G, P.* w) omelia cum *P;* omeliatico *V.* x) parvitatibus *P.* y) devotionis *E, P, V.* z) profundissimos *P.* a) nostra *P.* b) obtime *V.* c) magnatum *V.* d) pauperem *E, P, V.* e) nostrae stat. *O.* f) sicomoro *V.* g) vobisque *V.* h) epithalamium *G, P, V.* i) Ieronimum *V.* k) Behtlehem *V;* Bethlem *O.* l) domini *P.* m) Romanos *P.* n) isdem *G, P, O;* hisdem *E;* idest *corr. in* idem *V.* o) irculas *V.* p) annueret *E, P, V.*

Minore vadosum Ligeri[a] flumen quam Tyrreni[b] maris latitudo periculo navigatur. 800 Et multo facilius cartarum portitor[c] tuarum de Turonis Parisiacam[d] civitatem, quam Apr.—Iun. illius de Bethleem[e] Romam, pervenire[f] poterit.

Noli tuae devotionis nobis subtrahere scientiam, noli accensam in te lucernam modio subponere[g], vel torpentis lectuli quiete abscondere, sed praecelso superpone Matth. 5, 15. eam candelabro, ut luceat omnibus, qui in domo Dei sunt. Intra sanctorum gazophilatia[h] doctorum et profer nobis, veluti doctissimus scriba et a Domino laudatus, nova Cf. ib. 13, 52. et vetera. Aderit tibi in itinere huius laboris illius gratia, qui duobus discipulis euntibus[i] in via[k] tertium se socium[l] addidit et aperuit[m] illis sensus[n], ut sanctas in- Luc. 24, 45. tellegerent scripturas. Quomodo poteris te ipsum a culpa taciturnitatis apud eum excusare qui ait: 'Omni petenti te da'; maxime dum nullatenus tibi minuetur quod ib. 6, 30. dederis, sed datum magis augetur.

Spiritus paraclitus[o] omni veritatis doctrina[p] et perfectae caritatis scientia vestra[q] impleat pectora, dulcissime magister[r].

197.

Alcvinus Carolum regem de mortua Liutgarda regina consolatur precesque pro ea addit. *800 Iun. 4. aut paulo post.*

Codd. T fol. 38'—39' (T fol. 35), L fol. 196'—199*[a].
Edd. Q 21, F 90, J 138. — Migne col. 320.

DOMINO PIISSIMO ET PACIFICO REGI ET PRAESTANTISSIMO TRIUMPHATORI AETERNAE BEATITUDINIS GLORIAM ET SALUTEM.

Domine Iesu, spes nostra, salus nostra, consolatio nostra, qui clementissima voce omnibus sub[b] pondere cuiuslibet laboris gementibus mandasti, dicens: 'Venite ad me Matth. 11, 28. omnes, qui laboratis et onerati[c] estis, et ego reficiam vos'. Quid hac promissione iocundius? Quid hac spe beatius? Veniat ad eum omnis anima merens, omne cor contritum, fundens lacrimas[d] in conspectu misericordiae illius[e]; neque abscondat vulnera sua medico, qui ait: 'Ego occidam et vivere faciam; percutiam et ego sanabo'. Deut. 32, 39. Flagellat miris modis, ut erudiat filios[f], pro quorum[g] salute unico non pepercit filio. Rom. 8, 32.

Quis contra nos, si Deus pro nobis? Quis contristat, si Deus laetificat? Nolo, ib. 31. a Deo dicatur tibi: 'O anima, quid gemis? quid plangis[h] iudicia mea? Ego dedi, ego Iob 1, 21. abstuli. Quid habes absque[i] me? Cur tibi displicet, quod mihi placet? Omnia, quae Cf. 1. Cor. 4, 7. habes, mea sunt beneficia, non tua propria. Te ipsam[k] para, ut possis particeps esse beatitudinis meae. Propter te descendi et patiebar quae legisti in litteris meis, ut Cf. Ioh. 14, 23. tibi[l] praepararem[m] mansionem in domo patris mei. Noli tardare soror mea, sponsa Cant. 2, 10. mea, surge, propera et veni[n] ad aepulas gloriae meae. Magna sunt, beata sunt, inconparabilia sunt, quae praeparavi tibi. Et quamvis magna sint, noli tu tamen aestuare vel dubitare de pretio. Regnum meum[o] tantum valet, quantum tu es. Te[p] ipsam da, et habebis[q] illud. Rex aeternus concupiscit speciem tuam. Non sit in te ruga Ps. 44, 12. Eph. 5, 27.

---

a) Ligeris *V.* b) terreni *V, E, P, O, corr. in* Tyrreni *G.* c) portator *P.* d) Parisiam *P.* e) Behtleem *V;* Bethlem *O.* f) *reliqua om. P.* g) suppon. *V.* h) gazofilatia *E, V, O.* i) venientibus *V.* k) ira *V.* l) sotium *V.* m) et aperuit *om. P.* n) sensum *E, P.* o) paracletus *E;* parachlitus *V.* p) doctrinae *O.* q) nostra *V.* r) amen *add. O.*

197. a) *Lemma:* Epitaphium Liodgardae feminae nobili *T.* b) sup *T.* c) laborasti et onerate *L.* d) fudens lacrimans *L.* e) illis *T.* f) in filios *T, L.* g) corum *L.* h) plagis *L.* i) alique *L.* k) Sed te ipsum *L.* l) ti *T.* m) praeparem *T.* n) venis *L.* o) tuum *T.* p) *om. L.* q) habis *L.*

800 vel macula. Si quid pulveris ex terrena habitatione inhaeserit[a] tibi, lacrimis lava, Iun. 4. aut paulo post. ut te speciosam, pulchram, et[b] desiderabilem inveniat, qui te concupiscit'.

Noli de alterius ingemescere felicitate: quae[1] spinosos[c] finivit labores, et volavit Gen. 3, 19. ad eum, qui fecit illam. Talis est post sententiam primae damnationis conditio fragilitatis nostrae: nascimur, ut moriamur; morimur[d], ut vivamus. Numquid non felicior est vitae ingressus quam mortis[2]?

Fertur quendam[3] respondisse, dum de filii sui consolabatur morte: 'Sciebam me inquit[e] mortalem genuisse'[4]. Cur plangimus[f] quod vitare non possumus[5]? Saepe dolor tempore[g] sanabitur, qui ratione non poterit.

Mittamus munuscula caritatis post caros nostros. Offeramus munus[h] salutis nostre pro illis. Misereamur miseris, ut misereatur illis Deus. Quod pro illis in fide facimus, proficit et nobis.

Domine deus Iesu, mitis et misericors, miserere illius, quam abstulisti[i] a nobis. Rom. 8, 34. Exaudi nos per medicinam vulnerum nostrorum[6], quae pependit in ligno, et sedens ad dexteram tuam interpellat pro[k] nobis. Scio quidem misericordiam tuam, qui vis 1. Tim. 2, 4. Matth. 6, 12. omnes homines salvos fieri. Dimitte illi debita sua, quaecumque contraxerit[l] post Ps. 142, 2. aquam salutis. Dimitte, Domine, dimitte, deprecamur. Ne intres cum ea in iudicium. Iac. 2, 13. Superexaltet misericordia iudicio. Nam eloquia tua vera sunt, quibus promisisti Matth. 5, 7. misericordibus misericordiam; quod ut essent, dedisti eis. Qui misereberis, cui misertus fueris, miserere Domine creaturae tuae, ut laudet te creatura tua et cantet misericordias tuas in aeternum; et anima, quae semper victura erit, semper dicat: Ps. 145, 2. 'Laudabo Deum meum in vita mea, psallam Deo meo, quamdiu ero'[m].

Semper in aeternum vivat feliciter, opto,
Filia cara mihi; sit, rogo, cara Deo.

198.

Alcvinus Carolum regem de carorum amicorum morte consolatur[7]. *800?*

Codd. T fol. 39'—41' (T fol. 36—37), L fol. 199—207*[a].
Edd. Q 22, F 91, J 124. — Migne col. 321.

---

a) haeserit *T.* b) *om. L.* c) spinosus *L.* d) moriamur *L.* e) inquid *T, L.* f) plangis *T.* g) tempores *T;* temporis *L.* h) *om. L.* i) abstulistis *T.* k) pro nobis *om. L.* l) contradixerit *man. rec.* di *deleto T.* m) fuero *L.*

198. a) *Lemma:* Item alia consolatoria pro eiusdem morti ad eundem *T.*

1) *Lindgarda regina, praesente Carolo, in coenobio S. Martini Turonensi die 4. Iunii 800. mortua; v. supra p. 266 n. 5; pag. 325 ep. 197 n. a.* 2) *Cf. infra p. 327 n. 5.* 3) *Anaxagoram (Clazomenium, philosophum).* 4) *Cic. Tusc. III, 24, 58.* 5) *Cf. supra ep. 106 p. 153:* Cur plangimus quod inmutare non possumus? 6) *Iesum.* 7) *Sequitur haec epistola in codicibus consolatoriam de Liutgarda regina epistolam (ep. 197), et lemmate codicis T ad eandem reginam refertur (v. huius paginae n. a.). Sed hoc falsum est. Nam in epistola hac ita scriptum est:* ipse Dominus — flevit amicum. Proinde sciamus, caros nostros, in operibus caritatis morientes, Deo vivere. Felicius vadat, qui amicos relinquit superstites sibi, quam qui superstes erit amicis. Noli angustiari de morte carorum. Cur lacrimis tuis contradicis Christo rapere caros tuos de morte ad vitam. *Ex his vestigiis facile animadversu est non de uxoris obitu agi, sed de morte* carorum *sive* amicorum *Caroli; et eorum quidem qui* in operibus caritatis *(i. e. Dei)* mortui erant. *Nec dubitare licet, quin Alcvinus alloquatur Carolum maerentem morte Erici et Geroldi (die 1. m. Sept. interempti), de qua sic est in Annalibus Einharto tributis (SS. I, 187) 799:* Accepit etiam tristem nuntium de Geroldi et Erici interitu; quorum alter, Geroldus videlicet Baioariae praefectus, commisso cum Hunis praelio cecidit, alter vero, id est Ericus, post multa proelia et insignes victorias apud Tharsaticam, Liburniae civitatem, insidiis oppidanorum interceptus atque interfectus est. *Maximum enim argumentum est mortem magnorum belli ducum in animo habuisse Alcvinum, quod Carolo* exordium Iudicum *solatio esse vult; ubi legimus,* post mortem Iosue *cum Israelitae a Deo sic requisivissent:* Quis ascendet ante nos contra Chananeum

DOMINO DESIDERABILI ET VERE BEATISSIMO DAVID REGI FLACCUS ALBINUS SALUTEM. 800?

Dum vestrae potentiae gloriosam sublimitatem non periturae Chaldeis flammis Hierusalem imperare scio, sed perpetuae pacis civitatem pretioso sanguine Christi constructam regere atque gubernare, cuius lapides vivi de caritatis glutino colliguntur et [1. Petr. 2, 5.] caelestis aedificii ad[a] altitudinem ex diversis virtutum gemmis muri consurgunt — de [Apoc. 21, 8.] qua psalmista ait: 'Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob'; et [Ps. 86, 2.] alibi: 'Mons Sion, latera aquilonis, civitas regis magni' — unde ego[b], minima quae- [ib. 47, 3.] dam huius civitatis portio, sub tegmine pietatis vestrae constitutus, ad iocunditatem animi vestri debita servitute saepius litterulas[c] dirigere studeo, officiale devotionis nostrae munus, non necessarium abundantiae vestrae; cupiens vulnerati animi maerori[d] per vestrae consolationis benignitatem mederi. Quia saepius probavi familiarem mansuetudinem sublimitatis vestrae humilium doloribus conpati.

Nam et ipse Dominus, totius fons consolationis et salutis, cum flentibus flevit [Ioh. 11, 35. 43.] amicum[1], quem suscitaturus venit, aliorum dolori iuxta humanitatis affectum[e] conpassus magis, quam amici mortem lugens; maxime, quia eundem eadem[f] hora victurum praesciebat. Filii[g] Israel[h] Moysen[i] lugebant; sed in lege, non in evangelio. Ideo [Deuter. 34, 8.] Iesus[2] propter sacramentum nominis non legitur lacrimis populi prosecutus esse[k]; sed quasi victurus iterum post mortem in exordio Iudicum iuxta historiae ordinem repraesentatur[3].

Luctus sapientis unius[l] est diei; impii autem omnes dies vitae suae. Separatio[m] quaedam familiaritatis humanae, non perditio plangitur in sapiente; in impio aeterna perditio perpetuo luctu prosequenda est.

Vivit[n] vero pater in filio, magister in discipulo, amicus in amico, si morum dignitas et sapientiae nobilitas permanet in posteris. Quid[o], si in miseriam humanae conditionis animae[p] filius moritur ante patrem[q] in flore iuventutis? Tollitur iustus, [Eccli. 37, 21; Sap. 4, 11.] ne malitia inmutetur cor eius. Iudicia Dei abyssus sunt multa. Nil[r] sine causa erit [Ps. 35, 7. Cf. ib. 123, 7.] in mundo; nec unus passer cadat in laqueum aucupis sine patre nostro, qui in caelis [Matth. 5, 16.] est; non capillus de capite perit. Non enim nobis luctum incutere debet, cum quis- [Luc. 21, 18; Act. 27, 34.] libet carus noster a peregrinatione pergit ad patriam, a morientibus ad viventes, ab exilio ad regnum. Consolatio nostra fiant verba veritatis: 'Qui credit in me, si mor- [Ioh. 11, 25. 26.] tuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum'.

Proinde sciamus caros[4] nostros[s] in operibus caritatis morientes Deo vivere et saeculo mori[t]. Qui operibus misericordiae cotidie Christo cum apostolo dicunt: 'Cupio [Philipp. 1, 23.] dissolvi et esse cum Christo'. Felicius vadat[u] qui amicos relinquit[v] superstites[w] sibi, quam qui superstes[x] erit amicis[5]. Mors boni hominis migratio est ad meliorem vitam, [Cf. Ioh. 5, 24.] quae non est plangenda, sed congratulanda[6].

---

a) ad *addidit J.* b) ergo *L.* c) litteras *L.* d) maeroris *T, L.* e) affectim *T.* f) *om. T.* g) fili *T.* h) Israhel *L.* i) Moysem *T.* k) *sic.* l) sapientis simus *T.* m) sed paratio *T.* n) Vinit *T.* o) qu *L.* p) mae *T.* q) pa *L.* r) nihil *L.* s) *cetera desunt in L.* t) morire *T.* u) vadeat *T.* v) relinquid *T.* w) suprestites *T.* x) seiperstes *T.*

et erit dux belli? *spem novae victoriae a Deo datam esse. Cum hoc ita sit, quam gravem calamitatem illam duxerint, ex initio huius epistolae arbitrari licet; ibi enim Alcvinus Carolo asseverat, scire se eum* non periturae Chaldaeis flammis Hierusalem imperare, sed perpetuae pacis civitatem — regere. *Cf. etiam supra ep. 185 p. 310:* Non solum hoc damnum plangimus; sed maioris periculi signum timemus. *J. De hac Jaffei coniectura dubitavit Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 199, cui assentior. Sickel (Alcuinstudien l. l. p. 514) Jaffei opinionem de temporis nota (799 Oct. Nov.) probavit.*

1) *Lazarum.* 2) *Iosua.* 3) *In exordio libri Iudicum (1, 1. 2) haec leguntur:* Post mortem Iosue consuluerunt filii Israel Dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananaeum et erit dux belli? Dixitque Dominus *cet.* 4) *V. supra p. 326 n. 7.* 5) *Cf. supra ep. 105 p. 152:* Si duo sunt amici, felicior est mors praecedentis, quam subsequentis. 6) *Cf. Visionem Wettini (Poet. Carol. II, 274) c. 27:* De Gerolto etiam quondam comite dixit idem angelus, quod in requie esset gloriae martirum adaequatus. Zelo, inquiens, Dei in defensione sanctae ecclesiae infidelium turbis congressus temporalis vitae dispendia est passus et ideo aeternae vitae est particeps factus. *J.*

800? Laetemur in miserationibus redemptoris nostri. Abraham ante Christi adventum
Luc. 16, 23. apud inferos fuit; post Christi passionem latro in paradiso. Morte Christi mors
ib. 23, 43. Gen. 3, 24. mortua est, flammea romphea[a], custos paradisi, sanguine Christi extincta; et beatus
Petrus, homo terrenus, portas aperit, quas[b] aethereus[c] Cherubin clausit; et de
rete piscatorum manus repente ad claves transtulit regni caelorum. In Cherubin[1]
multitudo scientiae, sed in Christo multitudo miserationis. Olim in Iudaea notus
tantummodo Deus, sed nunc omnibus gentibus vox una est Christus. Qui nos de
servis fecit amicos, et de profugis convertit in filios: naturam mortalitatis nostrae
assumpsit in gloriam divinitatis suae. In hoc genus laetetur humanum: sciens fragili-
tatis nostrae naturam, super angelicos exaltatam choros, maiestati paternae gloriae in
caelestibus consedere. Quae conditio mortalitatis te, mens humana, conturbare debet
post tantam[d] naturae tuae gloriam, post talem piis meritis preparatam beatitudinem?
Cf. 2. Cor. 8, 14. Aequalitas tibi certissima est: tantum te geminae caritatis indue[e] pennis, ut volare
facias, quo victor Christus ascendit.

Noli angustiari[f] de morte carorum[2], sed congaude laetitiae illorum. Christus se ipsum pro te tradidit in mortem. Cur lacrimis tuis contradicis Christo rapere caros tuos[2] de morte ad vitam, de labore ad requiem? Felicior est in bono dies exitus quam nativitatis[3]. Ille est requiei inicium, iste laboris; ille laetitiae introitus, iste doloris. Nascimur, ut moriamur; morimur, ut melius vivamus[4].

Via est haec vita pergentibus ad patriam. Si aspera est, si arta est, viriliter
gradienda est: si plana[g], si prospera, caute[h] currenda est, quia multos habet insidia-
tores. Novit itaque providentia Dei, cui prodest longa peregrinatio huius viae: cui
optimum est cito huius peregrinationis[i] labores finire. Placeant nobis iudicia Dei.
Ps. 118, 137. Iustus est Dominus et recta iudicia eius. Illa mens maxime Deo placet, cui omnia[k]
Dei placabilia placent. Laudemus, amemus, et oremus, ut semper fiat voluntas eius
in nobis, cui semper bona placent. Et nihil nisi per eum boni possumus habere,
perficere. Si bonum est, si amabile est, quod habemus, ille praestavit[l] nobis. Illi
gratias agamus, illi tota mentis intentione sacrificium laudis offeramus; in quo salutem
ib. 49, 23. nobis sempiternam per prophetam suum promisit dicens: 'Sacrificium laudis honori-
ficavit me; illic iter est, quod ostendit illi salutare Dei'. Haec est angelica iocunditas,
sanctorum laetitia, consolatio nostra. Nihil enim aliud caelestis Hierusalem, quae
1. Petr. 2, 5. vivis aedificatur lapidibus, agit in patria sua, dicente et suspirante ex nostra voce
Ps. 83, 5. psalmigrapho: 'Beati qui habitant in domo tua'. Et quasi quis quaesisset, quae esset
ib. 83, 5. illa beatitudo habitare in domo Dei, respondit: 'In saeculum saeculi laudabunt te'.
Haec laus sine fastidio, sine defectu erit, sine fine dulcescit[m] in corde et ore canen-
tium. Haec quoties agimus in terris, angelicam imitamur vitam. Haec suavitas omnes
saeculi tristitias expellit ab[n] anima, omnes maerores mitigat. Et quanto quis donorum
Dei maiori utitur abundantia, tanto magis se debitorem datori omnium bonorum, quae
possidet, agnoscat.

Si igitur iustum videtur homini cuiuslibet beneficii vel officii reddere grates, quanto[o] magis Deo gratiarum actiones agendae sunt? Qui omnia dedit, quae in hoc saeculo bona videntur, omnia daturus est bona, quae desiderari vel haberi in futuro saeculo possunt. Ubi ipse Deus erit omnia in omnibus, qui nunc singulis secundum

---

a) rumphea *T.* b) quae *T.* c) aetherius *T.* d) tantum *T.* e) induae *T.* f) angustiare *T.* g) plena *T.* h) cauta *T.* i) peregrinationes *T.* k) dō *T.* l) *sic.* m) dulcessit *T.* n) ab *om. T.* o) quato *T.*

1) *Isid. Etymol. VII, 5, 22, cf. supra p. 124 n. 6; p. 129 n. 7.* 2) *Cf. supra p. 326 n. 7.* 3) *Cf. supra p. 326:* Numquid non felicior est vitae ingressus quam mortis? 4) *Cf. ibid.:* nascimur, ut moriamur; morimur, ut vivamus.

mensuram suae bonitatis distribuit. Tunc erit omnis bonitas, omnis beatitudo[a], omnis sufficientia in omnibus. Ad huius vero summae beatitudinis et indeficientis gloriae post labores huius vitae felicitatem deus Iesus te pervenire faciat, domine desiderantissime et omni honore dignissime[b]. 800 medio mense Iunio.

Divitias tribuat veras tibi[c], David amate,
Cum sanctis pariter Christus in arce poli.

199.

Felix episcopus Urgellitanis significat praesente Carolo rege de adoptione et nuncupatione convictum ab erroribus suis se recessisse. Hortatur, ut etiam ipsi in viam rectam redeant. *800 medio mense Iunio.*

Cod. S. Mariae Remensis deperditus, cuius copiam Iac. Sirmondus Audr. Quercetano fecit[a].
Edd. Quercetanus col. 998—1001, Frobenius I, 917—919, J 139. — Migne XCVI, col. 881.

IN DEI NOMINE. FELIX, OLIM INDIGNUS EPISCOPUS, DOMNIS IN CHRISTO FRATRIBUS EMANI PRESBYTERO, ILDESINDO PRESBYTERO ATQUE EXSUPERIO, GUNDEFREDO, SIDONIO NECNON ET ERMEGILDO SEU CAETERIS PRESBYTERIS, SIMILITER VITTILDO DIACONO ET VUITIRICO SEU CAETERIS CLERICIS IN PAROCHIA ORGELLITANAE ECCLESIAE DEGENTIBUS, SEU CAETERIS FIDELIBUS ECCLESIAE IN SUPERDICTO COMMISSO COMMORANTIBUS, IN DOMINO DEO PATRE ET IESU CHRISTO, VERO FILIO EIUS, DOMINO AC REDEMPTORE NOSTRO, ET IN SPIRITU SANCTO AETERNAM SALUTEM.

De caetero ad agnitionem vestram reducimus, quia, postquam ad praesentiam domini nostri ac piissimi gloriosique Caroli regis perductus sum et eius conspectui praesentatus, licentiam ab eo, secundum quod et venerabilis domnus Laidradus[b] episcopus[1] nobis in Orgello pollicitus est[2], accepimus, qualiter in eius praesentiam in conspectu episcoporum, quos ad se ordinatio gloriosi principis nostri convenire fecerat[3], sententias nostras, quas ex libris sanctorum habere nos de adoptione carnis in filio Dei seu nuncupatione in humanitate eius credebamus, praesentaremus: qualiter non in violentia, sed ratione veritatis nostra adsertio rata iudicaretur, si ab illis per auctoritatem sanctorum patrum minime repudiarentur. Quod ita factum est.

Nam prolatas a nobis sententias de superdicta contentione, hoc est de adoptione carnis atque nuncupatione, ita illi ex auctoritate de libris sanctorum patrum, id est Cyrilli episcopi[4] et beati Gregorii papae urbis Romae, seu beati Leonis sive et aliorum sanctorum patrum, qui nobis prius incogniti erant, seu per auctoritatem synodi, quae nuper in Roma hac intentione, praecipiente gloriosissimo ac piissimo domino nostro Carolo, adversus epistolam meam, quam dudum venerabili viro Albino abbati Toronensis ecclesiae scripseram, congregata est — in qua synodo, praesente Leone[5] apostolico et cum eo caeteri episcopi numero LVII residentes et plerique presbyteri ac diaconi cum eis in domo beatissimi Petri apostoli — per quorum omnium auctoritatem istas iam dictas sententias nostras, non qualibet ut dictum est violentia, sed ratione veritatis ut oportuit excluserunt.

---

a) beati *T.* b) dignissimae *T.* c) *om. T, add. Quercetanus.*

199. a) *Lemma:* Confessio fidei Felicis Orgellitanae sedis episcopi, quam ipse post spretum errorem suum in conspectu edidit, et eis, qui in ipso errore ei dudum consentientes fuerant, direxit. b) Laidracus *Querc.*

1) *Lugdunensis.* 2) *anno 799.* 3) *Aquisgrani medio mense Iunio 800, v. infra p. 344, Vit. Alchv. c. 10 (SS. XV, 190):* congregavit synodum magnam episcoporum in Aquisgrani imperiali palatio. 4) *Ibid.:* usque dum dicta Cyrilli martiris ab Albino sibi directa legit lamentabiliter: Ea natura, quae per diabolum vitiata est, super angelos exaltata est propter triumphum Christi atque ad dexteram patris collocata. 5) *III. cf. Mansi Coll. conc. XIII, 1031, Pauli contin. Rom. (SS. rer. Langob. p. 202).*

800 Quorum auctoritate veritatis et totius ecclesiae universalis consensu convicti, meliori intellectui eorum quam nostro, quem prius sequebamur, convicti cessimus[a] et ad universalem ecclesiam Deo favente ex toto corde nostro reversi sumus; non qualibet simulatione seu velamine falsitatis sicut dudum, quod Deus scit; sed ut dixi, vera cordis credulitate et oris professione.

Quod etiam in conspectu multorum sacerdotum et monachorum professi sumus, poenitudinem gerentes de pristino errore et sacramento, quam pro hac intentione olim praevaricatus sum; profitentes nos deinceps adoptionem carnis in filio Dei sive nuncupationem in humanitate nullo modo credere vel praedicare; sed, secundum quod dogmatibus sanctorum patrum informamur, eundem dominum nostrum Iesum Christum in utraque natura, deitatis videlicet et humanitatis, proprium ac verum filium profitentes, unigenitum videlicet Patris unicum filium eius[b]. . . . . . .

Haec est confessio fidei nostrae, quam Deo iuvante a sanctis patribus per eorum scripta cognovimus et ab universali ecclesia post pristinum errorem nostrum accepimus et tenemus. Quod et vos omnes credere et confiteri per eundem dominum nostrum exhortamur, nil diminuentes aut addentes ex sensu vestro; sed hoc, quod vobis innotescimus, cum universali ecclesia indubitanter retinentes. Et ut pro me misero, per quem usque nunc in ecclesia Dei contentio versa est, ex totis praecordiis vestris[c] Domini misericordiam implorare non dedignetis; qualiter propter vestram emendationem et orationem catholicorum sacerdotum, qui in simili praevaricatione ut ego nequaquam obnoxii sunt, Domini misericordiam, priusquam de hoc mortali corpore egrediar, consequi valeam. Quod per hoc me magis consequi a Domino confido, si scandalum seu error in fide, qui per me in usque nunc inter utrasque partes duravit, per me iterum omnia correcta atque sedata fuerint, atque omnis ecclesiae membra in unitate fidei et concordia caritatis velut in unum corpus compaginata, ita ut nemo ex nobis in ecclesia Dei ultra scandalum vel quodlibet scisma intromittere audeat. Sed omnes nos, cum universali ecclesia, quae in toto mundo dilatata noscitur, similiter sentientes, et ea, quae dudum orta intentio est, id est adoptionem carnis seu nuncupationem in humanitatem[d] filii Dei anathematizantes, pacem ut dixi et unitatem fidei cum omnibus fidelibus ecclesiae absque ulla simulatione inconvulsa fide retineamus[e]. . . . .

200.

Alcvinus Laidrado Lugdunensi et Nefridio Narbonensi episcopis ac Benedicto Anianensi abbati, Caroli regis iussu iam iterum ad oppugnandas haereses ituris, suos adversus Elipandum Toletanum episcopum scriptos libros dedicat. Se Dei voluntate in Francorum regnum ad Carolum pervenisse putat. *800.*

Codd. P fol. 27'—30' (P fol. 6'—8), Paris. 2388 (Colbert.) s. XIV. (Pa) fol. 7'*[a].

Edd. Quercetanus col. 925—930 ex cod. S. Mariae Remensis, Frobenius I, 860, J 140. — Migne CI, 231.

DOMINIS IN CHRISTI CARITATE VENERABILIBUS ATQUE DILECTISSIMIS LAIDRADO EPISCOPO LUGDUNENSI ET NEFRIDIO EPISCOPO NARBONENSI ET BENEDICTO ABBATI[b] SIMULQUE SANCTISSIMIS NOBISQUE VALDE HONORABILIBUS GOTHIAE PROVINTIAE[c] PARTIBUS EPISCOPIS[d] ABBATIBUS ET FRATRIBUS HUMILLIMUS SANCTAE ECCLESIAE FILIUS[e] ALBINUS SALUTEM.

Scio me debitorem esse in officio sanctae karitatis[f] omnibus pie matris ecclesiae filiis in praedicando vel defendendo catholicae fidei veritatem. Quod opto tam effica-

---

a) quem prius sequebamur, convicti cessimus *scripsit J. pro* quā primis sequebatur, convicti essemus *Querc.* b) *reliquam ipsius confessionis partem omisi.* c) vestri *Querc.* d) humanitate *Frob.* e) *reliqua omisi.*

200. a) *Lemma:* Epistola eiusdem ad Laidradum et Nefridium episcopos et Benedictum abbatem *P:* Incipit epistola eiusdem Albini omnibus Gothiae fidelibus et Provinciae episcopis et abbatibus directa *Pa.* b) abbate *P, Pa.* c) et provincię *Pa.* d) et *add. Pa.* e) *superscr. alia man. P.* f) caritatis *Pa.*

citer divina donante gratia perficere valeam, quam libenter huic piissimo labori meam 800
succumbere devotionem fateor.

Maxime tamen vestrae sanctissime dilectioni in hac gratia meum sudare ingenium secundum largitoris indeficiens donum ratum arbitror, ne vicina pestis Hispanici erroris [1] aliquorum inter vos mentes maculare valeat. Quae terra olim[a], ut in veteribus legitur historiis[b] [2], tirannorum ferax fuerat, qui Romanum saepissime imperium lacerare solebant. Et[c] nunc multo peius sacratissimas christiani imperii aures quibusdam scismaticae perversitatis novitatibus fatigare adgreditur; veluti vestra inviolabilis fides et caeleberrima sanctitas obtime novit, qui per divinae suffragia pietatis hanc nebulosam impietatis sectam clara veritatis luce pridem discutere studuistis, etiam et deo Christo donante caeptum[d] praedicationis opus[e] multa ex parte perfecistis.

Ad cuius piissime praedicationis venerabile opus, mandante glorioso principe et devotissimo in omni bonitate Carolo[f] rege, vos iterum ituros esse [3] audivimus. Quapropter paucorum arripui laborem dierum in solacium sanctissimi itineris vestri, quatenus haberetis in manibus cuiusdam aepistolae[g], meo nomini directae[h] ab Elipanto Toletano episcopo, pias et pernecessarias responsiones, ne forte aliquorum ex eiusdem epistolae lectione mentes maculentur, quia easdem audivimus litteras in aliorum prius pervenire manus, quam nobis, cui missae sunt, redditae[i] essent.

Et hec causa fuit, cur mihi[k] praefatus pater suae incredulitatis cartulam dirigere voluisset: nam ego aliquibus nobis narrantibus nostrae societatis fratribus eundem Elipantum sicut dignitate, ita etiam perfidie malo, primum esse partibus in illis agnovi. Quapropter, siquidem[l] pacifica caritate, direxi ei exortatorias[m] litteras; desiderans consulere senectuti illius et in[n] viam catholicae veritatis fraterna dilectione et humili admonitione revocare virum, longeva gravem aetate et religiosae vitae multo tempore famosum [4]. Sed ille, dum audisset[o] meae devotionis litterulas, mox iracundiae flammis[n] incanduit, totamque animi sui intentionem colligens in iram, nec eo pietatis intuitu apices aspexit meos, quo me, Christum[p] testor, illi dirigere scio. Sed mox in maledictionis verba prosiluit totumque se armavit in suae sectae defensionem. Nobisque litteris[q] demandare curavit, quid sentiret, quid suos discipulos credere doceret; me falsarium clamans, atque per vices hereticum, per vices subversorem necnon et persecutorem christianorum reputans. Nullumque propemodum maledictionis genus vel perfidiae dimisit, quod nostro non inureret[r] nomini; ostendens se ipsum, quid esset et quam inpacienter toleraret, si aliquis impietatis suae[s] errori contraire temptaret. Multa colligens testimonia ex sanctarum serie scripturarum, multasque catholicorum sententias doctorum deduxit in medium [5], quae pene omnia pravissima interpretatione maculare non timuit.

Quibus illius vesaniae litterulis[t] brevi sermone duobus libellis respondere curavi, evacuans veracissimis sanctorum patrum sensibus omnes illius adsertiones[u] atque inter-

---

a) *om. Pa, Q.* b) ligitur storiis *Pa.* c) solebat. Ad (At *Q*) *Pa.* d) coeptum *Pa.* e) opere *P.* f) Karolo *Pa.* g) epistule *Pa.* h) directa *Pa.* i) redite *Pa.* k) michi *Pa.* l) pacif. siq. *Pa.* m) exhort. *Pa.* n) *om. Pa.* o) accepisset *Pa, Q.* p) Christo *Pa.* q) litteras *Pa.* r) inhureret *P.* s) sui *P, Pa.* t) litterulas *P.* u) asserciones *Pa.*

1) *Advers. Elipand. I c. 8 (Frobenius I, 879):* Hispanico errore depravatus; *cf. supra p. 211:* Hispanici erroris sectas; *infra p. 333 n. 6.* 2) *Oros. Historiar. adv. pagan. V c. 23 § 16 (ed. Zangemeister p. 342):* Hispania . . nullum umquam tyrannorum . . vel de se editum misit vel . . vivum potentemve dimisit; *cf. supra p. 212:* Hispania, quae olim tyrannorum nutrix fuit, nunc vero scismaticorum. 3) *Cf. p. 345 infra:* Et ille *(Laidradus)* cum abbate Benedicto Nifridio missus est in illas partes occidentales. 4) *Adv. Elip. I c. 5 (Opp. I, 878):* Ego prorsus simplici caritate meae devotionis preces tuae direxi reverentiae, desiderans senectutem tuam per Christum salvari et ad catholicae pacis concordiam revocari. 5) *Cf. supra p. 303—305.*

800 pretationes pravissimas. Illis quoque duobus libellis alios duos adiunxi[a], plano sermone catholicae fidei de Christo deo veritatem testantes atque sanctorum patrum testimoniis abundantissime[b] confirmantes. Quorum lectione[c] pietatem vestram congaudere arbitror. Quia totum illud opus[1] vestro gaudebam dicare nomini, vobisque primo omnium direxi probandum atque corrigendum; iuditio vestrae auctoritatis atque sanctitatis tantummodo contentus. Nec in publicas aures easdem meae devotionis litterulas procedere velim, nisi prius vestrae auctoritatis censura examinentur et fraternae congregationis lectione confirmentur; satis mihi[d] aestimans illorum iuditio examinari, quorum dilectione singulariter me laborare elegi.

Nec maledictionibus illius maledictiones opposui[e], quasi meas vindicans iniurias. Sed ut veritatis testificatio se offerebat[f], quibusdam in locis durioribus respondi verbis, quibusdam iterum in locis suaves admiscui admonitiones[g], ne illius infestissimam animam vel meorum amaritudo verborum exasperaret, vel iterum mellis dulcedo saevam fastidiret mentem. Nec pro eius tantummodo, ut dixi, laboravi salute — quem timeo forsan citius[h] vel morte praereptum[i] esse propter decrepitam in eo senectutem[2], vel ob dissensiones populorum in eius non posse pervenire meas praesentiam sillabas — sed magis in adiutorium piissimae praedicationis vestrae atque solatium virorum, vel feminarum morantibus vicinis Hispaniae partibus.

Inproperans et mihi[k] praefatus pater divitiarum multitudinem, servorum[l] usque ad viginti milia numerositatem[3]; ignorans, quo animo quis habeat saeculum. Aliud est[m] habere saeculum, aliud est[n] haberi a saeculo. Est qui habet divitias, et non habet; est qui non habet, et habet. Hominem vero numquam ad meum conparavi servitium, sed magis devota caritate omnibus Christi dei[n] mei famulis servire desiderans.

Ad cuius servitii[o] facultatem, divina ut credo iubente dispensatione, ad gloriosum et omni honore nominandum huius regni principem et regem Carolum[p] vocatus adveni[4]; sicut mihi[q] quidam sanctissimus vir prophetiaeque spiritu[r] praeditus Dei esse voluntatem in mea praedixerat patria; etiam et ut vir venerabilis totusque Deo deditus meus mihi mandatum dederat magister[5]: ut, si alicubi novas audirem oriri sectas et apostolicis contrarias doctrinis, mox totum me in defensionem[s] catholicae fidei dedissem. Quod quamvis ob imperitiam parvitatis meae minus idonee[t] faciam, tamen promptissima[u] mente, quantum me divina adiuvaverit gratia, huic pernecessario operi me mancipare[v] studeo cum melioribus meis[w] obtimisque ecclesiae Christi doctoribus, quorum bona abundantia[x] per diversas Christi ecclesias in hoc praesenti repperitur regno. Nec eo mihi[q] magis tacendum est, quamvis meliores mihi habeat ecclesia Dei doctores atque fidei catholicae defensores. Unusquisque pro se rationem redditurus erit; et qui plus laborat, plus mercedis[y] accipiet.

Idcirco, sanctissimi patres et dilectissimi fratres, sedula intentione atque indeficienti sudore in praedicatione verbi Dei et[n] veritatis testificatione secundum gratiam vobis a Deo datam devotissimę laborate; exibentes[z] vosmetipsos in conversatione religiosa omnibus exemplum, in officio pietatis omnibus patres et[a] fraternae dilectionis

---

a) adiuxi *Pa.* b) habund. *Pa.* c) lectionē *P*; lectioni *Pa.* d) michi *Pa.* e) opposuit *Pa.* f) afferebat *P, Pa.* g) intermiscui ammoniciones *Pa.* h) cicius *Pa*; forsantius *Q.* i) mortem prereptuum *Pa.* k) Improperat et michi idem *Pa*; idem *add. Q.* l) servorumque *Pa.* m) enim *add. Pa.* n) *om. Pa.* o) servitium *P.* p) Karolum *Pa.* q) michi *Pa.* r) spiritum *Pa.* s) defensioni *pro* in defens. *Pa.* t) ydonee *Pa*; idoneus *Q.* u) promtissima *Pa.* v) mancipari *Pa.* w) *an* me? *J.* x) habund. *Pa.* y) mercedes *P.* z) exhib. *Pa, Q.* a) in *Q*; et — fratres *om. Pa.*

1) *Adversus Elipantum libri IV ed. Frobenius I, 876—914.* 2) *Cf. supra p. 308 n. 3.* 3) *Cf. p. 302.* 4) *Cf. Adv. Elip. I c. 16 (p. 882):* Non ego illum corrumpere veni in Franciam, qui corrumpi non potest, sed adiuvare in fide catholica, in qua ille ab ineunte aetate nutritus fuit. 5) *Aelberhtus archiepiscopus Eboracensis 767—778, v. Hauck Kirchengesch. Deutschl. II, 122 n. 5.*

admonitione omnibus fratres, in administratione[a] vere humilitatis omnibus filios, omnia omnibus facti[b]; ut omnium salus et profectus in aeterna beatitudine, Deo[c] donante, multiplici vos mercede dignos efficiat. 800 medio mense Iunio. Cf. 1. Cor. 9, 22.

Incolomem[d] et proficientem in praedicatione verbi Dei divina vestram sanctitatem gratia custodiat, sanctissimi fratres.

201.

Alcvinus Laidrado Lugdunensi et Nefridio Narbonensi episcopis ac Benedicto abbati Anianensi scribit, quas litteras suis adversus Elipantum episcopum Toletanum libris praeposuerit. Monet, ut opus legant, emendent, glutinari iubeant. 800 medio mense Iunio.

Codd. P fol. 93—94', Paris. 2388 (Pa) fol. 32.

Edd. Quercetanus col. 994 ex cod. S. Mariae Rem., Frobenius I, 862 sq., J 141. — Migne CI, 234.

Videbatur mihi condignum[a] preponere opusculo huic nostro epistolam, quam caritatis officio patri Elipanto olim direxi[1] per vestram sanctam devotionem et Deo placentem caritatem[b], illius litteris[c], quas meo nomini[d] dirigere studuit[2], subnectere habens[e] mearum responsiones sillabarum[f], ut intellegat[g] qui legat: qua caritate[b] illius venerande dignitati[h] scripserim, vel quo animo recepissem[i] fraterne dilectionis officium, ac deinde responsiones catholicas, quas ex sanctorum patrum dictis contra illius impiam professionem collegi[k], subicere[l]. Quod opus in quatuor librorum numero terminavimus.

Deinde epistolam illius Elipanti ad Felicem[3] — quondam illius defensorem secte, nunc vero[4] Deo donante christiane fidei praedicatorem — eiusque[m] conversionis[n] ad fidem catholicam epistolam[5] inponere[o] curavimus; quatenus ex his omnibus pius lector se ipsum consideret et caveat divina opitulante gratia, ne laqueo Spanici[p] erroris[6] teneatur.

Et ut video, maxime origo huius perfidiae de Corduba[q] civitate processit, sicut in epistola illius Elipanti ad Felicem praefatum directa intellegi potest[7], dum eundem Felicem adhuc sui erroris catenis[r] constrictum esse arbitrabatur. Sed Deo melius aliquid de eo dispensante, aperiens[s] cor illius, ut lumen veritatis agnoscens rediret in sanctae matris ecclesiae gremium, dans gloriam Deo, qui sperantes in se non Iudith 13, 17.
deserit[t]; sicut in suis litteris[8], quas adnectere[u] huic nostro opusculo volui[v], propter fidem[w] nominis domini nostri Iesu Christi et salutem legentium, manifeste intellegit, qui sobrio sensu easdem litteras legere curat: quatenus, si quis dubitet de ratione catholice fidei, illius religiosi viri et magni nominis inter suos edoctus exemplo, sine ulla dubitatione universalis ecclesiae sequens concordiam, laudet et predicet[x] misericordiam Dei omnipotentis; qui non vult mortem[v] peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Ezech. 33, 11.

a) amministratione *Pa.* b) facta *Pa.* c) *om. Q.* d) incolumem *Pa, Q.*
201. a) indignum *P.* b) karit. *Pa.* c) litteras *P;* illisque litteras *Pa.* d) nomine *P, Pa, Q.* e) habentes *Pa.* f) illarum *add. Pa.* g) ferat *P.* h) dignitatis *P;* dignitate *Pa.* i) recepisset *Pa.* k) collexi *P.* l) subiacere *P.* m) eius quoque *Pa.* n) conversationis *P.* o) adponere *Pa.* p) Hispanici *Pa, Q.* q) Cordua *Pa, Q.* r) cathenis *P.* s) *om. Q.* t) derelinquid *Pa.* u) nectere *Pa.* v) *om. Pa.* w) laudem *Pa, Q.* x) precidet *Pa.*

1) *ep. 166 supra p. 268.* 2) *ep. 182 supra p. 300.* 3) *ep. 183 supra p. 307.* 4) *post colloquium medio mense Iunio 800. Aquisgrani habitum. Cf. infra p. 344. Cfr. Alc. adv. Elip. I c. 7:* Felicem olim vestri erroris complicem Deo miserante catholicum effeci; *c. 12:* olim idem Felix . . , dum vestri erroris catenis vobiscum colligatus fuit; nunc vero . . rationabili disputatione convictus et absolutus ab errore vestro et in catholicae pacis unanimitatem reductus; *c. 22:* a Felice, dum in defensione vestrae infidelitatis perstitit; *II c. 8:* per Felicem olim vestrum nunc autem nostrum commilitonem *(Opp. I, 878. 880. 886. 892).* 5) *ep. 199 supra p. 329.* 6) *Cf. supra p. 331 n. 1.* 7) *v. supra p. 308.* 8) *ep. 199 supra p. 329.*

800 medio mense Iunio.

Vos vero, dilectissimi fratres, sedula devotione perlegite hec omnia, priusquam in publicas procedere aures harum series litterarum faciatis. Ego siquidem in praecinctu[a] ob vestri itineris festinationem haec qualiacumque sunt dictavi, ita ut mihi tempus relegendi vel emendandi non fuit idoneum[b], vestrae caritatis contentus tantummodo lectione atque emendatione. Si dignum vestre considerationi videatur, fraterno ostendite conventui[b*]: sin autem, sub gremio piissime caritatis vestrae abscondite, donec communi consilio tractemus, quid de hoc agendum sit opere. Tamen[c] firmiter absque ulla dubitacione sanctorum sequimini vestigia patrum; et catholicam fidem, quam multis roboratam testimoniis aspicitis[d], tenete et praedicate; nec tantum considerantes inperite lingue in me tarditatem, quantum in testimoniis patrum catholicae fidei veritatem. Sed et hoc considerate, an has vobis utile videatur litterulas Spaniae[e] fratribus dirigere, si forte oportunus occurret[f] vobis portitor.

Illud quoque vobis honerosum non videatur, antequam de civitate ȩatis, ut iubeatis ligare et involvere et in modum unius corporis conponere has[g] quaterniones; ne forte sparsi rapte[h] dispergantur per manus legentium vel forsitan invidentium nomini meo. Sed quasi unum codicem habete hec omnia pariter conposita; et si quolibet[i] dirigere vultis, scribatur et mittatur. Hec vero pars vobiscum maneat, donec volente Deo reversuri sitis ad nos. Etiam[k] litterae pro me fraternis loqui possunt auribus; si eas ostendere vel in publicum procedere vestre placeat prudentiae.

Quicquid in eis veritatis adstipulatione[l] roboratum invenietis, Dei donum est; si quid secus, quod absit, inspicitis, ignorantis animae[m] cognoscite errorem. In illis totius bonitatis laudate largitorem; in istis fraterno pumice[1] corrigite scriptorem. Pacienter enim pia caritas columbinum sufferre[n] debet oculum[o], sicut prudenter serpentium[p] evitare dentem necesse est[2]. Quaerenda[q] est ubique omni instantia conservorum salus nostrorum, sive in praedicatione praesentium sive in litterarum exortatione absentium, ut nemini desit ad nos pertinentium nostrae devocionis affectus in desiderio perpetuae prosperitatis et salutis *.

---

a) procinctu *Pa, Q.* b) archanum *P.* b*) conventu *Q.* c) Tam *P.* d) aspietis *P.* e) Hispaniȩ *Pa, Q.* f) occurrat *Pa, Q.* g) as *P;* hos *Pa.* h) sparsim *(Q)* rapti *Pa.* i) colibet *P.* k) hȩ etiam *Pa.* l) abstipulatione *P.* m) anima *P;* animi *Pa, Q.* n) subferre *Pa, Q.* o) occulum *P.* p) serpentinum *Pa.* q) quaerendum *P.*

*) *In codicibus P fol. 94' (P* fol. 56) secuntur haec:* Epistola eiusdem in fine librorum III (Ep. — III *om. Q*). Mirabile testimonium sancti Agustini in psalmo LIIII[3]. Dum lectus mihi fuit ad mensam tractatus ille, subito venerunt in aures hec verba 3: 'Si in mente tibi non venit Christus, dormit, excita Christum, recole fidem. Tunc in te dormit Christus, si verum illum filium Dei abnegas esse, si oblitus es passionis illius. Tunc in te vigilat Christus, si meministi passionem Christi'.

In presenti disputatione si eveniat causa cum quolibet (quelibet *P*) verba serere de adoptione et proprietate, quam dicunt in Christo esse, interrogandum est, quae sit persona filii Dei in aeterna nativitate? An sit unigenitus in illa persona verus et proprius filius Dei? Si inquisitor respondit: 'Certissime unigenitus est in illa persona, verus et proprius filius Dei', statim habes respondere et captare eum ex suis verbis: 'Si unigenitus est in ea persona, quam aeternaliter habuit, utique in illam personam adsumpsit humanitatem veram, ut esset unus unigenitus, proprius et verus filius Dei, et nullum locum habet adoptio in illa persona. Nos sumus in persona adoptionis, ille est sicut fuit: ante adsumptionem humanitatis totus in persona proprietatis. Si (Sed *P, P**) adoptivus est in humanitate, et unigenitus in divinitate, absque omni dubio duas habet personas, nostram scilicet, qui sumus adoptivi filii Dei, et suam, quam aeternaliter habuit'.

Item interrogandum est, si beatissima virgo genetrix Dei vere dicatur? Vel si proprius sit filius eiusdem virginis Christus in divina et humana natura? Si respondit inquisitor: 'Est (esse *P*)

1) *Cf. supra p. 39 n. 4; 175 lin. 22.* 2) *Cf. infra p. 335 n. 2.* 3) *Enarrat. in psalm. LIV c. 10 (Opp. t. IV, 507).*

202. 800

Alcvinus Carolum regem rogat, statuat, utrum maius suum adversus Felicem episcopum Urgellitanum opus publicetur necne. *800.*

Cod. Parisinus 2386 saec. IX. fol. 4 sq.

Edd. Baluzius Miscellanea IV, 413—415, Frobenius I, 787, J 142. — Migne CI, 126.

MAXIMO ATQUE INVICTISSIMO TRIUMPHATORI ATQUE CLEMENTISSIMO REGNORUM RECTORI CAROLO REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HUMILIS LEVITA ALCVINUS SALUTEM.

Laudabilis bonitas atque inconparabilis iocunditas vestrae excellentiae fiduciam meae praestitit parvitati scribendi aliquid de causis ecclesiasticis vel de disciplinis scolasticis. Quod nullatenus agerem, nisi scuto bonae voluntatis vestrae ab invidorum linguis meae litterulas[a] oboedientiae protegendas sperarem. Quia quorundam solertia laborat magis aliorum in occulto rodere dicta, quam sua in publico proferre[1]. Quorum scientiam Salomon[2] serpenti in abscondito mordenti conparavit.

Vestra vero nulli contempnenda auctoritas nostrae devotioni mandavit contra novas hereticae pravitatis inventiones aliquid scribere atque libello respondere, quem contra nos Felix quidam[b] episcopus[3] vestrae direxit auctoritati; in quo multa inveniuntur non catholico stilo exarata, sed contra veritatem apostolicae fidei inaniter desudata. Cui labori, vestrae magis pietatis iussione animatus quam propriae confisus peritiae iuvamine, libenter succubui[4]. Et licet nullus se iuste excusare[c] valeat a defensione fidei catholicae, tamen sanctae voluntatis vestrae praeceptum meae devotionis stilum huius operis debitorem maxime effecit. Quod totum vestrae excellentissimae sapientiae specialiter exspectat iudicium, utrum ecclesiasticis dignum sit auribus aperire.

Nam istum libellum[5] in disputatione, quae in vestra veneranda praesentia cum Felice ventilata est[6], praesentem habui. Sed quia nec adhuc ante vestram perlectus est sapientiam, nec a vobis, cui maxime sudavit, conprobatus, ratum duxi publicis non efferri auribus.

Nunc vero vestra videat auctoritas, quid de eo fieri velit. Tantum deprecor, ut nullatenus prius vel abiciatur vel in publicum proferatur, quam totus inter familiares personas vestrae auctoritatis examini perlegatur[7]. Multis enim in locis minus ordinata

---

ea ratione proprius et *(om. P, P*)* totus Christus in *(om. P, P*)* duabus naturis Dei patris filius, quia, sicut humiliavit divinitas se ipsam, ut esset verus filius hominis, ita exaltata est humanitas, ut esset verus Dei filius. Si adoptiva est humanitas Deo patri, adoptiva est divinitas virgini matri, quia alia substantia est divinitas, alia est humanitas (humana *P*) et e contrario alia humanitas, alia divinitas. Illa, id est divinitas, propter hominem homo verus et verus filius hominis, ista propter Deum verus Deus et verus filius Dei'.

Item si propter adsumptionem, sicut solent illi dicere, humanitatis adoptivus est in humanitate, illius est siquidem adoptivus, qui adsumpsit hominem, id est filius Dei. Sola namque filii persona adsumpsit hominem (id est filii Dei *add. Querc.*). *Ed. Quercetanus ex cod. Rem. col. 995—996, repet. Frobenius I, 914—915, Migne CI, col. 299.*

202. a) litterulis *c.* b) quondam *coni. Simson, Jahrb. Karls des Gr. II, 156 n. 1.* c) excusari *c.*

1) *Cf. epist. 214:* sunt quidam magis mordere aliorum dicta parati quam sua in publicum proferre; *Poet. Carol. I, 254 (ad Carol. reg.) v. 13:* Sunt equidem plures, cupiunt qui carpere dicta | Sepius alterius, quam sua ferre foras. 2) *Eccle. 10, 11:* Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. 3) *Urgellitanus, cf. supra ep. 148 p. 237.* 4) *Cf. supra ep. 171 p. 282:* Cuius certaminis sudori libenter succubui. 5) *Adversus Felicem libri VII ed. Frobenius I, 788—859, cf. Adv. Elip. I c. 16 (Frobenius I, 882):* Cui libello eius septem nostrae devotionis libellis respondimus omnes vestrae pravitatis evacuans doctrinas. Qui etiam nostrae devotionis sermones lecti sunt et probati in praesentia domni regis et sacerdotum Christi. 6) *medio mense Iunio anni 800., v. infra p. 344; Adv. Elip. I c. 22 (p. 886):* ut audivimus a Felice, dum in defensione vestrae infidelitatis perstitit. 7) *Cf. supra p. 234 n. 2.*

800 medio mense Iunio. disputatione currere et sepe antedicta repetere solutasque videtur iterare sententias[1]. Quia in omni loco proponentis quaestionibus necessario respondendum fuit; ne aliquo adversarius in loco suas iactet propositiones permanere indiscussas, et ego quasi victus non haberem quid responderem. Igitur plurima copioso, sed non scolastico, sermone sanctorum patrum exempla praefatus disputator colligere studuit[2]; quorum quaedam sibimetipsi valde adversari videntur; quaedam nihil suis favere partibus intelleguntur; quaedam pravo sensu aliter, quam ab eis posita sunt, interpraetare nititur. Et his tribus modis sententiarum illius numerositas contexitur. Cui re vera multo melius esset perpetuo conticescere silentio, quam malae pravitatis doctrina nomen suum latius innotescere, et non necessariis se inmiscere quaestionibus.

Quid enim prodest ecclesiae Dei Christum appellare adoptivum filium vel Deum nuncupativum? Vel quae aures catholica fide eruditae haec nomina libenter audire patiuntur de domino nostro Iesu Christo omnipotente deo et vero filio Dei, qui est tertia in sancta trinitate persona et iudex venturus vivorum et mortuorum? Unam namque substantiam praedicamus in Patre et Filio et Spiritu sancto et tres personas. Unam vero personam credimus et duas substantias in Christo deo domino nostro, eundemque totum Deum omnipotentem et Dei filium verum et proprium. Quicumque vero hanc fidem nec corde credit, nec ore confitetur, nullatenus catholicus credendus est, sed scismaticus.

Vestra vero sancta voluntas atque a Deo ordinata potestas catholicam atque apostolicam fidem ubique defendat; ac veluti armis imperium christianum fortiter dilatare laborat, ita et apostolicae fidei veritatem defendere, docere, et propagare studeat[3], ipso auxiliante, in cuius potestate sunt omnia regna terrarum; quatenus cum multiplici laboris mercede ad perpetui regni beatitudinem pervenire merearis.

Omnipotens Deus ad exaltationem et defensionem sanctae suae ecclesiae et ad christiani imperii pacem et profectum vestram regalis gloriae potentiam augere, protegere et conservare aeterna pietate dignetur, domine desiderantissime atque beatissime.

203.

Alcvinus Carolo regi exponit, in componendo maiore suo adversus Felicem episcopum Urgellitanum opere quibus auctoribus usus sit. *800 medio mense Iunio.*

Cod. Parisinus 2386 s. IX. fol. 3—3'.

Edd. Baluzius Miscell. IV, 416, Frobenius I, 788, J 143. — Migne CI, 128.

Hos quinque panes et duos pisciculos[4], simul septenario numero[5] consecratos, de apostolicae fidei pera prolatos, vestrae sanctissimae auctoritati direxi[6], domine mi David, ut, dei Christi benedictione multiplicati, per vos esurienti populo et in desertis locis habitanti ad satietatem catholicae fidei ministrentur. In hoc namque opusculo

1) *Contra Felic. l. II (Frobenius I, 802):* Non debet mihi lector imputare sermonis mei confusam quodammodo disputationem et inordinatam, quia non recto tramite currentis, sed circuloso loquacitatis rotatu disputantis vestigia sequi necessarium habeo. Et prout ordo proponentis exierit, sermo respondentis subsequatur *etc., cf. l. III (p. 812).* 2) *Ibid. l. VII c. 4 (p. 849):* Tribus namque modis testimonia in tuis scriptis inveniuntur prolata, quorum quaedam nec tibi nocere nec favere videntur . . quaedam vero sic a te ponuntur, ut tamen nobiscum agant et tibi repugnare . . probantur . . quaedam autem ita protulisti, ut tamen, nisi corrumperes, te nullo modo adiuvare viderentur. 3) *Cf. supra p. 84. 282.* 4) *Ioh. 6, 9:* Et puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces. *Utitur autem Alcvinus hac similitudine ideo, quod septem libris constat maius adversus Felicem opus. J.* 5) *Cf. infra ep. 243.* 6) *per Candidum; cf. infra p. 338 n. 1.*

catholicae fidei veritatem ex sanctorum patrum certissimis probare testimoniis nisus 800 sum; id est beati Hieronimi atque sancti Augustini[a], Gregorii papae Romani, Hilarii medio mense Iunio. Pictaviensis episcopi, Leonis quoque papae et Fulgentii episcopi, Ambrosii quoque Mediolanensis episcopi, sed et fortissimi contra Nestorium militis Cyrilli[1], Petri etiam Ravanensis[b] episcopi et beati[c] Bedae presbyteri Gregoriique Nazanzeni[d], necnon et Ysidori Hispaniensis et Iuvenci eiusdem provintiae scolastici[2].

Si ergo me quis reprehendere velit vel meos sensus improbo dente rodere[3], horum testimoniis sanctorum patrum convictus veritati succumbere necesse erit; nec errare putandus est qui cum talibus intra catholicae fidei castra moratur.

Origenis quoque quaedam vel Cassiani exempla posui. Licet in quibusdam locis scripturarum suarum a fide orbitare videantur, tamen ea posui, in quibus praescriptis doctoribus consentanea dixisse probantur; sequens exempla beatissimi doctoris Hieronimi, qui multa ex Origene testimonia suis inserere opusculis consuevit ceterorumque non abhorruit doctorum dicta assumere, licet in quibusdam notentur errare sensibus. Nam et beatus Paulus, vas electionis et doctor gentium, quaedam testimonia de paga- Act. 9, 15; 1. Tim. 2, 7.
norum libris proferre probatur, ratum putans aurum e stercore tulisse lavatumque dominicis indidisse thesauris[4]. Cuius exempla sequentes pene omnes sancti doctores de phylosophorum vel poetarum gentilium libris multa suis inseruere opusculis. Explicit.

204.

Alcvinus virginem quandam nobilem (Gundradam?) de dogmate contra adoptianos instruit.

800? medio mense Iunio.

Codd. II fol. 1—4, T fol. 96'—99*[a].

Edd. Quercetanus col. 1004 — 1008 ex cod. S. Mariae Rem., Q 96, Frobenius I, 921 — 922, J 144. — Migne CI, 299.

FILIAE IN CHRISTO CARISSIMAE[5] DEVOTUS IN FIDE PATER SALUTEM.

Saepius vestrae probatissimae caritati scriberem, si occasionem mihi vestra dilectio daret vel verbis pacificae salutationis vel familiarium suavitate[b] litterarum. Tamen ea caritate instigante, quae omnia sperat[c], non cesso vestram officio syllabarum 1. Cor. 13, 7.
appellare dilectionem et notae familiaritatis dulcedinem paucis tangere apicibus; ne me quislibet obliviosum notaret vestrae bonitatis, quae numquam oblivisci poterit, sed semper firma[d] radice pectore nostro perpetualiter permanet; assiduisque orationibus vestrae salutis prosperitatem Dominum[e] deprecans, quatenus non tantum felicitate praesenti, sed etiam aeterna beatitudine te gaudere concedat: desiderans, ut nobilitas tua in moribus fulgeat optimis, et potestas clarescat in dulcedine pietatis: quod sublimitas ametur et laudetur dignitas. Haec obsecro fiducia fidei nostrae vestris non recedat sensibus, quia proverbiali sententia ab antiquis[6] dictum esse scio: 'Caritas, quae deseri potest, numquam vera fuit'. Hoc quoque Hieronimo proferente[6] legebam:

---

a) Agustini *c.* b) Ravennensis *corr. Bal.* c) beate *c.* d) Nazazeni *c.*

204. a) *Lemma:* Pater ad filiam carissimam *T*, ubi ad marg. manu aequali additur:* Epistola de multis necessitatum causis. b) suavite *post corr. in* suavitate *T**. c) superat *T**. d) firmo *Querc., II, T*, ubi post alio atram.* firma *corrigitur.* e) deum *T**.

1) *Adv. Elip. IV c. 13 (Opp. I, 901):* necnon et Cyrillum fortissimum Nestorianae sectae destructorem. 2) *Adv. Felicem II c. 6:* Iuvencus presbyter et doctissimus Hispaniae scolasticus; *Adv. Elip. l. II c. 8:* Iuvenci presbyteri atque optimi scolastici, quem beatus Hieronimus laudat *(Opp. I, 805. 892).* 3) *Cf. Alc. Carmen LXXVI v. 29. 30 (Poet. Carol. I, 298):* Vestra, praecor fili, pietas errata resecet, | Deus illud putridus rodere nec valeat. 4) *Cf. infra ep. 207 p. 345.* 5) *Gundradae. Cf. Sickel Alcuinstudien p. 498, infra epp. 249. 309.* 6) *Hieronymi ep. 3 (Opp. ed. Vallarsius I, 13) cf. supra p. 49 n. 2; Paulini lib. exhort. ad Heiric. c. 7 (Opp. p. 25):* caritas, quae deseri potest, nunquam vera fuit.

800? medio mense Iunio. 'Amicus diu quaeritur, vix invenitur, difficile servatur'; necnon apostolo testante, sollicita mente considero qui dixit: 'Inpossibile est sine fide placere Deo'. Etiam et
Hebr. 11, 6. omnis amicitia, quae inter homines custodiri solet, sine fide procul dubio inanis est vel magis nulla. Ideo caritatis officio fides iungenda est, ut semel coepta[a] germanitatis concordia sollicita unanimitate perpetualiter nutriatur.

Misi Candidum vestrum[1], iubente domino meo[b] David, cum libello contra adsertores adoptionis in Christo exarato[2], nesciens, ne forte quid novi ex prioribus pravitatis radicibus alicubi pululasset. Tu vero in fide catholica inviolata mente permaneas habens semper responsiones paratas, quibus adversarius vinci possit. Et ut aliquid ludi cum tua loquar sapientia (solet enim quisque maxime suae artis uti exemplis): Nauta[c] tristia et laeta tempestati et serenitati comparat, bellator de armis disputat, grammaticus suae artis utitur suffragiis. Tu vero de grammatica tua profer regulas naturales, ostendens quaedam propria non eiusdem substantiae esse, cuius propria esse dicuntur. Nam propria[d] dicimus nomina, non quae nostrae sint substantiae, sed quae specialem nostrae habent substantiae significationem. Terrarum quoque possessiones proprias dicere solemus, quae nobis[e] hereditario proveniunt[f] iure: quae tamen longe a nobis alterius sunt substantiae. Quod et evangelico firmari
Ioh. 1, 11. poterit exemplo, dicente evangelista de Dei filio: 'In propria venit et sui eum non receperunt'. Licet populus, de quo hoc dictum est, eiusdem non sit naturae, qua Deus est, tamen proprietatis nomine ab evangelista censebatur propter notitiam Dei,
Ps. 75, 2. quae diebus antiquis huic plebi tantummodo concessa est, dicente psalmista: 'Notus in Iudęa Deus et in Israel magnum nomen eius'. Dum in rebus humanis tam multa proprietatis nomine appellantur, cur in solo filio Dei haec proprietas non potest esse, ut sit proprius filius Dei, qui ex virgine natus est? qui solus inter omnes filios Dei hoc habuit proprium, ut una sit persona cum eo, quia aeternaliter ex Deo patre genitus est, non alter et alter, sed unus et unus. Licet non unum et unum, quia alterius substantiae est divinitas et[e] alterius humanitas. Totus tamen unus filius et proprius, homo Deus propter Deum, et Deus homo propter hominem, in utraque generatione proprius et perfectus filius Dei. Hanc fidem vestra veneranda credulitas firmiter[g] teneat et fiducialiter praedicet.

Quia novi prudentiam vestram optime in dialecticis subtilitatibus eruditam esse, placuit paucas interrogationes dialecticae disciplinae huic nostrae cartulae iniungere, quibus evacuari possit adsertio adoptionis[h] vel nuncupationis in Christo.

Interrogandum[i] est, si omnis homo, qui anima et corpore constat, proprius sit filius patris sui. Si dicit: proprius, item[k] interrogandum est, si anima ex patre seminata sit sicut caro. Si dicit: non, inferendum est: quomodo proprius est in anima filius, si anima non est ex patre, sicut caro? Inferendum quoque est, quare in Christo non credat, filio virginis, proprietatem filii, quae in omni homine necessario credenda est.

Interrogandum est, an maior dignitas sit proprii filii vel adoptivi? Si dicit: proprii, inferendum est, cur Christum secundi gradus filium esse credat.

Interrogandum est, si unus filius unius patris utrumque possit esse proprius et adoptivus. Si dicit non posse, inferendum est: nec Christus ullatenus credendus, qui una est certissime persona, proprius et adoptivus Dei patris filius.

a) copta *multo post corr.* coepta *T**. b) omino meo *alia manu in loco raso T**. c) Nauta — comparat *suppl. manu aequali in marg. infer. T**. d) pria *post suppl. T**. e) *om. T**. f) perveniunt *Q*. g) fimiter *post corr.* firmiter *T**. h) optionis *H, T*, ubi multo post additur* ad. i) Interrogationes *ad marg. T**. k) em *alio atram. in loco raso T**.

1) *Candidum seu Wittonem a. 800. apud Alcvinum commoratum esse discimus ex epistola 193 p. 320.* 2) *Adversus Felicem libros VII, cf. supra p. 233 n. 4.*

800? medio mense Iunio.

Interrogandum est, si ex proprio vel alieno filio adoptio fiat? Si dicit: ex alieno, inferendum est, quando Christus alienus fuit Deo patri, ut ex alieno adoptaretur in filium. Nonne in ipso conceptu et nativitate Deus verus et filius proprius conceptus est et natus?

Interrogandum est, si filius Dei verus sit filius virginis. Si dicit: verus et proprius, inferendum est: quomodo verus, dum alterius est naturae divinitas, alterius humanitas?

Interrogandum est, dum Dei filius iuxta catholicam fidem verus est filius virginis, quomodo[a] filius virginis non sit verus filius Dei? Aut si filius virginis adoptivus est Dei patris, consequens esse videtur illa absurditas, ut adoptivus sit Dei filius virginis filius. Ergo si filius Dei vere est filius virginis, etiam filius virginis vere filius est Dei, et non habet locum in utralibet generatione adoptionis nomen.

Interrogandum est, si nuncupativus Deus adorandus sit? Si dicit: non, inferendum est, quomodo Christus adoretur ab angelis de[b] caelis, de quo apostolus ait: 'Cum (Hebr. 1, 6.) introducet[c] primogenitum in orbem terrae, adorent eum omnes angeli Dei'.

Interrogandum est: si Christus aequaliter nuncupativus est Deus, sicut et Petrus, cur Christus non legitur se prohibuisse adorari Deum et Petrus prohibuit Cornelio se (Act. 10, 25.) adorare. Si dicit[d]: quia Petrus homo purus, Christus deus et homo, inferendum est: si Deus et homo una est persona, ergo una persona verus est Deus, et non habet locum nuncupatio in utraque.

Interrogandum est, quid sit medium inter verum et non verum? Si dicit: nihil, inferendum est: ergo Christus secundum quod homo est, aut verus Deus est aut non verus. . Sed valde absurdum est dicere Deum eum esse, sed non verum. Aut si hoc erubescit adversarius dicere, proferat, quid sit medium inter verum et non verum secundum artem dialecticam, interrogandum est, si una persona[d*] possit esse homo verus et homo pictus, qui est non verus homo. Si dicit, non posse, inferendum est: nec in Christo, qui est una persona, in duabus naturis verum esse potest et non verum, sed quicquid in eo est, verum est, quia ipse totus est Deus et totus verus filius Dei et tota veritas in eo est et nihil habet figmenti in se.

Interrogandum est, si aliquid adorandum nobis sit[e] aut colendum, nisi verus Deus[f]. Si dicit non esse, inferendum est: quomodo adorabis filium virginis, si non est verus Deus?

Interrogandum est[f], si nuncupativus Deus adorandus sit? Si dicit non esse[g], inferendum est: ergo Christus, qui ex virgine natus est, non est adorandus, quia verus Deus non est; et sunt duo dii Christus deus et Christus homo, unus adorandus et alter non adorandus. Sed avertat deus hunc sensum ab omni corde[f] catholico, quia totus Christus unus est Deus et una adoratione venerandus.

Interrogandum est, si Deus non est, qui filius David est, qua potestate inluminasset caecum, qui clamavit ei: 'Iesu, fili David, miserere mei'? Quis potest lumen (Marc. 10, 47. 48.) dare caeco, nisi Deus? Et[h] si Deus est, qui inluminavit caecum, utique Deus est[i] filius David.

Interrogandum est, si beata virgo unum genuisset Deum vel duos? Si dicit: unum, iterum interrogandum est: verum aut non verum? Si dicit: verum, inferendum est: ergo totus filius virginis unus est Deus et verus, quia si verum et nuncupativum genuit Deum, procul dubio duos genuit deos, unum verum et alterum nuncupativum[k].

Iterum[l] interrogandum est, si duos filios genuisset aut unum. Si dicit: unum,

---

a) quomodo — sit *in loco raso* T*. b) in T*, Q. c) introducit T*, Q d) dicitur Q. d*) *alia manu superscr.* T*. e) sit nobis T*. f) *om.* T*. g) est T*. h) Et si — utique Deus *om.* T*. i) esset T*. k) nunpativum T*. l) Item T*, Q.

800 medio mense Iunio. inferendum est: proprium aut adoptivum. Si dicit: utrumque, inferendum est: ergo duos filios genuit beata virgo, unum proprium Dei patris et alterum adoptivum, quia proprietas cum adoptione non convenit.

His ita confirmatis per interrogationes et responsiones, quid superest, nisi ut Christus Iesus verus credatur Deus? verus et plenus et unus credatur filius? proprius Ps. 68, 35. et perfectus adoretur et laudetur ab omni creatura? dicente psalmista: 'Laudent eum caeli et terra[a] vel[b] mare et omnia quae in eis sunt'.

205.

Alcvinus abbatibus et monachis Gothiae respondet. De suo adversus Felicem episcopum Urgellitanum libello per Benedictum abbatem Anianensem ad eos misso; de maiore opere mittendo. De adoptione et nuncupatione. Stabilitatem et perseverantiam suadet.

800 medio mense Iunio.

Cod. Parisinus 2390 (Colbert. 4310) s. XI. fol. 84'—85'[a].

Edd. Baluzii Miscell. I, 377—381, Aguirre Coll. conc. Hisp. IV, 118, F 94, J 145. — Migne col. 332.

ALBINUS HUMILIS CHRISTI FAMULUS ET SERVIENS SANCTI MARTINI OMNIBUS ABBATIBUS FRATRIBUS ET FILIIS, QUI SUNT GOTHIAE[b] PARTIBUS, IN CHRISTO KARISSIMIS AETERNE BEATITUDINIS SALUTEM.

Acceptis dulcissimis vestre beatitudinis litteris simul et suavissimis nimiumque nobis necessariis sanctarum oracionum vestrarum muneribus cum omni gaudio et mentis alacritate; et magnam[c] vere habens fiduciam per vestras sacratissimas intercessiones ad eum Dei filium, qui pro mundi salute homo dignatus est fieri, ita ut, qui Deus aeternaliter ex patre natus est, temporaliter nasceretur ex virgine[d]; et idem esset homo qui et Deus, et idem Deus qui et homo; et non esset ulla[e] separatio persone vel filietatis, ne essent duo filii: unus proprius et alter adoptivus; aut duo dii: unus verus Deus et alter nuncupativus. Quod omnino impium est credere et praedicare. Quia Dei filius in proprietate persone et filii dignitatis adunivit sibi hominem, ut esset unus Christus et unus Deus et unus Dei filius, totus in suis et totus in nostris, perfectus in divinitate et perfectus in humanitate.

Quod multis[f] testimoniis evangelicis vel apostolicis, vel etiam sanctorum patrum tradicionibus conprobari potest, sicut in libello[1] ex parte factum est, quem dreximus[g][2] per abbatem[h] Benedictum[3] vobis solacium et confirmacionem fidei catholice.

Sed in manibus maius modo habemus opus[4] propter alias causas, quas[i] in libello venerandi Felicis legimus. Et illum volente Deo vobis dirigimus, postquam lectus et conprobatus fuerit ab episcopis nostris et dompno rege[5]. Interim vestra sanctitas nos adiuvet et sacrosanctis oracionibus vestris, ut dominus Deus aperiat nobis agni- Iac. 5, 16. tionem veritatis, et fiduciam praedicationis et constanciam in fide[k] catholica[l]. Multum enim valet deprecatio iusti; quanto magis et plurimorum.

---

a) terrae *T**. b) vel *om. T*, Q.*

205. a) *Lemma:* Epistola Albini diaconi missa abbatibus vel monachis *c.* b) Goe *c.* c) magna *c.* d) *sequitur in cod.* et vivem esset homo dignatus est fieri, ita — virgine. e) nulla *c.* f) multi *c.* g) dileximus *c.* h) abbatem *scripsit J. pro* beatum *c.* i) que *c.* k) fidei *c.* l) catholicam *c.*

1) *in Libro Albini contra haeresin Felicis ed. Frobenius I, 760—782; cf. Adv. Felic. l. II c. 11 p. 807 ed. Frobenius:* De cuius adoptionis ratione in alio libello contra eundem Felicem plenius diximus respondentes quidem epistolae illius, quam de hac eadem edidit. 2) *Cf. infra p. 345 n. 6.* 3) *Anianensem, cf. supra p. 259:* quoddam solacium direximus vobis. 4) *Adversus Felicem libri VII ed. Frobenius I, 788—859.* 5) *V. ep. 203 supra p. 336.*

Haec novitas vocum in adoptione[a], nuncupacione Christi omnino fidelibus omnibus (800 medio mense Iunio.) detestanda est; et magnopere cavenda haec divisio in Christo domino nostro. Scimus duas naturas perfectas esse in Christo et unam personam, mortalem inmortalemque eundem esse. Sicut homo mortalis est carne, inmortalis anima, tamen unus[b] est homo et una persona et unus filius patris sui totus proprius et dividi non potest, quod sit partim nuncupativus[c] homo et partim verus homo; ita et Christus, licet sit carne mortalis et divinitate inmortalis, tamen unus Iesus Christus et unus Dei filius — sicut dixi hominem esse unum filium, licet carne sit mortalis et anima inmortalis — et nullatenus unus filius uno patre potest esse utrumque et proprius et adoptivus. Et si est unus filius Deus Christus in una persona, omnino aut totus est proprius aut totus adoptivus[d] [1]. Sed melius est, ut propter illam excellenciam naturae[e] Dei filii[f], qui proprius et aeternus est, sit humanitas adsumpta in proprietatem filii, quam propter humanitatem Dei filius aeternus humilietur in adoptionem. Omnino proprius filius et adoptivus unus esse non potest ad unum patrem, ad duos autem potest.

Haec considerantes diligentius, et animo tenete firmiter et constanter praedicate unum filium et unum Deum eundem proprium et verum perfectumque esse — quia omnis veritas in Christo est et nullum figmentum, et tota plenitudo divinitatis, et (Col. 2, 9.) nulla minoracio nec defectio — nec eum, sicut in libello prefati Felicis lectum est, baptismo indiguisse [2], sed mox sine peccato et omni labe peccati Spiritu sancto conceptum esse Deum verum et hominem verum. Et si beata virgo proprium potuit generare sibi filium, qui fuit ex eterno Dei filius, quomodo non potuit Deus pater habere hominem filium proprium, qui ex tempore natus est ex virgine? Unus omnino est in utraque natura, ad utrumque parentem, Christus et filius Dei proprius. Que omnia plenius, opitulante eodem Deo, de[g] quo nobis sermo est, lecturi eritis in eodem libello, quem modo in manibus habemus [3].

Tantum in fidei[h] firmitate et nil hesitantes[i] — quia sine fide inpossibile est (Hebr. 11, 6.) Deo placere, ut apostolus ait — caritatem fraternam instantissime inter vos servate, et unitatem in omni catholica pace et fide recta et humilitate non ficta. Et obedienciam[k] vestram secundum propositum regularis vite omni studio servate. Et stabiles estote in locis vestris, ubi vosmetipsos dedistis Deo; et nolite deserere monasteria[l] vestra et vacare per seculi vanitates.

Tempus enim huius vite breve est, et non sunt condigne passiones huius seculi (1. Cor. 7, 29. Rom. 8, 18.) ad superventuram gloriam. Non debet vestre beatitudini Christi iugum durum videri vel onerosum[m], sed leve et suave; sicut ipse ait: 'Iugum enim meum suave est, et (Matth. 11, 30.) onus[m] meum leve est'. Non qui ceperit, set qui perseveraverit, salvus erit. Revocate (ib. 10, 22.) ad mentem Iudam ex apostolo proditorem factum; considerate Saulum ex persecutore praedicatorem effectum [4]. Mementote Malchum monachum[n], cuius historiam[o] beatus Iheronimus mira[p] edidit epistola [5], quomodo quasi pietatis intuitu egressus est a monasterio[q], relinquens patrem suum; et in quales pervenit postea tribulationes; vel qualiter planxit monachum[r] in heremo, quem perdidit in monasterio. Raro diabolus aperta fronte pugnat contra servos Dei, sed[s] sub figura pietatis, quasi maioris sit utilitatis exire de monasterio[q] quam permanere. Ovis, quae[t] de ovili egreditur et a

---

a) adobtione *c.* b) hunus *c.* c) nunecupativus *c.* d) adobtivus *c, sic fere semper.* e) naturam *c.* f) filius *c.* g) de *addidit Frobenius.* h) fide *c.* i) esitantes *c.* k) hobedienciā *c.* l) monesteria *c.* m) honerosum — honus *c.* n) Malcum monacum *c.* o) istoriam *c.* p) mira *scripsit J. pro* nunc *c.* q) monesterio *c.* r) monacho *c.* s) et *c;* sed *Bal.* t) qui *c.*

1) *Adv. Felic. l. II c. 12 p. 808:* Unus autem filius quomodo potest esse proprius et adoptivus unius patris? 2) *Cf. supra ep. 166 p. 270 lin. 26:* Refert quoque eum baptismo indiguisse. 3) *v. supra p. 340 n. 4.* 4) *Cf. supra pp. 143. 256.* 5) *Vita Malchi in S. Hieronymi opp. ed. Vallarsius II, 41—48.*

[800] pastore recedit, lupi patet morsibus. Melius est non vovere, quam vota non implere. [medio mense Iunio.] Dicit scriptura: 'Vovete et reddite domino Deo vestro'. [Cf. Eccle. 5, 4. Ps. 75, 12.] Verax est Deus in promissionibus beatitudinis, que diligentibus se promittit: et veridicus[a] reddet promissa veritatis. [Iac. 1, 12. 1. Cor. 15, 58.] Mementote apostolum dicentem: 'Fratres, stabiles estote et immobiles'. Et [ib. 10, 12. Ioh. 1, 35.] iterum: 'Qui stat, videat, ne cadat'. Stabat Iohannes, quando Christum cernebat. [1. Cor. 16, 13.] Ideo, fratres karissimi, vigilate et state in fide, viriliter agite, et confortetur cor [Ps. 26, 14.] vestrum in omni opere bono. Et psalmista: 'Expecta Dominum, viriliter age; confortetur cor tuum, et sustine Dominum'. Quid est: 'Expecta Dominum', nisi stabili mente expecta, donec tibi veniat dies remunerationis? Fac omnia opera bona viriliter, et confortetur cor tuum in permanendo, quod cepisti; et sustine Dominum: quicquid [ib. 33, 20.] in[b] te tribulationis[c] vel laboris permittit, sustine viriliter. Multe sunt tribulationes iustorum, et de his liberabit[d] eos Dominus. Nullus labor amanti Deum durus videatur; [Iudith 13, 17.] quia ille est remunerator fidelis, qui est auxiliator idoneus, qui numquam deserit [Ps. 117, 6.] sperantes in se. Respondeat homo suggestionibus diaboli: 'Dominus auxiliator mihi est, [ib. 118, 115.] non timebo, quid faciet homo', id est carnalis delectatio; item: 'Declinate a me, maligni, et scrutabor mandata Dei mei'; et iterum: 'Auxilium meum a Domino, qui fecit caelum [ib. 120, 2. 8.] et terram'. 'Dominus custodiat introitum et exitum servorum suorum ex hoc nunc et usque in seculum'.

Haec, karissimi fratres, feliciter legite et fideliter implete. Et dominus Deus vos adiuvet et proficere faciat in omni bono; et exaudiat orationes vestras pro omnibus, et pro me fideli vestro adiutore[e]. Et dominus Deus custodiat vos in aeterna pace et caritate perfecta, viri[f] fratres et filii karissimi.

206.

Alcvinus Nifridio episcopo Narbonensi Benedictum abbatem Anianensem commendat. 800 medio mense Iunio.

Cod. H fol. 63'.
Edd. F 202, J 146. — Migne col. 488.

DILECTO PATRI NIFRIDIO EPISCOPO ALCHVINUS SALUTEM.

Sit memor mei, obsecro, caritas tua in sacrosanctis orationibus tuis cum fratribus [Tim. 3, 1.] nostris. Tempora enim sunt periculosa; et solus ille feliciter vivit, qui Deo serviet in caritate perfecta et fide[a] recta et spe bona; quae sunt summae virtutes servientium Deo. In his tua se exerceat sanctitas, ut Deo auxiliante de huius vitae labore[b] ad perpetuae quietis beatitudinem pervenire merearis.

Frater vero Benedictus[1] mea omnia tibi innotescere potuerit. Quem cum lacrimis dimisi[2]; tu vero cum gaudio recipias eum. Vos vero ambo laborate quasi boni pastores in grege Christi; nihil haesitantes de mercede perpetua, quae dabitur fideliter gregem Christi pascentibus.

Omnes vero episcopos et patres fratrum nostrorum ex nostri nominis officio in caritate et prosperitate salutate, rogantes eos nostri esse memores assidua intercessione,

---

a) veridicus *scripsit J. pro* vere dicis *c.* b) a *c.* c) tribulationes vel labores *c.* d) liberavit *c.* e) adiutori *c.* f) vidi *c.*

206. a) fedi *H.* b) laboris *H.*

1) *abbas Anianensis.* 2) *Cf. infra p. 345.*

ut de mea salute illi mercedem habeant sempiternam. Deus omnes illos perpetua 800
protectione custodiat et faciat eos in omni opere bono proficere, ut multiplicato talen- Iun. 26.
torum numero multiplici remuneratione[a] digni efficiantur apud Deum. Vivant omnes et floreant feliciter in Christo domino Deo nostro.

207.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi respondet. De adiutoribus a se assumptis; de caede pontificis cuiusdam ulciscenda; de Saxonibus; de colloquio cum Felice episcopo Urgellitano facto; de monitoria epistola addita. *800 Iun. 26.*

Cod. H fol. 100—102.
Edd. F 176, J 147. — Migne col. 348.

DIVINAE CARITATIS VIRO AQUILAE PONTIFICI VERNACULUS SANCTAE DEI ECCLESIAE ALCHVINUS SALUTEM.

Caritas sola est, quae absentes coniungit et praesentes laetificat; quae ubique iocunda est, ubique bonis omnibus congaudet; quae dextro laevoque, spe fide munitur: quae temporaliter incipit, sed perpetualiter permanet; sine qua nulla virtus est, sine qua nullum opus bonum est, sine qua nemini visio divina conceditur. Quia, si Deus hic non amatur, ibi non videbitur, ubi suis amatoribus summa est beatitudo Deum
videre; dicente ipsa veritate: 'Qui autem diligit me, diligitur a patre meo, et ego Ioh. 14, 21.
diligam eum et manifestabo ei me ipsum'. Ideo, carissime pater, amemus illum, cuius visio beatitudo est aeterna.

Sed si forte dicis: quomodo amandus est Deus? respondebit tibi ipse, qui et
ante: 'Si quis diligit me, sermonem meum servabit'. Et si adhuc quaeris, quid sit ib. 14, 23.
sermo illius, eo ipso dicente, qui est verbum Dei, disce, ubi ait: 'Hoc est praeceptum ib. 15, 12.
meum, ut diligatis invicem'. 'Quomodo', ait evangelista, 'Deum diligis, quem non 1. Ioh. 4, 20.
vides, qui[a] fratrem tuum non diligis, quem vides'? Haec[1] vero mentibus nostris radicitus infigatur; haec aeterna memoria teneatur; hanc tu, summe sacerdos Christi, in animo teneas indeficienti et omnibus praedicare studeas. In hac et me, fidelem tuum amatorem, semper in salutem animae meae admoneas et orationibus adiuves, ut in ea proficiam, donec Deo dirigente cursus vitae meae ad perfectum perveniat finem.

Nec meae parvitati opus est sillabas admonitionis multiplicare tibi; cum omnia, divina inspirante gratia, et optime cognoscere et melius perficere tuam novi sublimissimam sanctitatem. Sed[b] ne me taciturnitatis reum esse iuste denotares, secundum oportunitatem portitoris aliquid tibi scribere dulcissima me vestri nominis cogit caritas.

Me vero, iter agentem[c] de palatio[2], sexto Kal. Iul. quarta leouua a Sancto Amando[3] in mansiuncula Sancti Martini invenit fidelis vester famulus Dominicus, utrasque habens manus munere caritatis inpletas; dexteram mellifluis dilectionis vestrae litteris, sinistram duplici munerum specie gratissimam. Nec me mora tenuit tarditatis,

a) remunerationi *H.*
207. a) quomodo *H.* b) et *H.* c) agente *H.*

1) *caritas.* 2) *Aquisgranensi. Ostendunt annales Laurissenses (SS. I, 186) Carolum regem post diem 4. Iunii 800. e monasterio S. Martini Turonensi* per Aurelianos ac Parisios regressum, Aquasgrani reversum esse. *Itaque ex hac epistola cognoscimus spatio dierum 4—26. Iunii 800. Alcvinum una cum rege per Aurelianos et Parisios Aquisgranum et adiisse et reliquisse. Nec dubium est, quin colloquium Aquisgranense, cuius mentio fit infra, praesente rege ab Alcvino cum Felice episcopo Urgellitano habitum sit ipso medio mense Iunio 800; ideo quod ineunte anno 800. Alcvinum cum Felice nondum collocutum fuisse perspicere licet ex ep. 164 supra p. 266. J.* 3) *a monasterio S. Amandi Elnonensi.*

800 Iun. 26. quominus[a] ea ipsa die[1], accito notario, ut tuae venerabili voluntati satisfacerem, hanc, quam modo manu tenes, cartulam conscribere iussi; ut certissime cognosceres, quanta mihi est festinatio vestri desiderii praecepta conplere; deinde, ut scias, quanta misericordia mecum a Deo omnipotenti peracta est.

Nam rebus omnibus, quae habui per loca diversa, adiutores mihi ex meis propriis filiis elegi, adnuente per omnia suggestionibus meis domino meo David.

Tu vero prudenti consilio considera Dei omnipotentis voluntatem et honorem sanctae Dei ecclesiae, ut melior eligatur in caput ecclesiarum Ordinis[2]; et non sine vindicta impium scelus obmittatur. Minoris periculi est homines offendere quam Deum. Si omne homicidium legibus vindicatur[b], quid iudicandum est de eo homicidio, quod in tali persona et in tali loco et in tali tempore tam impie crudeliterque peractum est[3]? Timeo, ne a paganis quandoque vindicetur, si a christianis ultio non erit tali impietate condigna. (Ezech 33, 11.) Non ego tamen mortem alicuius suadeo, dicente Deo: 'Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat'; sed, ut sapienti consilio vindicta fiat per alia poenarum genera, vel perpetui[c] exilii damnatione; ut omnes agnoscant zelum Domini principes populi christiani habere; et sacerdotii dignitas inviolata permaneat; et libera sit vox corrigentis et contumacia obloquentis[d] oppressa.

Aestimatur itaque, ut cito finiatur causa cum Saxonibus[4]; si tamen in mendaciis veritas inveniri poterit. Insuper et diabolus habet quaerere causas omnimodis, ut impediatur iustitia et sanctae Dei ecclesiae protectio.

En [quando][e] erit illa dies, ut liceat mihi dulcissimam vestrae pietatis faciem videre et suavissimum[f] vestri alloquium audire?

m. Iunio medio. Cum Felice heretico magnam contentionem in praesentia domni regis et sanctorum patrum habuimus[5]. Sed ille diu obduratus nullius consentit auctoritatem, nisi sui sectator sententiae[6]; aestimans se sapientiorem omnibus esse in eo, quod stultior fuit omnibus[7]. Sed divina clementia visitante cor illius, novissime falsa opinione se seductum confessus est et fidem catholicam se firmiter tenere fatebatur[8]. Nos vero,

---

a) quin minus *H.* b) vindincatur *H.* c) perpetuum *H.* d) conloquentis *H.* e) quando *deesse videtur, cf. p. 311 lin. 10.* f) suavissima *H.*

1) *Hinc liquet epistolam hanc die 26. Iunii 800. scriptam esse. J.* 2) *i. e. Gradus. Nam et* ordo *et* gradus *significat spectacula, theatri sedilia. J.* 3) *De Iohannis patriarchae Gradensis caede haec leguntur in Iohannis diaconi chronico Veneto (SS. VII, 13):* Anno vero vigesimo tercio ducatus predicti Iohannis *(ducis Veneti)*, comperta occasione suum filium Mauricium navali exercitu ad Gradensem urbem, ut domnum Iohannem sanctissimum patriarcham interficeret, destinavit. Ubi illuc pervenit, paternis iussionibus obtemperare studens, eundem sanctissimum virum crudeliter interfecit. Cuius mors maximum dolorem suis reliquit civibus, quoniam insons fuerat interemptus. *In Andreae Danduli chronico (Muratori Rer. Ital. SS. XII, 151) haec invenimus:* Mauritius autem cum furore civitatem invasit; in qua invasione patriarcha captus a Venetis graviter vulneratus est et, de turri altissima palatii sui ad ima deiectus, exspiravit. *J. Huic opinioni refragatur Zeissberg, Wiener Sitzungsber. XLIII, 332 n. 5. Lentz in dissertat. Berolin. a. 1890. edita (Das Verhältnis Venedigs zum Byzantin. Reich p. 27) Iohannem a. 798. occisum esse demonstravit.* 4) *Cf. supra p. 289 n. 2; 293.* 5) *Cf. Vitam Alchvini c. 10 (SS. XV, 190):* Nam a secunda usque ad septimam sabbati parum aliud gestum est . . . tandem se recognovisse et impie egisse voce et nimio fletu testatus est. 6) *Cf. supra p. 252 n. 4.* 7) *Adv. haeres. Felicis c. 37 (p. 770):* Heu caeca pravitas, quae dum sapiens esse videri contendit, stulta ostenditur. 8) *De hoc colloquio Alcvinus Adversus Elipandum L. I c. 16 (Alcuini opp. ed. Frobenius I, 882) sic scripsit:* Felix anno praefati gloriosi principis *(Caroli)* tricesimo secundo *(9. Oct. 799 — 8. Oct. 800)* advocatus, voluntarie veniens ad Aquis-palatium ibique in praesentia domni regis et optimatum illius sive sacerdotum Dei rationabiliter auditus est et veraciter convictus, atque Deo dans gloriam, veramque confessus fidem, in pacem catholicae unanimitatis reversus est cum suis discipulis, qui ibi tunc temporis erant praesentes. *Habitum est colloquium medio mense Iunio 800. J. Ad hanc Jaffei opinionem admodum dubiam tandem Sickelio monente redii, quamquam multa sunt, quae cum Groesslero (Simsone, Hauckio) disputationem illam iam anno 799. factam esse mihi persuadeant (cf. Sitzungsber. der Berl. Akad. a. 1891 p. 517). In re tam incerta annum regiminis Caroli sequi magis placuit; v. supra p. 343 n. 2.*

cordis illius secreta nescientes, occultorum iudici causam dimisimus; dantes eum Laidrado episcopo[1], carissimo nostro filio, ut secum teneret eum et probaret: si verum esset, quod se ait credidisse, et si per epistolas suas damnare voluisset pristinum errorem, quem antea pertinaciter praedicavit. Consideratum antea habuit domnus rex, ut illum destinaret Riculfo archiepiscopo[2] ad servandum et castigandum. Et presbiterum suum, qui peior fuit magistro, tibi tuaeque providentiae dictum est dirigendum esse. Sed dum conversos[a] ad fidem catholicam se esse fatebantur, tunc dati sunt praedicto fratri nostro ad probandos, quid veritatis esset. 800 Iun. 26.

Et ille[3] cum abbate[b] Benedicto[4] Nifridio[5] missus est in illas partes occidentales ad extinguendas et evacuandas huius pravissime adsertionis infidelitates[c]. Quos nostra parvitas, quantum potuit, scriptis ecclesiasticis adiuvabat; maxime eo libello[6], quem nuper edidimus[7] contra libellum[d] illius Felicis, quem priore anno[8] nobis direxit.

Tantum mihi a Candido meo laudata est sanctitatis vestrae conversatio et totius bonitatis studiosa devocio et ecclesiastice auctoritatis sancta sollicitudo, ut erubesco pene meae pigritiae.

Litterulas aliquas admonitionis vestrae scribere venerandae auctoritati[e] temerarium duxi, nisi legerem beato Hieronimo dicente[9] aurum in sterquilinio inventum lavandum esse et thesauro dominico inserendum. Nam beatus apostolus Paulus[10] aurum sapientiae, in stercore poetarum inventum, in divitias ecclesiasticae transtulit prudentiae; sicut omnes sancti doctores eius exemplo eruditi fecerunt. Nam rosa inter spinas nata miri odoris et coloris inconparabilis[f] gratiam habere dinoscitur. Ita pietas tua meas litteras legat, sicut rosam de spinis, ut, si quid boni odoris in eis invenias largitori omnium bonorum gratiae agantur, qui potens est de pulvere rosam creare et de stercore erigere pauperem, ut solium gloriae teneat et sedeat cum prin- Ps. 112, 7. 8.
cipibus populi sui.

Misi caritati tuae tria munuscula: tentorium, quod venerandum caput tuum defendat ab imbribus; misi et sagellum, quo pectus sacrum foveatur; misi et sciphum, in quo panis tingatur in mensa, ut hae species per singula loca mei nominis memoriam perpetualiter tuae ingerant sanctitati.

208.

Alcvinus Arnonem archiepiscopum Salisburgensem rogat, salutem nuntiet Aelimo Sabionensi, Remedio Curiensi episcopis, Paulino patriarchae Aquileiensi, cuius contra Felicem librum ad Carolum missum laudat. Addit de Elipando Toletano; de Laidrado Lugdunensi; de Felicis secum reconciliatione. *800 vere vel aestate.*

Codd. S 1 fol. 153'—154' (S 1 fol. 65').*
Edd. F 92c. — Migne col. 328.

---

a) conversus *H.* b) abbate *scripsit J. pro* abbatibus *H.* c) infidelitatis *H.* d) libelli *H.* e) venerandi auctoritatem *H.* f) inconparabilibus *H.*

1) *Lugdunensi 798—814.* 2) *Moguntino 787—813.* 3) *Leidradus.* 4) *abbate monasterii Anianensis (dioec. Magelonensis).* 5) *i. e. ad Nifridium episcopum Narbonensem, sed cf. Sickel Acta Karolinorum II, 281.* 6) *Liber Albini contra haeresin Felicis ed. Frobenius I, 760—782.* 7) *anno 799; v. ep. 171 supra p. 282 n. 3.* 8) *anno 798; v. ep. 171 l. l.* 9) *Nescio ubi.* 10) *Cf. supra p. 337.*

800 vero vel aestate. Obsecro[a] humilitatem vestram, ut meo officio patrem carissimum Aelim episcopum[1] salutes cum ceteris fratribus et consacerdotibus sanctitatis tuae. Similiter et Remedium de Curio[2], nobis carissimum fidelemque amicum, saluta.

Et si tibi causa eveniat Paulinum patriarcham[3] videndi, saluta eum mille milies. Libellum vero catholicae fidei[4], quem domno regi[b] direxit[5], perlegebam; et satis mihi placuit in eloquentia sua et in floribus dictionum et in fidei ratione et in testimoniorum[c] auctoritate; ita ut nihil his addi de quaestionibus, nuper habitis[6] inter nos et partes Felicianas, opus esse arbitrabar. Et felix est ecclesia populusque christianus, quamdiu cum domno rege vel unum talem habebit defensorem fidei catholicae.

Sed adhuc remanet aliquid faciendum. Nam quidam Elipandus, Toletanae civitatis — nomine non dignitate — episcopus, in damnata synodali auctoritate et apostolica censura herese permanens.

Sciat tamen dilectio vestra, quod filius noster Laidradus episcopus[7], frater vester, magnum profectum in illis partibus Deo donante egit cotidieque agit. Ut mihi vere dixerunt ex illis partibus viri relegiosi et veraces, usque viginti milia conversi sunt inter episcopos sacerdotes monachos populum, viros et feminas; plangentes pristinum errorem, gaudentesque cotidie Deo agentes gratias in agnitione veritatis et in catholicae[d] fidei firmitate.

De ipso Felice[8], iam prius per litteras nostras[9] vel magis aliorum relatione audisti, quid gestum fuit. Et modo fuit ad Sanctum Martinum apud praefatum filium nostrum[10]. Et multum me amat; totumque odium, quod habuit in me, versum est in caritatis dulcedinem.

Quod rogasti litterarum nostrarum serie saepius tuam appellare sanctitatem, testis est Deus cordis mei, quantum hoc desidero, ut saepius fiat secundum oportunitatem temporis et portitoris, optans, ut me habeas praesentem in litteris meis, ut nihil nobis desit in caritatis communione praeter oculorum praesentiam[e]. Sed his multo maior est et melior perpetua sanctae caritatis praesentia in Christo Iesu domino nostro.

209.

Alcvinus Calvino presbytero et monacho S. Stephani scribit de rerum externarum usu; de Eanbaldi II archiepiscopi Eboracensis incommodis; de adulatione vitanda; de suo in Iohannis evangelium commentario, cet. *a. 800 fere medio.*

Codd. H fol. 25'—29, T fol. 104—106', A 2 fol. 158'—160', (A 1 fol. 38'), A 1* p. 48—52 n. 35*[a]*.*
Edd. Q 101, F 58, J 149. — Migne col. 246.

DILECTISSIMO FILIO CALVINO PRESBITERO[11] ALBINUS DEVOTUS IN CARITATE PATER SALUTEM.

Quamvis corporali specie[b] amici disiungantur, tamen caritatis officio semper praesentes esse queunt. Nec terrarum longinquitate separantur, qui dilectionis dulce-

---

208. a) *S 1 littera maiuscula hic initium facit novae epistolae, quam S 1* cum ea, quae antecedit 207, confundit. Jaffé igitur recte separavit quae Frobenius falso coniunxerat.* b) rege *S 1.* c) testamon. *S 1.* d) catholica *S 1.* e) praesentia *S 1.*

209. a) *Lemma:* Albinus ad Calvinum presbiterum *T**; Epistola ad Calvinum presbiterum *A 1.* b) praesentia *A 1, A 2.*

1) *Sabionensem; cf. supra p. 321; Jaffé Reg. 2495.* 2) *episc. Curiensem.* 3) *Aquileiensem.* 4) *Contra Felicem Urgellitanum episcopum libri tres ed. Madrisius, S. Paulini opp. p. 95—168.* 5) *Anno 800. (non anno 796, ut Madrisio placuit). J.* 6) *Aquisgrani medio m. Iunio 800; v. ep. 207 supra p. 344 n. 8.* 7) *Lugdunensis.* 8) *Cf. supra p. 333 n. 4.* 9) *ep. 207 supra p. 345.* 10) *Laidradum. Hinc intellegimus scripsisse hanc epistolam Alcvinum in coenobium S. Martini nondum reversum. J.* 11) *et monacho cellae S. Stephani. Cf. infra pp. 347. 349 haec verba:* Nihil tibi deesse aestimo in cella sancti Stephani *et* discretio . . . quae inter monachos mater virtutum esse dicitur.

dine iunguntur. Haec est, quae numquam praeterit[a], si in veritate fideliter habetur. Pro dolor, sed rare[b] inveniuntur, quorum integra fides veram foras ostendat caritatem[1]. Quae plurimos habet inpugnatores[2], sed maxime saeculi divitias, quae fallaci specie infestant corda quaerentium illas; ut vix antiquae dilectionis quaelibet scintilla[c] eluceat[d] inter caliginosas terrenorum desideriorum umbras. a. 800 fere medio.

Hanc vero pestiferam saeculi cupiditatem a tuo animo, carissime fili, miserantis[e] Dei[f] adiuvante gratia, procul expelle, quatenus tranquilla pace in[g] spe suavitatis et fide veritatis et caritatis perfectione deo Christo servire valeas; habens[h] saeculum, tamquam non habeas. Si vero sentias in animo tuo tibi inpedimento esse pacificae servitutis, qua domino Deo deservire debeas, saecularem possessionem[i], melius est mox[k] praecidere funem iniquitatis[l] illius, quam vana spei[m] ligamenta[n] in longum protrahere tempus; nesciens, quid ventura dies pariat. Sunt enim homines, qui spe pereunt[o], longam sibi promittentes[p] vitam; et subito rapiuntur de hac luce; et quod cogitaverunt, non perfecerunt. Tibi vero a Deo data prudentia praevideat, quo tuus te ferat animus; et noli tardare in eo, quod tibi optimum eligas.

Tu vero scias[q], quo desiderio, qua mente[r] saeculi possideas[s] honores, si tibi nil[t] inpedimenti[u] generant pristinae relegionis, quam[v] habuisti et semper habere opto in Christi servitio. Nil tibi deesse aestimo in cella sancti Stephani honestae conversationis, ut[w] tibi necesse[x] sit foras per varias terrarum species vagari et audire aliorum infidelitates, et contra peccata irasci aliena et mentis tuae dulcissimam perdere quietem. Tamen, ut dixi, sapientia tua consideret, quem habeas profectum in habendo res alienas, si sufficiant[y] tibi ad elemosinarum[z] in miseros largitionem; si scolam legentium habere possis; si pauperes vestire, si peregrinos recipere, si quiete vivere, si pacem cum eis, qui foris sunt, habere valeas.

Plurimi[a] sunt inpugnatores ecclesiae Christi[3], qui cotidie aliquid vel[b] prece[c] vel violentia rapere gestiunt; et non sunt nisi verbotenus amici, factis vero inimici. Horum perversitas multum inquietare solet custodes ecclesiarum Christi; sicut in carissimo filio meo Simeone[d] [4], summo sacerdote, intellegere potes[e], easdem ab impiis patiente[f] molestias, quas[g] antecessores illius ab inimicis Christi perpessi sunt. Quorum contrarietas debito fine secundum iudicium iusti Dei periit[h], sicut[i] et his, qui modo adversantur praedicationi[k] praedicti[l] filii nostri et servorum Dei, qui apud[m] vos sunt certa remanet perditio. Tu tamen illius[n] bonam voluntatem precibus adiuvare, exhortationibus ammonere, ut viriliter agat, nullatenus desiste; quia in salute illius prosperitas vestra consistit, et in profectu voluntatis bonae nobis omnibus merces apud Deum reputabitur. Quia[o] ego, licet indignus pater, nutrivi, educavi[p], et ad perfectum perduxi virum quem vos elegistis[5] in pontificatus honorem. Saepius ammone illum de praedicationis[q] verbi Dei instantia et pacientiae bono, quae valde necessaria

---

a) preterit *post corr. in* pręter. *T**. b) *corr. in* rari *A 2;* rari *A 1**. c) scintillae *H*. d) elucet *H*. e) miserante *H, T**. f) deo *T**. g) et *A 1, A 2*. h) habe *A 1, A 2*. i) secularis possessio *H, T**. k) *om. H, T**. l) iniquitatem in *eraso T**. m) spe *A, T**. n) lamenta *T**. o) ruunt *T**. p) promittenş *H*. q) scis *A*. r) quiete *H, T**. s) possedeas *H*. t) nihil *T**. u) inpedimentum *H;* impedimentum *T**. v) religiones quas *T**. w) quo ut *H, T**. x) *om. A 2*. y) sufficient *A 1**. z) elymosinarum *H*. a) plures *A*. b) tibi *A*. c) pace *A*. d) Simeoni *T**. e) potest *H*. f) patientē *H, A, T**. g) q̄ *H, post alio atram. corr. in* quas *T*;* quam *A 2, corr. in* quas *A 1**. h) perit *H, T**. i) sibi *A*. k) praedicatione *H;* predicatione *T**. l) quam praedicas filiis nostris et servis *A pro* praedicti — servorum. m) quiap' *H;* qui aput *A 2;* quia post vos *T**. n) scilicet Simeonis *superscriptum est in A 2, del. in A 1**. o) Quem *A*. p) edocavi *H, corr. in* educavi *T**. q) precationis *A 2, T**.

1) *Cf. Alcvini versus (Poet. Carol. I, 266):* Rara fides hominum caros effecit amicos. 2) *Cf. infra lin. 25, supra p. 320:* quia plurimi sunt impugnatores. 3) *Cf. not. 2.* 4) *Eanbaldo II archiepiscopo Eboracensi; v. ep. 232 infra.* 5) *Cf. supra p. 167 n. 1.*

a. 800 fere medio. est illi habitanti inter lupos et serpentes. Memor sit dicentis Christi: ‘Confidite, ego
Ioh. 16, 32. vici mundum’. Item mente saepissimę consideret, quid[a] ipsa veritas discipulis suis
Matth. 10, 16. 17. praecepisset, dum eos ad praedicationis[b] direxit officium[c]: ‘Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae’. ‘Cavete[d] ab hominibus’. Ammone illum diligentius, ne sit saeculi amator[e], ne adulatoribus consentiens, ne propter propinquorum turbam suum cupiditatibus terrarum vel divitiarum involvat animum[1], sed divino rigore regiam viam in omnibus ubique teneat. Melior est Christus[f] propinquus et amicus, quam[g] totius saeculi numerosa propinquitas vel amicitia.

Vide quid caritas faciat[h]. Dum te ammonere familiari stilo exorsus sum, repente me caritatis flamma transtulit ad illum. Sed ignosce mihi, quod haec pauca de illius profectu tibi destinatis inserui litterulis[i]; optans te et in hac paternae fidei felicitate[k] proficere coram Deo, ut sis in auribus[l] illius veritatis adsertor[m], non falsitatis adulator. Bene quidam[2] adulatorem diffinivit[n] dicens: ‘Adulator est blandus inimicus’; et verum ait. Plurimi namque sunt adulatores divitum et pauci ammonitores. Et melior est[o] unus suasor veritatis quam mille adulatores falsitatis. Quapropter hoc vitium omnimodis tibi caveas, carissime fili, et semper sermo tuus veritate vigeat. Licet veritas
Matth. 12, 36. rugosam[p] habeat frontem[3], tamen solidum habere solet consilium. Si[q] pro omni
Sap. 1, 11. otioso verbo reddituri erimus rationem, quanto magis pro noxio[r] vel fallaci? Os, quod mentitur, occidit animam. Pro veritatis officio sermo est[s] homini datus[t], non pro[u] falsitatis iniquitate. Numquam adulator verus est amicus, sed blandus, ut dicitur, inimicus, gladium melle litum[v] porrigens amico. Melius est cauterio sanare vulnus, quam blandimentis nutrire, ut peius[w] fiat.

Consideret sagacitas tua tempus locum et personam: quo tempore, quo loco, cui personae quid dicendum sit. Quae optime in libro beati Gregorii, qui Pastoralis dicitur, legi et discerni[x] possunt[4]. Numquam sacra lectio temporibus oportunis de manibus recedat tuis. Vices suas habeant lectio et oratio. Et non nox neque dies protrahatur in conviviis vel ebrietatibus aut confabulationibus non necessariis. Inter pocula sonet[x*] sermo aedificationis, audiatur vox ammonentis[y] vel palam omnibus vel cuilibet considenti[z].

Puerilis aetas tuis sermonibus[a] a flammis servetur[b] vitiorum, quatenus castitas[c] illorum[d] tibi proficiat in mercedem perpetuae remunerationis. Non tibi sit vilis anima, pro qua dominus omnium mori[e] dignatus est. Ne dicas in animo: ‘Quid ad me pertinet, sive bene sive male faciat’? Ubi est caritas, si errantem corrigere non
2 Cor. 11, 29. curas? Memento apostolum dicentem: ‘Quis scandalizatur, et ego non uror’? Alterius peccatum, suum fecit dolorem. Quid habes redemptori tuo et iudici omnium in die magno[f] ostendere, si animas non habes tuo labore redemptas a diaboli servitute ostendendas[g]? Quantas in hoc exilio tuis doctrinis ab iniquitate revocas et in viam veritatis reducis, procul dubio tantas recipies mercedes in die illa. Ideo non cesset caritas operandi[h] bona omnibus; non cesset lingua loquendi de bonis ad omnes; hos

a) quod A 2. b) predic. *post corr. in* pręd. *T**. c) offitium *corr. in* officium *T**. d) Kavete A 2. e) amotor A 2. f) et *add.* A 1*. g) quan *H*; qua *post corr.* quam *T**. h) facit *H*, *T**. i) litteris A 2. k) facultate A. l) omnibus *T**. m) *post corr. in* assertor *T**. n) definivit A 2. o) *om.* A 2. p) rugusam A 2. q) *om.* A. r) noxo *H*, *T**. s) sermonē A *pro* sermo est. t) da A. u) *om.* *T**. v) mellitum A 2 *pro* melle litum; *corr. in* mellitum A 1*. w) peior *H*, *T**. x) discerni vel legi A. x*) sonus et *T**. y) coram ammonentibus *H*, *T** *pro* vox ammonentis. z) consedenti A. a) tuis sermonibus *om.* A. b) a flammiservatur *H*. c) aetas *H*, *T**. d) eorum A. e) morere *H*. f) indicii A 1*, *corr. in* magno A 2. g) *om.* A 2. h) optanti A 2; optandi A 1*.

1) *Cf. supra ep. 114, p. 168 n. 1.* 2) *Hieronymus, cf. p. 45 n. 3; 315 n. 6.* 3) *Hieronym. Dial. contra Pelag. c. 26 (Opp. II, 709):* Veritas amara est, rugosae frontis et tristis; *supra pp. 141. 144.* 4) *Cf. supra p. 171 n. 5.*

a. 800 fere medio.

precibus persuadens, illos severitate castigans, secundum modum uniuscuiusque aetatis vel personae. Esto lucerna in domo Dei, et[a] per te plurimi inluminentur[b] et a tenebris vitiorum[c] in viam perpetuae lucis revocentur. Non deerit tibi gratia adiuvantis Dei, si tibi[d] inerit[e] voluntas admonitionis sanctae. Scribe evangelium in corde tuo, et in memoria maneant[f] miracula vel verba domini nostri Iesu Christi: et saepius psalmorum vice canito[g] evangelium, maxime secundum Iohannem, ubi altiora leguntur inesse[h] mysteria. In quo ego de patrum libellis laboro[i] expositionem brevi sermone peragere[1]: opus necessarium vobisque iocundum, si donante Deo perficiatur et ad vos pervenire poterit.

Tu[k] vero pacem cum omnibus habeas, bellum cum vitiis[l], concordiam cum fratribus, moresque iocundos cum eis, qui sanctorum moribus consonanter[m] vivant[n]; patienterque tuas[o] suffer iniurias, vel magis dimitte, ut dimittatur tibi. Esto in[p] cibo modestus, in poculo parcus, in loquendo sobrius, in vigiliis devotus, ad omne opus Dei promptus[q], pius ad pauperes et infirmos[r], consolator merentium[2], adiutor[s] laborantium, conpatiens miseriis omnium; largus in elemosinis secundum vires habendi, memorans evangelicae viduae duo minuta, prophetamque[t] dicentem: 'Frange esurienti Luc. 21, 2. Is. 58, 7. panem tuum'; honeste[u] praevidens discretionem aelymosinae[v] ita[w], ut[x] utroque, et danti et accipienti, solatium esset[y].

Ubique discretio optime valet, quae inter monachos mater virtutum esse dicitur, Salomone attestante: 'Palpebrae[z] praecedant gressus tuos', id est discretio actus tuos. Prov. 4, 25. Cui sententiae[a] et apostolus consonat, ubi ait: 'Omnia vestra honeste[b] cum ordine 1. Cor. 14, 40. fiant'. Et comicus quidam ait[c]: 'Ne quid nimis'[3]. In omni re temperantia servanda est[4], quae est via regia totius vitae nostrae, nec ad dexteram nec ad[d] sinistram declinans, sed honeste[e] et sapienter incedens, quasi providus viator ad supernae civitatis arcem properans, ambulans de virtute in virtutem[f], donec videatur Deus deorum Ps. 83, 8. in Sion, id est in specula[g][5] aeternae beatitudinis, quae est omnium sanctorum merces et retributio laboris sui. Ibi beati mundo corde, quia Deum videbunt. Ibi beati, qui Matth. 5, 8. 10. persecutionem patiuntur, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Ibi beati, qui habitant Ps. 83, 5. in domo Domini, quia in saeculum saeculi laudabunt eum.

Hanc habeto cartulam, dilectissime fili, sociam tibi[6], vice paternae caritatis tibi loquentem in corde[h], teque[i] ammonentem non solum de salute tua, verum etiam de multorum profectu et prosperitate, meque ipsum tuo pectori[k] cotidie commendantem, ut vera nos caritas florere faciat in praeceptis Christi dei, cui laus et gloria in saecula sempiterna.

---

a) ut *A 1**. b) *post corr.* illum. *T**. c) viarum *A*. d) *om. T**. e) inhaerit *H*. f) maneat *H*. g) caneto *H, T**. h) in eo *A*. i) aeterno *H pro* laboro. k) *ad marg.* Admonitio utilis *T**. l) conviciis *H pro* cum vitiis. m) consociantur *H, T**. n) et vivunt *T**. o) tuos *H*. p) *om. A 2*. q) prumptus *H*. r) infirmis *A 1**. s) et *add. A 1**. t) et prophetam *A*. u) cavete *H, T* pro* honeste. v) elymosine *post corr.* elemosinę *T**. w) in *T**. x) ut *om. H, T**. y) esse possit *A*. z) palbebre *T**, tuę *alio atram post superscr.* a) sentiae *H*. b) honesta *H, A, T**. c) *om. A 2*. d) *om. H*. e) caute *H, T**. f) in virtutem *om. A 2*. g) spelunca *A 2*. h) cor *H*. i) te *H, T**. k) pectore *H, T**.

1) *In Iohannis evangelium commentarii partem misit Alcvinus anno 800. ante d. 19. Aprilis ad Gislam et Rodtrudam (v. ep. 195 supra p. 322); totum vero opus iam absolutum esse scimus anno 801 (v. ep. 214 infra). J.* 2) *Cf. supra p. 139 n. 4.* 3) *Terentii Andria I, 1, 34, cf. infra ep. 281.* 4) *Alcv. de virtutib. et vit. c. 35 (Opp. II, 145):* Temperantia est totius vitae modus, ne quid nimis homo vel amet vel odio habeat, sed omnes vitae huius varietates considerata temperet diligentia. 5) *Isid. Etym. VIII, 1, 5 (XV, 1, 5):* Sion id est speculatio. 6) *Cf. supra p. 170 n. 1.*

c. 800 **210.**

Alcvinus Georgio patriarchae Hierosolymitano dignitatem in loco sanctissimo acceptam gratulatur, et ad patientiam in persecutione infidelium hortatur; se suosque illius orationibus commendat. *c. 800.*

Cod. Parisinus 2826 (S. Martialis Lemovic.) fol. 136'—137' (ex quo Paris. 17448 fol. 112)[a]. *Edd. F 183, J 155. — Migne col. 359.*

Benedictus deus et dominus noster Iesus Christus, qui visitavit plebem suam, et
elegit civitatem Hierusalem, sanguine redemptionis nostrae sanctissimam et gloriosis-
simam eiusdem dei et domini nostri resurrectione; et benedicta misericordia eius, qua
te, sanctissime patriarcha Georgi[b] [1], elegit in locis sanctissimis suae habitationis et
nostrae redemptionis intercessorem pro sancta sua ecclesia, quae in latitudine totius
offendit, laudat, colit, et adorat nomen domini Dei aeterni; ut esses in eo loco, bea-
tissime pacis praedicator, in quo ipse omni mundo sanctioribus ambulavit pedibus,
Ioh. 14, 27. qui ait: 'Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis', ut sis rector populi
sui et praedicator veritatis omnibus sanctorum visitatoribus[c] locorum. Beati estis,
quibus concessum est lacrimas ad eius fundere vestigia, qui clementi vultu mulieri
Luc. 7, 47. peccatrici[d], quae lacrimis[e] sanctos abluit pedes, ait: 'Qui multum dilexit, multa
dimittuntur ei peccata'.

Hortare piis praecibus, paterno affectu, sancto desiderio consocios tribulationis
tuae forti animo in fide permanere Christi dei, et patienter sustinere varias infidelium
persecutiones, recogitantes eum, qui pro salute illorum in patibulo suspensus ait:
ib. 23, 34. Rom. 8, 18. 'Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt'. 'Non sunt itaque[f] condigne[g] huius
temporis passiones', ait egregius praedicator, 'ad superventuram gloriam, quae revela-
2. Tim. 2, 5. bitur in nobis'. Nullus miles coronabitur, nisi qui legitime certat. Brevis est labor
tribulationis huius vitae, sed merces perpetua[h], quae vincentibus dabitur. Non sit
cuilibet fidelium in oblivione iocundissima promissio domini nostri Iesu Christi, qui
Matth. 28, 20. ait: 'Ecce ego vobiscum omnibus diebus usque[i] ad consumationem saeculi'.

Mei quoque ut in sanctis orationibus vestris habeatis memoriam per eius miseri-
ib. 18, 20. cordiam obsecro, qui ait: 'Ubi sunt duo vel tres in nomine meo congregati, ibi sum
in medio eorum'. Haec promissio in illis optime impletur, qui non corporibus[k] tantum,
sed caritate iunguntur perfecta.

Albinus habeo nomen inter notos[l] et filios sanctae Dei ecclesiae. Vestri quoque
nominis nobiscum esse memoriam inter officia sacri[m] altaris scitote. Confortamini viri
fratres in Christo Iesu et in potentia eius; et in fide catholica fidutialiter agite.
1. Thess. 5, 14. 1. Cor. 15, 58. Patientes estote ad omnes, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino, sed
qui plus laborat plus mercedis accipiet[2]. Ascendite mente et desiderio sancto ad eum,
Ioh. 17, 24. qui ait: 'Volo, pater, ut ubi sum ego, et isti sint mecum'.

Isai. 2, 3. Optamus in vobis impleri Christi gratia cooperante quod olim propheta ait: 'De

---

210. a) *Lemma:* Ad Georgium patriarcha urbis Hierosolimae *c.* b) Georgii *c.* c) visitatorum *c.* d) peccatricae *c.* e) lacrimas *c.* f) itaquae *c.* g) cogndigne *c.* h) perpaetua *c.* i) usquae *c.* k) corporis *c.* l) notes *c.*; nostrates *coni. Frob.* m) sacris *c.*

1) *Georgium patriarcham in vita S. Stephani Sabaitae commemorari (n. 49:* Cum hinc ad Deum sancte migraret *(sc. Helias)*, domnum Georgium syncellum suum in cathedram theadelphicam successorem reliquit, *Acta SS. ed. Bollandi, Iulii III, 524, cf. p. 529) adnotavit iam Frobenius, qui hanc epistolam anno 800. adscribere voluit, quia post natalem Domini Carolus rex legatos patriarchae cum Zacharia presbytero palatii Hierosolymam dimisit (infra ep. 211). Cf. Ann. Einharto ascr. a. 799. 800; Maximinian. 803 (SS. XIII, 23):* Nam et missi Georgii patriarchae de Hierosolymis, id est monachi duo, ibi venerunt ad eum. 2) *Cf. supra p. 100 lin. 15; 317 lin. 12; 332 lin. 36.*

Sion exibit lex et verbum Domini de Hierusalem'. Inde luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. 800—801 Matth. 5, 16.

Sanctitatem vestram pro sancta Dei ecclesia intercedentem dominus noster Iesus Christus exaudire dignetur et in omni bono ad multorum proficere faciat [salutem][a], domine patriarcha honorandę et desiderantissime pater, sed ut pro nostris filiis[b] intercedere digneris, deprecor: pro Symeone episcopo[1], pro Onie et Martino sacerdotibus et Nathanaheli archidiacono[2] et ceteris, qui nobiscum sunt, qui pro vestra beatitudine intercedere non desistunt. Opto, valete in nomine domini dei Iesu Christi in aeternum.

211.

Alcvinus Carolo regi scribit, allato nuntio de Maganfredi camerarii morte, fratres S. Petri a se petiisse, ut cum cellulas quasdam et atrium rogaret. Obsecrat, ne exercitum perniciosam expeditionem in Beneventanorum fines facere iubeat. *800—801.*

Codd. T fol. 43—44 (T fol. 39)*[a].
Edd. Q 24, F 105, J 156. — Migne col. 370.

Gloria et laus Deo omnipotenti pro salute et prosperitate vestra, dulcissime mi David. Atque pro omni honore et sapientia, in quibus te speciale gratia omnibus superexcellere fecit, perpetua gratiarum actio resonet. Et assidua[b] sanctarum intercessio orationum ad Deum dirigatur, quatenus longeva prosperitate feliciter vivas valeas et regnes ad correctionem et exaltationem sanctae suae ecclesiae[c], ut sub protectione tuae venerandae potestatis secura quiete deo Iesu deserviat.

Effudi pridem preces supplicationis meae per Candidum famulum vestrum[3], quas precor clementi animo vestram suscipere pietatem. Quicquid animus suggessit meus mihi, totum misi in aures eius, ut conservaret in corde vestraeque veredico ore patesceret pietati.

Sed novi rerum eventus novos iterum caritatis penna exarare meam devotionem apices exhortantur. Audivi siquidem, quod sine dolore et lacrimis non dicam, Maganfredum fidelem vestrum[4], nobisque carissimum amicum[5], in Beneventana diem obisse[6] patria[7]. Unde rogatus sum a fratribus Sancti Petri[8] litteras dirigere bonitati vestrae pro cellulis ad eam antiquitus pertinentibus[d] ecclesiam, ut merces vestra esset ex illarum aliquibus, si vestrae videatur providentiae; similiter et pro atrio intra muros civitatis[9], unde fratribus Sancti Petri habitatio[e] honesta construi potuisset. De his omnibus vestra consideret bonitas: quid Deo placeat vestroque nomini[f] honorabile fiat et bonitati amabile.

Sed multo maior et plus necessaria populo christiano causa occurrit preces prostrato effundere corpore ante pedes pietatis vestrae. Primo, ne irascaris fidelissime caritati

---

a) salutem *supplet Frobenius;* utilitatem *coni. Bethmann.* b) filios *c.*

211. a) *Lemma:* Item alia eiusdem ad eundem de prosperitate Pauli christiani providentia *T.* b) assiduas *T.* c) *om. T.* d) pertinentes *T.* e) habitatione *T.* f) nomine *T.*

1) *Eanbaldo II archiepiscopo Eboracense inde ab anno 796; cf. p. 347 n. 4.* 2) *De Martino v. supra p. 66 n. 5, de Onia infra epp. 276, 277, de Nathanaele (id est Fridugiso) supra p. 237 n. 6, p. 249.* 3) *Ergo non multo ante, quam haec epistola scripta est, Candidus ad Carolum in Italiam ierat, cf. infra epist. 216.* 4) *camerarium Caroli regis; v. supra p. 159 n. 1.* 5) *V. ep. 111 supra p. 159:* Dilectissimo in Christi caritate amico *cet.* 6) *sine dubio exeunte anno 800. in expeditione, a Pipino rege iussu Caroli in fines Beneventanorum ducta; de qua v. Annales Lauriss. et Einharto tributos 800 (SS. I, 188. 189). J. Cf. infra ep. 218.* 7) *regione.* 8) *Turonensibus sine dubitatione. Neque ullo modo probabilis mihi videtur Mabilionis sententia, qui in Annal. ord. S. Bened. II, 337 de ipsius et remotissimae et Carolo inimicissimae urbis Beneventanae ecclesia cogitat. J.* 9) *Turonensis.*

800—801 meae, qua me maxime debitorem[a] benignitati vestrae verissime agnosco. Secundo etiam loco et hoc intimo cordis affectu deposco[a*], ut sanctissima sapientiae vestrae consideratio provideat, quid Deo placeat vel quid populo profitiat christiano de expeditione hostili in Beneventana terra, ne maius[b] ibi eveniat damnum de fidelibus tuis. Optime[c] nosti, quomodo divina pro te pugnabat providentia. Patrem[1] fratremque[2] huius impiissimi hominis[3] in brevi tulit articulo. Hic[d] etiam sic faciet, credimus, si illius sancta voluntas disponit, ut et iste pereat, et[e] sine aliquo fidelium damno tuorum eveniat. Talia possunt forte[f] melius ex consilio quam aperta expugnatione per tempus finem habere. Quo plus humiliat se homo sub manu omnipotentis Dei, eo citius
Rom. 12, 19. vindicat iniurias servorum suorum. Qui ait: 'Mihi vindictam, ego retribuam'; id est: 'Mihi servate vindictam, et ego pugnabo pro vobis'. Nam David, de quo ipse Do-
Act. 13, 22. minus tam sublime protulit testimonium: 'Inveni David filium Iesse virum secundum
2. Reg. 19, 23. cor meum', ipse igitur Semei sibi maledicentem prohibuit[g] occidi; optans sibi pro pacientia humilitatis suae a Deo dari[h] benedictionem.

Haec etiam acutissimae sapientiae investigatio disponat secundum rationis vivacitatem et secundum salutem fidelium tuorum, considerans, quomodo animus illorum sine praesentia beatitudinis tuae longum sufferat laborem.

Deum invoco testem cordis mei me[i] haec plena fide et perfecto prosperitatis vestrae in omnibus desiderio scripsisse; obsecrans supplici devotione haec eadem patienter vestram legere beatitudinem, nec aliquid iracundiae in meam habere praesumptionem, talia vestrae ingerentis[k] sapientiae. Licet caritas mea stulta videri[l] valeat, tamen numquam infidelis nec in minimo nec in maximo inveniri poterit. Fiducia enim probatissimae humilitatis vestrae haec scribere praesumpsit.

Forte quislibet dicit: 'Quid ille homo alienis se ingerit rebus'? Non agnoscit nihil mihi alienum vestrae prosperitatis esse debere; quam super salutem corporis mei vel vitae meae longaevitatem diligere me testor. Tu prosperitas regni, tu salus populi, tu decus ecclesiae, tu omnium protectio fidelium Christi. Nobis igitur sub umbra potentiae et sub tegmine pietatis tuae divina concessit gratia relegiosam ducere vitam atque secura quiete deo Christo deservire. Ideo sollicita mente et pia intentione pro tua prosperitate et salute[m] curam habere et intercedere iustum et necessarium habemus, domine[n] desiderantissime atque omni honore dignissime[n], David rex.

212.

Alcvinus Riculfum archiepiscopum Moguntinum hortatur, ut scissuram in ecclesia reparare studeat; pacis studium in eo laudat. *800 ex. vel 801 in.*

Cod. II fol. 53—54'.

Edd. F 182, J 157. — Migne col. 357.

VENERANDO PATRI ET IN CHRISTI MEMBRIS MAGNIFICO DAMOETE ARCHISACERDOTI[4] HUMILIS MAGISTER ALBINUS SALUTEM.

Secundum oportunitatem portitoris[5] cognita mentibus nostris caritas meam inpellit linguam aliquid paternae salutationis vestrae dictare dilectioni, ut sciatis integram

---

a) devitorem *T.* a*) diposco *T.* b) maior *T.* c) Optimae *T.* d) Sic *T.* e) ut *addidit Watt.*, et *Simson (Jahrb. unter Karl dem Gr. II, 222 n. 3).* f) ferte *T.* g) prohibui *T.* h) dare *T.* i) me *addidit J.* k) ingerenti *T.* l) videre *T.* m) salutem *T.* n) dominum *corr. in* domino desiderantissimo — dignissimo *T.*

1) *Arichisum ducem Beneventanum, die 26. Aug. 787. mortuum; v. Chron. Salernitanum c. 20 (SS. III, 483).* 2) *Rumualdum, qui die 21. Iulii 787. obierat; v. ibidem c. 21.* 3) *Grimualdi ducis Beneventani. Cf. infra epp. 218. 224.* 4) *Cf. supra p. 66 n. 1.* 5) *Cf. supra p. 343 lin. 32.*

antiqui amoris flammam nostro splendescere in pectore; et quem semper fidelem probavi, semper amare non desistam, quia caritas iuxta vetus proverbium, quae deseri potest, numquam vera fuit[1]. 800 ex. vel 801 in.

Audiens itaque vestram prosperitatem, et conversationem laudabilem, et veritatis instantiam; et quomodo stetisti cum domno apostolico[2], secundum meae petitionis cartulam, mox etiam archana cordis mei cubilia, resolutis tristitiae habenis[a], in gaudium apertis ostiis prosiluerunt, plena voce cum apostolo decantare: 'Maius mihi gaudium non est, quam filios meos in fide et veritate audiam ambulare'. (3. Ioh. 4.) Miratusque sum, quomodo quidam sapientes surda pectoris aure apostolicum legissent proemium[b]: 'Non est potestas, nisi a Deo; et qui potestati resistit, Dei ordinationi[c] resistit'. (Rom. 13, 1. 2.) Quia omnia, quae a Deo sunt, ordinata fiunt. Ergo locus mihi sufficiens fuit disputandi de hac causa; sed sciens prudentiam vestram optime haec omnia nosse, et velocissimo praecurrere sensu litterarum mearum seriem, hoc tantum ammoneo, ut altissimae dignitatis nomini[d] opera rectissima conveniant, et mores in omni aequitate sanctissimi sacerdotalis superhumerale honoris[3] exornent, ut quod oculis multorum videtur in humero, omnium ore praedicetur atque ametur in moribus.

Olim te cum beato Petro tota nocte in undis laborantem agnovimus; sed modo iam iamque iubente Domino in dexteram navigii cum eodem beato principe apostolorum rete mittendum[e] est, ut capias sine scissura retis, id est in perfectione catholicae fidei, (Ioh. 21, 11.) magnos pisces centum quinquaginta tres, quorum me ministerium[f] olim vestrae sanctitati exponere[g] recordor[4]. Sed, heu pro dolor, quod tanta scissura apostolici[h] retis subito facta est, ubi ille maximus animarum piscator sacratissimo requiescit corpore; ut vix convenienti sanctorum ex diversis mundi partibus magistrorum turba impie dissensionis scissura piae caritatis resarciri potuit filis. Insuper, sicut audivi, quod sine dolore cordis non dicam, ipsos male inter se dissentire magistros. Quidam vero volentes rudis panni[i] assumentum veteri inmittere vestimento, et peiorem facere (Matth. 9, 16; Marc. 2, 21.) scissuram; quidam vero meliori consilio vetera reformare, et in antiquum reponere ordinem; cum quibus vestram sanctissimam sollicitudinem laborare audivimus; et placuit mihi[k] multum piae pacis atque ecclesiasticae concordiae vos secundum Deum seminatores esse, in qua vestram benivolentiam semper sudare exopto; recordantes dulcissimam Domini largitionem in suos, dicentis[l]: 'Pacem meam do vobis, pacem (Ioh. 14, 27.) meam relinquo vobis; non quomodo mundus dat, ego do vobis'. Aliter sancti in omni bono pacifici inter se esse debent; aliter sepissime peccatores pacem inter se habere noscuntur, sicut in sancto evangelio de Herode et Pilato legitur. (Luc. 23, 12.) Illam vero pacem, quae inter sanctos solet esse, propheta ex mandato Domini praedixit, ubi ait: 'Pacem (Zach. 8, 19.) et veritatem diligite, dicit Dominus omnipotens'. Et egregius praedicator: 'Pax Christi, (Phil. 4, 7.) quae exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra in caritate et sanctitate'. Hanc vestra relegiosa pietas et venerabilis auctoritas cum omnibus Deo servientibus semper sequatur. Hanc angelicus nato Domino cecinit coetus, dicens: 'Gloria in excelsis (Luc. 2, 14.) Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis'. In hac etiam et in omni bono vestram beatitudinem, divina adiuvante gratia, proficere opto, domine venerande, et desiderantissime fili.

---

212. a) hauenis *H.* b) proliemium *H.* c) ordinatione *H.* d) nomine *H.* e) mitendum *H.* f) *an* mysterium? g) expone *H.* h) apostolicae *H.* i) rudipannis *H.* k) me *H.* l) dicentes *H.*

1) *Hieronymi ep. 3 (Opp. I, 13), cf. supra p. 49 n. 2.* 2) *Leone III, in conventu episcoporum Romae a. 800. habito; cf. Ann. Lauresham. 800 (SS. I, 38):* Et ibi fecit conventum maximum episcoporum seu abbatum cum presbyteris diaconibus et comitibus seu reliquo christiano populo *etc.* 3) *i. e. pallium archiepiscopale; cf. p. 286.* 4) *Mysticum horum piscium sensum interpretatus est supra in ep. 113 p. 163 ad Arnonem archiepiscopum data.*

a. 800 ineunte.

213.

Alcvinus Gislae sorori Caroli imperatoris et Rodtrudae filiae eiusdem commentarium in Iohannis evangelium dedicat. *a. 801 ineunte.*

Codd. S. Galli 275 (G) p. 5—10, Monac. 14391 quond. S. Emmer. (E) f. 5 – 7', Valentian. saec. X. 76 (74) fol. 2 (V), Parisin. 12279 s. X. fol. 59 — 60 (O). Est etiam in codd. ecclesiae cathedralis Coloniensis CVII saec. IX. fol. 3 — 5, CVIII saec. IX. fol. 1' — 2'.

Edd. Quercetanus col. 377—384, Frobenius T. I, 462—464, J 158. — Migne col. 740.

NOBILISSIMIS[1] IN CHRISTIANAE RELIGIONIS[b] SANCTITATE ET IN SAPIENTIAE STUDIIS DEVOTISSIMIS DEOQUE DICATIS[c] VIRGINIBUS GISLAE[d] SORORI ET RODTRUDAE[e] FILIAE HUMILIS FRATER ET PATER ALCWINUS[f] PERPETUAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Quantum in sanctissimo sapientiae studio optimam in vobis laudo devotionem, tantum mei[g] ipsius plango imperitiam[h]; meque ipsum longe inparem vestrae[i] laudabili devotioni[k] agnosco. Atque[l] utinam tanta esset in meo pectore facultas scribendi, quanta[m] est in vobis voluntas legendi. Proinde duabus coartor angustiis. Hinc caritati[n] quicquam negare, cui omnia prestare debitor sum: illinc altiora petere modulumque[o] meae parvitatis transcendere, dicente scriptura: 'Altiora te ne quaesieris'. (Eccli. 3, 22.) Nisi forte in vobis sit culpa, quia difficilia petistis; et in me ratio iustae excusationis, qui, infirmitates meas considerans, altissimo[p] meum opere calamum abstinere decrevi.

Scire debetis omnibus divinae scripturae paginis merito[q] evangelicam[q*] excellere auctoritatem — quia, quod lex et prophetae futurum praenuntiaverunt, hoc redditum atque[l] conpletum in evangelio demonstratur — atque[l] inter ipsos evangeliorum scriptores valde beatum Iohannem in divinorum profunditate mysteriorum eminentiorem[r] esse. Quem etiam tradunt, sicut legitur in ecclesiastica historia[s], usque ad ultimum paene vitae suae tempus absque ullius scripturae indiciis[t] evangelium puro sermone praedicasse. Siquidem[2] a tempore dominicae passionis resurrectionis et ascensionis usque ad ultima Domitiani[u] principis tempora, per annos circiter sexaginta et quinque, absque ullo scribendi adminiculo[v] verbum Dei praedicabat. At[w] ubi a Domitiano[x], qui secundus post Neronem christianorum persecutor extitit, exilio Pathmos missus est, nancta[y] occasione illius pii patris absentia, inrumpentes in ecclesiam heretici quasi in destituta pastoris ovilia lupi, Marcion Cerinthus[z] et Hebion ceterique antichristi, qui Christum fuisse ante Mariam negabant, simplicitatem fidei evangelicae perversa maculavere doctrina. Sed cum[a] ipse post occisionem Domiciani, permittente pio principe Nerva, rediret Ephesum, conpulsus est ab omnibus paene tunc Asiae episcopis et multarum ecclesiarum legationibus, de coeterna patri divinitate Christi altius facere sermonem; eo quod in[b] trium evangelistarum scriptis, Mathei videlicet Marci et Lucae[c], de humanitate eius ac de his[d], quae per hominem gessit, sufficiens sibi viderentur habere testimonium. Quod ille se non aliter acturum respondit, nisi

---

213. b) in christiana religione *G.* c) decatis *corr. in* dicatis *V.* d) Gyslae *O;* Gislane *G pro* Gislae sorori. e) Richtrudae *E, O;* Rihgtrudae *V.* f) Albinus *E, V.* g) me *V.* h) inperitiam *V.* i) vestra *V, O.* k) devotione *G, E, V, O.* l) Adque *V passim.* m) quantum *G.* n) caritate *G, E, V, O.* o) modolumque *G, corr.* modulumque *V.* p) altissimum *G.* q) mereto *V.* q*) euuangel. *V passim.* r) mister. aemin. *V.* s) istoria *V.* t) indiliciis *V.* u) Domiciani *G, V.* v) ammin. *V.* w) Ad *V.* x) Domiciano *G, V.* y) nacta *E.* z) Martion (Marchion *V*) Cherintus *E, V.* a) Dum *G, V.* b) in trium *om. V.* c) Luchae *V.* d) eius *V;* ac de his *om. O.*

1) *Cf. de hoc prologo epistolam sequentem 214.* 2) Siquidem a — Deus erat verbum *sumpta sunt ex Bedae homilia 35, opp. ed. Giles V, 264. 265, repetita ab Alcvino ipso in huius commentarii l. VII, c. 46 p. 647. 648.*

indicto ieiunio omnes in commune Dominum praecarentur[a], ut illo donante digna a. 801
scribere posset[b]. Et hoc ita patrato[b*], instructus revelatione caelesti ac sancti[c] Spiritus ineunte.
gratia debriatus[d], omnes hereticorum tenebras, patefacta[e] subito veritatis luce, dispulit
dicens: 'In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum'. Ioh. 1, 1.
Atque cum trium[f] evangeliorum, Mathei scilicet Marci et Lucae, ad eum notitia pervenisset[g], probasse quidem dicitur fidem et veritatem dictorum: deesse tamen vidit aliqua[h] rerum gestarum historiae, ea maxime, quae primo praedicationis suae tempore Dominus gesserat.

Certum est enim, quod in superioribus tribus evangeliis haec videntur sola contineri, quae gesta sunt, postquam Iohannes baptista traditus et inclusus est carcere[1].
Denique si observes, statim in[i] initio[k] narrationis, posteaquam refert Matheus de[l]
quadraginta dierum ieiunio et de temptatione eius[m], continuo subiecit dicens: 'Audiens Matth. 4, 12.
autem, quia Iohannes traditus est, discessit de[n] Iudea et venit in Galileam'. Sed et
Marcus similiter: 'Posteaquam inquit[o] traditus est Iohannes, venit Iesus in Galilaeam'. Marc. 1, 14.
Lucas vero etiam, priusquam incipiat[p] aliquid de actibus referre Iesu, dicit quia:
'Adiecit Herodes super omnia mala, quae gesserat, et conclusit Iohannem in carcere'[q]. Luc. 3, 20.
Quia, inquam, ab his haec videbantur omissa, rogatus dicitur Iohannes apostolus, ut
ea, quae praeterierant priores, ante traditionem Iohannis salvatoris gesta describeret.
Et ideo dicit in evangelio suo: 'Hoc fecit initium signorum suorum Iesus'; et iterum Ioh. 2, 11.
in alio loco indicat dicens: 'Nondum enim Iohannes missus[r] erat in carcerem'. Ex ib. 3, 24.
quibus constat, quod ea, quae[s], antequam Iohannes traderetur, ab Iesu fuerant gesta, describit[t].

Sed procul dubio maxime divinitatem domini nostri Iesu Christi, qua Patri est aequalis, intendit declarare; eamque praecipue suo evangelio, quantum inter homines sufficere credidit, commendare curavit. Itaque longe a tribus superioribus evangelistis sublimius elevatus est[2]; ita ut eos quodammodo videas in terra cum Christo homine conversari, illum autem transcendisse nebulam, qua[u] tegitur omnis terra, et pervenisse ad liquidum caeli lumen: unde acie mentis acutissima atque firmissima videret in principio[v] verbum, deum de deo, lumen de lumine, per quem facta sunt omnia; et ipsum agnosceret carnem factum, ut habitaret in nobis; quod acceperit carnem, non quod fuerit[w] mutatus in carnem. Nisi enim carnis adsumptio, servata incommutabili
divinitate, facta esset, non diceretur: 'Ego et Pater unum sumus'[x]. Neque enim ib. 10, 30.
Pater et caro unum sunt. Et hoc de se ipso Domini testimonium, solus idem Iohannes
commemoravit et: 'Qui me videt, videt[y] et Patrem'; et: 'Ego in Patre, et Pater in ib. 14, 9. 10.
me'; et: 'Ut sint unum, sicut et nos unum sumus'; et: 'Quae Pater facit, haec eadem ib. 17, 22. ib. 5, 19.
et filius facit similiter'. Et si qua similia[z] sunt, quae Domini[a] divinitatem, in qua aequalis est Patri, recte intellegentibus intiment, plenius solus[b] Iohannes in evangelio suo posuit; tamquam de pectore ipsius Domini, super quod discumbere in eius convivio solitus erat, secretum divinitatis eius[c] uberius et quodammodo familiarius biberet.

Proinde[3], cum duae virtutes propositae sint animae humanae: una activa, altera contemplativa; illa qua itur, ista qua pervenitur; illa qua laboratur, ut cor mundetur ad videndum Deum, ista qua vocatur[d] et videtur Deus, illa est in praeceptis exer-

a) deprecarentur *E.* b) possit *E, V, O.* b*) parato *V.* c) ac si *V pro* ac sancti. d) deebriatus *E.* e) patefactas *G.* f) contrarium *O* (*pro* cum trium). g) pervenerat *E, G, V, O.* h) aliquam — historiam *G.* i) *om. O, V.* k) inicio *V.* l) *om. G;* per *O.* m) *om. E.* n) a *G.* o) inquid *V.* p) inceperat *V.* q) carcerem *V.* r) cr. miss. *V.* s) *om. V.* t) descripsit *V.* u) quae *E.* v) erat *add. O.* w) fuerat *E, O.* x) summus *V.* y) vidit vidit *V.* z) alia *E, V.* a) *om. V;* Christi *E.* b) solus *om. E.* c) *om. V.* d) vacatur *E.*

1) *Cf. Eusebii Hist. eccles. l. III c. 24.* 2) *Cf. Bedae hom. 46. 35 (Opp. V, 351. 260); Alc. in comment. cap. 1 (ed. Frobenius p. 467).* 3) *Etiam in sequentibus Alcvinus nonnulla ex homilia Bedae (l. l. p. 262. 263) desumpsit, cf. Commentar. in Ioh. l. VII c. 46 p. 647.*

a. 801 ineunte. cenda[a] vitae huius temporalis, ista in doctrina vitae illius sempiternae. Ac per hoc illa operatur, ista requiescit, quia illa est in purgatione peccatorum, ista in lumine purgatorum; ac per hoc in hac[b] vita mortali illa est in opere bonae conversationis, 1. Cor. 13, 12. ista vero magis in fide et apud perpaucos per speculum in enigmate et ex parte in aliqua visione incommutabilis[c] veritatis. Ex quo intellegi datur, si diligenter advertas tres evangelistas, temporalia facta Domini et dicta, quae ad informandos mores vitae praesentis[d] maxime valerent, copiosius prosecutos[e], circa illam activam fuisse versatos; Iohannem vero, facta Domini multo[f] pauciora narrantem, dicta vero eius, ea praesertim quae Trinitatis unitatem et vitae aeternae felicitatem insinuarent, diligentius et uberius conscribentem, in virtute contemplativa commendanda[g], suam[h] intentionem atque[i] praedicationem tenuisse.

Iste est siquidem Iohannes[k], unus ex discipulis Christi, quem Dominus de fluctivaga nuptiarum tempestate virginem vocavit[1]. Cuius virginitatis in hoc duplex testi- Ioh. 13, 23. monium in evangelio datur, quod et prae ceteris dilectus a Deo dicitur, et huic matrem ib. 19, 27. suam de throno crucis commendavit[l] Deus, ut virginem virgo servaret. Qui[2] singulari privilegio meruit castitatis, ut[m] ceteris omnibus miraculorum Christi scriptoribus altius ib. 13, 23. divinae maiestatis simul caperet ac patefaceret archanum. Neque enim frustra in cena mystica supra pectus Iesu recubuisse perhibetur; sed per hoc verissime docetur, quia caelestis haustum sapientiae ceteris excellentius de sanctissimo eiusdem pectoris Apoc. 4, 7. fonte potaverit[n]. Unde et merito in figura quattuor[o] animalium aquilae volanti comparatur. Cunctis quippe avibus aquila celsius volare, cunctis animantibus clarius solis radiis infigere consuevit obtutus[p]; ita beatus Iohannes sublimius aeternae nativitatis Christi mysteria conspexit. Iste prior Petro, laborantibus in piscatione discipulis, Ioh. 21, 4–7. Christum in litore[q] stantem reteque in dexteram navigii mittere iubentem agnovit; dicens Petro: 'Dominus est'. Iste est unus de illis, de quibus propheta praedixit: Ps. 18, 1. Marc. 3, 17. 'Caeli enarrant gloriam Dei'. Unde filius tonitrui ab ipso Domino appellatur, quia hoc mirabile et omnibus seculis inauditum et caelesti claritate intonuit proemium[r] Ioh. 1, 1. dicens: 'In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum'. Quae verba semper sunt pura fide veneranda ac perpetua relegione colenda, non humanae coniecturae ratiunculis nimium discutienda: quae[s] in[t] plerisque fallitur, dum se putat agnoscere, quae humani sensus excedunt indagationem. Tamen, quicquid inde pia caritas[u] et humilis inquisitio intellegere potuit, in sacratissimis sanctorum patrum scriptis licet sparsim dicta inveniuntur. Sicut etiam et in toto eiusdem evangelii textu plurima a catholicis[v] doctoribus leguntur exposita pro oportunitate loci vel temporis, vel confirmatione orthodoxae fidei, necnon contra hereticas pravitates in defensione apostolicae traditionis.

Quapropter[w] forsan temperamentum quoddam inter meam negationem vestramque petitionem inveniri[x] posse video, ne omnino vel caritas vestra taciturnitate mea spernatur, vel temeritas mea in vestrae petitionis obsequio reprehendatur. Solent namque medici ex multorum speciebus pigmentorum in salutem poscentis quoddam medicamenti conponere genus[3], nec se ipsos[y] fateri praesumunt creatores[z] herbarum vel

a) exercendae *E.* b) activa *V* (*pro* hac vita). c) incommutabili *O, V.* d) praesenti *V.* e) persecutis *V;* persecutos *O.* f) multa *E, V, O.* g) commendenda *corr.* -do *V;* commendans *E.* h) *om. E.* i) adque *V.* k) Iohannis *V.* l) commendavid *V.* m) et *add. V.* n) putaverit *V.* o) quatuor *G.* p) optutus *E, O.* q) littore *E, G.* r) p̃miū *E, O.* s) qua *G.* t) im *V.* u) caritatis *E.* v) chatholicis *V.* w) Qui propter *V.* x) invenire *G, V.* y) ipsius *V.* z) creatoris *V.*

1) *Cf. Bedae hom. 35 p. 260.* 2) Qui singularis — consuevit obtutus *ex Bedae hom. 46 p. 351 (Comment. in Ioh. p. 467).* 3) *Albin. contra haeres. Fel. c. 2 (ed. Frobenius I, 760):* antiquorum patrum pigmentarias perscrutari curavi cellas vel ex paternis videl. thesauris posterioris temporis venerabilium doctorum florentia percurrere prata festinavi, ut aliquod medicamenti genus .. conficerem .. species colligens pigmentorum vel florum; *Carmen LXXVI v. 5. 6 (Poet. Carol. I, 297):* Alcvinus ingrediens patrum sacra prata piorum, | Carperet ut flores per pia rura sacros.

aliarum specierum, ex quarum conpositione salus efficitur egrotantium, sed ministros esse in colligendo et in unum pigmentaria manu[a] conficiendo[b] corpus. Sic etiam, sic[c] forsan meae devotionis labor aliquid vestrae caritati[b] proficere valet. Nec ex uno quolibet paternae possessionis prato[d] mihi flores colligendos esse censeo, sed multorum patrum, humili corde, prona[e] cervice, florida rura peragranda mihi esse video, ut sine periculo nominis[f] mei satisfaciam sanctissimae voluntati vestrae. Primoque omnium sancti Augustini suffragia quaerens, qui maiori studio huius sancti evangelii exponere nisus est sacratissima verba. Deinde ex opusculis sancti Ambrosii clarissimi[g] doctoris aliqua trahens; necnon ex omeliis[h] praecipui patris Gregorii papae, vel ex omeliis beati Bedae presbiteri, multa adsumens; aliorumque sanctorum patrum, sicut invenire potui, interpretationes posui; magis horum omnium sensibus ac verbis utens, quam meae quicquam praesumptioni[i] committens, veluti legentium curiositas facile probare poterit; cautissimo[k] plane stilo praevidens, divina opitulante gratia, ne quid contrarium sanctorum patrum sensibus ponerem. a. 801 ineunte.

Igitur et omne opus secundum capitula eiusdem evangelii distinxi, ac sub numero septem librorum consummavi; optans vos, septiformis Spiritus gratia inspirante pectora vestra[l], variis in ecclesia Christi florere deliciis[m] et ambulare cotidie cum sanctis de virtute in virtutem, donec videatur deus deorum in Sion, ubi perpetua dulcedine inter choros caelestium agminum dicatis: 'Beati qui habitant in domo tua, Domine; in seculum seculi laudabunt te'. Ps. 83, 5.

214.

Alcvinus Gislae abbatissae Calensi, sorori Caroli imperatoris, et Rodtrudae eiusdem filiae mittit reliquas partes commentarii in Iohannis evangelium. Gaudet de Carolo imperatore facto, de Leonis III papae prosperitate, de legatione Hierosolymitana.

a. 801 ineunte.

Cod. H fol. 34—35[a].
Edd. Frobenius I, 459, J 159. — Migne col. 737.

DILECTISSIMIS IN CHRISTO PERSONIS LUCIAE[1] ET COLUMBAE[2] ALBINUS FRATER ET PATER IN SOLACIO SANCTI SPIRITUS SALUTEM.

Memor petitionis vestrae et promissionis meae, quamvis tardius implerem propter occupationes perplurimas, tamen nullatenus obliviscebar, quod me spopondisse[b] recordabar[c]. Opus arduum et difficile et meae parvitati praesumptiosum iniunxistis. Sed caritati nihil negare ratum duxi; quia nihil inpossibile eo, qui est caritas vera, optime sciebam.

Devotus sanctorum patrum cellaria peragrans[3], quicquid in eis invenire valui vobis ad gustandum adtuli, ut probetis, si saporem habeat catholicum, vel secus, quod absit. Quod legebam, plena fide secundum memoriae integritatem protuli; praeponens etiam huic operi[4] epistolam petitionis vestrae[5], ut in posterum agnoscerent

a) manum *E.* b) *om. O.* c) si *G.* d) patro *O, corr. in* patrono *E;* patre *G.* e) persona *E;* prona cerv. *om. O.* f) nominis mei *om. O.* g) sanctissimi *G.* h) homeliis *V.* i) presumptione *O.* k) cautissime *E.* l) nostra *V.* m) diliciis *O.*

214. a) *Lemma:* Ad sororem et filiam *H.* b) spopondere *H.* c) recordabor *H.*

1) *Gislae abbatissae Calensi, sorori Caroli regis; v. epp. 195 et 196 supra p. 322 et 323, cf. Carmen Alcvini (Poet. Carol. I, 237):* Lucia, vive Deo felix, clarissima virgo, | Semper in aeternum Lucia virgo vale. 2) *Rodtrudae; v. supra p. 322 n. 11.* 3) *Albini contra haeres. Felicis c. 2:* antiquorum patrum pigmentarias perscrutari curavi cellas; *c. 13:* Ingrediamur . . . sanctorum patrum aromaticas cellas *(ed. Frobenius I, 760. 763).* 4) *Commentario in Iohannis evangelium, ed. Frobenius T. I, 464—618.* 5) *ep. 196 supra p. 323.*

a. 801 ineunte. legentes vestrae devotionis studium et meae oboedientiae occasionem. Adiunxi quoque epistolam[1] annuentem voluntati vestrae. Quam etiam quasi prologum anteposui opusculo nostro, rationemque evangelistae, qua necessitate conpulsus evangelium scriberet, et cetera, quae in ea epistola legere potestis et agnoscere, quae necessaria esse videntur.

Fateor siquidem propemodum ante annos triginta[2] me voluntatem huius habere operis; sed quievit calamus meus, quia non fuit qui excitaret eum: donec vestra bona intentio illum revocavit ad studium scribendi.

Si quid dignum meo sudore elaboratum inveniatis, date gloriam Deo, qui dedit; vobisque mercedem sperate, qui inpulistis torpens ingenium, ut mitteret manum in gazophilacium Christi, ut aliquid inde protulisset in solatio famularum suarum. Scio Matth. 25, 29. omni habenti esse dandum: item[a], qui habet desiderium discendi, dabitur ei gratia intellegendi. Sed sunt quidam, magis mordere aliorum dicta parati quam sua in publicum proferre[3]. Quorum dentes vitandi sunt, vel etiam parvi pendendi. Facile enim columbina caritas serpentinum non curat dentem. Saepe, unde caritas proficit, inde invidia labescit et lacteam dulcedinem nigro inficit veneno. Quos vestra parvi pendat prudentia; magis proficere studentes, quam curare invidentes.

Obsecro, ut iubeatis, si dignum ducatis transcribere hanc partem, quam modo vobis direxi; et capitula singulis periochis cum numero adnotare; librorumque initia diligenter distinguere. Scriptamque citius remittite mihi; simul et eam partem, quam vobis anno transacto[4] direxi; ut ordinetur per numeros et capitula et librorum initia et, si quid addendum sit in fine, ut impleatur. Cogitavi aliquid adhuc addere, quod vix in aliis invenitur opusculis.

Litteras vero, quas direxisti[5] mihi, benigne suscepi: gratias Deo agens de exaltatione excellentissimi domini mei David[6]; et de prosperitate apostolici viri[7]; et de legatione honesta sanctae civitatis[8], in qua salvator noster mundum suo sanguine redemere dignatus est, et gloria resurrectionis ascensionisque coronari et exaltari.

Vos vero, filiae carissimae, illius semper habete caritatem in corde, laudem in ore et opus in manibus. Praeparate vobis sedem inter sponsas eiusdem regis aeterni, ut dignetur vobis se ipsum ostendere, qui suis amatoribus se ipsum promisit ostendendum esse: in cuius visione beata est aeternitas et aeterna beatitudo. Meique memores estote inter sacras orationes vestras famularumque Christi, vobiscum Deo deservientium; ut benedictio domini nostri Iesu Christi me famulum suum proficere faciat in domo sua peccatorumque meorum mihi indulgentiam perdonare dignetur.

Florere vos faciat et vigere divina pietas in omni studio sanctitatis et sapientiae sensibus multo feliciter tempore, deus Dei filius Iesus Christus dominus noster, carissimae filiae.

a) idem *H.*

1) *ep. 213.* 2) *i. e. anno fere 771, cf. supra ep. 49 et de studio eius iam Eboraci ad evangelium Iohannis collato Vitam Alchr. c. 7 (SS. XV, 188).* 3) *Cf. supra p. 215:* Sunt enim qui sibi laudem quaerunt ex alterius reprehensione; *335 n. 1.* 4) *anno 800, ante diem 19. Aprilis, v. ep. 195 supra p. 322.* 5) *Gisla.* 6) *de Carolo imperatore facto die 25. Dec. 800.* 7) *Leonis III papae.* 8) *Annales Laurissenses (SS. I, 188) 800:* Eadem die *(23. Dec.)* Zacharias cum duobus monachis, uno de monte Oliveti, altero de Sancto Saba, de oriente reversus, Romam venit. Quos patriarcha Hierosolymitanus cum Zacharia ad regem misit. Qui benedictionis causa claves sepulchri dominici ac loci calvariae, claves etiam civitatis et montis cum vexillo detulerunt. *Cf. supra p. 350 n. 1; Ann. Nordhumbr. 800 (SS. XIII, 156).*

215.

a. 801 ineunte.

Alcvinus discipulis suis Romae morantibus de suo desiderio scribit. Rogat, ut pro se precentur. Litteras poscit. *a. 801 ineunte.*

Cod. H fol. 38—38' [a].
Edd. F 180, J 160. — Migne col. 355.

CARISSIMIS IN CHRISTO FILIIS PATER PERPETUAM SALUTEM.

Plurima habuissem vobis scribere, si mihi columba vel corvus adesset, qui fideli volatu meas vobis devexisset [b] litterulas. Tamen has paucas in auras [1] direxi, ut vento [c] ferente in vestras pervenissent manus; nisi forte zephirus mutetur in subsolanum. Surgat tamen aquilo vel auster et ferant cartulam meam: ut dicat vobis vale perpetuum; nostramque vobis nuntiet prosperitatem animique mei magnum desiderium videndi vos citius in ea salute, quam [d] pater filiis optat. Ego turbatus et timidus specto, quando hoc fiat vel quid de vobis auditurus sim.

O quam felix dies fuit, quando in laribus nostris pariter lusimus litterali tessera [e] [2]. Sed nunc omnia mutata sunt. Remansit senior, alios generans filios, priores dispersos gemens. Sed quid non efficit auri sacra fames [3].

Fiat tamen spiritalis praesentia, ubi corporalis est separatio; vestrumque genitorem in liminibus sanctorum apostolorum [4] profusis lacrimis recordamini; prospera precantes animae peccatrici, ut liberetur a vinculis scelerum, quae a prima die usque ad ultimum huius vitae peregerit.

Quid fuit, filii, quare non volavit cartula ultra Alpinos colles [5] per manus redeuntium Saxonum usque ad Trecasinae civitatis sacrum sacellum [6]? Et inde volaret per manus nostrorum usque ad Turonicae civitatis templum venerandum [7].

216.

Alcvinus Gislae abbatissae Calensi, sorori Caroli imperatoris, et Rodtrudae eiusdem filiae pro muneribus missis gratias agit. Candidum Roma reversum sibi retulisse de Carolo, de discipulis suis, de Leone III papa. Bedae opuscula transscribenda mittit. De aegrotatione sua addit. *801 post Apr. 4.*

Cod. H fol. 38'—39' [a].
Edd. F 188, J 161. — Migne col. 377.

CARISSIMAE IN CHRISTO SORORI [8] ET FILIAE [9] GRATISSIME PATER PERPETUAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Quantum inter nos rerum eventus probare potuit, semper ab initio cognitionis vestrae optime nostris partibus vestram bonitatem fidelem invenimus. Proinde gratias et laudes Deo omnipotenti perpetuas agere aequum habemus: qui nobis, quamvis in-

---

215. a) *Lemma:* Ad filios apud domnum imperatorem in palatio commorantibus *H.* b) devexisset *scripsit J. pro* direxisset *H.* c) ventu *H.* d) qua *H.* e) litterali tessera *scripsit J. pro* litteraliter sera *H.*

216. a) *Lemma:* Ad sororem et filiam *H.*

1) *i. e. per nuntium incertum.* 2) *Terentii Adelphi IV 7, 21:* Ita vitast hominum, quasi quom ludas tesseris. *Cf. infra ep. 281:* O quam dulcis vita fuit, dum sedebamus quieti inter sapientis scrinia. 3) *Verg. Aen. III, 57.* 4) *Romae.* 5) *Cf. supra p. 299 n. 19.* 6) *ad coenobium S. Lupi Trecense.* 7) *S. Martini.* 8) *Gislae abbatissae Calensi, sorori Caroli imperatoris.* 9) *Rodtrudae, filiae Caroli imperatoris.*

801 dignis, tam clarae dignitatis et tam probatae fidei concessit[a] amicitiam et, quod raro
post Apr. 4. inter consanguineas personas inveniri[b] poterit, in peregrinis hominibus[c] repperire
perdonavit, quamvis quantum ad christianae fidei societatem nullus dici debeat peregrinus: quantum vero ad saeculi exilium omnes peregrini sumus, dicente psalmista:
Ps. 119, 5. 'Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est'. Exilium est habitatio huius vitae,
ib. 83, 5. quae cogit nos ad patriam properare, de qua dicitur: 'Beati, qui habitant in domo
tua, Domine; in saeculum saeculi laudabunt te'. Felix est, qui de labore ad requiem perveniet, in qua sine omni perturbatione animi vel corporis vivet in eternum.

Placido animo vestrae pietatis suscepimus eulogias[1]: devoto deprecantes animo Dei clementiam longeva prosperitate vos feliciter in hoc saeculo vivere et ad aeternam beatitudinem post huius labores[d] vitae pervenire.

Candidus noster de Roma[2] reversus est, omnia prospera inde referens de domino meo David et omnibus fidelibus suis. Filiolos nostros[3] remansisse cum Pippino[4] dixit. Apostolicum[5] suos superare adversarios referebat et in magna esse gratia cum domino imperatore.

Tractatus, quos rogastis, direximus: deprecantes, ut quantotius scribantur et remittantur, quia nobis valde necessarii sunt propter legentium utilitatem. Quos domnus Baeda, magister noster[6], sermone simplici sed sensu subtili conposuit. Ideo eius opuscula vobis dirigere curavimus, quia eius maxime dicta vos desiderare intelleximus.

De mea vero sanitate[7] scito, quod partim febris recessit, partim remansit. Ad castigandum permanet; sed minus meritis meis pepercit mihi pietas divina quam ad[e] intercessiones sanctorum suorum. Sed adhuc restat maximus timor de iudicio Dei,
quod[f] nullus effugere valet. Tantum castiget nos pia miseratione perpetui patris
ib. 21, 21. bonitas, et non tradat nos in manus inimicorum nostrorum. Cui saepius dicam: 'Erue
ib. 114, 4. 5. a framea animam meam et de manu canis unicam meam'; item: 'O Domine, libera
ib. 102, 1. animam meam, misericors et miserator dominus': ut fieri possit, quod dicitur: 'Benedic,
ib. 145, 2. ib. 112, 2. anima mea, Dominum'; atque iterum: 'Lauda, anima mea, Dominum'; 'sit nomen
Domini benedictum ex hoc nunc et usque in saeculum'.

Perpetua benedictione divina vos gratia coronare dignetur, dilectissimae in Domino dominae.

217.

Alcvinus Carolo, Caroli imperatoris filio natu maiori, regi facto gratulatur. Addit admonitiones. *801 post Apr. 4.*

Cod. H fol. 47'—48'.
Edd. F 178, J 162. — Migne col. 353.

VIRO INLUSTRI ET OMNI[a] HONORE NOMINANDO CARLO REGI IUVENI[a] ET INCLITO ALBINUS SALUTEM.

Audivi [per[b]] domnum apostolicum[9] regium nomen, domino excellentissimo David consentiente, cum corona regiae dignitatis vobis inpositum[10]. Unde gaudens gaudeo

a) n cessit *H.* b) invenire *H.* c) nominibus *H.* d) laboris *H.* e) quam ad *scripsit J. pro* et *H.* f) quem *H.*
217. a) homni *H.* b) per *addidit J.*

1) *manera.* 2) *quo ierat exeunte fere anno 800; v. ep. 211 supra p. 351 n. 3. Candidum Romam abeuntem Alcvinus carmine prosecutus erat; cf. Poet. Carol. I, 256.* 3) *Cf. p. 362 infra:* Quia sollicitus sum valde de filiis meis. 4) *rege Italiae, fines Beneventanorum iterum petituro.* 5) *Leonem III papam.* 6) *Cf. Alcvini versus (Poet. Car. I, 294):* Baeda magister | ... nostrae cathegita terrae; *(II, 665):* nostri didascalus aevi. 7) *Vehementi febri* post pascha *(post d. 4. Apr. 801) debilitata; v. p. 362 n. 8 infra.* 8) *De eodem cf. Alcvini Carmen XIV (Poet. Carol. I, 237).* 9) *Leonem III.* 10) *Die 15. Aprilis 781. Romae ab Hadriano papa filios Caroli I regis Pippinum*

de honore nominis etiam et potestatis; optans vestram dignitatem et nobilitatem 801 multis proficere populis gentibus ecclesiisque Christi in salutem, et triumphi gloria post Apr. 4. celebrem[a] esse in mundo necnon et terribilem[b] adversariis christianae relegionis; longevaque prosperitate vigere et valere; et cum Dei benedictione semper meliora sequi et ad altiora ascendere et crescere usque in diem perfectum aeternae beatitudinis.

Unde, dilectissime fili, faciens facito iustitias et misericordias in populo christiano; quia haec sunt, Salomone adtestante, quae exaltant solium regni, et laudabilem Deo- Cf. Prov. 16, 12. que placabilem regiam efficiunt[c] potestatem. Consiliarios habeto bonos, pios, prudentes Deumque timentes[1], in quibus veritas regnet, non cupiditas; quia munera excaecant Exod. 23, 8. corda sapientium et subvertunt verba iustorum. Nullatenus aliquorum improbitas dignitatis tuae nomen obscuret[d]; et quod tu ipse non vis facere, alios non permittas propter cupiditatem suam improba mente efficere; quia saepe subiectorum culpa dominis deputatur[e][2]. Neve aliquorum impia voluntas sub tuae beatitudinis nomine sacculos suos impleat iniquitatis[f] mammona. Luc. 16, 9.

Non sunt tibi exempla longe quaerenda. Habes enim in domo, in qua nutritus fuisti, optima totius bonitatis exempla. Et crede certissime illius excellentissimi[g] et omni decore nobilissimi patris tui, rectoris et imperatoris populi christiani, benedictionem te consequi, Deo donante, si nobilitatis illius et pietatis et totius modestiae mores imitari nitaris; Dominique misericordiam, quae melior est totius saeculi gloria, plenissime promereri.

Ubicumque iter habeas, semper te vestigia pietatis sequantur, ut laudem apud homines habeas et mercedem apud Deum perpetuam.

Semper in aeternum, mundi spes magna, valeto.
Sit tibi Christus amor, lux, via, vita, salus.

218.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi respondet. De Caroli imperatoris et Caroli regis facti prosperitate gaudet. De Leone III papa et de rebus Beneventanis. Ex vitae periculo se evasisse significat, Arnonemque videre cupit. 801 post Apr. 4.

Cod. H fol. 46'—47'.

Edd. F 191, J 163. — Migne col. 381.

VENERANDO PATRI ET IN MEMBRIS CHRISTI EXCELLENTISSIMO AQUILAE ARCHYSPECULATORI ALBINUS DEVOTUS IN CARITATE FRATER INDEFICIENTIS[a] GLORIAE SALUTEM.

Gaudens gaudebo de fide et caritate beatitudinis vestrae; de prosperitate, salute Isai. 61, 10. et exaltatione pii principis triumphatoris magni et gloriosi imperatoris et nobilissimae prolis[3] illius fideliumque omnium eius incolomitate; nisi duo defuerunt in litteris

a) celebre *H.* b) terribile *H.* c) efficiant *H.* d) obscurent *H.* e) deputetur *H.* f) iniquitates *H.* g) excelentissimi *H.*
218. a) indeficiens *H.*

Italiae regem et Ludovicum Aquitaniae regem unctos esse constat; v. Regesta pontt. Rom. p. 297. Itaque cum Vita Leonis III papae (ed. Duchesne II, 7) ostendat hunc die 25. Decembris 800. Romae unxisse oleo sancto *et Carolum imperatorem* et excellentissimum filium eius regem, *certo scimus non de Pippino Italiae rege iam anno 781. uncto agi, sed tam unctionem in Vita Leonis III memoratam quam* coronae regiae impositionem, *cuius Alcvinus mentionem infert, ad Caroli imperatoris maiorem filium Carolum pertinere; praesertim cum ipsius Caroli iam regis patrem Alcvinus post paulo appellet* nobilissimum patrem tuum, rectorem et imperatorem populi christiani. *Et haec quidem iam vidit Frobenius T. I, p. 241. J.*

1) *Cf. supra pp. 51 l. 22; 99. 181. 315.* 2) *Cf. supra ep. 33 p. 75:* Saepe subiectorum peccata rectoribus inputantur. 3) *Caroli regis; v. ep. 217 supra p. 360.*

801 post Apr. 4. vestris: de domno apostolico[1], patre[a] nostro, qualiter longa certatio pastoris et populi terminata esset: et de Beneventana controversia[2]. Quia sollicitus sum valde de filiis meis: quorum mihi vitam et salutem[3] et benefacta pernecessaria esse tu ipse optime nosti.

Et miror, cur sapientia et consilio[b] conventus multorum ob regni istius[4] integritatem quoquo modo causa disceptationis impiae non finiretur[5].

Simul etiam sollicitus sum audire, quid in tanto tamque praeclaro conventu[6] de statu sanctae ecclesiae ordinaretur et de catholicae fidei firmitate. Nec tam diutino tempore advenientium conversatio sine magno quolibet profectu christiani populi fieri debuit.

Tua vero sanctitas, pastor dignissime, gregem Christi, tuae sollicitudini commendatum, omni cura per pascua perpetuae vitae ducat, quatenus multiplici gaudeas remuneratione cum grege tibi subiecto in aeternae beatitudinis regno.

De mea vero prosperitate gaudeat paternitas tua. Quia dominus Deus, qui (1. Reg. 2, 6. Iob 5, 18.) mortificat et vivificat, vulnerat et medetur, castigavit me post pascha[7] multa febrium flagellatione et pene ad desperationem vitae deduxit; sed misertus est mihi ob preces servorum suorum. Sed remanet cotidianus labor eiusdem castigationis[8]; non tamen usque ad periculum vitae, sed usque ad emundationem, ut opto, delictorum meorum.

Te vero cotidie mea mens Dei omnipotentis clementiae commendare studet; optans, ut proficias in omni bono in conspectu Dei. Corpore vero propemodum emortuo, vivida caritatis virtus[9] vivit in pectore; amans te, frater mi Aquila, ut patrem. Quia fidelem te semper probavi et — quod rari habent — in prosperis et adversis aequaliter eiusdem animi esse in amicos. Nec de hoc tui cordis thesauro cuilibet dubitare fas esse fateor, quia caritas Dei diffusa est in corde tuo, simul etiam (Rom. 5, 5. 1. Ioh. 4, 12. 10.) et proximi, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, ut diligamus invicem, sicut et Christus dilexit nos.

Desidero multum vestrae dilectionis faciem videre et consolationis tuae solacio foveri. Tempus est aeternis providere diebus; quae sola pene sapientia recte dici poterit. Saecularium rerum providentia pauco proderit[c] tempore, perpetuae vero prosperitatis providentia nullo fine claudetur. Quae fraterna conlocutione multum pro- (Matth. 18, 20.) ficere nemini dubium esse debet dicente ipsa veritate: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo[d], ibi sum in medio eorum'. Quid deerit boni consilii, ubi tantus mediator interesse dinoscitur?

Incolomem beatitudinem tuam et plurimis prodesse[e] in consiliis et exemplis multo tempore divina custodire dignetur gratia, domine pater fili frater et amice.

---

a) patri *H.* b) consilia *H.* c) prodere *H.* d) o *H pro* meo. e) prodisse *H.*

1) *Leone III.* 2) *Pippinum Italiae regem scimus anno 800. iterumque Roma 801. adversus Grimualdum ducem Beneventanum cum exercitu a Carolo patre missum esse. V. Annales Lauriss. et Einharto tributos 800. 801 (SS. I, 188. 189). J.* 3) *Cf. Erchemperti hist. Langob. (SS. rer. Langob. 236) c. 6:* Frequenter autem Karlus cum suis liberis . . . et cum immenso bellatorum agmine Beneventum preliaturus aggreditur; set . . . innumerabilibus de suis peste perditis, cum paucis nonnunquam inglorius revertebatur. *Cf. supra p. 352 n. 3.* 4) *Francorum. Cf. Erchemperti hist. Lang. l. l.:* Unde factum est, ut Pipino regnante in Ticino et Grimoaldo praesidente in Benevento, frequentissimum bellum vexaret Beneventanos *cet.* 5) *i. e. cur non sapientia et consilio, sed armis Grimualdus impugnaretur. J.* 6) *Romae habito. V. Ann. Lauresham (SS. I, 38) 800:* Et ibi fecit conventum maximum episcoporum seu abbatum cum presbyteris diaconibus et comitibus seu reliquo christiano populo. *Cf. supra p. 353 n. 2.* 7) *post d. 4. Apr. 801.* 8) *febris: cf. supra p. 360:* partim febris recessit, partim remansit. Ad castigandum permanet. 9) *Verg. Aen. V, 754, XI, 386:* vivida virtus.

219. c. 801

Alcvinus monachis Lirinensibus de bonae conversationis fama gratulatur, precibus eorum se commendat, ad mutuam caritatem et pacem eos exhortatur. *c. 801.*

Cod. H fol. 42—43' [a].
Edd. F 216, J 249. — Migne col. 495.

RELEGIOSAE CONGREGATIONI SANCTISSIMI PATRIS HONORATI [1] ALCHVINUS DIACONUS SALUTEM.

Congaudeo multum de optima fama conversationis vestrae, et regularis vitae observatione, et piae pacis unanimitate, quam testimonio nostrorum vel aliorum audivimus. Sed certius horum fratrum relatione [2] omne bonum, sicut desideramus, de vobis audientes, idcirco studiosius meam parvitatem sanctis orationibus vestris commendare curamus, deprecantes, ut nostri nominis habere dignemini memoriam; sicut beatae memoriae pater vester venerandus olim mihi perdonatum habere credimus, quod his litteris, horumque simul fratrum suggestione renovare studemus; quia magnam, ut fateor, fiduciam de Deo servientium intercessione in cordis dulcedine habemus: quia quod mihi deest in meritis, illorum precibus, largiente divina gratia, possidere [b] optamus. Quid est, quod pia unanimitas sanctae congregationis non valeat impetrare apud eum, qui ait: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio Matth. 18, 20. eorum'? Quid est dulcius, quam Christum semper habere praesentem, quam filii Dei vocari, ipsa veritate dicente: 'Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'? Ideo ib. 5, 9. pernecessarium est omnibus, sed magis in sacro ordine regularis vitae degentibus, concordiae bonum omni studio observare et pacis unanimitatem; quia qui veritatem sanctae pacis non custodiunt, dignitatem filii perdere certum est: 'videte', dixit egregius Gal. 5, 15. doctor, 'si invicem mordetis, ne invicem consumamini'. Non potest recte filius Dei dici, qui pacem non vult amplecti. Pax concordiam fratrum et caritatem copulat proximorum. 'Pacem meam', dixit dominus, 'do vobis, pacem meam relinquo vobis', Ioh. 14, 27. id est, in pace dimisi vos, in pace inveniam vos. Proficiscens voluit dare quae desiderabat rediens in omnibus invenire.

De hac piae pacis bonitate ideo diligentius suggero vobis, carissimi fratres, quia maxime fraus diabolica murmurationis sagittam inter fratres inmittere solet, sciens perfectam ibi non esse caritatem, ubi murmurationis telo caritatis unanimitas [c] vulneratur. Caritas est, quae cooperit multitudinem peccatorum, sine qua etiam peccata 1. Petr. 4, 8. non dimittuntur: quam beatus apostolus in tantum laudavit, ut nec martirium, nec Cf. 1. Cor. 13, 3. saeculi contemptum, nec flammarum incendia sine illius bonitate prodesse testetur: 'In hoc enim, inquit, dixit dominus Iesus, cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, Ioh. 13, 35. si dilectionem habueritis ad invicem'. Omnis oboedientia vel humilitatis subiectio in monasteriis caritatis munimine roborari debent, quae sine simulatione falsae extrinsecus ostentationis in corpore fieri necesse est; sed ex corde diligere nos debemus opereque ostendere, quod in cordis thesauro reconditum habemus. Angelicam vitam vivit in terris, qui pacifica caritate et sancta dilectione vivere inter homines studet; et quod hic ex parte habere incipit, in beatitudine caelesti pleniter possidere gaudebit. Haec Luc. 10, 42.

219. a) *Lemma:* Ad Hillirienses fratres *H.* b) possedere *H.* c) *corr. in* unianimitas *H.*

1) *monasterii in Lirinensi insula saeculo quinto ineunte ab Honorato episcopo Arelatensi conditi.* 2) *Cf. infra p. 364:* fratres venerabiles et relegiosi de monasterio Hilirinae insulae ante paucos dies venerunt ad nos. *Exemplar epistolae monachis Gothiae de erroribus Hispanorum scriptae iam a. c. 798. Lirinensibus misit; cf. supra p. 216.*

c. 801 est optima pars, quae non auferetur ab eo, qui vestigia Christi in caritatis officio in hoc seculo omni studio amplecti intendit.

Intercedentem pro populo christiano sanctitatem vestram divina clementia exaudire dignetur, dilectissimi fratres.

220.

Alcvinus Adalhardum abbatem Corbeiensem hortatur, admoneat Bernarium fratrem suum, e coenobio Lirinensi a Carolo imperatore in aulam revocatum, ut ad monachos redeat. *c. 801.*

Cod. H fol. 45—46.
Edd. F 212, J 250. — Migne col. 462.

PIO PRUDENTI ATQUE RELEGIOSO FILIO ANTONIO[1] ALBINUS MATRICULARIUS SALUTEM.

2. Tim. 4, 2. Quidam praedicator iuxta apostolum inportunus debet esse. Sic etiam quaedam caritas inportuna se minime grato ingerit auditori: nec spreta tacere novit. Quae etiam Cant. 8, 7. nec fluminibus obrui valet nec tempestatibus extingui; ne semel accensa subito extinguatur.

Causa fuit huius cartulae, quam subnectere calamus meus curavit. Igitur fratres venerabiles et relegiosi de monasterio Hilirinae insulae ante paucos dies venerunt ad nos, omnia narrantes de illis prospera partibus. Sed et hoc addiderunt, quod filius meus, frater[a] vester[2], cum abbate palatium adire iussus esset, secundaque ebdomada post pascha[3] iter incepisse[b]. Hoc te scire volui, ut provideas bono consilio, fratri tuo quid sit agendum.

Quantum meae parvitatis consideratio perspicit, valde necessarium ei videretur, ut revertatur ad fratres suos; et ea vita vivat, in qua salvatus fuit de periculo mortis, in quo bene periit. Quid iterum regreditur, ubi propemodum perditus fuit? Non sit tibi durum cum Homero[4] nostro consilium inire salutis[c] perpetuae de fratre[d] tuo; et mittere ad amicos vestros, qui sint in palatio, qui illum bonis erudiant consiliis, et revertendi ei licentiam inquirant; litterisque vestris illum admonere, ne dubitet animo, ne titubet gressus illius; sed unanimiter pietatem imperialem poscat regrediendi facultatem.

Credas velim has litterulas ex caritate dictatas esse, ut tu habeas mercedem et frater tuus salutem aeternam.

Vive feliciter in caritate Christi et omni religione sancta, fili carissime.

221.

Alcvinus Angilberto abbati de adversa valetudine scribit, pro litteris acceptis gratias agit suasque litteras ut cum Adalhardo abbate communicet rogat. Iordanis historiam ab eo petit admonitionesque addit. *801 post Apr. 4.*

Cod. H fol. 46—46'.
Edd. F 215, J 164. — Migne col. 184.

---

220. a) fat *H.* b) incipisse *H.* c) salutes *H.* d) fratri *H.*

1) *Adalhardo abbati Corbeiensi.* 2) *Bernarius, quem scimus postea a Ludovico I imperatore* Lirinum remissum esse. V. *Paschasii Vita Adalhardi c. 35 ap. Mabillon Ann. ord. Ben. saec. IV P. I, 322. J.* 3) *i. e. d. 11.—18. Apr. 801. Cf. infra verba haec:* sed unanimiter pietatem imperialem poscat. 4) *Angilberto abbate S. Richarii Centulensi 790—814.*

DILECTISSIMO FILIO HOMERO[1] ALBINUS MATRICULARIUS SALUTEM. 801 post Apr. 4.

Per Dei gratiam aliquanto melius habemus. Tamen febrium castigatio cotidianis diebus nos non relinquit[2]. Beatus, qui in hoc saeculo labores recipit et in futuro requiem habebit.

Sed et de ammonitione vestrarum dulcissima litterarum gratias vestrae providentiae agimus. Multum desideramus et benigne suscepimus exhortationes vestrae dilectionis; quia perfecta caritas, quod sibi optimum intellegit, hoc et aliis suadere non desistit. Et haec est plena et perfecta dilectio, ut non solum sibi quisque prospera cupiat, sed et, fratrum salutis memor, vel verbis praesens vel litteris absens admonere eos non cesset.

Antonio[3] itaque filio meo, fratri vestro, has litteras alias deprecor, ut quam citissime, clausa cartula sicut est, deprecor, ut dirigas. Quia, si discincta[4] veniat in praesentiam illius, vilescit[a] apud eum. Tamen placet mihi, ut, eo dirigente iterum, videas illam. Sed fides servetur, ut ei[b] primum dirigatur, cui soli[c] mittetur.

Si habeas Iordanis historiam[5], dirige mihi propter quarumdam[d] notitiam rerum.

Vos, filii carissimi, in omni caritate et sanctitate Deo servire studete; recordantes omnia bona, quae vobis fecit in hoc saeculo, maxime tamen propter spem futurae gloriae et aeternae beatitudinis regnum. Innumerabilia sunt enim in nos peccatores dona misericordiae suae. Quapropter diligamus eum eo modo, quo ipsa veritas ait: 'Si quis diligit me, sermones meos servat; et pater meus diligit eum, et ad eum Ioh. 14, 23. veniemus, et mansionem apud eum faciemus'. Quid est felicius, quam Patrem et Filium cum sancto Spiritu habitatorem habere, et eius visitatione ab omni adversitate defendi, cuius visione omnes sancti gaudebunt in saeculo sempiterno? Divina te gratia custodiat ubique, dilectissime fili!

222.

Alcvinus Adalhardum abbatem Corbeiensem rogat, ut pro se precetur. *c. 801.*

Cod. H fol. 91'—92[a].

Edd. F 214, J 267. — Migne col. 466.

ANTONIO ALBINUS, MANSIONARIO MATRICULARIUS[6] SALUTEM.

Ideo dico mansionarium te, quia multae sunt mansiones in domo patris aeterni, Ioh. 14, 2. quarum te non solum habitatorem, sed etiam inter apostolicam auctoritatem iudicem esse opto: quis in qua dignus habitare discernatur. Deprecor tota cordis intentione, ut habeas Albinum tuum in ore et corde, dum animam offers[b] tuam in conspectu Spiritus sancti; deprecans, ut eruat[c] me Spiritus paraclitus de spiritalibus animi mei temptationibus, quatenus digna sit anima mea summum bonum, id est Deum verum, amare et laudare. Quia haec est angelica vita; semper et hoc agunt iugiter, quod nobis necesse est saepius agere. Et qui plus amat Deum in terris et laudat, magis eum habet in caelis. Infelix est haec vita et tota erumnis plena; et non est nobis salus nisi in domino deo Christo, quem tua semper devotio amet, laudet et praedicet.

---

221. a) vilesc̄ *H.* b) eo *H.* c) solo *H.* d) quarundem *H.*

222. a) *Lemma:* Ad Tonium monachum *H.* b) offeris *H.* c) eruet *H.*

1) *Cf. p. 364 n. 4.* 2) *Cf. supra p. 362:* remanet cotidianus labor eiusdem castigationis *(sc. febrium)*, non tamen usque ad periculum vitae. 3) *Adalhardo abbati Corbeiensi. Epistolam 220 dicere videtur, ut Frobenius p. 278 n. b. iam vidit, quae in codice H hanc antecedit, supra p. 364.* 4) *Cf. supra p. 133, infra ep. 240.* 5) *Iordanis de Getarum origine librum.* 6) *Anno circiter 801. Alcvinus saepius hoc titulo utitur, ideoque hanc epistolam hic inserendam esse duxi.*

c. 801 Et in orationibus tuis sanctis conservos tuos semper adiuva et me maxime peccatorem, quem patris nomine licet indignum dedicasti. Et saluta fratres nostros, conmilitones tuos, ex nostri nominis officio, et specialiter eos, quos familiarius nos dilexisse scias.

Vos vero omnes in fraterna caritate et in unitate pacis sanctae divina gratia in perpetuum custodire dignetur, dilectissimi fratres.

223.

Alcvinus Theotgarium abbatem rogat, ut pro se aegroto precetur; veniam eius pro monachis inoboedientibus vel neglegentibus, qui ad Sanctum Martinum venerant, implorat. *c. 801.*

Cod. H fol. 40'—42[a].
Edd. F 217, J 227. — Migne col. 497.

SANCTISSIMO PATRI THEOTGARIO[1] ET OMNI DEO ELECTAE ETIAM ET BENEDICTAE FAMILIAE ALCHVINUS[b] FAMULUS SANCTI MARTINI CUM FRATRIBUS IN EIUS MONASTERIO DEI DESERVIENTIBUS[2] PERPETUAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Misi vestrae pietati per Sigimarium fratrem vestrum verba salutationis: et nunc iterum secundo eadem repetere propter oportunitatem horum fratrum, qui venerunt ad nos[3], ut se commendarent sancti Martini intercessionibus, idem repetere fas et necessarium visum est; unde et has litteras vobis dirigere studui, quia praefato fratre[c] abeunte magna me febrium molestia fatigare coepit[4]. Unde obnixius deprecor clementiam vestram, ut me adiuvare dignemini in sanctissimis vestrae unanimitatis orationibus, quia scio vestram relegiosam, Deo devotam sanctitatem multum valere in precibus
Matth. 21, 22. apud superni regis[d], dicente ipsa veritate: 'Quodcumque petitis credentes accipietis'.
Hebr. 11, 6. Credentes dixit, quia inpossibile est sine fide Deo placere. Quae catholica integritate
vestris maneat in cordibus, quatenus quicquid petieritis in nomine Iesu, accipere mereamini, seu pro stabilitate vitae vestrae et perseverantia[e] boni operis usque in finem;
1. Petr. 4, 8. sive pro amicis vestris, qui fidem habeant de vestra bonitate et caritate. Caritas
1. Ioh. 4, 16. enim cooperit multitudinem peccatorum; et qui in caritate manet, in Deo manet, quia
Deus caritas.

In huius vero caritatis[f] sanctitate hos fratres vestros, et iam nostros, ad vestram pietatem dirigere curavi, qui orationis gratia sancti Martini reliquias visitare voluerunt; sed et mihi secretissime aliquid de sua inoboedientia vel neglegentia dixerunt, precantes nos cum sancti Martini pietate intercessores esse pro illis, ut recipiantur in locum suum; et ego mandavi illis firmiter tacere apud omnes homines de causa neglegentiae suae, nolens aliquid foras venire a sanctissima congregatione vestra, nisi optima quaeque; quia multi sunt reprehensores vitae nostrae magis, quam sectatores, cupientes sua criminosa peccata monasterialium reprehensione abscondi. Sed quicquid secus agamus, quam regularis vita[g] definiat, remaneat apud nos tantum, et reconcilietur, et in concordiam revocetur grex Christi, ne gaudeant inimici super nos.

---

223. a) *Lemma:* Ad Teotgarium abbatem et fratribus, quibus praeesse videtur *H.* b) Alchviu *H.* c) fratri *H.* d) clementiam *aut simile quid in H excidisse videtur. J.* e) perseverentia *H.* f) caritate *H.* g) vitae *H.*

1) *Cui monasterio Theotgarius abbas praefuerit, haud liquet, sed ad regnum Francorum sine dubio pertinuit.* 2) *Alcvinus igitur has litteras scripsit, cum iam monasterio Turonensi praefectus esset.* 3) *Lirinenses eos fuisse coniecit Frobenius (p. 281) ex epistolis 219. 220 et Theotgarium Lirinensium abbatem.* 4) *De hoc malo crebro redeunte agit Alcvinus in compluribus epistolis, maxime anno 801. scriptis, cf. supra pp. 290. 360. 362. 365.*

Non est homo qui non peccet; et bonum est errantem ovem revocare in ovile Christi, 801
eius exemplo, qui de caelo descendit, ut ovem perditam requireret in terris. post Apr. 4.

Patientia praelatorum salus debet esse subiectorum. Melius est ignoscere delinquentibus, quam expellere peccantes; quia si tantum iusti remanent et sani, forsan solus pastor solus remanet absque grege. Quodsi[a] ipse pastor peccat, quis remanet
in loco Deo consecrato? Memores debemus esse apostolum Iohannem dicentem: 'Quia 1. Ioh. 1, 8.
si dixerimus, peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non
est'. Sed si agnoscimus peccatores nos esse, et confitemur iniquitates nostras, cum
publicano dicentes: 'Deus propitius esto mihi peccatori', habemus advocatum, id est Luc. 8, 13.
propitiatorem, dominum Iesum apud patrem, qui semetipsum tradidit pro peccatis Tit. 2, 14.
nostris, ut nos redemeret in sanguine suo, et adquireret Deo populum acceptabilem.

Haec considerantes, fratres carissimi, recolligite oviculas errantes cum gaudio,
recordantes eius pietatem, qui nonaginta novem oves dimisit[b] in montibus, ut unam Matth. 18, 12.
errantem inveniret; et humeris suis imposuisset, reportaretque ad domum gloriae suae,
ut angeli congauderent de ove inventa. Haec omnia in mente habentes ignoscite, ut
ignoscat vobis Deus, quia haec est via et celestis regni culmen aut non peccare[c], aut
peccantibus ignoscere. 'Considera', dicit apostolus, 'te ipsum, ne et tu tempteris; alter Gal. 6, 1. 2.
alterius onera invicem portate, et sic implebitis legem Christi'.

Divina vos gratia in caritate, oboedientia, et humilitate semper conservare dignetur, domini patres fratres et filii.

224.

Alcvinus Chrodgario comiti scribit de discipulo ad se misso. Monet, ut Carolo imperatori recta consilia det. De bello Beneventano. *801 post Apr. 4.*

Cod. H fol. 65'—66.
Edd. F 187, J 165. — Migne col. 376.

VIRO LAUDABILI CHRODGARIO COMITI[a] [1] ALBINUS DIACONUS SALUTEM.

Litterarum legatio non est spernenda, ubi linguae officium ob[b] amicitiam coniungendam longinquitas terrarum abstulit. Unde ego tibi, venerande amice, hos apices meae devotionis dirigere curavi; obsecrans, ut fideli caritate orationes meas inter spiritales amicos tuos, quocumque perrexeris, commendare studeas.

Bonum infantulum nobis ad erudiendum direxistis, etiam cum fratre valde laudabili. Cuius mores nobis optime conveniunt in omni relegione et sanctitate. Et necessarium est infantulo. Quem velim ut citius remittas ad nos.

Nec tibi, deprecor, onerosum[c] esse literarum ammonitio[d] mearum; quia opto te in Dei voluntate proficere et salutem operari animae tuae in elymosinis ad pauperes, et iustitia ad omnes, et misericordia ad miseros, et consiliis bonis, quae[e] domno imperatori et regno Francorum proficiant[f] ad salutem et prosperitatem.

Audivi vos ituros esse ad vastandam Beneventanam patriam. Scis optime, quale periculum ibi imminet tibi propter pestilentem illius terrae aerem [2]. Ideo nihil dimittas

---

a) quid si *H.* b) dimissit *H.* c) paccare *H.*

224. a) comite *H.* b) ab *H.* c) *sic.* d) amonitio *H.* e) q; *H.* f) proficiat *H.*

1) *Rottecarium una cum aliis comitibus Leonem papam a. 799. Romam reduxisse docet nos Liber pontificalis (ed. Duchesne II, 6). Idem fortasse Lemovicensis* Rotharius comes ingens, inclytus heros coniuge cum Eufrasia *condidit a. 785. monasterium Carrofense (Charroux) in dioecesi Pictavica (Theodulfi Carm. III, 8 v. 7. 8; Poet. Carol. I, 550), de quo cf. testamentum Rotgerii eiusque et coniugis donationes (Mabillon Ann. II, 711—713), Caroli M. et Ludowici diplomata (Mühlbacher Reg. 352. 553), Vita S. Austremonii (Labbe nova bibl. manuscr. II, 499).* 2) *Cf. supra p. 362 n. 3, infra ep. 281.*

801 inconsideratum rerum tuarum; maxime ne ulla retro super te clamet iniustitia vel
post Apr. 4. cuiuslibet culpae neglegentia. Utere sapientia tua ad salutem tibi sempiternam, quia illa tantummodo vera est scientia, quae perpetuam hominibus praestat beatitudinem.

Opto te feliciter vivere in haec[a] tempora atque in futura, venerande amice.

225.

Alcvinus Theodulfo archiepiscopo Aurelianensi pallium acceptum gratulatur. De aegrotatione sua. Monet, ut praedicationi diligenter insistat[1]. *801 post Apr. 4.*

Cod. H fol. 43'—45.
Edd. F 193, J 166. — Migne col. 391.

PIO PATRI ET PRUDENTI MAGISTRO, NOBISQUE CUM OMNI AMORE AMPLECTENDO TEODULFO ARCHIEPISCOPO HUMILIS LEVITA ALCHVINUS SALUTEM.

Solent ex abundanti[a] caritatis fonte verba fluere dulcedinis; quia quoddam refrigerium est aestuantis in amore cordis sermonibus ostendere, quod mente maxime tenetur. Unde ego — privatae caritatis instinctu condictum amicitiae ius pietatis intuitu renovare cupiens — his litterulis vestrae sanctitati[b] fidem meam[c] in memoriam revocare volui[d], ne thesaurum memoriae longa oblivionis rubigine vilescat.

Maxime, quia filius noster Candidus[2], vester fidelis famulus, plurima bonitatis insignia nobis de vestrae beatitudinis nomine narrare solet: vel quam libera voce in conventu publico[3] veritatis testimonia protulisses[e 4]; vel quam honestis moribus inter maiores minoresque personas tuae beatitudinis foret conversatio; etiam quam pia et relegiosa sedulitate ecclesiastica coleres officia; vel qualiter impias disceptationes[5] odio haberes. Quae omnia certissimum est Deo placere. Et sancti Spiritus gratiam tuo pectori[f] abundanter influere demonstrant, et illam tuo corde ardescere flammam,
Luc. 12, 49. quam ipsa veritas testatur se mittere in terram, ut arderet; quae nullis poterit
Cant. 8, 7. fluminibus extingui.

Isai. 61, 10. Gaudens gaudebo[6] de augmento honoris vestri et de sigillo sacerdotalis dignitatis, quod apostolica vobis superaddidit auctoritas[7]. Sed sciens scito, quod huius honoris claritas praedicationis poscit instantiam. Palleum sacerdotale diadema est; sicut regium diadema fulgor gemmarum ornat, ita fiducia praedicationis pallei ornare debet honorem. In hoc enim honorem suum habet, si portitor veritatis praedicator exsistit. Memor esto sacerdotalis dignitatis linguam caelestis esse clavem imperii[8] et clarissimam castrorum Christi tubam. Quapropter ne sileas, ne taceas, ne formides loqui: habens ubique operis tui itinerisque Christum socium et adiutorem. Nec enim fas est tam clari
Luc. 11, 33. luminis, tam affluentis sapientiae lucernam sub modio abscondi, sed in honorem largi-
Matth. 9, 37. toris omnibus splendescere lumine veritatis, qui domum Dei ingrediuntur. Quia messis quidem multa est, operarii autem pauci. Sed quo rariores, eo instantiores, qui sunt,

---

a) hac *H.*

225. a) abunti *H.* b) sanctitatis *H.* c) eam *H.* d) volens *H.* e) pertulisses *H.* f) pectore *H.*

1) *Hanc epistolam et epistolam 218 eodem fere tempore scriptas esse comparatio earum luculenter demonstrat; v. adnotationes. J.* 2) *Roma reversus; cf. epp. 211. 216 supra p. 351. 360.* 3) *Romae habito. V. ep. 218 supra p. 362:* conventus multorum *et* in tanto tamque praeclaro conventu. 4) *haud dubie pro Leone III papa.* 5) *Cf. ep. 218 l. l.:* causa disceptationis impiae. 6) *Cf. initium epistolae 218 l. l.* 7) *Ex his verbis perspicimus dignitatem archiepiscopalem Theodulfo Romae a Leone III tributam esse eo fere tempore, cum Carolus imperator factus esset. Cf. Theodulfi Carm. ad Moduin. v. 66 (Poet. Carol. I, 565):* Cuius *(sc. Romani praesulis)* ego accepi pallia sancta manu. 8) *Cf. supra p. 48.*

esse necesse est. 'Exalta', ait propheta, 'sicut tuba vocem tuam'; aliusque: 'Sit guttur 801
tuum sicut aquila tuba super domum Dei'[1]. Multi occupant terram, sed querenti post Apr. 4. Isai. 58, 1.
Christo fructum non adferent. Tua vero, vir venerande, sanctitas honoret ministerium Osee 8, 1. Luc. 13, 7.
tuum; praedica oportune, inportune, et ut trapazeta[2] sapiens multiplica pecuniam 2. Tim. 4, 2.
Domini, ut denaria mercede dignus efficiaris.

Hoc opus, hoc etenim forsan te subtrahit igni:
Hoc opus, hoc etenim caelesti te inserit aulae.

Hoc poeta[3]. Sed apostolica auctoritas hoc ubique ammonere probatur; hoc et ipsa
veritas praecipit dicens: 'Ite, docete omnes gentes'. Item psalmista beatum esse Matth. 28, 19.
refert, 'qui meditabitur in lege Domini die ac nocte'. Ps. 1, 2.

Plurima forte vestrae videtur prudentiae meam garrire inperitiam. Sed maiora opto vobis divinae pietatis gratiam spiritalis beatitudinis conferre munera; igitur ea fiducia has dictavi litterulas, quia sciebam vestram sanctitatem piae caritatis donis divitem[a] esse et libenter sustinere verborum pondera, quae ex veri amoris fonte fluere noscuntur.

Sed hoc maxime supplici deprecor pectore, ut me, famulum vestrae sanctitatis, in sanctis orationibus commendatum habeas; eo magis, quod[b] adpropinquat dies retributionis. Nam me tacito pede curva senectus[4] festinare cogit ad praesentiam iudicis mei. Sed et viam itineris mei quasi latro rabidus continua febris obsidet[5]; spolians me optatae salutis vestimentis, ut vix aliquod servitium in domo Dei explere valeam. Unde me maior conpulit necessitas ad famulorum Christi currere suffragium, ut me sanctis satagant[c] adiuvare intercessionibus, ne anima mea tradatur inimicis domini mei Iesu Christi.

Tu vero, vir clarissime, cui est aetas florida[6] et vividae virtus sapientiae et sancti honoris sublimitas, sacrae praedicationis floribus vias itineris tui replere memento; in omni loco vestigia tui adventus relinquens. Tuusque tecum, supplici deprecor voto, vadat Albinus in ore et in corde, quocumque eas. Qui te apud Sanctum Martinum sui pectoris portat in arca et orationibus iter tuum prosequitur; optans angelum Dei bonum tecum ire, ut cum prosperitate eas et cum gaudio feliciter revertaris ad nos.

Utere sorte tua[7] feliciter, ut fruaris mercede tua aeternaliter. Via est haec vita. Beatus[d], qui pratorum varietate non tenebitur in via, quominus festinet ad patriae pulchritudinem. Felix, qui sarcinam divitiarum in pauperum[e] dividit solacia; sciens pauperum manus gazophilacium esse Christi[8], qui se testabitur in die magno accepisse quicquid minimis suis in hac erogabitur luce.

226.

Alcvinus Eanbaldum II archiepiscopum Eboracensem de incommodis consolatur. Munera mittit. De libro missali; de ordine Romano; de adversa sua valetudine.

801 post Apr. 4.

Cod. H fol. 50—51.

Edd. F 171, Haddan and Stubbs Councils III, 507—509, J 167. — Migne col. 234.

---

a) divites *H.* b) quo *H.* c) satagunt *H.* d) Beati *H.* e) pauperem *H.*

1) *Osee 8, 1:* In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini. 2) *trapezita.* 3) *C. Iuvencus Hist. evangel. v. 30:* Hoc opus, hoc etenim forsan me subtrahet igni. *Cf. supra p. 313.* 4) *Ov. ars am. II, 670, cf. infra epp. 310. 311, Carmen LIV v. 19 (Poet. Carol. I, 266):* Curva senectus | Certe propinquat. 5) *Hoc febris impetu post pascha (post 4. Apr. 801) iactatum Alcvinum esse intellegimus ex ep. 218 supra p. 362.* 6) *Hic locus de Theodulfi aetate notatu dignus.* 7) *Aen. XII, 932:* Utere sorte tua. 8) *Cf. supra p. 168 n. 2; 275 n. 3.*

801 post Apr. 4.

ALBINUS SYMEONI[1] SACERDOTI SALUTEM.

Gaudeo de tribulatione[2] et prosperitate vestra, fili mi carissime. Quia tribulatio corporis salus est animae; et prosperitas vitae huius gaudium est amicorum. Memento, quod omnes sancti tribulationes passi sunt in hoc mundo; quarum acerbitas[a] non est Cf. Rom. 8, 18. condigna futurae beatitudinis remuneratione. Qui plus oneris portat in dorso, plus sudoris sentit in corpore. Quid est huius saeculi honor nisi grave pondus viatoris? Liber viator felicius vadit quam sarcinarum magnitudine onustus. Tamen ad mensuram unicuique secundum suam dispensationem dat Deus, aliis sic, aliis vero sic. Sed unusquisque fideliter laboret, ut feliciter regnet cum Christo.

Cuculum, vernalem avem[3], vestrae direxi[4] sanctitati cum munusculis parvitatis meae.

Modo vero parvum quid vini direxi vobis et fratribus et amicis: et de stagno libras centum ad opera necessaria facienda; et cancellos quattuor. Videtur condignum, ut domuncula cloccarum stagno tegatur propter ornamentum et loci celebritatem.

De ordinatione et dispositione missalis libelli nescio cur demandasti. Numquid non habes Romano more ordinatos libellos sacratorios abundanter? Habes quoque et veteris consuetudinis sufficienter sacramentaria maiora. Quid opus est nova condere, dum vetera sufficiunt?

Aliquid voluissem tuam incepisse[b] auctoritatem Romani ordinis in clero tuo: ut exempla a te sumantur, et ecclesiastica officia venerabiliter et laudabiliter vobiscum agantur. Sed 'Rari sunt adiutores' forte dicis. Sed maior bonae intentionis labor maiori summae felicitatis remunerabitur corona. Et feliciter laborat, qui sibi construit domum in regno Dei; parvis magna comparans, caducis[c] aeterna, terrenis caelestia Matth. 13, 46. emens; propter unius margaritae emptionem omnia dimittens, ut eam possideat, quam invenit et omnibus praetulit gazarum deliciis[d].

De infirmitate mea[5] vobis praefatus ales[6] dicere potuit[7]. Gloria Deo, aliquantum melius habemus. Sed tamen corporis integritas non revenit[8].

Ideo diligentius iubeatis orare pro nobis. Quia tempus adpropinquat, quo hoc hospicium deserendum est et ignota appetenda. Sed veniat, veniat vestra post nos oratio et elymosinarum munera gratissima nobisque nimium necessaria. Ostendatur fides in filio, ut gaudeat pater de filio sapienti et fideli. Non moritur qui in filio vivit prudenti.

Sacrae lectionis studia omnimodis renovate vobiscum. Ne pereat labor noster in librorum collectione. Non sit tibi durum pondera auri dare pro adquisitione Sap. 7, 8. 9. sapientiae; cui secundum Salomonem nulla comparari in hoc seculo poterunt, qui: Prov. 17, 16. '[Quid][e] stulto', iterum ait, 'divitiae, si sapientiam emere non poterit'? Quae habitationem in eius corde habebit gratam, qui eam diligere probatur. Multitudo sapientum sanitas est orbis et laus civitatis, in cuius arce habitat. Haec tuo pectore, domino Iesu donante habitationem habeat, carissime fili, semper in aeternum.

---

226. a) acervitas *H.* b) incipisse *H.* c) caduca *H.* d) diliciis *H.* e) Quid *addidit Fr.*

1) *Eanbaldo II archiepiscopo Eboracensi.* 2) *de qua cf. p. 377 infra.* 3) *Cf. Theodulfi Carmen XXVII v. 13 (Poet. Carol. I, 491):* Nunc monstrat cuculus vernalis lumina Phoebi: *Conflict. veris et hiemis v. 10 (ib. 271):* Opto, meus veniat cuculus, carissimus ales. 4) *Cf. p. 378 infra.* 5) *quae post pascha (post 4. Apr. 801) ingruerat; v. ep. 218 supra p. 362 n. 7.* 6) *Cuculus, v. supra l. 10.* 7) *Cf. p. 378 infra:* Et sicut Cuculo praecepi tuae dicere beatitudini, factum habeo. 8) *Cf. ep. 218 supra p. 362:* sed misertus est mihi ob preces servorum suorum. Sed remanet cotidianus labor eiusdem castigationis.

227.

798—801.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi Romae commoranti de suo erga eum amore scribit eumque videre desiderat. *798—801.*

Cod. H fol. 78—78'.
Edd. F 177, J 168. — Migne col. 352.

DILECTISSIMO FILIO AQUILAE ALBINUS SALUTEM.

Scio te patrem esse dignitate et meritis, sed ex caritatis dulcedine nomen tibi inposui[1], quia nihil debet patri carius esse, quam filius; maxime dum filius in omni bonitate et dignitate excellentior est patre[a]. Ingredientem et egredientem, vigilantem, dormientem semper te sequitur dulcedo paternae dilectionis; quem utinam habeas in ore et corde; in officio altaris sancti; in lacrimis ante pedes sanctorum apostolorum[2]: immo ubicumque vadas, tecum eat, tecum aeterna maneat memoria, quia te euntem et redeuntem illius semper consequitur caritatis affectus.

Scias certissime, quod nec sic anxia peregrinantis mater filii[b] spectat adventum, quanto mei cordis ardentissima voluntas tuae faciei praestolatur aspectum. Pauca[c] scripsi, unde tu plurima nosti, et melius intellegis, quid Deo placeat secundum aestimationem humanae coniecturae. Det tibi Deus in corde consilium, in ore fiduciam, in opere perfectionem; ut undique placeas ei, qui te de stercore erexit, et posuit inter (Ps. 112, 7. 8.) principes populi sui; sine quo nihil possumus boni[d] agere; in quo omnia potest, qui in fide et caritate omnia pro eius nomine agere vel loqui disponit, quaecumque agenda sunt; cuius caritas perpetuis luceat flammis in corde tuo, et omnes terrenae[e] cupiditatis flammas extinguat, ut solus Deus semper sit in ore, corde, et opere caritatis tuae, in quo longeva prosperitate feliciter, opto, vivas, fili carissime.

228.

Alcvinus Gislae abbatissae Calensi, sorori Caroli imperatoris, et Rodtrudae, eiusdem filiae, de litterarum cessatione exprobrat. De valetudine sua. *801.*

Cod. H fol. 109—110.
Edd. F 189, J 169. — Migne col. 378.

DILECTISSIMIS IN CHRISTO PERSONIS SORORI[3] ET FILIAE[4] SEMPITERNAM SUPERNAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Quid est, quod vestra tanto tempore tacuit caritas? Numquid verba defecerunt salutationis, seu causae non supervenerunt, quarum notionem carta nec deferret ad aures nostras? Numquid longinquitas terrarum caritatis dulcedinem separare debet, cuius flammam nec profunditas fluminum nec pelagi inmensitas iuxta cantici sermonem[a] (Cant. 8, 7.) obrui poterat; in qua sola qui offenderit, factus est omnium reus. (Iac. 2, 10.) Hec est, quae super bonos et malos splendescere debet, ut sit homo terrenus in ea perfectus, sicut (Matth. 5, 48.) pater, qui in caelis est, perfectus est. Ergo filius caritatis filius est Dei, quia Deus (1. Ioh. 4, 16.) caritas est. Cuius lux corda vestra sufficienter inradiet; cuius dulcedo pectora vestra

227. a) patri *H.* b) fili *H.* c) pauci *H.* d) bone *H.* e) terreni *H.*
228. a) sermonum *H.*

1) *Cf. de hoc nomine supra p. 297 n. 7; 320 l. 1.* 2) *Arno ergo tempore scriptae huius epistolae Romae fuit. Frob.* 3) *Gislae abbatissae Calensi, sorori Caroli imperatoris, v. epp. 195. 196. 213. 214. 216. supra pp. 322. 323. 354. 357. 359.* 4) *Rodtrudae filiae Caroli imperatoris, v. easdem epistolas.*

801 Sept. vel Oct. abundanter reficiat. Haec est summa omnium bonorum, haec est optima pars, quae Luc. 10, 42. numquam auferetur, sed magis atque magis in pectore habentis ardescit. De qua duo ib. 24, 32. dixerunt discipuli, cognita Domini facie in fractione panis: 'Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas'? Vos eam in scripturis quaerite sanctis, intentissime scrutantes eas, ut cognoscatis Dominum vobis loquentem in eis.

Quid dulcius est, quam Dei omnipotentis frui confabulatione? Quia, qui legit sacratissimos sermones Domini, per sanctos suos nobis traditos, Deum loquentem audiet[1]; et qui orat, Deo loquitur. Hae[a] sacratissime vicissitudines diem et noctem ducant in iubilationem. Nec saecularis occupatio spiritalem subruat iocunditatem. Quia vanitas vanitatum est huius saeculi deliciae[b] et falsi amores. Quia omnes huius Cf. Oseae 10, 7. vitae iocunditates velut umbra transeunt, et velut spuma[c] super aquam facile dissipantur[2]. Ideo, dilectissimae et nobilissimae virgines, animas vestras in omni sanctitate et relegione lectionisque studio exercete, ut Spiritus sanctus de caelo vestrae devotionis corda saepius visitare dignetur, qui pectora inhabitare dinoscitur caritate plena, et in sancta sapientia sollicita mente sudantia[d].

Haec interim sanctae dilectionis calamo praelibare curavi.

Ceterum si paternae valetudinis[e] effectum scire curam habetis, scitote cotidie infirmitates crescere et variis corpus debilitare doloribus: et Dominum pulsantem ianuas, si vigilantem inveniat famulum suum; vigiliasque, vestris adiutum[f] intercessionibus, custodire sanctas, ne me in saeculi occupationibus dormientem inveniat[3], Matth. 26, 41. qui apostolis suis praecepit dicens: 'Vigilate et orate, ne intretis in temptationem; spiritus quidem promptus[g] est, caro[h] autem infirma'.

Vestram sanctitatem in omnibus bonis florere et ad perpetuam deus Iesus proficere faciat felicitatem, soror in Christo carissima.

229.

Alcvinus Carolo imperatori ex Italia reverso Candidum obviam mittit. Se propter senectutem et valetudinem omnino animi saluti prospicere velle scribit; sed in coenobio S. Martini Turonensi manere cupit. *801 Sept. vel Oct.*

Codd. T fol. 41'—43 (T fol. 37'—38)*[a].

Edd. Q 23, F 101, J 170. — Migne col. 364.

DOMINO DESIDERANTISSIMO ET OMNI HONORE DIGNISSIMO DAVID PATRI PATRIAE ALBINUS MATRICULARIUS PRAESENTIS ET FUTURAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Benedictus dominus Deus et benedicta perpetua illius misericordia super servos suos, pro quorum prosperitate et salute vos, dulcissime David, prospere duxit et pacifice reduxit, conservavit, honoravit, et exaltavit. Atque in omni loco adventus vestri lumen iustitiae pietatisque ante faciem vestrae beatitudinis splendescere fecit, quatenus totius caligo iniquitatis, nebula perversitatis, serenissimo sapientiae vestrae splendore

---

a) Haec *H.* b) diliciae *H.* c) spumas *H.* d) sudantes *H.* e) valetudinis *scripsit J. pro* voluntatis. f) adiutus *H.* g) prumptus *H.* h) cor *H.*

229. a) *Lemma:* Item eiusdem ad eundem de laude sapientiae et de vitae desiderio quietae *T.*

1) *Cf. Alcvin. ad Widon. comit. c. 5 (Opp. II, 130):* Nam cum oramus, ipsi cum Deo loquimur; cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur. 2) *Cf. Alcv. V. Richarii c. 10 (Opp. II, 179):* gloriam . . . quae subito velut volatilis umbra recedat et tanquam spuma super aquam . . . evanescat. 3) *Iudicari debet ex his verbis hanc epistolam scriptam esse ante renunciata ab Alcvino exeunte anno 801. negotia saecularia; de qua re cf. epp. 229. 232. 233 cet. J.*

discuteretur. Beata gens, cui divina clementia tam pium et prudentem previdebat rectorem[1]. Felix populus, qui sapiente et pio regitur principe; sicut in illo Platonico legitur proverbio[2] dicente[a] felicia esse regna, si philosophi, id est amatores sapientiae, regnarent, vel reges philosophiae studerent. Quia nihil sapientiae in hoc mundo conparari poterit. Haec est namque, quae humilem exaltat[b] et potentem gloriosum efficit et in omni persona laudabilis exsistit; in qua decus est et pulchritudo vitae praesentis necnon et gloria[c] perpetuae beatitudinis. Quia solummodo vera est sapientia[d], quae beatos aeternos efficiet dies. 801 Sept. vel Oct.

Hanc enim vestram optimam sollicitudinem, domine mi David, semper amare et praedicare agnoscebam. Omnesque ad eam discendam exhortari, immo et praemiis honoribusque sollicitare, atque ex diversis mundi partibus amatores illius vestrae bonae voluntati adiutores convocare studuistis[3]. Inter quos me etiam, infimum eiusdem sanctae sapientiae vernaculum, de ultimis Brittaniae finibus adsciscere curastis[4]: atque utinam tam utilem in domo Dei servulum, quam prumptulum vestrae oboedire voluntati. Quia diligens diligebam in sacratissimo pectore vestro, quod in me vos velle invenire intellegebam.

Unde cotidie avida cordis intentione, suspensis in verba venientium auribus, sollicitus eram, quid mihi nuntiarent de domino meo dulcissimo David, quando domum rediret, quando patriam reverteretur. Tandem[e] aliquando, quamvis sero, vox optata concurrentium desiderii mei insonuit auribus: 'Iam iamque veniet; iam Alpes transivit, quem tanto animi tui fervore, o Albine, adesse optasti'. Tum ego repetens iterum atque iterum lacrimabili voce clamavi: 'O domine Iesu, quare non das mihi pennas aquilae? quare non[f] translationem Abacuc prophetae[5] una die vel etiam hora concedis? Dan. 14, 35.
ut amplecter et osculer vestigia illius carissimi mei et super omne, quod in hoc mundo amari potest, dulcissimi oculos videam clarissimos, verba audiam iocundissima. Vel quid tu, inimica, tempore inportuno me opprimis, febris, et non permittis me solita corporis mei alacritate fungi? ut vel tarde fiat, quod cito non valet'.

Adtamen, hoc adventus vestri gratissimo laetus nuntio, confestim Candidum nostrum vestrae obviam sanctissimae dilectioni dirigere studui: habens[g] in manu munuscula, gratiae[h] senioris certus, clientelli, et in ore necessarias magistri voluntates. Quem benignitas vestra ut clementer audiat, obsecro.

Tempus est, ut agnoscat infirmitas fragilitatem suam[i] et tota se conferat in stabilitatem animae suae: ut, quamvis exterior homo annorum numero vel morborum molestia conteratur, tamen renovetur desiderio salutis aeternae interior de die[k] in diem. Quod qualiter fieri debeat, mens mea vestrae pietatis expectat consilium. Nam si praeceps pugnantium praesumptio saepe in periculum cadit, quanto magis, qui spiritale inire cogitat certamen, si consilio non regitur prudenti, per vices incerta sudat victoria. Quod ne fieret, sancta prohibuit scriptura dicens: 'Omnia fac per consilium, postea non paenitebis'[l]. Hoc optime sciens, mei ipsius minus confidens dis- Eccli. 32, 24.
positione, vestrae prudentiae me subicere consilio decrevi. Quia, ut vere fateor,

---

a) dicentes *T.* b) extat *T.* c) gloriae *T.* d) sapientiae *T.* e) Tando *T.* f) *om. T.* g) *sic T pro* habentem — certum. h) gratiae *scripsit J. pro* gratia *T.* i) suam suam *T.* k) diae *T.* l) paeniteberis *T.*

1) *Cf. supra pp. 84. 281.* 2) *Boethius de consol. philos. I, 4, 5:* sententiam Platonis . . .: beatas fore res publicas, si eas vel studiosi sapientiae regerent vel earum rectores studere sapientiae contigisset. 3) *Cf. infra epp. 308. 309.* 4) *Cf. carmen Alcvini (Poet. Carol. I, 334):*

Albinus veniens peregrino vatis ab orbe
His quem direxit praeclara Britannia terris,
Suscipit hunc Carolus huius rex inclytus orbis,
Cum pietate sacrae sophiae tum propter amorem.

5) *Cf. Hieronymi ep. 3 (Opp. I, 9), supra pp. 36 n. 2; 126. 319 n. 13.*

801 quicquid per Dei miserantis gratiam mihi vestra[a] pietatis providentia disposuit agendum, omnimodis prospere mihi pervenisse probavi.

796 Nam fere ante hoc quinquennium[1] saeculares occupationes, Deum testor, non ficto corde declinare cogitavi[2]. Sed vestrae piae providentiae consilio translatus sum in servitium sancti Martini, fidei[b] catholicae et ecclesiastice sanctioni, donante Deo, proficuum. Non recessit tamen de corde[c] prioris voluntatis affectus[d], sicut transacto anno[3] vestrae pietati iam praedixi.

Haec omnia vestra consideret bonitas et pia provisione disponat. Quia, ut praedixi, tota meae mentis intentio ad bonitatis vestrae verissime respicit consilium; nec alio se quolibet credit. Quia in te tota infirmitatis senectutisque[4] meae consolatio intendit.

Inter fratres in ecclesia sancti Martini Deo fideliter servientes vivere vel requiescere, Deo miserante, sine ulla dubitatione desidero[5]. Eiusdemque beatissimi protectoris vestri participem esse in vita aeterna vestram dilectionem perpetualiter opto. Hocque Deum assiduis precibus obsecro, ut praesens vita excellentiae vestrae eius sanctis intercessionibus adiuvetur, protegatur, et consistat, et post hanc aeterna cum eodem beatitudine perfrui merearis, domine dilectissime et desiderantissime, mi David.

230.

Alcvinus Aethelhardum archiepiscopum Cantuariensem, Romam profecturum, hortatur, ut peracto itinere domum revertatur. Monet, ut clericos suos comites coram Carolo imperatore modestos comparere iubeat. Mittit sellam et equum. Certior fieri vult, num per Turones Roma reversurus sit. *801.*

Codd. H fol. 57'—58', A 1 fol. 125—126, A 1 p. 147—148 n. 105. Initium legitur apud Willelm. Malmesbir. Gesta pontiff. Anglor. l. III p. 247, fragm. l. I p. 17, Gesta reg. Anglor. I § 82 p. 82 ed. Stubbs*[a]. *Edd. F 62*, 173, Haddan and Stubbs Councils III, 532, J 171. — Migne col. 257. 343.*

SANCTISSIMO PATRI ET IN MEMBRIS CHRISTI VALDE VENERANDO AEDILHARDO ARCHIEPISCOPO ALCHVINUS[b] DIACONUS IN CHRISTI CARITATE SALUTEM.

Audiens salutem et prosperitatem vestram et conventum cum filio meo Eanbaldo[c][6] Eboracensi episcopo, satis mihi placuit; sperans[d] ex vestrae sanctitatis conloquio[e] ecclesiarum Christi honores exaltari et Deo in eis servientium vitam corrigi. Quae magna ex parte diu corrupta viluit et pene laicorum vanitate coaequata est[7], ita ut tonsura tantummodo discreta videtur; ceterum moribus multa ex parte consimilis, ceu[f] in vestimentorum vanitate et arrogantia et conviviorum superfluitate et aliis rebus. Quae vestra sancta sagacitas optime novit.

Ideo suasi aliis litterarum mearum apicibus sanctitati vestrae permanere in patria; nolens lumen Brittanniae extingui nec tubam veritatis tacere. Sed factum fiat quod Deo placeat et proficiat ecclesiis Christi. Si ea voluntate vadas[8], qua in litteris

---

a) vestram *T.* b) fidaei *T.* c) cordae *T.* d) effectus *T.*

230. a) *Lemma:* Epistola Albini ad Aeđelhardum archiepiscopum *A 1.* b) Alchuiñ *H;* Alquinus *Will.* c) Enbaldo *H.* d) speranti *Will.* e) unitatem sanctae ecclesiae recompaginari quae partim discissa est non rationabili consideratione sed quadam potestatis cupiditate *pergit Will. p. 247.* f) seu *H, A 1*.*

1) *i. e. anno 796.* 2) *V. ep. 97 supra p. 141:* te abeunte temptavi saepius ad portum stabilitatis venire *cet.* 3) *anno 800.* 4) *Cf. supra ep. 114 p. 169 n. 6; infra epp. 242. 249.* 5) *Vit. Alchr. c. 11 (SS. XV, 191):* flagitans, quietissimus Turonis aeque honorificentissime ut resideret sibique et omni sanctae ecclesiae commissae prodesse non detrectaret. 6) *H.* 7) *Cf. supra p. 54 lin. 12; 86 lin. 29; infra ep. 286.* 8) *Romam; v. ep. 232 infra.*

beatitudinis tuae legebam, optime mihi placęre fateor; si tamen invenias qui vestrum 801 bonum impleat desiderium.

Revertere, revertere, pater sancte — peracta pietatis legatione — ad oves perditas; ne grex sine pastore per spineta vitiorum corruens erret[a], qui vix pastore praesente corrigi potuit. Sicut duo oculi in corpore, sic vos duos[b] per totius Brittanniae[c] latitudinem lucere credo atque opto. Noli dextrum patriae subtrahere oculum. Memento sanctissimos antecessores tuos, patres et pastores nostros, qua sollicitudine laboraverunt in verbo Dei, et in salute populi christiani; ut, illorum sequens vestigia, eorum merearis consortio frui in caelesti gloria.

Si vero ad domnum regem[1] pervenias, ammone socios tuos, maximeque clericos, ut honorifice se observent in omni relegione sancta, in vestimentis et in ordine ecclesiastico; ut totius bonitatis, ubicumque vadas, semper relinquas exemplum. Prohibe eos auro vel siricis uti vestimentis[2] in conspectu domni regis; sed humili habitu incedant secundum consuetudinem servorum Dei. Et per omnia loca cum pace vadas et conversatione honesta, cognito tibi more et consuetudine huius gentis.

Misi tibi, sicut demandasti mihi, sellam, qua ego caballicare solitus sum, sic parata, sicut solent ecclesiarum pastores in hac regione habere; caballum quoque, qui portaret sellam vosque supersedentes, si placeat pietati vestrae. Puerum[d] meum direxi, ut nostri[3] honorifice vos suscipiant, secundum quod habeam[e] facultatem et vestrae sanctitatis iussio fiat.

Per quem potes mihi demandare iterum litteris de itinere vestro, utrum ad sanctum Martinum[4], protectorem nostrum et intercessorem vestrum, vestra bonitas in revertendo[5] venire cogitet.

Prosperum iter vobis faciat Deus; angeloque eius comitante, Spiritus sanctus prospere vos ducat, atque reducat et multos faciat feliciter annos in sancta proficere praedicatione ad salutem multorum et[f] augmentum mercedis vestrae in aeterna gloria, dulcissime et desiderantissime pater.

In fine vero huius cartulae deprecor caritatem vestram, ut mei nominis habeatis memoriam in sanctis orationibus vestris, sicut saepius rogavi vestraque promisit benignitas. Sed modo maxime obsecro, ut apud sanctos apostolos et marthyres Christi mei habeatis memoriam; sicut[g] apud Sanctum Martinum vestri habere dulce habemus. Bene[h] valeas, vigeas, et floreas in omni bonitate, domine sanctę.

231.

Alcvinus Carolo imperatori Aethelhardum archiepiscopum Cantuariensem, Romam proficiscentem, eiusque comites commendat. *801.*

Codd. T fol. 36'—37 (T fol. 33), L fol. 191'—193.*
Edd. Q 18, F 64, Haddan and Stubbs Councils III, 533, J 172. — Migne col. 258.

DOMINO DESIDERANTISSIMO DAVID REGI FLACCUS MATRICULARIUS AETERNAM IN CHRISTO SALUTEM.

Dulcedo dilectionis vestrae et fidutia[a] probatae pietatis saepius me hortatur vestrae auctoritati dirigere litterulas officioque syllabarum id agere, quod fragilitas corporis obstat voluntati impleri posse. Sed rerum[b] novitas supervenientium novos

a) errat *H.* b) duo *H.* c) Briuttanniae *H.* d) que *add. A 1*.* e) habent *A 1*.* f) ad *add. A 1*.* g) nos *add. A 1*.* h) Bene — sanctę *om. H.*
231. a) fiducia *L.* b) iterum *L.*

1) *Carolum, tum iam imperatorem.* 2) *Cf. supra p. 76 l. 23.* 3) *fratres cellae S. Iudoci; v. p. 376 n. 7.* 4) *Turonum.* 5) *Roma.*

801 post Apr. 5. iterum cogit edere apices: ut cartula ferat[a] cordis affectum et fundat preces ad aures pietatis vestrae, quae numquam, ut vere fateor, cassate[b] in conspectu misericordiae vestrae fuerunt. Nec meas pro vestra stabilitate et salute cassatas[c] in conspectu Dei credo: quia libenter divina suscipit gratia lacrimas, quae ex caritatis fonte profluunt.

Dictum est mihi aliquos ex amicis Flacci tui, Edelardum[1] scilicet, Doroensis[d] ecclesiae metropolitanum et prime sedis in Brittannia[e] pontificem, vestram adire velle pietatem; ministrum quoque olim Offane regis, Ceilmundum nomine[f] de regno Mercionum[2]; sed et Torchmundum, Hedilredi[3] regis fidelem famulum, virum in fide probatum, strenuum[g] in armis, qui fortiter sanguinem domini sui vindicavit[4]. Hii omnes[h] mihi valde fuerunt fideles et adiutores[i] iteneris mei vel meorum defensores puerorum huc illucque discurrentium. De quibus optimam vestram deprecor clementiam solita benignitate suscipere eos, quia mihi necessarii fuerunt unusquisque in loco suo.

Saepius cognovi sacerdotes relegiosos[k] et in Christi servitio[l] devotos necnon viros fortes et fideles in saeculari dignitate[m] vestrae laudabiles esse aequitati. Nam optimus quisquis et in sua sibi[n] ipsi probatus conscientia bonos diligere non dubium est, edoctus[o] omnipotentis Dei exemplo, qui summum est bonum. Et omnis rationabilis creatura, quantum boni habet, eius bonitate inluminata habere certissimum est. Ioh. 8, 12. Ipsa veritate dicente[p]: 'Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae'.

Perpetuam Christi tribuat tibi gratia[q] lucem
Cum sanctis pariter, David amate Deo.

232.

Alcvinus Eanbaldo II archiepiscopo Eboracensi nuntiat Aethelhardum archiepiscopum Cantuariensem, Romam proficiscentem, in cella S. Iudoci bene receptum esse. Addit de eius cum Eardulfo Northanhumbrorum rege inimicitiis. Constantiam suadet. De sua abdicatione. *801 post Apr. 5.*

Cod. H fol. 24—25'[a].

Edd. F 174, Haddan and Stubbs Councils III, 534—536, J 173. — Migne col. 345.

FILIO VOTORUM MEORUM SYMEONI[5] SACERDOTI ALBINUS SALUTEM.

Romam eunti viro relegioso coepiscopo tuo Aedilhardo[6] occurrit illi apud Sanctum Idochum[7] missus meus. Sicut me per suam prius postulaverat epistolam et ibi secun-

---

a) fereat *T.* b) cessat et *L.* c) cessatas *L.* d) Deroensis *L.* e) Brittaniae *T.* f) *om. T;* none *L.* g) stremuum *L.* h) homines *L pro* hii omnes. i) auditores itineris *L.* k) relegiosas *L.* l) fuerunt *L pro* servitio. m) fidelis in saeculi dignitati *L.* n) sui *L.* o) et doctus *L.* p) docente *L.* q) gratiam *L.*

232. a) *Lemma:* Ad Eanbaldum archiepiscopum Eboracensis ecclesiae, cognomento Symeonem *II.*

1) *Aethelhardum archiepiscopum Cantuariensem.* 2) Ceolmundus, Ceolmund princeps, Ciolmund dux, Ceolmund minister *legitur in variis Offae, Ecgfridi, Coenulfi regum Merciorum tabulis datis annis 788—799. ap. Gray Birch Cartul. Saxon. I, 353—412.* 3) *Aethelredi regis Northanhumbrorum, cuius caedem quam graviter anno 796. tulerit Carolus, docet ep. 101 supra p. 147.* 4) *Simeon. Dunelm. hist. regum Angl. (p. 62) 799:* Aldred vero dux interfector Etheldredi regis, a Thorhtmundo duce in ultionem domini sui eiusdem regis interfectus est. 5) *Eanbaldo II archiepiscopo Eboracensi.* 6) *archiep. Cantuariensi, qui anno 801 (v. Anglo-saxon chronicle et Florent. Wigorn. ad annum 799) post diem 5. Apr. (post secundam diem paseae, v. Coenulfi regis tabulam* secunda die pascae *datam ap. Birch Cartular. Saxon. I, 421) Romam profectus est, ubi die 18. Ian. 802. a Leone III papa de totius Angliae primatu bullam accepit (v. Jaffé Regesta n. 2510). Cf. etiam Theopold, Krit. Untersuchungen über die Quellen zur Angelsächs. Gesch. p. 41.* 7) *S. Iudocum (Saint-Iosse-sur-mer), de qua cella in Lupi Ferrariensis ep. 11 (Opp. ed. Baluzius p. 30) haec habentur:* Cellam S. Iudoci, quam magnus Karolus quondam Alcvino ad elemosinam exhibendam peregrinis commiserat, *cf. supra p. 291 n. 4.*

dum suam voluntatem benigne susceptus est, habens secum alios duos episcopos[1], 801 post Apr. 5. amicosque nostros Ceonmundum atque Toretmundum[2]. Pro quorum solatio litteras meas direxi domino meo David regi[3].

Inter alia siquidem, quae mihi ipse praefatus venerabilis pater litteris suis mandare curaverat, de vestra tribulatione innotuit nobis. Cuius causa has consolatorias litteras caritati vestrae dirigere studui; deprecans vos in conspectu Dei viriliter agere et forti animo esse. Nec semper nox nec semper dies, sed vices suas agunt[4]: ita huius saeculi adversitas vel prosperitas. Hodie tempestas inminet, sed cras serenitas arridet. Figatur spei anchora in Christum. Qui laetetur in prosperis, timeat adversa; et qui adversis fatigetur, speret[a] prospera cito advenire. Aurum perfecti decoris non erit, nisi fornace ardoris probetur.

Arbitror ex te ipso tuae partem tribulationis oriri; qui forsitan inimicos regis[5] recipias vel inimicorum illius possessiones tutaris.

Si vero iuste pateris, quid turbaris? Si vero iniuste, cur non recorderis sanctorum? 'Tribulationes Iob audistis', dicit Iacobus apostolus, 'et finem Domini vidistis'. Iac. 5, 11. Qui particeps est tribulationis sanctorum, particeps erit et gloriae.

Noli fugam meditari, sed coronam sperare. Sta fortiter in acie quasi signifer castrorum Christi. Si fugit vexillum ferens, quid facit exercitus? Si tuba tacet in castris, quis se praeparat ad bellum? Si dux timidus erit, quomodo salvabitur miles? 'Needum', dicit apostolus, 'usque ad sanguinem restitistis; et obliti estis consolationis Hebr. 12, 4–6. vestrae; castigat Deus omnem filium, quem recipit'. Pro paternae pietatis castigatione filius contristari non debet. 'Impii fremebant super iusto', dicit scriptura, 'sed Dominus Cf. Ps. 36, 12. ib. 57, 7. conteret dentes eorum'; et ad nihilum redigit impetus eorum. Lege diligenter, quomodo senex Matathias in ipsa morte inminente hortatus est filios suos, ut viriliter 1. Macc. 2, 49 sq. agerent et fortiter debellarent adversarios Dei; et quomodo sancti per tribulationes coronati sunt; et quam, non dicam parva, sed etiam nulla, sit gloria peccatoris; dicens inter cetera: 'A verbis viri peccatoris non timueritis; quia gloria eius stercus et ib. 2, 62. 63. vermis; hodie extollitur et cras non invenitur; quia conversus est in terram suam et cogitatio eius periit'[b].

Nec longe antiquorum[c] exempla temporum quaerere opus est, dum habes praesentia sufficienter. Tu ipse vidisti, quomodo perierunt reges[6], principes, qui adversati sunt antecessoribus tuis[7] et ecclesiae Christi. Numquid Deus in horum[8] dormit sceleribus, quia aestimant se inpune[d] posse insanire, nec putant oculum Dei vigilare super eorum insaniam? Stulti facti sunt in sapientia sua, non timentes Deum iudicem. Cf. Rom. 1, 22. Tua vero patientia et bona voluntas oret pro illis, ne[9] forte det Deus illis paenitentiam, et fiant ex inimicis amici Dei facti. Sin autem illorum perditio praefinita est, tua siquidem sanctitas nullatenus erit sine remuneratione aeternae felicitatis. Sicut fumus illorum evanescit superbia, et tua pacientia sicut lux splendet in diem perfectum.

Harum obsecro lectio litterarum animum tuum confortet viriliter agere et constanter stare in acie exercitus Christi. Quis trepidare debet, Christo duce et praeeunte agmina certaminis sui? Prior ille portavit crucem suam ad passionem, pati pro mundi salute paratus; clamans omnibus: 'Qui vult venire post me, abneget semet- Matth. 16, 24.

a) sperat *H*. b) periet *H*. c) ante quorum *H*. d) inpuni *H*.

1) *Eorum alter fuit Chunibertus ep. Vintoniensis, testibus Anglo-saxon chronicle et Flor. Wigorn. ad 799 (pro 801). J.* 2) *de quibus cf. ep. 231 supra p. 376 n. 1—3.* 3) *ep. 231 supra p. 375.* 4) *Cf. supra p. 152 n. 3, 314.* 5) *Eardulfi regis Northanhumbrorum 796—809, cf. Simeon. Dun. Hist. reg. II, 65 a. 801:* His temporibus Eardulf rex Northanhymbrorum duxit exercitum contra Kenwlfum regem Merciorum propter susceptionem inimicorum eius. 6) *Interfectus est Aelfwaldus rex Northanhumbrorum d. 23. Sept. 788 (Simeon Dunelm. a. 788), Aethelredus d. 18. Apr. 796. J.* 7) *Aelberhto (767—778) et Eanbaldo I (778—796) archiepiscopis Eboracensibus.* 8) *i. e. Eardulfi regis, v. supra n. 5.* 9) *anne.*

801 ipsum, tollat crucem suam et sequatur me'. 'Ego sum lux mundi: qui sequitur me,
Ioh. 8, 12. ib. 14, 6. non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae'? 'Ego sum via, veritas et vita'.
His testimoniis roboratus intrepido pede curre post Christum, ut eius misericordiam mercaris habere in aeternum.

Scio diem adpropinquasse meum; et gaudeo te superstitem habere. Tu vero de anima mea age, sicut fidelis filius de patre.

Et sicut Cuculo[1] praecepi tuae dicere beatitudini, factum habeo[2]; miserante Deo,
Matth. 11, 29. in Christo quietus vivere desiderans, qui ait: 'Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris'.

Summa Dei gratia te comitetur in omni via tua, defendat, regat et gubernet, fili mi, fili dilectissime.

233.

Alcvinus Calvino presbytero et monacho S. Stephani et Cuculo scribit, commoneant Eanbaldum II archiepiscopum Eboracensem, ab Eardulfo rege Northanhumbrorum infestatum, ne animo deficiat, ne alienas possessiones appetat, ne nimis multos milites alat. Se munus abbatis deposuisse. *801.*

Cod. II fol. 61—61'.
Edd. F 175, J 174. — Migne col. 347.

ALBINUS CALVINO[3] ET CUCULO CARISSIMIS FILIIS SALUTEM.

Audivi tribulationes carissimi filii nostri Simeonis[4]. Vos vero exortamini eum, ut fideliter faciat et non pusillanimis[a] sit in temptationibus. Talia solebant antecessores sui pati; non solum illi, verum etiam omnes sancti. Iohannes baptista pro veritatis testificatione occisus legitur. Studeat, ne in se sit alia causa temptationis, nisi veritatis praedicatio.

Timeo, ne propter possessiones terrarum vel etiam susceptiones inimicorum regis[5] aliqua patiatur[b]. Sufficiant[c] sua sibi; non appetat aliena, quae in periculum saepe habentibus eveniunt[6]. Dum paucis prodesse[d] se putat, multis obest, pro quibus intercedere est cotidie; vel gregi[e], quem regere debet, noceat.

Et quid ei in comitatu suo tantus numerus militum? De misericordiae causa eos habere videtur. Nocet monasterialibus, qui eum cum suis suscipiunt. Plures, sicut audio, multo habet, quam antecessores sui habuerunt. Item et illi[7] gregarios, id est ignobiles milites, pluriores habent, quam deceat, sub se. Magister noster[8] neminem dimisit ex suis satellitibus[g] plus habere nisi unum; praeter rectoribus familiae suae, id est duobus tantum. Inprudens est misericordia paucis prodesse[h] et illis forte reis, et multis nocuisse[i] et illis etiam bonis. Non me accuset talia suggerenti, sed se emendet talia facientem[k].

Nos vero, sicut dixi Cuculo[9], deposito onere pastoralis curae, quieti sedemus apud Sanctum Martinum; spectans, quando vox veniat: 'Aperi pulsanti, sequere iubentem, exaudi iudicantem'. Sancta sollicitudo vestra adiuvet, ut diem illum donante

233. a) pusillanimi *H.* b) pacietur *H.* c) sufficiens *H.* d) prodisse *H.* e) grege *H.* g) satellibus *H.* h) prodisse *H.* i) nocuisset *H.* k) facienti *H.*

1) *Cf. ep. 226 supra p. 370:* De infirmitate mea vobis praefatus ales *(Cuculus)* dicere potuit. 2) *i. e. se deposuisse onus pastoralis curae; v. infra lin. 36.* 3) *presbytero et monacho S. Stephani; v. supra p. 347 lin. 18.* 4) *Eanbaldi II archiepiscopi Eboracensis.* 5) *Eardulfi regis Northanhumbrorum, cf. supra p. 377 n. 5.* 6) *Cf. supra p. 348 n. 1.* 7) *milites illi.* 8) *Aelberhtus archiepiscopus Eboracensis (767—778). Cf. ep. 114 supra p. 167:* magister meus dilectus Aelberhtus archiepiscopus. 9) *Cf. ep. anteced. supra l. 7:* et sicut Cuculo praecepi tuae dicere beatitudini.

Deo evadere valeam. Omnesque amicos nostros ammonete, ut nostri habeant memoriam 801 in sanctissimis orationibus suis; maximeque omnium, in quo maxime confido, filium nostrum Symeonem sacerdotem. Deus propitius[a] sit in hac vita, ut futuram mereatur cum sanctis Dei accipere beatitudinem.

Vivite felices, fili carissimi, in aeternum.

Credulum[1] ceterosque amicos nostros ex nostri nominis officio salutate.

234.

Alcuinus a Leone III papa petit, ut sibi, rerum saecularium occupatione iam liberato, peccata ignoscat. *801.*

Codd. Parisinus 2826 (L) fol. 137'—139 (ex quo Paris. 17448 fol. 113—114); musei Britann. Kings 6 B VIII saec. XII (K) fol. 27'—28 (ex quo A 1 p. 173—174 nr. 126)*[a].

Edd. Monnier, Alcuin et Charlemagne p. 371—373, J 175.

DOMINO IN DOMINO DOMINORUM[b] DILECTISSIMO LEONI[c] PAPE[d] HUMILIS LEVITA ALCHVINUS SALUTEM.

Quanta sit in vos, mirande pater, meae mentis dilectio, vel quanto totius animi desiderio vestrae gloriosae dignitatis beatitudinem in Domino valere et proficere ecclesiisque Christi per latitudinem christiani[e] imperii prodesse[f] cupiam, nullius[g] linguae eloquentia, fateor, enarrari valet; dum tanto plus laudabile laboris vestri studium omnibus ubique necessarium esse haud[h] dubium est, quanto plurimorum caritatem refrigescere, multis probari poterit exemplis. Cf. Matth. 24, 12.

Proinde etiam sancta caritas ex tui sanctissimi cordis ferventi flammarum calore ignitas doctrinae catholicae[i] spargere scintillas ad inluminandas ecclesiarum faces[k] Christi longe lateque debebit. Nec ardens divinae gratiae lucerna in vestri pectoris prudentia nullatenus sub modio abscondi fas est; sed supra candelabrum apostolicae ib. 5, 15.
sedis ponenda, ut lucidissimo illis fulgeat splendore, qui per turmas supra foenum in ib. 14, 19.
convivio dominicae benedictionis recumbere iubentur. Hoc est opus tuum, haec laus dignitatis tuae, haec gloria beatae retributionis, dum venerit rex Christus sedere in sede maiestatis paternae, angelorum atque omnium sanctorum circumstantibus tronum[l] gloriae suae agminibus, et libri aperientur meritorum in laudes vel vituperationes uniuscuiusque personae a primo Adam usque[m] ad novissimum huius vitae exulem, teste semper unicuique propria adstante[n] conscientia, vel accusante vel defendente opera prioris[o] vitae. Illa vero die, illa etiam te omnipotens[p], pater sancte[q], turba caelestium vel terrestrium inter apostolicos viros in sede iudicaria sedentem aspiciat[r], discernentem praemia fidelium cum apostolis populorum.

Ut tam gloriosa istius honoris sedes tibi, sancte[s] sanctorum successor, in die domini nostri Iesu Christi venire valeat, nullius[t] te laboris terreat asperitas, nullius[t] adolationis[u] a via veritatis avertat iocunditas, nulla saecularis ambitionis cupiditas Osee 8, 1.
sanctissimi gutturis tui tubam tacere inliciat. Tu claviger[v] caelestis regni: tu de luce. Ioh. 1, 9.

---

a) proprius *corr. in* propius *H.*

234. a) *Lemma:* Item alia eiusdem ad Leonem apostolicum urbis Romae *L, K.* b) in Domino dominorum *om. K.* c) Leone *L.* d) *om. L.* e) christiano *L, corr. in* christiani *K.* f) prodisse *corr. in* prodesse *L.* g) nullus *L, corr. in* nullius *K.* h) aut *L.* i) chatolicae *K.* k) facies *L, K.* l) thronum *K.* m) us *L.* n) adstantes *L, K.* o) propriis *L;* prioris *K.* p) omnes *K.* q) sanctae *L.* r) aspitiat *L.* s) sanctae *L.* t) nullus *L, K, corr. in* nulla *K.* u) adulationis *K.* v) clavier *K.*

1) *De quo cf. Alcvini carmen Poet. Carol. I, 266.*

801 quae inluminat omnem hominem, lumen habens sapientiae[a]; tu pastor ovium Christi, pasce[b] quas accepisti pane vitae, virtutum floribus, praedicationis verbo. Aperi illis clave apostolicae auctoritatis in[c] perpetuum[d] portas paradysi[e], quatenus totus cum suo pastore[f] in regno aeternae beatitudinis grex gaudeat[g].

Cum quo, divina miserante gratia, vestrae sanctitatis deductus orationibus, quamvis extremus, utinam inveniar civis[h]. Respice pietatis intuitu ad te respicientem, te deprecantem[i]. Laus est medici sanitas aegroti. Gloria pastoris, si oves sibi commissas integro praesentare numero[k] et magnum mercedis augmentum acceptae pecuniae[l] multiplicatio.

Ego, filius vestrae bonitatis, saecularis nutricii[m] occupatione liberatus, soli Deo servire desiderans, vestrae auctoritatis humili voto flagitans benedictionem; quatenus mihi[n] in huius desiderii sanctitate divina concedat pietas perseverantiam[o], ne arreptum iter qualibet astutia impedire valeat hostis[p], qui mille[q] habet artes nocendi.

Ideo tam obnixe[r] intercessionis vestrae deposco suffragia, quoniam optime[s] novi cum beato Petro, principe apostolorum, te, sanctissime pater, accepisse potestatem solvendi. Solve in filio pietate paterna, virtute apostolica, catenas peccatorum; ut ego vel veniam recipere merear, dum ceteri vestrae sanctitatis filii in caelesti tecum gloria aeternae beatitudinis coronas recipere iudicentur.

Incolumem[t] Christus faciat te[u] vivere semper,
O pater, o pastor, papa valeto, Leo[v].

235.

Alcvinus apud amicum quendam se excusat eique se Deo soli vacare scribit. Vestem pelliciam sibi mitti iubet. *801.*

Codd. A 2 fol. 167'—168, A 1 p. 167—168 n. 121*[a].
Ed. J 246.

Aliorum neglegentia mihi non est imputanda, qui ita non fecerunt, sicut ego mandavi. Nihil enim[b] meum mea voluntate tibi alienum voluissem fieri, sed sive infidelitas sive infirmitas eorum fuit, quod non factum est[c] sicut mandavi, nullatenus mihi[b] tua inputet bonitas, qui tibi cupio sicut et mihi deservire meos.

Tu scis tamen, quod negotiis secularibus utcumque me liberatum habeo, Deo soli vacare desiderans[1] vestrisque sanctissimis orationibus adiuvari perpetualiter deposco, vestram semper habentes memoriam, nomen vestrum[b] scriptum inter nomina sanctorum patrum, quod[d] inter nomina sanctorum apostolorum in celesti libro scriptum esse[e] opto et credo per Dei misericordiam.

Mitte mihi tempore oportuno pelliciam longam, qualem mihi misisti, nisi forte alba potest esse, que molliorem lanam habere videtur.

---

a) sapientia *L, K.* b) paschae *L, corr. in* pascę *K.* c) *om. L, K.* d) *corr. in* perpetui *K.* e) paradisi *K.* f) pectoris *L.* g) rex gadeat *corr. in* grex adeat *K.* h) cives *L, K.* i) depraecantem *K.* k) potest *excidisse videtur J.* l) pecuniae *K.* m) *an* servicii *legendum? J.* n) michi *K.* o) perseverentiam *L.* p) hostes *L, corr. in* hostis *K.* q) millae *L.* r) obnixae *L;* obnixę *K.* s) obtime *L.* t) In quo lumen *L;* Incolomem *K.* u) te faciat *K.* v) papa valete Leo *K;* valeto o Leo *L.*
235. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri *A 1*.* b) *om. A 2.* c) sit *A 1*.* d) et *A 1*.* e) est *A 2.*

1) *De hoc Alcvini consilio cf. supra lin. 10.*

236. 801

Alchvinus archiepiscopo cuidam se negotiis saecularibus renuntiavisse scribit. Petit, ut pro se precetur. *801.*

Cod. H fol. 65—65'.
Edd. F 168, J 176. — Migne col. 231.

SANCTISSIMO PATRI ARCHIEPISCOPO HUMILIS FILIUS ALCHVINUS[a] SALUTEM.

Sciat dulcissima paternitatis vestrae dilectio, quod ego filius tuus saeculi occupationibus depositis[1] soli Deo vacare desidero[2].

Ideo deprecor almitatem vestram, ut me eximiae sanctitatis vestrae benedictio et oratio consequatur, quatenus divina clementia paucos vitae meae dies, qui supersint, in suo sancto servitio ad salutem animae meae conservare dignetur. Dum omni homini necesse est vigili cura se praeparare ad occursum domini Dei sui, quanto magis senioribus, qui sunt annis et infirmitatibus crebris confracti, suas sollicita cura lampades ornare, ut dignus, donante Deo, efficiatur lucentibus lampadibus[b] occurrere (Cf. Matth. 25, 1 sq.) caelesti sponso, ne foras stare cogatur, intrantibus aliis ad convivium superni regis, quod pietas domini nostri Iesu Christi me filium tuum vobiscum, sanctissime pater, perpetua prosperitate intrare concedat.

Dominus Deus venerandam sanctitatis vestrae caniciem sanctarum donis virtutum frui[c] faciat, desiderantissime pater.

237.

Alcvinus Adalhardo abbati Corbeiensi respondet. Angilberti abbatis Centulensis moribus emendatis gaudet. De secularibus negotiis a se abiectis. *801.*

Cod. H fol. 83'—85[a].
Edd. F 213, J 177. — Migne col. 463.

FILIO CARISSIMO ANTONIO[3] ALBINUS SALUTEM.

Laetatus sum in lectione cartulae, quam mihi tua direxit caritas; sed amplius in solacio germanitatis tuae[4]. Quia valde ex die cognitionis tuorum intimo cordis affectu amavi eos, quamvis non aequaliter ut te, quia aequaliter ad me non pertinebant; te specialius ex omnibus fere amicis unum.

Gratias, quod tandem aliquando refloruisti aperire os, appellare patrem, sive caritatis vel etiam hospitalitatis gratia. Mandavi Rubone, qui praeest rebus sancti Martini, ad satisfaciendum animo tuo condicto die obviam tibi esse[5].

Quod de emendatis moribus Homeri[6] mei scripsisti, satis placuit oculis meis. Licet semper honorabiles habuisset mores, tamen nullus est talis in hoc saeculo, qui non habeat oblivisci quae retro sunt, et se extendere in anteriora, donec perveniat (Philipp. 3, 13.) ad perfectionis coronam. Unum fuit de histrionibus, quorum vanitatibus sciebam non parvum animae suae periculum inminere, quod mihi non placuit. Quapropter scripsi[b] aliquid exinde[7], ut integram amoris mei illi ostenderem solicitudinem. Mirumque

236. a) Alchuiñ *H.* b) lampades *H.* c) frui *addidit J.*; florere *coni. Frob.*
237. a) *Lemma:* Ad Antonium monachum *H.* b) scribsi *H.*

1) *Cf. supra ep. 233 p. 378:* Nos vero . . deposito onere pastoralis curae. 2) *Cf. supra ep. 234 p. 380:* soli Deo servire desiderans. 3) *Adalhardo abbati Corbeiensi, cf. supra p. 290 n. 1.* 4) *germanorum tuorum.* 5) *Cf. supra p. 267 lin. 31.* 6) *Angilberti abbatis S. Richarii Centulensis, cf. Simson Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 210 n. 2.* 7) *Cf. ep. 175 supra p. 290.*

801 mihi visum est, quomodo tam sapiens animus non intellexisset reprehensibilia dignitati suae facere et non laudabilia.

Suadeo dilectioni tuae, ut, ubicumque vadas, verbum Dei fulgeat in ore tuo secundum oportunitatem temporis vel loci, quatenus bona conversationis tuae fama praedicationis instantia adornetur.

Quod in prima paginolae tuae parafrasticas apologitici sermonis excusationes legebam, paradigmatico calamo conscriptas, grate suscipiebam eas; quamvis minus necessarias aestimarem illas. Conscius cordium nostrorum novit, qua caritate litterarum consolationes[a] tuarum desiderarem. Vel quo timore calamum suspendisses in pariete regularis domus? Aut ego forsitan tanto indignus fui consolatore[b], aut magis spem posui in homine, quam Deo placuisset; tamen nolim tuam bonitatem de aliis id egisse,
1. Cor. 9, 22. sed omnibus omnia factus, ut ex omnibus mercedem merearis habere apud Deum.
Christus, ut in historiis legitur[1], Abagaro regi pagano scripsit epistolam. Aut beatus
Act. 4, 32. Paulus inter eos non fuit, de quibus scriptura dicit: 'Erat illis cor unum et anima una, et erant illis omnia communia', et bene fecit scribendo amicis: aut si fecit, male fecit tantas amicis scribendo epistolas. Vel quomodo meas ausus fuisti legere litterulas et tuas mihi non dirigere? Si contra regulam est aliis scribere; utique contra regulam est et aliorum legere. Opto ex magno cordis mei desiderio nullatenus te plus peccasse in custodia regularis vitae, quam exhortatorias volentibus edere chartas[c].

Vulnerasti siquidem cor meum. Sed si tempus medendi adhuc fieri valeat, sana vulnus caritatis calamo, ne putrescat in peius. Non enim tibi sunt indiga[d] pigmentorum genera magno emenda pretio, nec cum periculo cor leonis extrahendum. Sed aperi cor caritatis tuae, et inriga caelestis rore benedictionis arentia cordis mei rura, ut spem generare incipiat prioris pacis et concordiae.

Numquid non me familia Sancti Petri[2], te hortante et deprecante, in gremium fraternitatis suae suscepit quasi unum ex illis? Si amico prodesse[e] timuisti, quare non fratri et consocio germanitatis tuae? Numquid regularis constrictio prohibet te fratrem exhortari tuum? Aut falsum est quod promisistis; aut verum est quod tu de fratre bene non fecisti.

Sed cessent quaerimoniae, fiant caritatis solacia inter fratres, sine qua nihil Deo placere poterit; et si sit in corde, agnoscatur opere; si intus ardeat, foris fulgeat. Ideo Spiritus sanctus missus est in specie ignis et linguarum, ut, quod intus ardet in corde, foras ferat in verbo caritas, ut poeta[3] cecinit:

'Mentibus instat amor, sermonibus aestuat ardor'.

Ego, militaris cingulo laboris deposito, quietus Deo servire desiderans; nimium trepidus exspectans, qua hora dicatur mihi: 'Aperi pulsanti, festina ad tribunal iudicis tui, ut audias quicquid operatus[f] in vita tua fuisti'[4]. Si te, fili mi, superstite haec hora[g] adveniat patri, tu vero cum tuis omnibus fidelis intercessor adesto, ut diras accusantium facies evadere deo Iesu miserante valeam; cui laus et gloria omnium bonorum suorum, quae non solum mihi, sed omni humano generi mira contulit pietate. Tu vero, fili carissime, prospere proficiens et feliciter vivens, valeto in aeternum.

a) consolationis *H.* b) consolatori *H.* c) aedere carthas *H.* d) *an* Indica? e) prodisse *H.* f) operasti *H.* g) ora *H.*

1) *Eusebii Hist. ecclesiast. I c. 13.* 2) *Corbeiensis.* 3) *Arator Act. ap. l. I v. 147 (Beda de S. Cudberhto Prooem. v. 7). Eundem versum laudat Beda, Comment. in apoc. c. 21 (Opp. ed. Giles XII, 441).* 4) *Cf. ep. 233 supra p. 378:* deposito onere pastoralis curae, quieti sedemus apud S. Martinum; spectans, quando vox veniat: Aperi pulsanti, sequere iubentem, exaudi iudicantem.

238. c. 801

Alcvinus Carolo imperatori pro beneficiis gratias agit et ut ob corporis infirmitatem apud S. Martinum sibi requiescere liceat supplicat. *c. 801.*

Codd. T fol. 37—38 (T fol. 34), L fol. 193—195*[a].
Edd. Q 19, F 106, J 193. — Migne col. 372.

DOMINO PIISSIMO DAVID REGI[1] ALBINUS PERPETUAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Summa Dei[b] trinitas vestrae bonitati, omnium dilectissime David, aeterna restituat beatitudine quicquid pietatis vel benignitatis fecistis[c] in me, famulum vestrum. Sicut prima cognitione adventus mei ad vos misericorditer promisistis, ita omnia fideliter implestis: et ad cumulum plenissimae veritatis, quae semper vestri pectoris[d] insidet[e] thesauro[f], centuplum addidistis, ut cunctorum luce clarius oculis patescit auribusque per longinquas terrarum[g] resonat multorum. Quid enim addi potuit felicitati peregrinationis meae, vel vestrae bonitatis indicio super me, minus digno his omnibus donorum[h] largitionibus? Vel quales gratiarum actiones vestrae misericordiae condignas persolvere possum, nisi perpetua pie orationis sedulitate misericordissimi Dei omnipotentis clementiam deprecari, quatenus aeterna remuneratione in caelesti beatitudine omnia multipliciter reddat in meam vestrae largissime bonitatis benefacta parvitatem?

Quod ut meam liceat apud[i] Sanctum Martinum cotidie instantiam agere, supplex suppliciter, humilis humiliter, devotus[k] devote obsecro. Quia valde infirmatus corpore nil[l] aliud iteneris vel laboris perficere valeo[2]. Omnis igitur corporis mei, ut vere fateor, dignitas et fortitudo recessit, abiit et cotidie fugiet; nec in hoc, ut vereor[m], saeculo revertetur.

Speravi atque optavi me transactis diebus vestrae adhuc[n] vel semel beatitudinis faciem videre. Sed ingravescente infirmi corporis flebilitate[o] omnimodis hoc idem fieri non posse probatum habeo.

Quapropter deprecor vestrae invictae bonitatis misericordiam, ut nullatenus mens sancta, voluntas benigna, quae in vobis[p] est, meae irascatur infirmitati, sed pia conpassione fessum concedat requiescere, orationibusque pro vobis instare et praevenire faciem[q] aeterni iudicis in confessione et lacrimis; ut si quoquo modo, deo Iesu miserante, metuendas antiqui hostis accusationes[r] evadere valeam, et aliquem sanctorum habere adiutorem merear, mecum stantem[s], pro meaque intercedentem fragilitate; ne tradar in manus inimicorum meorum. Cf. Eccli. 4, 22.

O quam timendus est omni homini dies ille, et quam necessarium est unicuique praeparare se in occursum domini Dei sui, hortante nos ipsa luce, quae inluminat Ioh. 1, 9.
omnem hominem, atque clamante: 'Ambulate, dum lucem habetis, ne vos tenebrae Ib. 12, 35.
conprehendant'. Sed et quomodo in ea[t] luce ambulare debeamus, alio ostendit loco
dicens: 'Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et Matth. 5, 16.
glorificent patrem vestrum, qui in caelis est'.

David, in aeternum tecum sit gratia Christi,
Ut vigeas, valeas, victor in orbe potens,

---

238. a) *Lemma:* Item ad eundem *T**. b) deus *T;* dei *L.* c) *om. T.* d) peccatoris *L.* e) *om. L.* f) de thesauro *L.* g) terram *L.* h) donorum largitionibus *om. L.* i) aput *T.* k) devotis *T.* l) nihil *L.* m) revereor *T.* n) me *iterum add. T, L.* o) flebilitati *L; an* debilitate? *Tittmann.* p) nobis *L.* q) faciam *L.* r) accussationes *L.* s) stante *L.* t) hac *L.*

1) *Regium nomen tribuit Alcvinus imperatori, quia David eum nominat.* 2) *De Alcvini valetudine infirma atque mala cf. epistolas subsequentes.*

c. 802—803

Post haec et[a] teneas caelestia regna beatus
Cum sanctis pariter semper in arce[b] poli.
Multiplici Christus reddat tibi munera mitis,
In me quot[c] bonitas contulit ecce tua.
Gramina quot[d] tellus habeat, vel litus harenas,
Tot, miserante Deo, David, habeto vale.
Inclitus aeternis[e] David feliciter annis,
In Christo meritis vivat ubique sacris.

239.

Alcvinus Arnonem archiepiscopum Salisburgensem ad se Turonos venire cupit, cum ipse infirmus palatium adire nequeat. De animae suae salute amicum consulere vult.
c. 802—803.

Codd. H fol. 60—61, S 1 fol. 136'—138' (S 1 fol. 39'—42').*
Edd. M 15, F 108, J 194. — Migne col. 386.

DOMINO MERITO AMABILI AQUILAE PRAESULI[a] PIO PACIFICO ALBINUS SALUTEM.

Perpetua caritas occasionem semper inveniet salutationis ad amicum, ut gaudeat in lectione litterarum animus fidelis, cui non est datum in praesentia laetari[b] oculorum. Sed melior est fidelis animi aspectus in caritate omni intuitu pupillarum. Ideo animo spiritaliter Deus inspiciendus est, non oculis carnalibus, quos communes habemus cum vermiculis: cuius visio vera[c] est beatitudo, quae sanctis promittitur in sempiterna gloria, a qua tolluntur impii, ne videant gloriam Dei. Ad hanc perpetuae beatitudinis
Prov. 18, 19. visionem nos[d] invicem exhortemur, quia frater a fratre adiutus[e] civitas est firma.

Tamen si haec vera, quae dixi de animi visione, valde vera videri[f] debeant, quoddam mihi dispendium esse in absentia[g] faciei vestrae video, non propter nigros in capite capillos, sed propter oculos dulcissimos[h 1], et amabilem caritatis loquelam, quam inter nos fideliter habere consuevimus. Ego siquidem vocatus ad palatium, propter infirmitatem corpusculi mei venire nequeo[2], te spectans vita comite in domo Dei et sancti Martini. Si quoquo modo desiderium hoc mihi amabile Deo miserante
Eccle. 12, 6. 7. evenire[i] valeat[k], antequam rumpatur vitta aurea, et conteratur rota super fontem, et eat homo exterior in domum aeternitatis suae plangentibus[l] circa eum amicis; et spiritus revertatur ad iudicium illius, qui dedit eum.

Huius vero iudicii terrore totus contremesco saecularisque negotii deposito onere Deo soli servire licet pigro corde et inposito[m] gradu eligam, ne me minus paratum dies illa per omnia inveniat[n]. Sed Deo miserante vitaque comite vulnera, quae huius saeculi miseria mihi infeliciter[o] inflixerat, secundum consilia vestrae sanctitatis mederi adgrediar: hisque transactis inter nos consiliis, quod sine lacrimis non dico, ultimum vale fiat inter Aquilam et Albinum[3]. Et ego perpetualiter tuis sanctissimis corroboratus[p] consiliis atque orationibus spectans spectabo in loco praefinito, quando revertatur dominus meus a nuptiis pulsare ianuam, an custodem domus vigilantem

---

a) ut *L.* b) semper mare *L.* c) quod *T, L.* d) quod *L.* e) aeternus *T.*
239. a) *om. H.* b) laetare *S 1.* c) omnis *S 1.* d) vos *H.* e) invatus *S 1;* iuventus *H.* f) videre *H, S 1.* g) absentiae *H.* h) dulces *H.* i) evinire *S 1.* k) valent *H;* ad invicem contemplari *add. S 1*.* l) plangentibus — amicis *om. H.* m) impos. *S 1.* n) inveniet *H, S 1.* o) *om. H.* p) corroporatus *H.*

1) *Cf. supra p. 321 n. 5.* 2) *Cf. infra p. 388 ep. 212:* Vocatus fui ad dominum meum David, sed infirmitate tardatus non veni. 3) *Cf. ep. 265.*

inveniat; huiusque timendae momento horae peracto, utinam tuam beatitudinem propter necessarias pro peccatis meis intercessiones superstitem relinquam. Quia fides in extremis probatur, quae pene rara invenitur in hominibus. Omnes[a] enim valde ea[b] indigent, sed pauci habere videntur. Has te non pigeat[c] saepius legere litterulas, quas lacrimis dictavi obortis[d] [1], quatenus in memoria habeas, quid maxime a te meum spectet desiderium: et quod vix invenitur in quam plurimis, in te certum mihi habere agnoscat anima mea in loco praedestinato sibi. 801

Te[e] vero divina clementia, pater desiderantissime[f], multo tempore in servitio[g] sanctae ecclesiae et multarum profectu animarum proficere faciat, ut cum multiplici laboris tui fructu ad aeternam laudabiliter pervenire merearis beatitudinem. Iterum atque iterum dico, et cum lacrimis dico, mei memor esto[h]. Omnipotens Deus te custodiat et in omni bonitate florere concedat, dulcissime et omnium dilectissime praesul.

240.

Alcvinus apud Carolum imperatorem se excusat, quod vocatus ad eum non veniat.
801.

Codd. T fol. 36—36' (T fol. 32'), L fol. 190—191'*[a].
Edd. Q 17, F 104, J 198. — Migne col. 361.

[b]Discingat[c] chartam mitis, rogo, dextera David[2],
Victricem faciat quam Deus almipotens.

DOMINO MERITO LAUDABILI ET OMNI CARITATIS OFFICIO AMPLECTANDO, NOBISQUE NIMIUM DESIDERANTISSIMO[e] DAVID REGI HUMILLIMUS SANCTAE DEI ECCLESIAE VERNACULUS[3] ALBINUS PERPETUAM AETERNAE GLORIAE SALUTEM.

Quia flamma perpetuae caritatis iugiter ardescit in corde, fas esse videtur oportunis vicibus litterarum foras scintillare officio, ne taciturnitate vilescat quae novis[f] semper beneficiorum fomentis nutritur.

Ecce Flaccus effeto[g] corpore[4], militaris cingulo laboris deposito[5], secundum piissimum domini sui David consilium devote[h] Deo[i] soli quieta pace servire toto elegit desiderio. Quid iterum pugnare cogitur et sub fasce armorum desudare, quae infirmi corporis denegat fragilitas de terra tantummodo levare[k]? nisi forsan subsequenti tempore eius misericordia, qui allevat elisos[l], solvit compeditos, vires ei praestare Ps. 145, 8. 7.
dignetur[m].

Forte quidam dicturus est dialecticus: 'Consilio valet, cui fortitudinem annosa negat infirmitas'. Sed illi etiam verissima opponi poterit responsio: 'Si quid dignum in corde viguerit Flacci, hoc totum in sacratissimo pectoris thesauro pius possidet[n]

---

a) Omnis *S 1.* b) eam *H, S 1.* c) pigent *H.* d) abortis *H, S 1.* e) Tu *H.* f) ardentissime *H.* g) servicio *S 1.* h) memorem *H, S 1 pro* memor esto.

240. a) *Lemma:* Item ad domnum regem apoligitica, quod ad palatium venire non possit *T.* b) *Versus hi concludunt epistolam in codd., sed eos extrinsecus ab Alcvino scriptos esse et argumentum demonstrat et verbum* Superiscriptio (superscriptio *T*, L*) *in margine cod. T additum; cf. Angilberti versus ad Petrum (Poet. Carol. I, 75):* Super cartam: Fer mea carta meo patri praecincta salutem. c) Distingat *L.* e) derantissimo *T.* f) nobis *L.* g) effetus *T.* h) devoto *T.* i) Dei *T.* k) lavare *T.* l) allisos *L.* m) digne *L.* n) possedit *L.*

1) *Cf. supra p. 35 n. 7.* 2) *Cf. Alc. versus (Poet. Carol. I, 268):* Curre velox, carta, plures fer cincta salutes, | Dic 'tua me, queso, discingat dextera' illi. 3) *Cf. Aldhelmi opp. ed. Giles p. 216:* catholicae vernaculus ecclesiae. 4) *Boet. Consol. Philos. I c. 1 v. 12:* effeto corpore. 5) *exeunte anno 801.*

c. 801 David; in tantum, ut, ubi ille est, ibi etiam et Flaccus. Respondeat pro utrisque amborum ditissimus sapientiae'.

Et ut simpliciter dicam[a], quod mihi simpliciter deprecari necesse est: ne queso sancta mens domini mei irascatur tarditati meae, quod modo venire non valeam. Erit iterum, si Deo placuerit, tempore oportuno.

Nec meam reor devotionem vestrae excellentiae in aliquo loco plus prodesse posse, quam assiduis apud Sanctum Martinum orationibus; quatenus divina clementia, quae vos per singulos magistratus in altissimum saecularis potentiae evexit honorem, eo longaeva prosperitate uti concedat, atque ex huius sublimitatis[b] dignitate ad apicem aeterni regni ascendere faciat[c]. Quo misericordia[1] et iustitia, Deo[d] miserante, vestram deducat beatitudinem.

Ille homo recte feliciter felix dici poterit, qui de hac praesenti felicitate ad aeternam merebitur pervenire felicitatem. Et implebitur in eo pulcherrima illius
Ps. 83, 8. versiculi promissio: 'Ambulabunt[e] sancti de virtute in virtutem, donec videatur[f] Deus deorum[g] in Sion'.

Alma dei Christi tribuat tibi regna potestas
Aurea cum sanctis, David, in arce poli.

241.

Alcvinus Gundradam, Adalhardi abbatis Corbeiensis sororem, laudat et confirmat. Petit, ut se Carolo imperatori purget, quod propter valetudinem ad eum non accesserit.

c. 801.

Cod. H fol. 85—86[a].
Edd. F 184, J 199. — Migne col. 360.

VENERANDE IN CHRISTO FILIAE EULALIAE[2] ALBINUS SALUTEM.

Saepe familiaritas nominis inmutationem solet facere; sicut ipse Dominus Simonem
Marc. 3, 16. 17. mutavit in Petrum, et filios Zebedei filios nominavit tonitrui. Quod et iam antiquis vel his novellis diebus probare poteris.

Tu vero, virgo clarissima et sponsa Deo dignissima, te ipsam in omni castitate
I. Cor. 7, 34. custodi corporis et animae; quia iuxta apostolum virgo Dei debet[b] esse corpore casta et anima. Esto ceteris in palatio virginibus totius bonitatis exemplar, ut ex tua discant sancta conversatione se ipsas custodire vel cadentes resurgere. Praeveniant[c] in conversione faciem iudicis. Sint nobiles in moribus, sicut sunt nobiles ex parentibus. Non serviant carnali desiderio, sed Christi magisterio. Vivant coram hominibus honeste et coram Deo digne. Agant de praeteritis poenitentiam et caveant se de futuris; quia
Eccli. 17, 20. scriptura dicit: 'Deus dat poenitentibus partem iustitiae'. Nota sunt Domino[d] cuncta,

a) dicam — mihi *om. L.* b) sublitatis *T.* c) fecit *T.* d) a deo *L.* e) ambulant *L.* f) videbitur *L.* g) *om. L.*

241. a) *Lemma:* Ad Gundradam virginem cognomento Eulaliam *H.* b) decet *H.* c) Praevenient *H.* d) duo *H.*

1) *Cf. infra p. 403:* Laetifica animos servorum tuorum per misericordiae tuae munus altissimum; superexaltet misericordia iudicium. 2) *Gundradae (v. huius epistolae not. a), sorori Adalhardi abbatis Corbeiensis, de qua sic est in Paschasii Vita Adalhardi (ap. Mabillon Acta SS. Ord. Bened. saec. IV, 1, 321):* Gundrada . . . virgo familiarior regi, nobilium nobilissima, quae inter venereos palatii ardores et iuvenum venustates, etiam inter mulcentia deliciarum et inter omnia libidinis blandimenta sola meruit — ut credimus — reportare pudicitiae palmam, et potuit — ut dicitur — carnis spurcitias illaeso calle transire. *J.*

quae in occulto gerimus; quod si non dixerit[a] lingua, non poterit celare conscientia. Patet Deo omne, quod clausum est. Credat homo totum quod peccat veniabile esse, si in confessione praeveniet faciem Dei. Sed multa dicuntur in publico, quae geruntur in occulto; quia non potest civitas super montem posita abscondi[1]. Vilis pauperum persona scelera abscondit inmania; dignitas creberrima[b] vix celat, quae gerit. Currunt[c] per ora singulorum quae infra parietem geruntur. Agnosce quid dicam; et ignosce dicenti. c. 801 | Ps. 94, 2. | Matth. 5, 14.

Bonum castitatis atque honestatis, quod de te audivi, a te non recedat. Securitas te non decipiat; nec laus minuatur, sed magis augeatur. Felicitas praesens tibi ad perpetuam proficiat felicitatem. Memento te parvi temporis hospitem esse[2]. Esto solacium miseris et consilium timidis; vas sanctarum nobile scripturarum et caelestis cubile sapientiae. Evangelicis orna animam praeceptis; in ore modesta, in consilio prudens, in convitio patiens; in ore humilis, in oratione pervigil, in elymosinis larga et in omni bonitate laudabilis.

Pro me quoque, obsecro, tuae prosperitatis intercessore, loquere domino meo David[3], ne irascatur famulo suo; quia venire non valui, sicut voluit, continua praepeditus corporis infirmitate[4]. Opus meum aliud non est, nisi orationibus instare et praeparare mihi habitationes aeternas, secundum domini nostri Iesu Christi misericordiam, qui non deserit sperantes in se. Cf. Iudith 13, 17.

Aeterna felicitate valeto, filia carissima.

242.

Alcvinus ad litteras per Arnonem archiepiscopum Salisburgensem missas rescribit; rursus praesentia eius frui desiderat. *c. 801.*

Codd. S 1 fol. 155—156' (S 1 fol. 66'—69), D fol. 239'—240.*
Edd. M 20, F 109, J 196. — Migne col. 387.

DOMINO MERITO IN MEMBRIS CHRISTI AMANTISSIMO AQUILAE ARCHIEPISCOPO ALBINUS MATRICULARIUS SANCTI MARTINI SEMPITERNAM SALUTEM.

Currenti legatione litterae beatitudinis tuae venerunt ad me, suavissimae salutationis adferentes verba; quibus laeto perlectis animo, nota agnovi, desiderata consideravi, laeta legebam: in omnibus vestri animi[a] sanctissimam de nobis devotionem vigilare. Ad quas, accito notario, propter festinationem portitoris pauca rescribere curavi. Maxime quia per Candidum filium nostrum, fidelem famulum vestrum[5], duas ante direxi cartulas: unam ad Gundulfovillam[b][6], aliam ad Aquis palatium. Quem reor miserante Deo te revertentem ibi invenisse. Qui omnia de nobis tibi viva voce pandere potuit[c]: quomodo Dei clementia super infirmitatem et senectutem nostram[7]

---

a) direxit *H.* b) *an* celeberrima? c) Currit *H.*
242. a) animis *D.* b) Gundolfovillam *D.* c) poterit *D.*

1) *Cf. infra ep. 244.* 2) *Cf. supra p. 76 lin. 15.* 3) *Cf. supra p. 386 n. 2; Hibernici exulis versus ad Karol. imper. (Poet. Carol. I, 396):*

His ego litterulis domini deposco salutem
 Perpetuam Karoli servulus ipse sui,
His te, praeclara Gundrada, saluto, puella,
 Quae, licet ore nitens, pulchrior es merito.
Littera festina dominae conferre salutem
 Gundradae egregiae moribus et facie.

4) *Cf. p. 318 n. 3:* Vocatus fui, sed infirmitas praepedivit iter meum. 5) *Cf. supra ep. 229 p. 372.* 6) *Gondreville ad Mosellam prope Toul.* 7) *Cf. supra p. 169 n. 6.*

c. 801 respexit et nos pacifice a strepitu huius seculi liberavit[1]: ut quieta conversatione spectarem diem extremum, qui pene nemini longe est, sed maxime est timendus ei[a], cui prope esse agnoscitur et iam in ianuis stare.

Tua vero sanctitas vigilet super gregem Christi, ne lupinis morsibus aliquis desit gratiae Christi tuis subiectis ammonitionibus ad[b] te respiciens: quia perditio cuiuslibet animae pastoris est detrimentum.

Vocatus fui ad dominum meum David; sed infirmitate tardatus non veni, seu et Dei[c] voluntate detentus. Ille felix est, qui castigatione Dei catenatus est, et ab huius saeculi turbatis liberatus procellis. Nec umquam tantum divitiis saeculi circumfusus[2] laetabar, quantum consideratione quieta vitae meae[d] gavisus sum.

Opto, Deo miserante, ut per tuam[e] efficiatur dilectionem, quod per meam segnitiem fieri non poterit; id est: ut amplexibus et alloquiis caritatis vestrae liceat mihi horam frui. Non est episcopus, cuius magis velim praesentia[f] uti secundum Dei
Matth. 18, 20. miserationem, quam vestra[g]. Quod ut fiat, ille efficiat, qui ait: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum'. Periculum est fragili animo in huius saeculi permanere tempestate. Martha ministrabat Christo, sed tamen circa
Luc. 10, 42. plurima occupata, Domino dicente, legitur esse: 'Maria vero optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea in aeternum'.

Si placet Deo, ut venias ad limina Sancti Martini, multum desidero, opto, atque deprecor. Sin autem, vel litterae vestrae veniant loquentes in aures Albini tui, uti per portitorem illarum longiorem[h] cartulae seriem vobis dirigere valeam.

Mirabar in quadam cartula dilectionis vestrae quoddam verbum, quod ibi legebam. In ea, ubi post conpetentes et animo meo desiderabiles sensus dixisti, quod propter occupationes nil mihi transmittere potuisses munusculi; quasi in auro vel argento caritas nostra consistat; dum tanta est, ut vere fateor, in animo meo vel etiam, ut credo, et in tuo: ut in conparatione[i] eius caritatis omnis[k] divitiarum species vilescit. Illa est vera, de qua modo scripsisti te pericula fluminum non subire, de quibus
Cant. 8, 7. dicitur: 'Flumina multa non obruent caritatem'. Haec vigeat in cordibus nostris, non vana auri vel argenti species: quae non prosunt possidentibus illa, sed magis obsistunt[l], nisi eis, qui illa[m] uti ad salutem animae suae in largitionibus pauperum didicerint[n] et opere perfecerint[o].

Omnipotens Deus sanctitatem tuam ad multorum profectionem salute perpetua benedictione[p] incolomem[q] protegere et custodire dignetur, domine pater dilectissime et desiderantissime[r], atque omni[s] honore in Deo dignissime.

243.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi de numero septenario psalmorum paenitentiae, de psalmo centesimo octavo decimo, de psalmis graduum exponit; ad studium psalmorum incitat. 798—802.

Codd. Coloniensis 106 fol. 2—5 (C), Monac. 14447 (S. Emmerammi) fol. 1—8 (E), S. Galli 267 pag. 33—45 (G), Vindob. 458 (X) fol. 81'—86, Epored. 30 (I). Exstat etiam in cod. Montispessulano 404 s. IX, quondam S. Augendi[a].

Edd. Luc. Dacherius Spicil. IX, 111—116 ex cod. Montispess., Frobenius I, 342—345, J 233. — Migne col. 570.

a) eo *S 1, D.* b) a *S 1, D.* c) *om. D.* d) me *D.* e) ut per petuam *D.* f) praesentia *S 1;* praecepta *D.* g) vestram *S 1, D.* h) longiore *S 1, D.* i) conparationem *S 1, D.* k) omnes *S 1, D.* l) obsunt *D.* m) illi *D.* n) didicerent *D.* o) perficerint *S 1.* p) felici *add. S 1*.* q) incolomen *S 1.* r) desiderantissimae *S 1.* s) *om. S 1.*

243. a) *Lemma:* Incipit epistola Albini magistri ad Arnonem archiepiscopum *X.*

1) *Cf. p. 378:* Nos vero . . deposito onere pastoralis curae quieti sedemus apud S. Martinum *etc.*
2) *Cf. supra p. 97 n. 1:* fluctus saeculi nostram naviculam procellosis ventis in voraginem divitiarum rapuerunt.

SANCTISSIMO PATRI ET SUMMO PONTIFICI ARNONI EPISCOPO[1] HUMILIS LEVITA ALCHVINUS SALUTEM. 798—802

Dum vestram, venerande[a] pater, sanctissimam voluntatem catholicae fidei fervore fulgentem, et sanctae caritatis a Deo donis abundantem agnovi, ita ut me, minimum divinae scripturae vernaculum, de multis ecclesiasticae dignitatis consuetudinibus quasi patrem consulere[b] voluistis; ne fortassis aliquid vestrae prudentiae incognitum remaneret, quid, a quibus patribus[c], de qualibet re sanccitum esset. Proinde subito sermo inter nos habitus de paenitentiae psalmis, qui essent, vel qualiter intellegendi vel usitandi fuissent, inquirebat. Quos septem esse ex venerabilium patrum discretione mox inventum est. Necnon, unde psalmus centesimus[d] decimus octavus tam celebri laude, vel cur tam perpetua consuetudine canonicis horis decantari solitum sit: aut unde psalmi graduum dicerentur, quorum quindecim esse nemini librum lectitantem psalmorum dubium esse reor. De quibus vestrae sagacissimae sanctitati breves expositiunculas, quasi quoddam enchiridion, id est manualem librum, fieri flagitastis. Cui petitioni[e] almitatis vestrae libens annui, arreptisque sanctorum patrum tractatibus, qui copiose[f] de singulis in psalmorum libro versibus scrutati sunt, quatenus de his quoque, quid dicerent, adnotarem, floresque colligerem dulcissimos ad vestrae voluntatis satisfaciendum desiderio[g].

Sed primo omnium numerorum eruendas rationes ratum putavi, id est, cur etiam psalmi paenitentiae septenario numero consecrati essent? aut quare centesimus[h] decimusque octavus psalmus viginti duobus periodis divideretur, quorum singuli octo haberent versus? Aut quid rationis sit quindecim esse psalmos, qui cantico graduum titulo praesignarentur? Notissimum quippe est in sancta scriptura magnam habere perfectionem septenarium in significatione ubique numerum, vel ex eo maxime, quod sancti Spiritus dona, prophetali definitione, in Christo esse, ab Isaia[i] summo prophetarum praedictum[k] est, ubi idem secretorum Domini conscius ait: 'Egredietur virga de radice Iesse[l], et flos de radice eius ascendet: et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini'. (Isai. 11, 2.) Ipse quoque Dominus septem nos petitionibus informare voluit, (Matth. 6, 9.) et in apocalypsi[m] Iohannis septem candelabra vidisse, septemque stellas, ac septem scripsisse se ecclesiis testatur, (Apoc. 1, 4. 13. 16.) et multa alia sparsim in divinis repperiuntur libris, quae septenarii numeri perfectionem ostendunt[2]. Unde est et illud Salomonis: 'Sapientia aedificavit[n] sibi domum, excidit columnas septem', (Prov. 9, 1.) quae longiorem poscunt sermonem; si tamen est nostri temporis quis idoneus universa eiusdem numeri explanare mysteria. Qui etiam in principio creaturarum ipsius creatoris requie consecratus est, et nunc ordo saeculorum per eundem numerum decurrere constat: qui etiam, si in duo dividitur membra maioris portionis habitudinis suae, id est in tres et quattuor, mirabile universitatis habet arcanum. Nam in tribus sancta Trinitas, creatrix omnium quae sunt, designatur[3]; et in quattuor scilicet universitas demonstratur creaturarum; seu ob quattuor mundi plagas; sive propter quattuor elementorum[o]

a) venerandae *E.* b) consulure *C.* c) *om. G, I.* d) centissimus *C.* e) Qua petitione *corr. in* Cui petitioni *E;* Qua petitione *C, G, X, I.* f) copiosae *I.* g) desidero *X.* h) centissimus *C.* i) *corr. in* Esaia *G.* k) praedicatum *I.* l) isse *corr. in* iesse *I.* m) apocalypsin *C;* apocalipsin *G, X, I.* n) aedificabit *C, X, I.* o) aelementorum *C, I.*

1) *Scripta esse videtur haec praefatio, postquam Arno a. 798. ad dignitatem archiepiscopalem accessit, cum haec sub titulo summi pontificis lateat. Laudantur hae literae etiam in codice 106 Coloniensi aequali tanquam* epistola Albini magistri ad Arnonem archiepiscopum *(v. infra ep. 259).* 2) *Comment. in Ioh. l. VII c. 43 v. 6 (Opp. I, 642):* Septem quoque diebus omne hoc tempus evolvitur et saepe septenario numero perfectio designatur. 3) *Cf. supra p. 164 lin. 5.*

798—802 originem; aut etiam temporum distributionem, quae quadrifarie[a] currere noscuntur. Quocirca propter perfectam remissionem peccatorum, quam[b] in baptismo accepimus, vel etiam[c] lacrimis confessionis et paenitentiae, psalmi paenitentiales septenario numero consecrantur. Sic etiam et psalmi novissimi in psalterio, in laudem domini Dei aeterni, eadem perfectionis regula septenario numero dedicantur.

Psalmus siquidem centesimus atque octavus decimus, cui ad purgationem animae, inherendo sacris orationibus Deo, nullus aequiperari posse putatur, iuxta alfabetum Hebraicae linguae conpositus est[1], qui secundum numerum litterarum eiusdem linguae viginti duobus periodis constare videtur; quorum quisque octo versus habet, semper secundum ordinem alfabeti a. b.[d] incipientes littera, fortassis propter evangelicas
Matth. 5, 3—11. octo beatitudines, in quibus legalium constat esse perfectio praeceptorum: sive propter octavum circumcisionis diem, quae in novo homine exspoliationem[e] carnalium designat voluptatum: cuius psalmi versus sunt, si[f] simul aggregati[g] bis LXXXVIII, quasi per decem[h] legalia praecepta ad octo evangelicae perfectionis[i] beatitudines ascensus patesceret. Unde mihi modo locus esset idoneus disputandi de mirabili numerorum congruentia cum salutis nostrae mysteriis[k], si alibi oratio non intenderet.

Similiter vero et de psalmis graduum quindecim pulcherrimus ascensionis ordo designatur[2] usque ad caenaculum, in quo Spiritus sanctus in igneis linguis cum
Act. 2, 2. flatu[l] vehementi super nomina virorum centum viginti venerat. Ergo si conputare[m] incipies singulos numeros ab uno usque ad quindecim, et omnem summam eorum in unum congregabis cumulum, centum viginti repperies, id est, de ter quinis ter quadragenos nasci[3], numerum videlicet, in quo Moyses ieiunando legem meruit recipere, vel Helias prophetali spiritu exaltatus est; vel etiam ipse dominus noster Iesus Christus post ieiunium quadraginta dierum temptatorem gloriose[n] vicit malignum.

His omnibus consideratis, quanta sit numerorum excellentia in divinis scripturis, et quam necessarium sit eas legentibus illorum nosse scientiam, perspicue patet: per quos etiam saeculorum ordo decurrit, et nostrae vitae ratio constat. Unde in sancta
Sap. 11, 21. scriptura legitur dominum creatorem omnia in numero, pondere, et mensura fecisse. Quocirca fas esse videtur sanctam auctoritatem vestram iuvenes exhortari ingeniosos: in talibus se exerceri studiis: discant ferventi aetatis ingenio. ut habeant maturo annorum tempore quid doceant discipulos suos[4], quatenus vestra sanctitate diligenter praedicante plurimi erudiantur in lege Domini. Sacerdotis quippe est ex alto culminis fastigio praevidere[o], quid cui conveniat personae, quibus pascuis nutriat gregem sibi commissum; ne forte quaelibet ex grege ovicula errans pastoris neglegentia lupinis pateat morsibus. Unusquisque equidem[p] doctor rationem acceptae pecuniae redditurus est domino suo, nec parvum sibi quislibet pastor fingat in animo inminere periculum multa milia animarum in rationem animae suscepisse suae: laboret studiose[q] in domo Dei doctor bonus, ut mereatur gloriose[r] coronari in regno Dei. Tempus itaque laboris transiet cito; beatae vero retributionis numquam finietur. Si enim feliciter vivere quaeramus, illuc animo tendamus, ubi vera est felicitas, ad quam non nisi caritate

---

a) quadrifariae *I.* b) quem *I.* c) in *add. C, G, X, I.* d) ab eadem *corr. in* a .b. *E;* ab eadem *C, G, X, I.* e) expoliationem *I.* f) si *superscriptum est in E; om. C, G, X, I.* g) agregati *I.* h) decim *C, X, I.* i) perfectiones *I.* k) misteriis *G, I.* l) flammatu *I.* m) conputari *C, E, G, X;* cumputari *I.* n) gloriosae *E.* o) praedicare *G, I.* p) aequidem *I.* q) studiosae *E.* r) gloriosae *E.*

1) *Expos. in psalm. CXVIII. (Opp. I, 361):* Totus hic psalmus est scriptus secundum ordinem litterarum, ita ut ab una littera octo versus incipiant et rursum in sequenti octo alii compleantur et hoc similiter ad finem usque texitur. 2) *Cf. Exposit. in psalm. gradual. (Opp. I, 376):* Super quem numerum Spiritus sanctus in coenaculo id est loco ascensionis venit *etc.* 3) *Ib. 389:* Ergo si omnes numeros ab uno usque ad quindecim aggregabis, fiunt centum viginti; *Hieron. ep. 53 ad. Paulin. (Opp. I, 275):* Qui centum viginti ab uno usque ad quindecim paulatim et per incrementa surgentes quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mystice continentur. 4) *Cf. supra p. 132 n. 2; 173 n. 1.*

suffultus nemo pervenire poterit, quae nos de terrenis tollat ad caelestia. Nihil 798—802
saepius in hac vita nostrae peregrinationis animo meditemur, nisi qualiter redemptori
et iudici nostro placeamus, scientes, quod hic semper non erimus, sed in alia quadam
vita semper erimus. Quam miser est, qui de huius mortalitatis labore, in maiorem in-
mortalitatis[a] perveniet[b] laborem; et quam felix est, qui de hoc labore transiet in
requiem, cuius nullus erit umquam finis. Proinde non transitorias amemus divitias[c],
sed semper manentes. Dominus Iesus non nobis promisit honores transeuntes, sed
perpetuos; non gloriam terrenam, sed caelestem; non hic longevitatem vitae, ubi
peccato nascimur, labore vivimus, dolore morimur; sed in beatitudine perpetua aeter-
nam nobis promisit vitam; et non perituras spopondit divitias, sed semper permanentes:
huius vero saeculi divitiae bonis malisque communes esse videntur, quibus boni bene
utuntur ad augmentum salutis sibi sempiternae, mali vero male utuntur eis ad perdi-
tionem sui. Illud vero promisit dominus Deus caritate ferventibus, quo[d] nihil beatius
esse poterit, id est perpetuam suae beatitudinis visionem, ad quam mundato corde
festinandum est, sicut ipsa veritas ait: 'Beati mundo[e] corde, quoniam ipsi Deum vide- Matth. 8,9.
bunt'. Mundi sunt videlicet corde, quos nulla cuiuslibet malitiae macula conturbat,
qui casta mente Deum laudare caelestibus hymnis adsuescunt. Hi angelicam in terris
agunt vitam, qui in Dei laudibus laetantur et psalmodiae puro corde delectantur.
Nullus[1] mortalium virtutem psalmorum pleniter explicare poterit. In his confessiones
peccatorum, in his paenitentiales lacrimae excitantur, in his conpunctio cordis reno-
vatur; nam totus psalmorum liber caelestibus redolet mysteriis[f], spiritalibus abundat[g]
praeceptis, divinis repletus est laudibus. Quicumque psalmos intenta mente decantare
et scrutari[h] didicit, inveniet in eis omnem salutis nostrae dispensationem praedictam,
miras caelestium iocunditates gaudiorum.

Proinde, sanctissime pater, hortare fratres sanctos eorum diligenter discere sensus;
ut sciant et intellegant corde, quid ore et lingua resonent; apostolico imbuti[i] exemplo,
qui de se ipso[k] dixisse legitur: 'Psallam spiritu, psallam et mente: orabo spiritu, orabo 1. Cor. 14, 15.
et mente'. Verba siquidem cantantis mens meditetur intellegentis, quia Domino pate-
scunt cogitationes singulorum, qui cor contritum et humiliatum in prece ad se claman-
tium non spernit. Sicut quidam[l] sapientium ait: 'Humiliati preces caelum ascendunt'. cf. Eccli. 35, 21.
Humilitate et misericordia Christi salvati sumus, qui ait: 'Discite a me, quia mitis Matth. 11, 29.
sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris'. Qui misericordiam
facit, miserebitur illius Deus, ipso Domino dicente: 'Estote misericordes, sicut et Luc. 6, 36.
pater vester caelestis misericors est'. Imago Dei, ad quam reformamur in mente, in
misericordiae maxime stat operibus, pro quibus sanctis et iustis regnum promittitur
aeternum, dum discernentur agni ab haedis[m], ad audiendam vocem desiderabilem summi
regis et iudicis in sede paternae maiestatis sedentis: 'Venite benedicti patris mei, Matth. 25, 34.
percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi'[n].

---

a) mortalitatis *I.* b) lab. perv. *I.* c) divicias *I.* d) quod *I.* e) mundi *I.* f) misteriis *G, I.* g) habundat *G.* h) scrutare *C, E, G, I.* i) inbuti *I.* k) ipse *I.* l) quidem *G, I.* m) edis *C, G, X, I.* n) *versus om. G.*

1) *Cf. quae Alcvinus in praefatione libri de psalmorum usu de hac re similia praebet (Opp. ed. Quercet. col. 213, ed. Froben. II, 21):* Nullus itaque mortalium potest nec verbo nec mente virtutem psalmorum, si non superficie labiorum tantum, sed intenta mente in omnipotentis Dei laudem canuntur, explicare. In psalmis itaque invenies, si intenta mente perscruteris et ad spiritalem intellectum perveneris, Domini verbi incarnationem passionemque et resurrectionem atque ascensionem. ... In psalmis invenies intimam confessionem peccatorum tuorum et integram deprecationem divinae atque dominicae misericordiae.

c. 801—802

Haec lege, sancte[a] pater felix[b] feliciter, atque
Sis memor Albini[1] per tempora longa magistri,
Dum sacris Domini supplex altaribus adsis,
Ut pius omnipotens solita pietate relaxet
Vincula criminibus cuius condigna nefandis,
Ut valeat tecum gaudens laudare tonantem,
Post huius Domino vitae miserante labores[2].
Angelus almipotens caeli directus ab arce,
Per[3] terras, silvas, colles comitetur euntem.
Per castella, vicos, per fortia flumina terrae,
Semper ubique, precor, ducat simul atque reducat
Gaudentem, sanctae cum prosperitate salutis,
Te, pater alme, deo Christo donante, per aevum.
Tu valeas, vigeas semper, carissime[c] praesul!
Cumque tuis cunctis ovibus, per pascua vitae
Quae currant sanctos virtutum carpere flores;
Te ducente, pater, pastor, patriarcha, sacerdos[d].

244.

Alcvinus Nathanaelem discipulum ad vitam honestam et religiosam exhortatur et vitare iubet columbas volitantes per cameras palatii. *c. 801—802.*

Cod. H fol. 98—98'.
Edd. F 186, J 179. — Migne col. 375.

DULCISSIMO FILIO MEO NATHANAHELI[4] ALBINUS PATER SALUTEM.

Obsecro te, fili mi, fili carissime, ut vita tua fiat et conversatio honesta et relegiosa atque[a] sine omni reprehensione, in quantum fieri possit, coram Deo et coram hominibus; ut intellegatur, quanta eruditione edoctus fuisti. Sanctitas tua et venerabilis relegio laus est mihi apud homines et merces apud Deum. Non veniant[b] coronatae columbae ad fenestras tuas[5], quae volant per cameras[c] palatii, nec equi indomiti inrumpant ostia camerae; nec tibi sit ursorum saltantium cura[d], sed clericorum spallentium. Sint verba in veritate modesta, et vox temperata, et silentia considerata; et cui dicas, diligenter examinatum. Nec te alienis inmisce dissensionibus,

---

a) sanctae *C, I.* b) felix *om. E.* c) carissimae *C, I.* d) *In codice I secuntur haec:* In huius codicelli corpore continentur epistolae Albini magistri ad Arnonem archiepiscopum. I. item expositio in VII psalmos paenitentiae. II. item eiusdem epistula ad pueros adulescentulos de confessione peccatorum. III. item expositio in psalmum CXVIII. IIII. expositio quoque de patrum dictis brevis in psalmos XV canticum graduum.

244. a) adque *H.* b) venient *H.* c) camaras *H.* d) d. ora *H;* cura *om. Watt.*

1) *Cf. Carmen ad Paulin. v. 3 (Poet. I, 240):* Sis memor Albini sacris altaribus adstans; *ad Samuel. v. 26 (ib. 228).* 2) *Cf. Aen. I, 597:* miserata labores. 3) *Cf. Alcvini Versus (Poet. Carol. I, 265 v. 21. 22; 267 III, 3. 4):* Per campos, colles, silvas et flumina pergens | Semper iter Christus protegat ecce tuum. 4) *Cf. infra p. 393:* sed nuper de nido paternae edocationis educti ad publicas evolastis auras; *ante has litteras igitur nostrae scriptae sint oportet, in quibus Nathanaelem de modo in palatio vivendi instruit. Magistrum cum in schola palatii fuisse docet etiam ep. 261. Iam a. 796. eum in aula versantem describit Theodulfus (ad Carol. reg. v. 175. 176, Poet. Carol. I, 487):* Stet levita decens Fredegis sociatus Osulfo, | Gnarus uterque artis, doctus uterque bene. 5) *Isai. 60, 8:* quasi columbae ad fenestras suas.

nec te praetereat horarum spalmodia sanctarum; nec missarum maxima virtus in corpore Christi; nec caritas desit. 801 ex. vel 802 Legatur ante te lectio sancta, per quam fieri possint ad convivas verba praedicationis. Sit tuum velle et nolle ad mentis arcem constitutum, ne penitere cogaris de quolibet facto. Esto pauperum pater, ut de pane tuo manducent, quia in paupere Christus reficitur[1]. Quam felix mensa, in qua est conviva Christus. Esto inreprehensibilis et morum dignitate, magnificus in sanctitate, laudabilis in ratione dati et accepti, iocundus in verbis, gaudens in aspectu, laetus ad miseros, largus ad pauperes, omnibus odor vitae factus, ut ex omnibus, Christi gratia 2. Cor. 2, 16. consequente, mercedem habere merearis.

245.

Alcvinus Candido et Nathanaeli discipulis suis, in aula versantibus, mandat, obtestentur Carolum imperatorem, ut ecclesiae S. Martini Turonensis perfugium inviolatum tueatur a Theodulfo episcopo Aurelianensi. *801 ex. vel 802.*

Codd. P fol. 112—116 (P fol. 70'—74')*[a].

Edd. ex parte Mabillon Acta SS. IV, 1, 187 ex apogr. Sirmondi; Baluzius Capitular. I, 1442; F 118, J 180. — Migne col. 408.

KARISSIMIS IN CHRISTO FILIIS CANDIDO ET NATHANAHELI ALBINUS SALUTEM[2].

Cura mea et caritas mea vobiscum, filii, omnibus vigilat horis; optans vos moribus et religiosa vita Deo placere et domino meo David; et ut exemplo sitis boni operis aliis in palatio iuvenibus. Gloria[b] est patris filius sapiens. Sapientia vera cf. Prov. 10, 1. est, quae ad vitam ducit aeternam; nec nobis ignobilia quaedam statuit praecepta, sed valde nobilia et omni honore dignissima; in quibus[c] vitam possumus promereri perpetuam et inter homines laudabilem habere honorem. De quibus siquidem praeceptis saepius vos ammonui in scola eruditionis vestrae. Sed nuper, de nido paternae edocationis educti, ad publicas evolastis auras. Intellegatur in vobis quod audistis a nobis. Vivat pater in filiis, qui modo trepidus diem expectat mortis suae. Opto, vos habeat superstites, quos habuit in servitio Dei laboris sui conmilitones.

Plurima mihi essent scribenda, quae vobis necessaria sunt observanda. Sed scio me de honestate vitae saepius vestram ammonuisse caritatem litterisque monita mea saepius prosequi et renovare. Quapropter dicamus quae modo nobis et vobis necessaria esse videntur.

Igitur venerabilis pater Theudulphus[d] episcopus[3] quibusdam confratribus sancti Martini, fidelibus vestrae prosperitatis intercessoribus, de quodam reo fugitivo habet disceptationem.

Qui reus, post plurima poenarum genera subito de vinculis elapsus, ad ecclesiam confugit sancti Martini, praecipui confessoris Christi; confitens peccata sua; reconciliationem deposcens; cesarem appellans; viam ad eius sanctissimam presentiam flagitans. Quem reddidimus [missis[e]] eiusdem praefati episcopi. Propter insidias sibi paratas in via, ut fertur, abeuntes eum dimiserunt ante fores ecclesiae stantem.

Sed eiusdem venerandi episcopi his transactis hostiliter venerunt homines quam plurimi, ut conpertum est.

---

245. a) *Lemma:* Epistola ad Candidum et Natanael *P.* b) gratia *P (?), sed cf. supra p. 71 ep. 29; p. 183; infra ep. 295.* c) *sequitur* ad *in P.* d) Theudulfus *P*.* e) *om. P.*

1) *Cf.* Alquini vers. ad mens. *(Poet. Car. I, 328) v. 12:* Accipiet Christus dederis tu pauperi quicquid. 2) *De tempore, quo haec et sequentes epistolae scriptae sint, cf. infra epp. 248. 249.* 3) *Aurelianensis, c. 788—821.*

801 ex. vel 802 Sed octo primates homines intraverunt cum episcopo nostro[1] die dominico in ecclesiam. Non illi octo, qui in propheta leguntur in gladiis et lanceis pascere terram Nemroth[a] [2], sed rapere reum et sanctitatem domus Dei profanare et sancti confessoris Christi Martini imminuere honorem; inruentes siquidem intra cancellos altaris. Quos expulerunt[b] fratres ante faciem altaris.

Si aliud dicunt, omnino falsum ferunt[c]. Quia illorum nullus caput tunc temporis inclinavit ad altare Dei.

Sonuit siquidem ante civitatem venisse hostem Aurelianensem ad profananda sancti Martini suffragia; quia sciebant commanentes per[d] villulas homines, exinde[3] venientes. Concursus fuit in civitate subito mendicorum ex omni parte, suum parati defensorem defendere; timor et tumultus ubique increpuit[e]. De quorum manibus fratres nostri eripuerunt praefati episcopi homines, ne quid mali[f] paterentur populumque foras ecclesiam expulerunt.

Sed scio ante nominatum pontificem[4] multas dicturum[g] esse accusationes contra fratres nostros; et quae gesta sunt exaggerare: et plurima addere quae gesta non erant: sicut in eius legebatur litteris[5].

Quapropter, filii carissimi, praecipiendo praecipio vobis, ut prostrati veniatis ante pedes domini mei David, imperatoris aequissimi et serenissimi; postulantes[h], episcopo veniente, locum defensandi et disputandi cum eo: si iustum sit, ut vi raperetur de ecclesia ad easdem poenas reus, de quibus aufugit; et an aequum sit, ut, qui cesarem appellat, ad cesarem non adducatur: et utrum fas sit, ut paenitens et confitens scelera sua spolietur omnibus bonis usque corrigiam calciamenti; vel si bene custodiatur
Iac. 2, 13. illud dominicum verbum, quo ait: 'Superexaltat misericordia iudicium'.

In tali siquidem facto e contrario superexaltat iudicium misericordiam. Et ubi est multotiens laudata misericordia ab ipso domino nostro Iesu Christo, quae inter
Matth. 5, 7. evangelicas legitur beatitudines: 'Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam con-
Luc. 6, 36. sequentur'; item praeceptum dominicum: 'Estote misericordes, sicut et pater vester
ib. 6, 37. misericors est'? Item cautelam providam consideremus, ubi ait: 'Nolite condempnare, et non condempnabimini'; et alia multa, quae in evangelii[i] leguntur auctoritate de
Matth. 9, 13. misericordia: et ipsius Domini verbo, ubi ait: 'Non veni vocare iustos, sed peccatores'.
Luc. 7, 39. Quapropter peccatricem mulierem, quae sanctos tetigit pedes, non abhorruit[k]. [Quae non[l]] ex tactu obprobrium contulit Christo, sed insignia virtutis eius elicuit; neque enim inmunditia eius polluit mundum, sed puritas mundi purificavit inmundam. Recordemur
ib. 23, 34. nos illius esse servos, qui, ductus ad crucem, pro crucifigentibus oravit.

Et quomodo venerabilis pater dicit reum peccatorem ecclesia non debere recipi? Si ecclesiam peccatores non intrant, fortassis sacerdos non invenietur, qui missas cantet in ea, neque[m] qui cantanti respondeat, nisi quislibet nuper baptizatus; dicente
1. Ioh. 1, 8. Iohanne apostolo: 'Si dixerimus, quia[n] peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus et veritas in nobis non est'.

Sed eundem reum diabolum nominari in venerabilis episcopi litteris invenimus,
1. Cor. 4, 5. non hominem. Non cogitas, quid apostolus ait: 'Nolite iudicare ante tempus'. Num-
Matth. 19, 30. quid praescribimus potentiae Dei, ut misereatur cui vult, qui ait: 'Erunt novissimi
ib. 27, 5. primi, et primi novissimi'. Cuius sapientiae interpretationem in Iuda et latrone[o]. Ille

a) Nembroth *P.* b) expoluerunt *P**. c) fuerunt *P.* d) ex *P.* e) increbuit *coni. J.* f) male *P.* g) dicendas *P.* h) postolantes *P.* i) euangelio *P.* k) aborruit *P.* l) Quae non *om. P.* m) ne *P* (*pro* neque). n) quae *P**. o) habemus *suppl. Frob.*

1) *Iosepho archiepiscopo Turonensi.* 2) *Michaeas 5, 5:* et octo primates homines; *5, 6:* et pascent terram Assur in gladio et terram Nemrod in lanceis eius. 3) *ex urbe Aurelianensi.* 4) *Theodulfum.* 5) *quae litterae non iam reperiuntur.*

de apostolatu pependit in laqueo: iste de cruce paradisum[a] intravit. 'Duo sunt', 801 ex. vel 802 dicit beatus Gregorius[1] de hac eadem sententia, 'quae sollicite pensare debemus: quae Luc. 23, 43. enim? 'Multi vocati, sed pauci electi sunt'. Matth. 20, 16. Primum est, ut de se quisque minime praesumat: quia[b], etsi iam ad fidem vocatus[c] est, utrum perhenni regno dignus sit, nescit. Secundum vero, ut unusquisque proximum, quem[d] fortasse iacere in viciis conspicit, desperare[e] non audeat; quia divinae misericordiae divicias ignorat'. Numquid aliquis peccator talis est, qui Christi sanguine purgari non possit; et tam[f] profunda scelerum voragine demersus, ut[g] misericordia Christi eum mederi non possit? Quid aliud ait, qui hoc dicit, nisi ut Christus frustra mortuus[h] sit? Frustra autem mortuus[i] est, si aliquos non potest vivificare, qui[k] nobis veniam cotidie donat. Numquid iustum est eam aliis denegare, quam nobis sedulis optamus votis dari? Ad ecclesiam confugimus, ut in ea exaudiantur preces nostrae; et aliorum preces in ea exaudire dedignemur? Nobis per sanctorum preces in ecclesia peccata dimitti confidimus; et confitenti peccata duro corde in eadem ligamus ecclesia? At[l] apostolus Gal. 6, 1. praecipit delinquentes[m] corripere in spiritu mansuetudinis. Et apostolus Iacobus: 'Si zelum amarum habetis, et contentiones sunt[n] in cordibus vestris, nolite gloriari' Iac. 3, 14. et cetera, quae in[o] sequentibus terribili censura leguntur de his, qui zelum habent amarum. Zelus[p] siquidem bonus[q] est, si spiritu mansuetudinis mitigatur. Curandum est, ut rectorem subditis et matrem pietas et patrem exibeat disciplina: atque providendum, ne aut districtio rigida aut pietas sit remissa. Nam disciplina vel misericordia multum destruitur[r], si una sine altera teneatur. Ideirco in arca et virga et cf. Hebr. 9, 4. manna fuisse legitur, ut in pectore rectoris esset virga districtionis et manna dulcedinis; ut psalmista: 'Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt'. Sit zelus, Ps. 22, 4. sed moderate[s] saeviens; sit pietas, sed[t] non plus quam expediat parcens.

Sed videamus[u], quid de fugitivis ad ecclesiam sancti[v] canones censeant.

In canone Aurelianensi[w], capitulo primo legitur[2]: 'De homicidis et adulteris et furibus, si ad ecclesiam confugerint[x], id constituimus observandum[y], quod ecclesiastici[z] canones decreverunt et lex Romana constituit: ut ab[a] ecclesiae atriis vel domo[b] episcopi eos abstrahi[c] omnino non liceat, nec alteri[d] consignare; nisi, ad evangelia[e] datis sacramentis, de morte, de[f] debilitate et omni poenarum genere sint securi'. O[g] Aurelianensis pontifex contra Aurelianensem synodum facere audet, in qua fuerunt episcopi, ut legitur, septuaginta duo[3]. An aequum et honestum videri poterit eiusdem civitatis pontificem suae propriae civitatis auctoritatem infringere? Item in[h] synodo Aurelianensi[i] capitulo vigesimo primo[4]: 'Si quis necessitate[k] conpulsus[l] ad ecclesiae[m] septa confugerit et, sacerdote seu praeposito ecclesiae praetermisso[n] atque contempto, eum quisque de locis sacris vel atriis seu vi seu dolo abstrahere aut sollicitare fortasse praesumpserit, ut inimicus ecclesiae ab eius liminibus arceatur, quousque iuxta pontificis discretionem digna per indictam[o] paenitentiam emendatio subsequatur: eo

---

a) paradysum *P**. b) quae *P*. c) vocatum *P*. d) quae *P**. e) disperare *P*. f) quam *P*. g) demersunt *P**. h) mortus *P**. i) mortuus *corr. in* mortuum *P;* mortum *P**. k) quae *P*. l) Ad *P*. m) derelinquentes *P**. n) contentionibus *P**. o) in *addidit J. pro* ad *quod superscriptum est in P;* quae ad *P**. p) Zelum *P*. q) bonum *P*. r) distruitur *P*. s) moderatae *P*. t) si *P*. u) *Quae secuntur:* Sed videamus — qui scire desiderat, legere poterit, *insunt etiam ep. 246, quae in uno codice S 1 habetur, quem codicem in recensendis his epistolae partibus adhibuit J.* v) sanctae *S 1*. w) Aurilianense *S 1*. x) confugerunt *P*. y) statuimus observari *S 1*. z) ecclesiastice *S 1*. a) ad *P*. b) domū *P;* domu *S 1*. c) abstrai *P*. d) aliubi *S 1*. e) ecclesia *S 1*. f) *om. P*. g) O — infringere *om. S 1*. h) *om P*. i) sinodo Aurilianensim *S 1*. k) necessitati *P;* necessitatis *S 1*. l) conpulsi *S 1*. m) ecclesia *P**. n) intermisso *S 1*. o) indicta *P*.

1) *S. Gregorii homil. L. I hom. 19 c. 6 (Opp. edd. Benedictini T. I, 1514).* 2) *Concil. Aurelian. I c. 1 (Concil. aevi Meroving. p. 2).* 3) *immo triginta duo.* 4) *Concil. Aurelian. IV c. 21 (ibid. p. 92).*

801 ex. vel 802 tamen, qui a se raptus est, prius ecclesiae restituto[a]. Item sanctus Silvester in titulo XXI[1]: 'De servis, qui pro qualibet culpa ad ecclesiae septa confugerint, id statuimus observandum, sicut[b] in antiquis constitutionibus tenetur scriptum. Pro concessa culpa datis a domino sacramentis, quisquis ille fuerit, egrediatur, de venia iam securus. Enimvero[c] si inmemor fidei dominus transcendisse convincitur quod iuravit, ut is, qui veniam acceperat[d], probatur, postmodum[e] pro ea culpa qualicumque[f] supplicio[g] cruciatus[h], dominus ille[i], qui inmemor fuit date fidei, sit ab omnium communione suspensus'. Item sinodus Agathensis[k][2]: 'Placuit, ut[l] homicidae a foribus ecclesiae non cito pellantur, et ab[m] omni[n] genere poenarum sint liberi: ita tamen, ut eis, quibus rei[o] sunt, satisfaciant[p]'. Item sinodus Agathensis[q]: 'Omnis fidelis, qui in sinum ecclesiae confugerit, hoc[r] est matris, non facile repellatur; sed in ea ecclesia, quantum iudices[s] veritatis iudicaverunt[t], satisfactione sanetur'.

Sed et de Constantino imperatore legimus[u], dum baptizatus fuerit[v], ut die quarta[w] huiusmodi[x] statuisset legem, ut, in quocumque loco fuerit fabricata ecclesia, consecrationis hanc virtutem obtineat[y], ut quicumque reus in eam fugerit, iudicis periculo[z], qui in praesenti[a] fuerit, defensetur.

Sed et perspectis cautissimis Romanorum libris[b], ita de fugitivis ad ecclesiae cuiuslibet suffragia invenimus scriptum, vel de eis, qui caesarem appellant vel ad principem[c] se duci flagitant. 'Theodosius[d] et Valentinianus Aug.[e] Antiocho[f] praefecto praetorio . . . . Data X. Kal. Aprilis Constantinopolim[g] Antiocho et Basso[h] consulibus. INTERPRETATIO. Ecclesia ac loca Deo dedicata reos[i], qui ibidem conpulsi timore[k] confugerint, ita tueantur, ut nullus[l] locis sanctis ad direptionem[m] reorum vim ac manus[n] afferre praesumat[o], sed quicquid spatii[p] vel in porticibus vel in atriis vel in[q] domibus vel in areis ad ecclesiam adiacentibus pertinet, velut interiora templi praecipimus custodire; ut reos[r] timoris necessitas non constringat circa altaria manere et loca veneratione digna polluere[3]. Imp.[s] Honorius et Theodosius[t] Aug. Ciciliano praefecto praetorio[u]. Post alia . . . . Data[v] IX.[w] Kal. Febr. Ravenna, Honorio VIII[x] et Theodosio Secundo augustis[y] consulibus. INTERPRETATIO. Omnibus dominicis diebus iudices sub fida[z] custodia de carceribus reos educant, ut eis a christianis vel a sacerdotibus substantia praebeatur; et[a] ad balneum praedictis diebus sub custodia, religionis contemplatione[b], ducantur. Si quis[c] de iudicibus[d] hoc inplere neglexerit, poenam, quam lex ipsa constituit, cogatur inplere[4]. Lege Iulia de vi publica dampnatur[e], qui aliqua potestate preditus[f] civem Romanum, imperatorem appellantem, necaverit necarive[g] iusserit, torserit, verberaverit, condemnaverit, inve[h] publica vincla[i] duci

---

a) restituatur *P, S 1.* b) sicuut *S 1.* c) ego vero *S 1.* d) acciperat *P.* e) tantummodo *P.* f) qualecumque *P, S 1.* g) subblicio *S 1.* h) cruciatur *P.* i) *om. S 1.* k) sinodo Agathensi *P;* Agatensis *S 1.* l) placuit qui ut *S 1.* m) *om. P.* n) omne *P.* o) reis *S 1.* p) sufficiant *S 1.* q) Agatensis *S 1.* r) hoc *corr. in* hęc *P.;* haec *S 1.* s) ubique *S 1 pro* indices. t) indicaverint *S 1.* u) legitur *S 1.* v) fuit *S 1.* w) quinta *S 1.* x) huiuscemodi *S 1.* y) obteneat *S 1.* z) indicentur populo *S 1.* a) presentiam *S 1.* b) legibus *S 1.* c) prinpem *S 1.* d) Theodosi *P.* e) agustus *S 1.* f) Antioco *P;* Anthiocho *S 1.* g) Constantinopoli *S 1.* h) Barso *S 1.* i) rei *P, S 1.* k) timorem *S 1.* l) nullis *P.* m) disripientem *S 1.* n) manibus *P;* mortibus *S 1.* o) praesumant *S 1.* p) spatium *S 1.* q) *om. P.* r) reus *P.* s) imperator *S 1:* pōp. *add. P.* t) Theothosius *S 1.* u) praeposito *P;* p͠po *S 1.* v) datur *P* w) non. Septemb. *S 1 pro* IX Kal. Febr. x) octavo *S 1.* y) augusto *S 1.* z) fide *P.* a) ut *S 1.* b) contemplationem *S 1.* c) qui *S 1.* d) indices *S 1;* custodibus *P*.* e) damnantur *S 1.* f) praedictus *P*.* g) necarive — condemnaverit *om. P.* h) in via *P, S 1.* i) *om. S 1.*

1) *Concil. Aurelian. V c. 22 (ibid. p. 107).* 2) *Hic et sequens canon in actis concilii Agathensis non inveniuntur.* 3) *Lex Romana Visigoth.; cod. Theodos. L. IX tit. 34; ed. Haenel p. 208. 210.* 4) *Lex Rom. Visig., cod. Theodos. L. IX tit. 2, 3.; ed. Haenel p. 171.*

iusserit. Cuius rei[a] poena[b] in humiliores capite[c], in honestiores insulae deportatione[d] coherceatur[e] [1]. Lege Iulia decretum est: ut pro violentia[f] dampnetur[g] quicumque iudex appellantem, ut ad principis praesentiam[h] ducatur, ingenuum hominem vel civem Romanum factum torserit, occiderit vel occidi iusserit vel in vinculis publicis adstrinxerit[i] vel flagellis ceciderit aut dampnare praesumpserit. Pro qua re humiliores personae capite puniuntur[k], honestiores in insulam[l] relegantur'[m] [2]. Legitur in Orosio libro VII. de Alarico rege, qui Romam obsedit, inrupit, vastavit quali intentione locis sanctis idem paganus rex parcere iussit; ut eadem verba ponamus[n], quae idem historicus vir[o] posuit, qui post congruam rerum gestarum seriem[p] littoris subiunxit[q]: 'Adest Alaricus, trepidam Romam obsidet, turbatamque inrumpit, dato tamen praecepto prius, ut si qui[r] in sancta loca, praecipueque[s] in sanctorum apostolorum Petri et Pauli basilicas[t] confugissent[u], hos inprimis inviolatos securosque[v] esse sinerent' [3]. Et quo honore vasa sancta reportare iussisset inventa ad ecclesias, ibi, qui[w] scire desiderat, legere poterit[x]. 801 ex. vel 802

Si quis[y] haec, quae posuimus, canonum[z] et legum[a] testimonia minores esse auctoritates[b] aestimet, legat ipsius Domini de fugitivorum civitatibus praecepta[c]; et intellegat divinitus esse statutum, ut rei et peccatores, domino Deo demandante, loca defensationis[d] debuissent[e] habere, ubi protegerentur[f] a persequentium insidiis.

Necnon et ipsam Romam aliasque per mundum civitates asylum statuisse ad reorum defensationem legitur; ut per illius loci vel templi, qui apud eos sanctus habebatur, [reverentiam[g]], severa legum cautio mitigaretur. An fas est apud christianos minoris esse honoris ecclesiam Christi quam templum Iovis apud paganos; vel beate Mariae genetricis Dei domum quam impie Iunonis asylum inferioris venerationis haberi? Aut ipse beatus Martinus, verus Dei cultor, in christiano imperio minus venerari fas est, quam Scolapius falsator [4] in paganorum potestate habuit?

Haec siquidem omnia si domino meo David imperatori[h] christianissimo et[i] omni honore Dei devotissimo legantur vel verbis pacificis dicantur, scio sanctissimum illius animum et pietate plenissimum et in custodia mandatorum Dei cautissimum, qui[k] nullis poterit muneribus de via veritatis averti, qui omnia ita decernit et diiudicat[l], sicut domino deo Iesu Christo placuerit et sanctis eius; et sibi erit merces[m] perpetua in aeterna beatitudine et filiis suis benedictio sempiterna[n].

Ecce sanctorum[o] censura canonum, ecce legalium scita litterarum firmissime honorem[p] ecclesiarum Christi in patrociniis fugitivorum conservari iubent. Nunquam credimus, ut christianissimus et serenissimus imperator domnus Carolus augustus aliter praecipiat, nisi ut sanctorum censurae[q] canonum et legalium[r] edicta[s] litterarum se habent et ut antecessores sui statuerunt. Nec sanctae Dei ecclesiae honor nec sui magni nominis reverentia et timor minor debet esse in regno excellentissimo[t] et imperio potentissimo vel in aliqua dignitate et honore minui, sed semper augeri ad

---

a) cui re *S 1.* b) poene *S 1.* c) capita *P.* d) deportione *P.* e) cohercitur *S 1.* f) per violentiam publica *S 1 pro* pro violentia. g) damnetur *S 1.* h) praesentia *P.* i) publ. vinc. adstrinexerit *S 1.* k) ponuntur *P.* l) insula *P.* m) religantur *P, S 1.* n) ponimus *P.* o) *om. S 1.* p) *om. S 1.* q) subiunexit *S 1.* r) quis *P.* s) precipue *P.* t) basilicae *P.* u) confugisset *P.* v) securos *P.* w) ubiq; *corr. in* illi qui *P.* x) potuerat *S 1.* y) *om. P.* z) canonem *P.* a) de canonibus vel lege Romana *S 1 pro* canon. et leg. b) minoris esse auctoritatis *S 1.* c) praecepti *P.* d) defendationis *P;* defensionis *S 1.* e) debuisset *S 1.* f) protegentur *P.* g) reverentiam *suppl. Watt.* h) imperatore *P.* i) in *add. P**. k) cui *P**. l) deiudicat *P**. m) mercis *P.* n) *sic.* o) sanctarum *P.* p) honore *P.* q) censura *P.* r) *hic desinit P; quae secuntur habet P* tantum.* s) edita *P**. t) excelent. *P**.

1) *Lex Rom. Visig., Pauli sentent. L. V tit. 28, 1 sententia; ed. Haenel p. 438.* 2) *Lex Rom. Visig., Pauli sent. L. V. tit. 28, 2 interpretatio; ed. Haenel l. l.* 3) *Orosii adv. paganos hist. L. VII c. 39.* 4) *id est Aesculapius, cf. Poet. Carol. I, 410 VIII v. 6, ubi Scolaphius Apollinis filius vocatur.*

801 ex. vel 802 laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi, qui eum super omnes alios reges et imperatores sapientiae decore honoravit et regni potentia exaltavit.

246.

Alcvinus episcopo cuidam[1] scribit de ecclesia s. Martini Turonensi contra Theodulfum archiepiscopum Aurelianensem protegenda[2]. *801 ex. vel 802.*

Cod. S 1 fol. 117—123.
Edd. F 118 in adnotationibus, J 181.

Igitur venerabilis pater Theodulfus archiepiscopus ex[a] fratribus sancti Martini quandam habet disceptationem, fidelibus vestris, de quodam reo fugitivo; magis, ut arbitramur[b], ex petitione suorum quam sanctae mentis[c] illius perturbatione vel iracundia.

Qui reus, post plurima poenarum genera subito de vinculis elapsus per neglegentiam custodum, ad ecclesiam confugit sancti Martini, praecipui confessoris Christi: confitens peccata; veniam poscens; cesarem appellans; viam ad eius sanctissimam praesentiam flagitans. Qui redditus eiusdem praefati episcopi missis, ut sanus deduceretur ad praesentiam domni archiepiscopi sub fide illorum ad canonicam paenitentiam. Quo accepto, non ausi sunt eum ducere propter insidias sibi paratas in via, ut fertur; abeuntes eum dimiserunt ante fores ecclesiae stantem.

Sed eiusdem venerandi pontificis post tempus hostiliter venerunt homines quam plurimi, ut conpertum est.

Sed principales homines intraverunt ecclesiam die dominica cum sanctissimo episcopo nostro, ut visum est, rapere reum iacentem ante sepulchrum sancti confessoris[d] Christi et sanctitatem domus Dei profanare et sancti confessoris Christi Martini inminuere honorem, inruentes siquidem intra cancellos altaris. Quos expulerunt fratres ante faciem altaris, timentes, ne inter altare et sepulcrum sanctissimi confessoris Christi sanguinis effusio foret. Raptus est quidam homo illius fugitivi medio populi, ut duceretur foras. Qui clamavit auxilium. Hoc populus partim videns, partim audiens, fuit subito clamor ingens et concursus populi, maxime pauperum, ex omni parte civitatis.

Sonuit siquidem ante civitatem[e] venisse hostem Aurilianensem ad profananda[f] sancti Martini suffragia; quia sciebant manere plurimos de civitate praedicta homines foras per villulas. Timor et tumultus ubique increpuit. De quorum manibus fratres nostri eripuerunt praefati episcopi homines, ne quid mali[h] paterentur, populumque foras ecclesiae expulerunt.

Sed sui plurima dicunt, quae ibi gesta non erant audacia, et quae gesta sunt exaggerant[i] verbis superfluis.

Vestra sanctitas consideret, si iustum sit, ut vi rapiatur fugitivus reus ad ecclesiam Christi; et an aequum sit, ut, qui cesarem appellat, ad cesarem[k] non ducatur; et utrum fas sit, ut paenitens et confitens scelera spolietur omnibus bonis usque ad corrigiam calciamenti[l].

---

246. a) *an* eum? *J.* b) arbitramus *S 1.* c) meritis *S 1.* d) confessores *S 1.* e) ante in civitate *S 1.* f) profanandam *S 1.* h) male *S 1.* i) exaggerare *S 1.* k) caerem *S 1.* l) caltiamenti *S 1.*

1) *An Hildeboldo Coloniensi archiepiscopo? Cf. Sickel Alcuinstudien p. 489.* 2) *Huius epistolae fragmentum tantum superest. Cf. ep. 245 supra p. 395 n. n.*

Certum est eundem reum multa perpetrasse peccata et scelera impia valde. 801 ex. vel 802 Sed testes habet presbyteros viventes adhuc, quibus suam dedit confessionem — Christianum de monasterio sancti Benedicti[1] et Adalbertum de monasterio sancti Martini[2] — antequam adprehenderetur vel vinculis constringeretur vel poenis torqueretur.

Quid est, quod ipse dominus Iesus ait: 'Nolite condempnare et non condempna- Luc. 6, 37. bimini'; et alia multa, quae in evangelii leguntur auctoritate de misericordia; et ipsius Domini verbo, ubi ait: 'Non veni vocare[b] iustos sed peccatores'. Quapropter pecca- Matth. 9, 13. tricem mulierem, quae sanctos tetigit pedes, non abhorruit. Quae non ex tactu ob- Luc. 7, 39. probrium[c] contulit Christo, sed insignia virtutis eius elicuit: neque enim inmundicia eius polluit mundum, sed puritas mundi purificavit inmundam.

Hoc ideo dico, quia sunt qui dicunt tales peccatores non debere ecclesiam Christi intrare. Forte rari intrant, si peccatores non intrant. 'In quacumque die' Ezech. 33, 14. 12. dicit propheta 'conversus fuerit peccator, vita vivet et non morietur'.

Sed videamus, quid de fugitivis ad ecclesiam sancti[d] canones censeant . . . . qui scire desiderat, legere poterit[e].

Si quis haec, quae posuimus de canonibus vel lege Romana testimonia minoris esse auctoritatis aestimet, legat ipsius Domini de fugitivorum civitatibus praecepta, et intellegat divinitus esse statutum, ut rei et peccatores, domino Deo demandante, loca[f] defensionis debuissent[g] habere, ubi protegerentur a persequentium insidiis; in tantum, ut de servis fugitivis in Deuteronomio legitur demandasse, ut non redderentur Deut. 23, 15. 16. dominis propter timorem tormentorum, eadem verba, quae ibi leguntur: 'Non trades servum domino suo, qui ad te confugerit; sed habitabit tecum in loco, qui ei placuerit et in una urbium tuarum requiescet; nec contristes eum'. Haec Domini sunt verba, non alterius; quae omni veneratione intellegenda sunt atque[h] observanda[i] secundum temporis oportunitatem. Sed et in historiis veterum legitur in civitatibus poene ubique asylum esse propter refugium sceleratorum. Et hoc apud paganos. Quanto magis apud christianos misericordiae causa ecclesiae debent habere honorem suum in fugitivorum solacium.

247.

Carolus imperator Alcvinum et fratres S. Martini Turonenses increpat, quod adversus imperium suum Theodulfo episcopo Aurelianensi clericum fugitivum non reddiderint. Quem reddi iubet. Fratrum vitam reprehendit; Alcvinum iis frustra praefectum esse scribit. Fratres in ius vocat. *801 ex. vel 802.*

Cod. Parisinus 2718 (quondam Colbertinus 4593) saec. IX. fol. 124—125 (C), de quo cf. Formulae ed. Zeumer p. 285[a].

Edd. Baluzius Capitul. I, 413, Mabillon Acta SS. IV, 1, 739, Le Cointe VII, 525, Bouquet Recueil V, 628, F 119, J 182. — Migne col. 415. Mühlbacher n. 385.

IN NOMINE PATRIS ET FILII[b] ET SPIRITUS SANCTI. KAROLUS ET RELIQUA[c] ALBINO VENERABILI MAGISTRO ET OMNI CONGREGATIONI MONASTERII SANCTI MARTINI.

Pridie, quam ad nostram praesentiam a vobis missa venisset epistola, adlatae nobis sunt litterae a Theodulfo episcopo[3] missae, quaerimonias continentes de in-

b) vore *S 1.* c) obtemperaret *S 1.* d) sanctae *S 1.* e) *Haec leguntur in S 1 omnino ut in ep. 245 supra p. 395—397, quare hic omittenda duxi.* f) loco *S 1.* g) debuisset *S 1.* h) a te *S 1.* i) observandum *S 1.*

247. a) *Lemma:* Epistola domni Karoli imperatoris ad Albinum magistrum et ad congregationem sancti Martini monasterii missa *C.* b) fili *C.* c) et reliqua *scripsit librarius pro* serenissimus augustus a Deo coronatus, magnus pacificus imperator, Romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam Dei rex Francorum et Langobardorum, *v. Caroli epistolas Jaffé Biblioth. IV, 387. 388. 391. 401. 402. 409. 415. J.*

1) *Turonensi.* 2) *item Turonensi.* 3) *Aurelianensi; cuius epistola non iam exstat.*

801 ex. vel 802 honoratione hominum suorum; et non tam illorum quam episcopi huius civitatis, vel contemptu iussionis imperii nostri. Quam iussionem de redditione cuiusdam clerici, de custodia ipsius elapsi et in basilica sancti Martini latitantis, sub nostri nominis auctoritate conscribere iussimus[1]; cuius etiam nobis exemplaria misistis. In quibus nos nequaquam iniuste aliquid decrevisse, ut vobis visum fuit, putamus.

Sed cum utrasque epistolas, vestram scilicet ac Teodulfi, nobis relegere fecissemus, asperior multo nobis et cum iracundia conposita vestra quam Teodulfi videbatur epistola, et in nullo erga illum caritatis condimento respersa, sed potius quasi reum defendens et episcopum accusans; et sub velamine quodam celati nominis continens[a]: vel posset[b] vel admitti ad accusationem deberet; cum hoc omnino et divina et humana lege sanccitum sit nulli criminoso alterum accusandi dari licentiam. Quanquam a vobis ad hoc defensus et conservatus sit sub obtentu iussionis nominis nostri ut, qui iam accusatus et in conspectu populi civitatis suae[2] iudicatus est, accusandi locum habere caesarei nominis appellatione deberet: ad exemplum beati Pauli apo-
Act. 25, 11. stoli, qui, apud principes Iudaeae a gente sua accusatus, sed nondum iudicatus, caesarem appellavit, et ab eisdem principibus ad caesarem iudicandus missus est. Quod nequaquam praesenti negotio convenit: Paulus enim apostolus, a Iudaeis accusatus, sed non iudicatus, caesarem et appellavit et adire permissus est. Hic vero infamis clericus, et accusatus et iudicatus et in custodiam[c] missus et de custodia elapsus, basilicam, quam nisi post paenitentiam ingredi non debuerat, contra legem ingressus, et adhuc, ut fertur, perverse vivere non cessans, ut dicitis, sicut Paulus caesarem
ib. 25, 12. appellavit, sed nequaquam ut Paulus caesarem aditurus est.

Illi[3] enim, apud quem accusatus et a quo iudicatus atque in custodiam[c] missus est et de cuius custodia evasit, praecipimus, ut reddatur. Et ille eum ad nostram audientiam sive vera sive falsa dicentem adducat, quia non decet, ut propter talem hominem nostrae primae iussionis ulla fiat inmutatio.

Sed et valde miramur, quur vobis solis visum sit nostrae auctoritatis sanctioni et decreto contraeundum[d]; cum liquido pateat, et ex consuetudine veteri et ex constitutione legum latorum[e] decreta rata esse debere, nec[f] cuiquam permissum illorum edicta vel statuta contemnere. Et in hoc satis mirare nequivimus, quod illius scelerati hominis precibus, quam nostrae auctoritatis iussionibus obtemperare maluistis, cum nunc clarissime liqueat cum eodem homine amorem discordiae ex inruptione caritatis de hoc loco veluti[g] egredi.

Ipsi quippe nostis, qui congregatio huius monasterii ac servi Dei — et utinam veri — dicimini[h], qualiter iam crebro vita vestra a multis diffamata est; et non absque re. Aliquando enim monachos, aliquando canonicos, aliquando neutrum vos esse dicebatis. Et nos, consulendo vobis, et ad malam famam abolendam, magistrum et rectorem idoneum[4] vobis elegimus et de longinquis provintiis invitavimus, qui et verbis et admonitionibus vos rectam vitam instruere et, quia religiosus erat, bonae conversationis exemplo potuisset informare. Sed pro dolor aliorsum cuncta conversa sunt, et diabolus vos quasi ministros suos ad seminandam discordiam, inter quos minime decebat, invenit: scilicet inter sapientes et doctores ecclesiae[5]. Et qui peccantes corrigere et castigare debuerunt, cogitis ad peccatum invidiae atque iracundiae prorumpere. Sed illi Deo miserante nequaquam adsensum vestris malis suggestionibus praebituri sunt.

a) quod reus *addidit J.* b) posse . . . debere *corr. Arndt.* c) custodia *C.* d) contra eundem *C.* e) legum latorum *scripsit J. pro* legum alterm *C.* f) ne *C.* g) vetuit *C; corr. Mab.* h) dicemini *C.*

1) *Hae Caroli litterae interierunt.* 2) *Aurelianensis.* 3) *Theodulfo.* 4) *Alcvinum; cf. Vit. Alc. c. 9 (SS. XV, 190):* Qui . . vitam subiectorum quantum valuit corrigere studuit. 5) *inter Theodulfum et Alcvinum.*

Vos autem, qui contemptores nostrae iussionis extitistis, sive canonici sive monachi vocamini, ad placitum nostrum, iuxta quod praesens missus noster[a 1] vobis indixerit, nobis vos adsistere scitote. Et, quamvis ad nos missa hic factae seditionis vos excuset epistola, venite et condigna satisfactione inustum crimen eluite[b]. 801 ex. vel 802

248.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi discipulum quendam tuendum mittit.

801 ex. vel 802.

Codd. S 1 fol. 162' (S 1 fol. 77—77').*
Edd. F 120, J 183. — Migne col. 416.

DILECTISSIMO AQUILAE ALBINUS MATRICULARIUS PERPETUAE BEATITUDINIS IN CHRISTO SALUTEM[2].

Direxi hoc[a] animal, vitulum enchiridion[b] meum; ut adiuves illi[c] et eripias eum de manibus inimicorum suorum. Et adiuva, quantum valeas. Quia venerabilis episcopus[3] multum ardet super nos, id est Teodulfus. Misi quoque in ora pueri huius, quamvis vitulus contra naturam rationale sit animal, quod ipse in auribus sanctitatis vestrae habet mugire.

Habeo enim illum ad erudiendum Deo mecum in domo mea. Et poterit proficere, Deo donante, in lectionis studio seu grammaticae artis disciplina[d] in domo sancti Martini. Ó Aquila! 'Hi in curribus et hi in equis; nos autem in nomine Domini nostri magnificabimur'. Ps. 19, 8.

Valeas vigeas semper in aeternum.

249.

Alcvinus Carolo imperatori se fratresque S. Martini Turonenses excusat de tumultu facto contra Theodulfum episcopum Aurelianensem; veniamque petit.

801 ex. vel 802.

Cod. H fol. 86—89[a].
Edd. F 195, J 184. — Migne col. 395.

DOMINO EXCELLENTISSIMO ATQUE OMNI HONORE DIGNISSIMO CAROLO REGI IMPERATORI ATQUE AUGUSTO VICTORIOSISSIMO MAXIMO OPTIMO ATQUE SERENISSIMO ALBINUS MATRICULARIUS PRAESENTIS PROSPERITATIS ET FUTURE BEATITUDINIS AETERNAM IN DOMINO DEO CHRISTO SALUTEM.

In prima harum facie litterarum mihi ex toto corde gratiarum actiones domino Deo nostro agendas esse video pro sospitate et salute vestra, non solum mihi sed omnibus christianis valde necessaria. Deinde a pietate vestrae bonitatis misericordia — corpore prostrato, corde contrito, voce lacrimabili — deprecanda est pro fratribus sancti Martini, in quorum me servitium vestra bonitas quamvis minus dignum delegavit. Deum invoco testem conscientiae meae, quod nunquam eos tales intellexi, quales audio illos a quibusdam denotari, qui paratiores sunt accusare quam salvare. In quan-

---

a) nī *C.* b) *secuntur notae Tironianae, quas W. Schmitz (Monum. tachygraph. I, 35 adn.) ita explicat:* Hi veniant Ga . . . . . us (?) basilicae et decanus et praepositus et Giraldus, filius Gislarii, et Gislefridus presbyter et Sifridus presbyter et alii ex fratribus, quoscumque elegistis, et sex matricularii.

248. a) ho *corr. in* o *S 1;* hoc *J.* b) encheridion *S 1.* c) *sic.* d) disciplinam *S 1.*

249. a) *Lemma:* Ad Carolum excellentissimum imperatorem *H.*

1) *Teotbertus; v. p. 402 lin. 25.* 2) *Cf. quae ad hanc epistolam Sickel adnotavit (Alcuinstudien l. l. p. 489) et infra ep. 270.* 3) *Aurelianensis.*

801 ex. vel 802 tum vero videri poterit et cognosci, digne Deo faciunt officia in ecclesiis Christi, sicut — verissime testor — perfectius non vidi alios in quolibet loco celebrantes nec diligentius consuetudine cotidiana pro vestra incolomitate et christiani inperii stabilitate intercedere.

Illorum siquidem conversationem et vitam a viro perfecto et iudice incorrupto et misso fideli Widone[1] audire potestis[a]; qui, eorum omnia scrutans, agnovit, quid egissent vel qualiter vixissent.

Nec ego tardus fui eos ammonere de honestate monasterialis vitae, sicut illi ipsi testes sunt, si quis eorum testimonio credendum putat. Neque illorum scio culpas in accusatores suos, cur eos tanto prosequantur odio.

Et mirum, quid se in alienam — contra edictum legis — messem mittere velint[2];
Rom. 14, 4. hoc idem prohibente egregio doctore[3], ubi ait: 'Tu quis es, qui alienum servum iudicas? Suo domino stabit aut cadet; stabit quidem, potens est Dominus statuere eum'. Habet enim Tyronica[a*] civitas pastorem[4], in moribus electum, in praedicatione devotum,
Luc. 12, 42. qui tritici mensuram familiae Christi optime ministrare novit. Vigilet unusquisque pastor super gregem suum, ne quis in eo gratiae Dei desit; ut, cum pastor omnium adveniat, dignos eos inveniat perpetua remunerari mercede.

De concursu[b] vero et tumultu, qui ortus est in ecclesia beati Martini vel foras in atrio, in conspectu illius testor, qui singulorum corda considerat, quod nec me exhortante vel praesciente vel etiam volente factus est. Nec umquam me maiori esse angustia in alienis peccatis, quam tunc temporis me fore fateor. Nec, quantum intellegere potui vel audire, fratrum consilio quicquam inde gestum est. Immo nec voluntatem eorum agnoscere potui, ut fieret: nec ullus Deum timens vel suae salutis curam habens, ut non dicam facere, sed etiam nec cogitare debere non dubium est[c].

Numquid non missus auctoritatis vestrae, vir venerabilis Teotbertus, decem[d] et novem dies pro hac inquisitione inter nos fuit; etiam et per vices accusatores nostri cum eo? Quos volebat flagellavit; quos volebat in catenam misit; quos volebat iurare fecit; quos placuit, ad vestram vocavit praesentiam.

Frustra ego tanto tempore serviebam domino meo Iesu Christo, si in tantum illius me misericordia et providentia deseruit, ut in tam impium scelus in diebus senectutis meae caderem. Sed verissime absque omni dubitatione fateor: nec tantum me[e] mereri velle auri, quantum tota habet Francia, ut ex meo consilio vel preparatione tam periculosus tumultus in ecclesia Christi esset adunatus. Ego vero, pauper et peregrinus in hoc seculo[f], Deum timeo, perpetuae salutis animae meae quantulamcumque curam habens; quamquam minus perfecte hoc in vita claruisset mea. Et maxime nunc in diebus senectutis et infirmitatis meae[5] praecavendum mihi novi tam inmanissimum sceleris pondus; qui iudicium vitae meae mihi adpropinquasse non ignoro. Huius iudicii timore a tumultu huius seculi — vestrae beatitudinis consilio — me liberavi[6], ut quietus Deo soli servirem pro vobisque in remunerationem omnium bonorum, quae mihi Deo propitiante egistis, cotidianis intercederem[g] lacrimis.

Ceterum huius tumultus rationem secundum veritatem, quantum intellegere valui, vestrae excellentiae pandere non erubesco, nemini parcens, quominus[h] veritati testimonium proferam.

---

a) audiri potest *H.* a*) Tyranica *corr. in* -onica *H.* b) concurso *H.* c) *sic H. Fortasse scripserat Alcvinus:* ut fieret, quod nec ullum Deum timentem vel suae salutis curam habentem, ut non dicam facere, sed etiam nec cogitare debere, non dubium est. *J.* d) decim *H.* e) me *addidit J.* f) slo *H.* g) intercedere *H.* h) qui minus *H.*

1) *Britannici limitis comite.* 2) *i. e. Theodulfus episcopus Aurelianensis.* 3) *Paulo apostolo.* 4) *Iosephum archiepiscopum.* 5) *Cf. supra p. 169 n. 6; p. 387.* 6) *Ex hoc loco apparet contentionem illam Theodulfo et fratribus S. Martini Turonensibus incidisse post deposita ab Alcvino negotia saecularia; v. epp. 229. 232. 235 supra p. 374. 378. 380.*

Videtur enim mihi nullum plus peccasse in huius impietatis facto quam custodem illius scelerati, ex cuius neglegentia tanta mala postea exorta[a] sunt. Ut cum pace eorum dicam, qui has litteras legere audiant, iustius aestimo esse illum, cuius neglegentia ille reus lapsus est de vinculis, eadem pati vincula, quam eundem reum fugitivum ad Christi dei nostri et sanctorum eius patrocinia de ecclesia ad eadem reddi vincula. Nec hoc ex mea dicam aestimatione, sed Domini roboratus sermone, qui prophetam regi Israhelitico, qui dimisit regem Syriae de manibus suis, iussit dicere: 'Haec dicit Dominus: Quia dimisisti virum dignum morte, erit anima tua pro anima eius'. 801 ex. vel 802 3. Reg. 20, 42.

Deinde secundo loco incitatores esse huius tumultus intellego qui armati venerunt maiori numero, quam opus esset, de civitate Aureliana in civitatem Tyronicam. Maxime, quia fama cucurrit per aures populi ad hoc eos venisse, ut violenter rapuissent eum, qui confugerat ad patrocinia ecclesiae Christi et beati Martini. Illud etiam commune est omnibus ubique, quod moleste ferant suos dehonorare sanctos. Fortassis et ille miser hortatus est ad mansionem suam rusticos venientes inter pocula, ut defenderent ecclesiam sancti Martini, ne violenter raperetur ab ea.

Tertia fuit huius tumultus instigatio, dum sanctus pater et pontifex noster[1] nimis inoportune populo praesente intravit ecclesiam cum hominibus, qui ad rapiendum venisse reum putabantur. Sed forte hoc fecit corde simplici, nihil mali ex hoc accidere[b] posse aestimans. Haec videns vulgus indoctum, qui semper res inconvenientes sine consilio agere solet[2], conclamarunt, ad fustes cucurrerunt; aliqui inpigri a foris venerunt, dum signa sonare audierunt. Quorum motio per indoctorum manus ministrata est; sicut exquisitum est a vestrae auctoritatis missis, immo et ab ipsis accusatoribus nostris. Nam illis praesentibus sanctum allatum est evangelium, ligno sanctae crucis superposito; quoscumque iusserunt iurare ex fratribus, fecerunt. Fratres vero audientes signa prosiluerunt de refectorio ad sciendum, pro qua sonuissent causa. Qui venientes, quantum potuerunt, ut audivi, sedaverunt tumultum; nisi, qui inventi sunt ut aestimo infantes[3], qui vestrae ducti sunt praesentiae, in illo peccaverunt concursu. A quibus audiri potest, quid egissent; qui et ipsi iuraverunt nullius se hoc ipsum egisse hortatu, nisi ex impetu stultitiae suae. Nec ullus ex vassis sancti Martini ibi fuit nisi unus, Amalgarius nomine; qui mecum eadem fuit hora. Quem statim misi cum aliis fratribus ad sedandum tumultum, hominesque venerandi episcopi eripere de manibus populi, ne quid mali in eos gestum esset. Qui, sedato tumultu, ducti sunt in monasterium, ubi salvi esse potuissent. Qui tanto odio exarserunt in me, ut bonum, quod eis iussi facere, in malum verterint[c]; dicentes me in obprobrium illis eulogias[4] direxisse. Quod omnino falsissimum est; nescientes siquidem me dominico imbutum esse praecepto, qui ait: 'Benefacite his, qui oderint vos'. Matth. 5, 44.

Haec sancta pietas vestra, domine piissime, consideret verumque cognoscat; et propitietur famulis suis in Dei omnipotentis amore et sancti Martini intercessoris vestri honore, qui semper honoratus[d] fuit in regno et a regibus Francorum.

Solemus Deo dicere in confessione peccatorum nostrorum: 'Si iniquitates observaveris[e], Domine, Domine, quis sustinebit'? Dicamus et tibi, quia nobilissimum eiusdem capitis te membrum esse novimus: Si iniquitates observaveris[e], domne imperator, quis sustinebit? Maxime, quia specialis virtus bonitas atque laus imperatorum semper fuit clementia in subiectos suos, in tantum ut Titus nobilissimus imperator ait neminem ab imperatore tristem debere recedere[5]. Laetifica animos servorum tuorum per misericordiae tuae munus altissimum; superexaltet misericordia iudicium. Qui maximas Ps. 129, 3. Iac. 2, 13.

---

a) exhorta h *deleto H.* b) accidisse *H.* c) verter̄ *H.* d) honortais *H.* e) observaberis *H.*

1) *Iosephus archiepiscopus Turonensis.* 2) *Cf. supra p. 199 c. VIIII.* 3) *pueri.* 4) *cibos.* 5) *Eutrop. Breviar. l. VII c. 21.*

801—802 perfidiae culpas in vestram peccaverunt auctoritatem, laudabili pietate perdonare potuistis, ignosce infelicitati nostrae secundum piissimam sanctissime mentis vestrae nobilitatem. Quam semper agnovi in animo sapientiae vestrae mirabiliter vigere: et sicut David patrem Christi laudatum legimus in misericordiae magnitudine et aequitate iudiciorum, ita vestram beatitudinem semper in his meritorum titulis laudabilem atque praedicabilem Christo donante esse cognovimus.

Omnipotens Deus pater per unicum filium suum dominum nostrum Iesum Christum in spiritu paraclyto omni benedictione et sapientia cor beatitudinis vestrae inluminet, repleat atque laetificet nobilissimeque proli vestrae perpetuam, in salutem populi christiani, prosperitatem perdonare dignetur, domine desiderantissime optime atque augustissime pater patriae.

Floreat et vigeat sophia virtute triumphis
Rex David, magnum magnus in orbe decus.

250.

Alcvinus monachis Fuldensibus et pallium ad sancti Bonifatii corpus et cartulam missalem mittit; eosque cohortatur, ut virtuti studeant neve Baugulfum abbatem molestent. Responsum postulat. *801—802.*

Cod. H fol. 55—57'.
Edd. F 192, J 186. — Migne col. 382.

SANCTISSIMIS NOBISQUE CUM OMNI CARITATE COLENDIS FRATRIBUS SANCTI BONEFATII[1], PATRIS ET PROTECTORIS NOSTRI, HUMILIS LEVITA ALCHVINUS AETERNAE BEATITUDINIS IN CHRISTO SALUTEM.

Memor dulcissime dilectionis vestrae, qua me benignissime cum omni gaudio olim suscepistis, et quantum tunc laetatus sum in praesentia vestra, tantum nunc torquetur animus in absentia; quaerens videre quos amat et habere praesentes quos diligit. Sed quia hoc carnalibus non est concessum oculis, fiat spiritali praesentia perpetua dilectio, quia caritas, quae deseri potest, numquam vera fuit[2].

Quapropter tendamus ad illam, quae numquam finem habitura est, in qua beata aeternitas est et aeterna beatitudo. Ut ad hanc pervenire mereamini, nullus labor vos terreat, nullae saeculi huius blanditiae retrahant. Sed semper illius amor ardeat in
Luc. 24, 13. 15. cordibus vestris, qui tertius in via comes apparuit duobus discipulis, qui, sublato
ib. 31. 32. eo[a] ab eorum oculis carnalibus dixerunt: 'Nonne cor nostrum ardens erat, dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas? In litteris sanctorum patrum quaeramus illum, quem illi necdum docti in scripturis intellexerunt. Modo aperta sunt omnia,
ib. 24, 45. modo ipse aperuit sensum, de quo dictum est: 'Tunc aperuit illis sensum, ut intellegerent scripturas'. Nunc evangelica veritas toto resplendet in orbe; nunc prophetarum enigmata sole lucidius fulgent in ecclesiis Christi. Hanc lucem[b] veritatis tota[c] anima sectamini et Christum intellegite; in illa Christum amate, Christum sequimini, quatenus eius vestigiis sacratissimis inhaerentes vitam aeternam[d] in eius sanctissima praesentia habere mereamini.

1. Cor. 15, 58. Memores apostolici mandati dicentis: 'Fratres, stabiles estote et inmobiles, in opere Domini semper; scientes, quod labor vester non est inanis in Domino', stabiles

---

250. a) sublato eo *scripsit J. pro* sublatus *H.* b) luce *H.* c) toto *H.* d) vita aeterna *H.*

1) *Cf. V. Alcvini c. 11 (SS. XV, 191):* velle se significavit regi Karolo saeculum relinquere, postulans licentiam apud sanctum Bonifacium monasticam vitam secundum regulam sancti Benedicti ducere *(sc. a. 796).* 2) *S. Hieronymi ep. 3 (Opp. ed. Vallarsius I, 13):* Amicitia, quae desinere potest, vera numquam fuit, *cf. supra p. 49. 337. 353.*

801—802

estote in loco vestro et in devotione propositi vestri. Nolite derelinquere sanctissimum patrem vestrum [1]. State circa sepulchrum eius, quatenus ille preces vestras offerat omnipotenti Deo. Nolite concupiscere seculares vanitates, sed caelestes amate beatitudines. 'Et nolite', sicut doctor gentium ait, 'conformari huic saeculo, sed reformamini in novitate sensus vestri'. (Rom. 12, 2.) Turpe est enim monacho militiam spiritalem amittere et saecularibus se implicare negotiis.

Non sint murmurationes inter vos, non odia, non invidiae, non detractiones; et (cf. 1. Petr. 2, 1.) nolite iudicare alterutrum. Sed in humilitate et concordia omnes vestrae fiant actiones; oboedientes praepositis [a] vestris, non ad oculum tantum, sed ex corde, quasi coram (cf. Col. 3, 22.) Deo. Oboedientia vestra, caritas vestra, humilitas vestra notae sint omnibus; ut plurimi vestris bonis exemplis erudiantur et proficiant in salute animarum suarum.

Si vero venerandus pater Bouulfus [2], dilectissimus meus amicus, non valeat pro infirmitate sua implere regularis vitae duritiam, vos illum iudicare nolite. Sed ex corde oboedite illi [b] et amate ut patrem. Quia ipse rationem redditurus erit de animabus vestris. Ille pro vobis laborat vagando et currendo, ut quiete vivatis [c] et regularem vitam vestram custodiatis et corpori vestro necessaria habeatis. Vos vero facite sicut filii carissimi. Deum timete, Deum diligite, et curam sanctissimi patris vestri habete in orationibus vestris, quatenus longeva prosperitate vobiscum vivat feliciter et vobiscum, vosque cum illo, vitam habere mercamini sempiternam.

Adolescentulos vestros ammonete, instruite, docete in omni disciplina sancta et doctrina catholica, ut digni habeantur in loco vestro stare, et orationes pro [d] vobis dirigere, ubicumque maneatis. Ammonete eos de castitate corporis, de confessione peccatorum suorum, de lectionis studio et labore [e] manuum sine murmuratione, et de omnibus rebus, quae tali aetate necessaria videantur. Et illi subditi fiant senioribus et magistris suis humilitate bona, et relegione piissima. Et vos, seniores qui estis, bona eis praebete exempla, ut non solum verbis, sed vitae relegione vestrae erudiantur. Non sint luxoriosi, non ebrietati [f] servientes, non contemptuosi, non inanes sequentes ludos [3], sed discant officiales esse boni in domo Dei, ut benedictionem et gratiam per intercessionem sancti Bonefacii patris sui a deo Christo recipere mereantur.

Meque deprecor, ut perpetua memoria habeatis vobiscum in sanctis orationibus vestris. Tempus enim adpropinquat, quod nullus effugere valet. Praeparet se unusquisque, ut vestitus bonis moribus, non nudus appareat in conspectu domini Dei sui.

Direxi unum pallium storacium [4] ad corpus sancti Bonefacii patris nostri, de cuius sancta intercessione pro peccatis meis magnam habeo fiduciam, quatenus ego peccator vel veniam habere merear ea die, qua vestra sanctitas coronam recipiet beatitudinis aeternae.

Misi cartulam missalem vobis, o sanctissimi presbiteri, ut habeatis singulis diebus, quibus preces Deo dirigere cuilibet placeat: quando in honorem sanctae Trinitatis, quando de amore sapientiae, quando de penitentiae lacrimis, quando de caritate perfecta, vel quando de suffragio angelico postulando [g], vel omnium sanctorum cuilibet postolare placet; vel etiam si quis pro peccatis suis, vel pro quolibet amico vivente, vel etiam pro amicis plurimis, vel etiam fratribus de hoc saeculo recedentibus facere velit orationes; vel quando specialiter beatae Mariae genetricis Dei virginis perpetuae

a) propositis *H.* b) illum *H.* c) vivere *H.* d) orationes pro *scripsit J. pro* orationum *H.* e) labores *H.* f) ebrietate *H.* g) suffragia angelica postulanda *H.*

1) *sanctum Bonifatium.* 2) *Baugulfus abbas Fuldensis 780—802; de quo in Annal. Fuldens. (ed. Kurze p. 15) sic est ad 802:* Eo anno Bougulfus, abbas Fuldensis coenobii, relicta quam habuit potestate, Ratgarium successorem accepit. *Alcvini vero epistola argumento est Baugulfum ideo abdicavisse, quod in monachorum suorum offensionem incurrisset. J.* 3) *Cf. supra p. 169 n. 4.* 4) *Cf. infra p. 413.*

801—802 deprecari[a] velit intercessiones; vel etiam sanctissimi patris vestri Bonefacii cantare quis velit, et praesentiam illius piissimam advocare precibus. Haec omnia caritatis intuitu vobis dirigere curavimus; deprecantes humilitatem vestram benigne suscipere, quod plenissima caritate vobis dirigimus. Faciat quislibet de eis quodcumque placeat; et
Rom. 14, 5. ne me reprehendat in caritatis officio. Unusquisque enim in suo sensu abundet, et semper faciat Deo placita et omnibus sanctis, quatenus cum illis perpetua visione domini nostri Iesu Christi frui digni inveniantur.

Mei memorem sanctam beatitudinem vestram dominus Deus in omni postolatione sancta exaudiat, et praesentem felicitatem futuramque beatitudinem vobis condonare dignetur, dilectissimi fratres.

Deprecor, ut nobis per litteras beatitudinis vestrae notum faciatis: si hae ad vos pervenerint[b] litterae, et quid exinde vestrae placeat prudentiae. Quod meum est feci, caritatis implens officium in amore et honore domini nostri Iesu Christi.

251.

Alcvinus Oniae sacerdoti Candido presbytero Fredegiso diacono discipulis suis commentarium super Salomonis ecclesiasten dedicat. *801—802.*

Codd. Monacensis 14614 (S. Emmer.) s. IX. fol. 16—17' (A), Paris. 12268 s. XI. fol. 83'—84 (G), Monacensis 14478 saec. XII. fol. 40—41 (E), Paris. 17400 saec. XII (N). Exstat etiam in cod. Harleiano 213 saec. X. fol. 2—3.

Edd. Quercetanus col. 309, Frobenius I, 410, J 187. — Migne col. 667.

DILECTIS[a] IN CHRISTO FILIIS, ONIAE SACERDOTI[1], CANDIDO PRESBYTERO ET NATHANAHELI[b] DIACONO, ALBINUS[c] PERPETUAE PROSPERITATIS IN DOMINO DEO[d] SALUTEM.

Postquam de paternae pietatis nido in publicas saecularium negotiorum evolastis auras[2], mentis meae sollicitudo vestram omnibus pene horis[e] occupationem comitata est, optans vos divina donante gratia[f] in caritate[g] perfecta, sanctarum titulis virtutum Deo placere, honestisque vivere moribus coram[h] hominibus, et quod didicistis sub alis paternae eruditionis nobilibus ostendere moribus[i]. Nec velim sapientiae decus, quod habetis in corde, seculi obscurari vanitatibus[k], inter quas religio vestrae conversationis fulgeat, quasi claritas[l] lucis in tenebris. Mementote vos aliena dispensare, non pro-
Luc. 16, 12. pria possidere: de quibus ipsa veritas ait[m]: 'Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis'? Alienae sunt a nobis huius seculi facultates, id est
1. Tim. 6, 7. extra nostram sitae naturam. Nihil[n] enim intulimus in[o] hunc mundum, haud[p] dubium, quia nec auferre quid possumus. Nostra autem possessio[q] regnum caelorum, nostra vita Christus est, nostrae opes sunt spiritalium operum fructus: quas congregare vos, filii karissimi, omni intentione exortor[r]: nec in incerto divitiarum sperare, quae aut deserunt possidentem, aut a possidente deseruntur. In quas mentis nostrae[s] inten-
Ps. 61, 11. tionem Spiritus sanctus per prophetam anhelari[t] prohibuit, dicens: 'Divitiae si affluant, nolite cor adponere'. Quarum copia est aliorum inopia. De quibus et Dominus in

a) deprecare *H.* b) pervenirent *H.*

251. a) dilectissimis *G, E, N.* b) Nathaeli *G* (et *omisso G, N);* Nathaheli *E;* Nataheli *N.* c) Alcuinus *G, N.* d) *om. N.* e) honeris *N.* f) clementia *G, N.* g) karitate *G.* h) coram hominibus *om. G, N.* i) consuetudinibus *G, N, ubi lacuna sequitur verbaque* Nec velim *om.* k) *om. G, N, ubi lacuna videtur.* l) *om. G.* m) dicit *N.* n) nichil *N.* o) in — mundum *om. A.* p) haut *G, N.* q) est *add. G, N.* r) exhortor *G.* s) *om. G, N.* t) anhelare *A, E;* anchillare *G, N.*

1) *Cf. supra p. 351.* 2) *Cf. supra p. 393 ep. 245 ad Candidum et Nathanaelem missam:* Sed nuper, de nido paternae edocationis educti, ad publicas evolastis auras.

evangelio ait: 'Facite vobis amicos de mammona iniquitatis'. Idcirco iniquas nomi- 801—802
navit huius[a] seculi divitias, quia[b] mammona Syra est lingua, et latine divitiae dici Luc. 16, 9.
possunt[1], quia divitiae aut per iniquitatem congregantur, aut[c] inique pauperibus sub-
trahuntur.

De quarum vana possessione in huius saeculi deliciis pene sapientissimus Salomon
totum conposuit librum, cuius[d] titulus est ecclesiastes[e], dicens in capite libri: 'Vanitas Eccle. 1, 2.
vanitatum, dixit ecclesiastes[e], omnia vanitas'. Si omnia vanitas, quae utilitas divitias
retinere[f] caducas? In quem librum ex sanctorum opusculis[g] patrum, ac maxime de beati
Hieronimi commentario, parvum conposui breviarium[2], vestri causa, nati[h] karissimi,
quatenus paterna sollicitudine ammonerem vestrum nobile ingenium, ne nimio amore
studeatis caducis et cito transitoriis inhiare divitiis, quae citissime[i] velut volatiles
recedunt umbrae[k][3], et ut, si quid supersit in eis necessario vitae vestrae stipendio,
pauperibus erogare studeatis, quia, ut idem Salomon ait, 'Redemptio animae viri, pro- Prov. 13, 8.
priae divitiae eius'. Sedula mente ipsius Domini sanctum considerate[l] praeceptum,
quo nos ammonuit caelestibus magis quam terrenis inhiare thesauris, dicens: 'The- Matth. 6, 20.
saurizate vobis thesauros in caelo, ubi neque erugo, neque tinea demolitur, et ubi
fures non effodiunt, nec furantur: ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum'.
Hunc siquidem librum supradictum semper pro magistro habeatis in manibus, ut
discatis terrena non amare, sed caelestia: dominari[m] divitiis, non servire, laudem non
quaerere terrenam, sed a iudice Christo[n], miserorum consolatore, amabilem audire
sententiam inter[o] eos, quibus dicturus erit[p]: 'Venite benedicti Patris mei, percipite ib. 25, 34.
regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi'.

Flumina[q] qui metuat modica sulcare carina[4]
Grandia, ne mergat turbidus auster[5] eam,
Iste suo placidas lembo pernaviget undas,
Currentes inter florida prata pie.
Sic qui magnorum sensus rimare profundos
Doctorum timeat pectoris ingenio,
Nostra legat felix animo commenta sereno,
De gazis veterum quae tulit unca manus[r][6].
Vos vivete[s] Deo semper, nam vivere mors est
Huic mundo; vera est vivere vita Deo.
Vos[t], rogo, conservet felices gratia Christi,
O dulces nati, sancta salutis ope.

---

a) igitur *A pro* huius — quia. b) igitur *G, N.* c) vel *G, E.* d) cui *E.* e) aecclesiastes *G.* f) reservare *G, N.* g) oposculis *G.* h) filii *G, E.* i) citissimi *E, N.* k) *om. G, E, N.* l) considerare *A.* m) dominare *G, N.* n) Christo expectari (expectare *G, N*) inter miserorum consolatores amabilem *A, G, E* (*pro* Christo — amabilem). o) inter eos *om. G, A, E, N.* p) est *G, N.* q) *versus om. G, N.* r) Flumina — manus *supplevit Frobenius II, 612 ex codice S. Pauli Ratisbonensi. Eosdem versus habet codex S. Amandi apud Mangeart, Manuscrits de Valenciennes p. 41, ubi legitur v. 1* metuit, *v. 3* praenavigat, *v. 5* penitrare, *v. 6* metuit. s) vivite *E.* t) Vos — ope *om. G, A.*

1) *Cf. Hieron. ep. 121 ad Algasiam (Opp. I, 859):* Mammona autem non Hebraeorum, sed Syrorum lingua divitiae nuncupantur. 2) *Meminit huius breviarii Alcvinus ipse infra p. 412 in ep. 254 die 24. mens. Maii a. 802. ad Arnonem missa:* Direxi quoque ad transscribendum . . . opusculum in ecclesiasten Salomonis. *Vit. Alchv. c. 21 (SS. XV, 195):* Scripsit et . . . in proverbiis Salomonis et ecclesiasten. 3) *Alc. de virtut. et vit. (Opp. II, 145) c. 35:* Nonne melius est . . Deum diligere . ., quam . . felicitates saeculi transitorias, quae omnia velut volatilis umbra recedunt et transeunt? 4) *Aen. V, 158:* longa sulcant vada salsa carina. 5) *Lucan. bell. civ. I, 234. 498:* turbidus auster. 6) *Aen. III, 217:* uncaeque manus.

c. 802

252.

Alcvinus Arnonem archiepiscopum Salisburgensem ad se Turonos venire cupit rogatque eum ut pro se precetur. *c. 802.*

Codd. S 1 fol. 135'—136' (S 1 fol. 37—39).*
Edd. M 14, F 107, J 195. — Migne col. 385.

OPTIMO PRAESULI AQUILAE ALBINUS SALUTEM.

Occurrat cartula, caritatis calamo conscripta [1], vestrae reverentiae, frater desiderantissime, tuis susurrans auribus, ut venias, si fieri possit, ad limina beati Martini patris nostri protectorisque vestri, ut tuus tecum familiari conlatione Albinus agere extrema salutationis verba valeat [2]: quia festinat hora divisionis inter fratres, separationis inter
Eccle. 12, 5. amicos. Eunti homini in domum aeternitatis suae, et circumeuntibus circa eum in platea plangentibus; tunc vera probabitur amicitia, dum falsa cessabit adolatio. Multi pro-
Matth. 20, 16. mittunt societatem, sed pauci custodiunt. Nec mirum, quia multi sunt vocati, pauci vero electi.

Sed quid ad haec? Iungat se homo Deo. et habebit cuncta, quae necessaria
ib. 6, 33. sunt. Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius et omnia adicientur vobis. Dolores et tribulationes huius vitae nos cotidie ammonent Deo iungi, terrena fugere, caelestia amare. Sed heu, pro dolor, his optamus miseriis diu interesse, et minus perpetuam quaerimus requiem: nostris inhiamus [a] cupiditatibus, minus Dei praeceptis inherentes, qui paterna pietate nos castigat, ut animo haec temporalia fugiamus, et ad aeterna festinemus, ubi vera est beatitudo. Ut ad hanc pervenire merear, Deo miserante, tua me sanctitas orationum suffragiis adiuvet. Periculum meum novi, peccata mea agnosco. Ideo supplex servorum Christi deposco intercessiones, ut mei misereatur. Spes et consolatio mea omnium redemptor deus Christus, cui laus et gratiarum actio pro omnibus bonis, quae mihi gratuita pietate concessit in hoc saeculo.

Vive Deo felix, mundo nam vivere mors est;
Vera quidem est homini [b] vivere vita Deo [3].

253.

Alcvinus apud Arnonem archiepiscopum Salisburgensem de omisso responso ad plures epistolas conqueritur. Dolet amicum saecularibus negotiis implicitum; infirmus animo ut precibus Arnonis adiuvetur rogat. *802.*

Codd. S 1 fol. 156'—159' (S 1 fol. 69'—75).*
Edd. M 21, F 112, J 188. — Migne col. 399.

VENERANDO PATRI ET VERE CARITATIS ALIS AMPLECTANDO, COLENDO ET DESIDERANDO AQUILAE ARCHIEPISCOPO HUMILIS MATRICULARIUS ALBINUS IN CHRISTO SALUTEM.

Anniversario tempore plurimas vestrae sanctae dilectioni direxi litterulas secundum caritatis affectum exaratas, sed nescio, si ad vestram venerandae dignitatis pervenerunt faciem, quia needum merui rescripta solitae familiaritatis: sive neglegentia portitorum fuit sive occupatio vestrae sanctitatis impedivit, ut non scriberes. Scio integram in pectore pietatis vestrae dilectionem non solum apud me, sed apud omnes

---

252. a) iniamus *S 1.* b) Vera quidem homini est *S 1.*

1) *Cf. supra p. 159 l. 24.* 2) *Cf. p. 384:* hisque transactis inter nos consiliis, quod sine lacrimis non dico, ultimum vale fiat inter Aquilam et Albinum. 3) *Cf. p. 407 v. 9—10.*

amicos firmiter permanere, quae probabitur in adversis, laudabitur in prosperis. In 802
cuius pennis sanitas, in cuius gressibus scalae, quam somniavit Iacob patriarcha, Gen. 28, 12.
ascensio ad eum, qui ait: 'In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilec- Ioh. 13, 35.
tionem habueritis ad invicem'. Ecce signum discipulatus Christi, ecce caelestis regni
ianua, ecce vitae nostrae fundamentum et culmen. Sed vix ibi creditur firma[a] esse,
ubi indicio quolibet non apparet, sive in solatio pauperum, sive in exhortatione ad
fratres, qui proximi sunt, sive in scribendo ad longinquos corpore, proximos siqui-
dem spiritu.

Doleo te, frater, doleo ex intimo cordis maerore propter negotia saecularia, quae
impediunt quadam[b] nubium concretione caritatis radios, qui ex pectoris vestri flamma
multos inradiare potuissent, si non caligine occupationum terrenarum[c] obscurarentur[1].
Tamen vigilet in corde, et foras temporibus oportunis fulgorem exerat, ut luceat omni- Matth. 5, 15.
bus, qui in domo Dei sunt; qui non sint caeci ad videndum, vel surdi ad audiendum. Isai. 42, 18.
Quid est tui officium nominis, nisi apertum habere os ad omnes in veritatis testifica-
tione, per eum qui ait: 'Aperi os tuum, et ego implebo illud'. 'Noli neglegere gratiam, Ps. 80, 11. 1. Tim. 4, 14.
quae data est tibi', sed, ut magis magisque proficiat, intende. Multae sunt tribula- Ps. 33, 20.
tiones iustorum, quia[d] inter multos vocatos pauci eliguntur, et quo rariores inveni- Matth. 20, 16; 22, 14.
untur, eo instantius verbum Dei eis[e] praedicare necesse est. Pene omnes quaerunt Philipp. 2, 21.
quae sua sunt, et pauci quae Christi esse videntur. Pastores[f] curae turbant saecu-
lares. Qui Deo vacare debuerunt, vagari[g] per terras, et milites Christi saeculo mili-
tare coguntur, et gladium verbi Dei inter oris claustra, qualibet cogente necessitate,
recondunt: quem, heu pro dolor, perpauci possident, quamvis plurimi se promittant
eum habere, sed in die certaminis mercennarios se ostendunt, non milites.

His consideratis diligentius, dilectissime pater, te ipsum considera, circumspice
et intende, quis[h] sis, vel quo vadas, vel quid dicas in iudicio, in praesentia illius, qui Gen. 32, 17.
te speculatorem posuit populi sui. Me vero scito saecularibus propemodum exterius
negotiis liberatum[2], sed male interius multis fatigatum occupationibus atque[i] inanissi-
mis cogitationum turbis, quae me prohibent puro corde clamare: 'Iesu fili David mise- Marc. 10, 47.
rere mei', quae tuis sanctissimis orationibus, frater dilectissime, ut abigantur aliquan-
tulum, supplici deprecor obsecratione. Adiuva laborantem, erige iacentem, porrige
manum pietatis fratri pene in salo procellosae cogitationis[k] submerso. Nec aestimes
haec frustra precari: sed teste Deo dicam, quod satis indigeo de huius temptationis
molestia tuae sanctitatis precibus sublevari. Corpus coartare utcumque valeo, sed non
cordis vagabundos[l] gressus constringere, quia caelestia tantum desiderare debuissem.
Terreni pulveris caligine pene oculos cordis excaecatos habeo, nisi ille gratuito pie-
tatis suae munere illud inluminet, ad quem saepius mihi cum propheta clamandum
est: 'Quoniam tu inluminas lucernam meam, Domine: Deus meus inlumina tenebras Ps. 17, 29.
meas'. Item: 'Inlumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte'. Ex parte ib. 12, 4.
video, ubi est requies mea, ubi sitis meae saturitas. Ubi? nisi in eo, ad quem pro-
pheta clamavit: 'Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam et apparebo[m] ib. 41, 3.
ante faciem Dei'? Et ad se ipsum conversus in alio dicens loco, quasi huius peti-
tionis responsionem invenisset: 'Haec requies mea in seculum seculi, hic habitabo, ib. 131, 14.
quoniam praeelegi eam'. In hanc se exhortans alio versu[n] inquit: 'Convertere anima ib. 114, 7.
mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi[o]'. Pro quo benefacto magni muneris

---

253. a) fama *S 1.* b) quibusdam *S 1.* c) terrenorum *S 1.* d) qui *S 1.* e) eos *S 1.* f) pastorales *S 1.* g) vagare *S 1.* h) qui *S 1.* i) antiq: *S 1.* k) cogitationes *S 1.* l) vagabundus *S 1.* m) parebo *S 1.* n) verso *S 1.* o) beneficit mihi *S 1.*

1) *Loquitur de regni negotiis, in quibus Arnoni misso dominico constituto inde ab anno 802. versari necesse erat: cfr. infra p. 411 n. 4.* 2) *Cf. supra p. 388 n. 1.*

802 Mai. 24. se ipsum ad laudandum Deum excitat alibi: 'Lauda anima mea Dominum'. Et quasi
Ps. 145, 2. ipsa respondisset, subiungens: 'Laudabo Deum meum in vita mea, psallam Deo meo,
ib. 68, 35. quamdiu ero'. Quia semper ero, semper laudabo Deum meum dicens: 'Laudent eum caeli et terra, mare et omnia, quae in eis sunt'. Hos versus sic iunctim posui, quia nihil mihi dulcius videtur cantandum in orationis conpunctione, quam hos ita conpositos; deprecans, ut meae devotionis ammonitione eos saepius cum magno animi gaudio decantare in consuetudine habeas pro aeternae beatitudinis memoria, meique nominis quantulacunque recordatione[a] in hac et in omni salutiferae petitionis prece.

Divina te exaudire gratia dignetur, domine pater desiderantissime et nostri cordis amori[b] dulcissime.

254.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi respondet. De infidis litterarum baiulis. De vita canonica et regulari se scripturum non esse; iudiciorum scientiam se non habere; de fide catholica se expositurum esse. De aegrotatione sua. De Caroli imperatoris voluntate bona et de hominum avaritia. Rogat, ne pro iurisdictione pecuniam accipiat. De muneribus gratias agit. Mittit munera et opusculum describendum. 802 Mai. 24.

Codd. S 1 fol. 159'—162' (S 1 fol. 75—76').*
Edd. F 110, J 189. — Migne col. 389.

REVERENTISSIMO PATRI AQUILAE ARCHIEPISCOPO HUMILIS MATRICULARIUS ALBINUS SALUTEM.

Mai. 24. Nono[b] Kal. Iunii, hora tertia, beatitudinis vestrae missus ad nos pervenit; horaque nona eiusdem diei[c] necessario se reversurum praedixit. Quapropter, in tam angusto temporis articulo me constituto[1], alia dictare non potui, nisi gratias tantummodo agere pro[d] dulcissima caritatis vestrae munificentia, et de sanctae fidei probatione, quam semper vestro inesse pectori[e] veraciter agnovimus.

Sed multum meae nocet devotioni infidelitas accipientium litteras meas vobis dirigendas. Nam memini me anno transacto[2] vobis de Italia revertentibus duas dirigere cartulas[3]; similiter modo obviam vestro adventui[f] duas transmisi ad palacium[4], sed nescio quae ex illis ad vestram pervenerunt praesentiam.

Quia, sicut mihi suave fuit vestrae allocutionis conlatio, sic mihi iocundum est satis litteraria salutatione saepius vestram appellare auctoritatem. Atque in accipiendis vestrae dilectionis litteris multum me gaudere certissime scito. Quia non est pontifex in hoc regno, cuius me magis fidei[g] crediderim; aut magis eius salutem optarem in Domino; vel illius sancta consolatione frui vel in loquela vel in litteris desiderarem[5]. Sed miseria[h] huius mundi disiungit caros et convenientes separat animos, atque ardentius exinde nos docet ad eam festinare vitam, ubi numquam carus deerit, numquam inimicus aderit[6]. Cuius vitae beatitudinem qui agnoscit, facile huius seculi spernit delicias[i]: quae non sunt deliciae[k], sed deceptiones, non dulcedines, sed amaritudines, non verae divitiae, sed falsae adolationes. Sed, heu pro dolor, multi

a) quantulamcunque recordationem *S 1.* b) amore *S 1.*
254. b) Non *S 1.* c) die *S 1.* d) *om. S 1.* e) pectore *S 1.* f) adventu *S 1.* g) fide *S 1.* h) misera *S 1.* i) dilicias *S 1.* k) diliciae *S 1.*

1) *Itaque haec epistola ipso die 24. Maii scripta est.* 2) *801.* 3) *Epistolas, quas numeris 218. 227 signavimus ex Sickelii coniectura.* 4) *Aquisgranense. Ex eo arbitrari licet Arnonem interfuisse aut in synodo a Carolo imperatore mense Novembri 801. aut in synodo m. Martio 802. Aquisgrani habitis; quas memorant Annales Iuvav. maiores (SS. III, 122) 801 et 802. J.* 5) *Cf. supra p. 388:* Non est episcopus, cuius magis velim praesentia uti . . quam vestra. 6) *Cf. supra p. 166 n. 2.*

sunt amatores huius deceptionis et pauci cultores verarum divitiarum, dicente ipsa veritate: 'Multi sunt vocati, pauci vero electi'. Sed inter paucos contendamus esse, ut inter electorum numerum mereamur deputari. 802 Mai. 24 Matth. 20, 16.

De canonica vita vel regulari institutione quid mea ignavia scribere vel vestra occupatio[1] implere poterit? Vel quid sanctis canonibus addere vel regulari discretioni[a] mea sufficit inperitia, vel te inde ammonere, unde ab infantia eruditus fuisti?

Vel quid scire valet de iudicio saeculari[2] mea socordia, inter quae numquam fieri volui? Tamen, si mea diligentia aliquid inde agnoscere poterit — dum certius sciam, quid quaeras exinde — segnis non ero quid sentiam ostendere.

De catholicae fidei vero ratione tempore oportuno divino inspirante spiritu non me abnego aliquid inde considerare secundum catholicorum scripta patrum atque ad vestrae augmentum sanctitatis transscribere. Quod valde necessarium multis video, qui magis saecularia quaerunt, quam spiritalia: nescientes, quod secundum apostoli dictum 'inpossibile est sine fide Deo placere'. Hebr. 11, 6.

De orationibus vero pro vobis nullatenus mea mens oblivisci potest. Sed quadam suavi recordatione[b] in conspectu Dei tuae beatitudinis nomen cordi meo infixum teneo, maxime ante sepulchrum confessoris Christi atque intercessoris vestri beati Martini; inter sacrificiaque sanctorum Christi sacerdotum illud scribere feci.

De statu vero infirmitatis meae et voluntatis Candidus meus tibi omnia dicere potuit. Quapropter superfluum est aliquid inde scribere, nisi hoc tantum dicere, ut omnis corporis mei dignitas recessit[3] et saecularis delectatio procul aufugit.

De bona siquidem voluntate domni imperatoris valde certus sum, quod omnia ad rectitudinis normam in regno sibi a Deo dato disponi desiderat, sed tantos non habet iustitiae adiutores[4], quantos etiam subversores, nec tantos praedicatores, quantos praedatores[5]. Quia pluriores[c] sunt qui sua desiderant quam Dei. Philipp. 2, 21.

Tua vero sanctitas a nemine[d] munera suscipiat pro causis[6]; quia optime nosti in lege dictum: 'Munera excaecant corda sapientum et subvertunt verba iustorum'[7]. Exod. 23, 8. Quod malum nimię inter christianos viget; quia, qui propria spernere iubentur, aliena cum iniquitate rapiunt. Hoc vero maxime tua bona providentia prohibeat omnibus, tuae venerandae veritatis legationem spectantibus.

Munera vero dilectionis vestrae suavissima cum omni mentis alacritate suscepimus. Licet nullius nunc mens mea desideret munuscula propter animi mei requiem, tua tamen mihi sunt semper dulcia, maxime in vestimentis, quae meo corpori[e] satis oportuna[f] semper fuerunt.

Direximus benedictionis gratia caritati vestrae duo[g] capitia[h] propter duo[g] praecepta caritatis[8]; et unum sagellum album subtile propter perpetuae pacis concordiam, quae semper una eadem debebit esse inter nos.

---

a) discretione *S 1.* b) recordationi *S 1.* c) plures *corr. in* pluriores *S 1.* d) nemini *S 1.* e) corpore *S 1.* f) oportune *S 1.* g) dua *S 1.* h) capitia *scripsit J. pro* capita *S 1.*

1) *Cf. infra n. 4.* 2) *Cf. infra n. 4.* 3) *Cf. supra p. 383:* Omnis igitur corporis mei, ut vere fateor, dignitas et fortitudo recessit. 4) *Annales S. Amandi 802; Iuvav. 801; Lauresham. (SS. I, 38) 802:* . . Carolus apud Aquis palatium . . . noluit de infra palatio pauperiores vassos suos transmittere ad iustitias faciendum propter munera; sed elegit in regno suo archiepiscopos et reliquos episcopos et abbates cum ducibus et comitibus, qui iam opus non abebant super innocentes munera accipere; et ipsos misit per universum regnum suum, ut ecclesiis viduis et orfanis et pauperibus et cuncto populo iustitiam facerent; *cf. capitulare Aquisgranense (Capitul. reg. Franc. I, 91) c. 1. Ipsum Arnonem scimus iam anno 802. in Bavaria* missum *Caroli imperatoris de compluribus causis iudicarisse: diebus 15. Febr. (Mon. Boica XXVIII, 1, 66), 11. Iunii, 4. Augusti (Meichelbeck Hist. Frising. T. I, 2, 90 n. 118; p. 87 n. 115; p. 88 n. 116; p. 89 n. 117). J. Cf. supra p. 161 n. 2.* 5) *Cf. supra p. 161 n. 2.* 6) *Cf. n. 4.* 7) *Eundem versum saepius laudat, cf. supra pp. 312. 315.* 8) *Cf. supra p. 124.*

802 Direxi quoque ad transcribendum, si placeat — nobisque iterum reddendum, quia aliud[a] non habeo nisi illud[b] tantum — opusculum in ecclesiasten Salomonis[1]. Cuius opusculi causam et rationem ex ipso prologo[2] intellegere poteris. Sed deprecor, ut citius transcribatur, si dignum ducas, atque mox remittatur nobis[3], ne pereat pueris nostris laboris nostri devotio. Quia aliud[c], sicut dixi, non habeo, nisi istud[d] tantummodo.

Omnipotens Deus perpetua te prosperitate custodire dignetur atque in omnibus sanctarum divitiis virtutum florere concedat, domine pater et desiderantissime frater.

255.

Alcvinus Aethelhardo archiepiscopo Cantuariensi, Roma domum reverso, de restitutis ecclesiae Cantuariensis iuribus gratulatur. Munera mittit. *802.*

Codd. A 1 fol. 129'—130', A 1 p. 152—153 n. 108. Excerpta praebet Willelm. Malmesbir. de gestis pontiff. Angl. l. I, p. 18; Gesta regg. Anglor. I § 87 (I, 86).*

Edd. F. 63, Haddan and Stubbs Councils III, 540, J 190. — Migne col. 257.*

DOMINO SANCTISSIMO ATQUE OMNI HONORE DIGNISSIMO ETHELARDO ARCHIEPISCOPO[a] HUMILLIMUS[b] CHRISTI FAMULUS ALBINUS[b*] IN DOMINO SALUTEM.

Ex[c] pietatis[d] vestre apicibus[e] audita[f] prosperitate itineris vestri[4] atque[g] reversionis in patriam[5], et qualiter apostolica benignitate suscepti[h] fuistis, toto cordis affectu animoque letissimo gratias egi domino Deo sempiterno. Qui magno clementiae dono viam vestre peregrinationis prospero direxit itinere; et dedit vobis gratiam in conspectu patris apostolice legationis[6], et voti effectos compotes patriam redire[i] concessit; et primi[k] doctoris patrie nostre[l 7] sanctissimam sedem ad pristinum dignitatis culmen per te iterum exaltare dignatus est. Quae cuiusdam dissensionis scissura quorumdam invidiosa contentione ad horam discissa esse videbatur; quorum[m] inconsi-
Ioh. 19, 23. derata contentio tunicam Christi dividere non metuebat[n], quam milites Romani in passione redemptoris nostri scindere ausi non fuerunt. Felix, qui unitatem pacis fraterno amore conservare studet, sed ille multo[o] felicior, qui pio labore ab aliis disrupta caritatis viscera ad unius compagem corporis reformare nititur.

Igitur nunc gratia operante divina membrorum unitas capiti[p] coheret[q] proprio et sacerdotalis dignitas antiquo gratulatur honore; et germana pax inter summos Britanniae

---

a) alium *S 1.* b) illum *S 1.* c) alium *S 1.* d) istum *S 1.*

255. a) ill. *A 1;* Ethelardo archiepiscopo *Will. Malm.* b) humillissimus *A 1*.* b*) ill. *A 1.* c) Lectis *Will.* d) prosperitatis *A, Will., corr. in* sanctitatis *A 1*; J. scripsit* pietatis. e) litteris *Will.* f) audiat que prosperitatem *corr. manus recens in* audiens de prosperitate *A 1;* audita prosperitate *Will. G. r. A.* g) et *Will.* h) suscepi *A 1.* i) effectu et voti compotem redire *Will.* k) nostri *add. Will.* l) patrie nostre *om. Will.* m) quorum — fuerunt *om. Will.* n) metuebant *A 1.* o) multo *om. A 1.* p) capite *A 1.* q) adheret *Will.*

1) *ed. Frobenius in Alcuini opp. I, 410—448.* 2) *v. ep. 251 supra p. 407.* 3) *Huc pertinent versus codicis S. Pauli Ratisbonensis (Poet. Carol. I, 298), qui secuntur eos, quos supra (p. 407) addidimus:*

Pontifici magno hunc Arnoni reddite librum,
Ut legat, Albino moxque remittat eum.
Pax tibi, vita, salus semper sit, sancte sacerdos,
Atque memor nostri iam sine fine vale.

4) *itineris Romam facti anno 801; cf. Anglo-Saxon chronicle et Florent. Wigorn. ad 799 (pro 801); supra p. 376 n. 6.* 5) *anno 802.* 6) *Leonis III papae, qui die 18. Ian. 802, sublato archiepiscopatu Lichfeldensi (v. supra p. 28 n. 6), ecclesiae Cantuariensi iura restituit. V. Jaffé Regesta n. 2510 et 2511.* 7) *S. Augustini, cf. supra p. 192 l. 27, infra ep. 293.*

pontifices splendescit et sub duabus metropolitanorum civitatibus[1] una pietatis et concordiae viget voluntas, sicut in litteris vestrae beatitudinis lectum intellexi[a]. 802

At nunc, potestate corrigendi accepta et libertate predicandi condonata, nolite timere, nolite tacere. Silentium in sacerdote pernicies est populi. Mementote vos oculos esse patriae caelestis, sapientiae luce referti[b]. Illuminate patriam sanctae praedicationis splendore; adunate consacerdotes vestros in communi concilio oportuno tempore et loco; coniungite dextras concordiae, diruta renovate, discissa resarcite, conturbata ordinate, unicuique personae suam restituentes dignitatem, apostolicam recogitantes intentionem, qui ait: 'Omnia omnibus factus, ut omnes lucrificarem[c]'. (cf. 1. Cor. 9, 19.) Estote in fortitudine arietes; quem sapientissimi Salomonis paradigma decantat ubi ait: 'Aries, non est rex qui resistat ei'. (Prov. 30, 31.)

Divisa est sacerdotalis atque regalis potentia. Illa portat clavem in lingua (Matth. 16, 19.) caelestis regni, iste gladium ad vindictam reorum[2]. (cf. 1. Petr. 2, 13. 14.) Sed multo praestantior potestas quae vivificat, quam illa quae occidit; quia melior est vita quam mors, melior est eterna beatitudo quam[d] temporalis iocunditas. Quae multis maculatur adversitatibus[e], illa perpetuis permanet letitiae bonis. Si haec tanto desiderio amatur temporalis vita, quae cito finienda est, quanta aviditate diligenda est illa, cuius beatitudo numquam finem habitura est? in qua paucorum huius vitae labores dierum eternae gloriae remunerabitur requie.

Non sit durum sacerdotibus Christi loqui pro Christo et predicare Christum. Si lingua non cessat in predicando Christum, Christus non deerit in remunerando. Verba proferat sacerdos in salutem audientium. Multiplicet sibi honores in regno Dei, in quo ut feliciter regnare mereatur, hic instanter praedicare non cesset. Sanctaeque praedicationis verba exemplis bonorum operum ut confirmandum[f] studeat, ut videat auditor in vita illius, quod audiat[g] ex ore eius. Memor ipsius veritatis sententiam[h], qua distinguit praedicatores non facientes et facientes predicatores[i], ubi ait: 'Qui (Matth. 5, 19.) solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum; qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum'.

Perpetua redemptoris nostri pietas te, sanctissime pater, cum omnibus Britanniae sacerdotibus in omni sanctae predicationis verbo, in omni religiosae vitae conversatione ad salutem totius populi christiani eterna benedictione regere, exaltare, et conservare dignetur.

Domini sanctissimi et desiderantissimi, patriae lumina, vitae doctores, ianitores regni Dei et iudices inter apostolicas sedes, misi dilectioni vestrae unam pallam storacen[k] et unum vestitum karitatis gratia, non cuiuslibet vobis necessitatis causa. Quae obsecro vestram pietatem benigne suscipere, magis considerantes[l] munificentiam karitatis quam munuscula parvitatis.

256.

Alcvinus episcopo cuidam (Aethelhardo Cantuariensi?) restitutionem gratulatur; diaconum ad eum missum ei commendat. *802?*

Codd. A 2 fol. 167—167', A 1 p. 167 n. 119*[a].
Ed. J 298.

---

a) *huc usque Will.* b) refecti *A 1.* c) *corr. in* lucrifacerem *A 1*.* d) *om. A 1.* e) cum *A 1*; superscripsit manus recens in A 1.* f) confirmatium *A 1;* confirmare *A 1* pro* ut conf. g) audit *A 1*.* h) sententiae *A 1*.* i) *sequitur in A 1:* qua dicitur, ubi ait. k) stoream *A 1*.* l) desiderantes *A 1.*
256. a) *Lemma:* Epistola Albini *A 1.*

1) *Cantuariensi et Eboracensi.* 2) *Cf. supra p. 48 n. 1; Hieron. ep. 60 (Opp. I, 340):* ille corpora custodit ad mortem, hic animas servat ad vitam.

802 DOMINO IN CHRISTI CARITATE DILECTISSIMO ILL. HUMILIS LEVITA[a] ALCVINUS SALUTEM.

Acceptis litteris tuis simul et suavissimis muneribus letatus sum, sed maxime de prosperitate et reversione vestra ad sedem pristine[b] dignitatis vestre[1]. De cuius amissione[c] plenius tibi remandavero per filium nostrum ill. diaconum, quem volente Deo direxero ad vos. Ideo rogo, ut iubeatis eum cum honore ad vestram ducere[d] praesentiam, ut et per vos dirigatur per viam pacis.

Gratias tibi agimus, domine pater, qui nostri dignatus es habere memoriam, sicut nos tui iugiter habemus, et utinam Deus te proficere faciat in omni opere bono et exaudire dignetur intercedentem pro sancta sua aeclesia. Vive feliciter in aeternum, domine pater.

257.

Alcvinus Carolo imperatori manualem libellum de sancta Trinitate dedicat[2]. 802.

Codd. S. Galli 272 s. IX. p. 55—58 (G); Monac. 15813 s. IX. f. 37—39 (S); Monac. 14510 s. IX. fol. 76—77' (E); Monac. 14614 s. IX. fol. 151—153' (A); Trecens. 1528 s. IX. fol. 1—4 (T); Matritens. A 151 saec. X. (M); Casinens. 3 saec. IX. (C); Parisin. 2826 fol. 139' (L); Eporediens. 30 s. XI. (I); Romanus sopra Minerv. B IV 18 (R) saec. IX.

Edd. Quercetanus col. 701—704, Frobenius I, 703, J 191. — Migne CI, 11.

DOMINO GLORIOSO KAROLO[a] IMPERATORI[b] AUGUSTISSIMO ATQUE CHRISTIANISSIMO[c] HUMILIS LEVITA ALCHVINUS[c*], IN[d] DOMINO DEO PRAESENTIS PROSPERITATIS ET PERPETUAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Dum[e] dignitas imperialis a Deo ordinata, ad nil[f] aliud[g] exaltata esse videtur, nisi populo praeesse et prodesse: proinde datur a Deo electis potestas et sapientia: potestas, ut superbos opprimat[h], et defendat ab inprobis[i] humiles; sapientia, ut regat et doceat pia sollicitudine subiectos. His duobus, sancte[k] imperator, muneribus divina[l] vestram inconparabiliter sublimitatem, eiusdem nominis et numinis[m] antecessoribus gratia superexaltavit et honoravit, terrorem potentiae vestrae super omnes undique gentes inmittens, ut voluntaria subiectione ad vos veniant, quos prioribus[n] bellicus[o] labor temporibus sibi subdere non potuit. Quid igitur, quid agendum est vestrae Deo devotissimae sollicitudini, tempore[p] serenitatis et pacis, quo, militaris laboris cingulo soluto, totus pacifica quiete populus[3] concurrere festinat ad vestrae iussionis edictum[q], intentusque ante thronum[r] gloriae vestrae consistens[s], quid cui personae vestra[t] auctoritas praecipere velit, nisi etiam omni dignitati[u] iusta[v] decernere, rata praecipere, sancta admonere, ut quisque laetus cum perpetuae salutis praeceptis domum redeat?

Ne vero meae in Domino devotionis[w] studium otio torpens, vestro in praedicatione catholicae fidei defuisset adiutorio, direxi sanctissimae[x] auctoritati vestrae de fide sanctae[y] et individuae Trinitatis, sub specie[z] manualis libelli, sermonem, ut divinae

---

256. a) leviti *A 2.* b) pristrine *A 2.* c) amisione *A 2.* d) duci *A 1*.*

257. a) Carolo *A, S, G, M, C, L, I.* b) imperatore *E.* c) et universali *add. M.* c*) Alcv. *L.* d) *om. I.* e) enim *add. I;* etenim *C.* f) nihil *I, M.* g) aliut *G.* h) obprimat *E;* oprimat *G.* i) impr. *C, T.* k) sanctae *A, G, I;* sanctissime *L.* l) divinam *A.* m) *superscr.* potestatis *C.* n) propriis *E.* o) vellicus *R.* p) tempus *G.* q) edictus *G.* r) tronum *G.* s) consistens *corr. alia manus in* consistit *et addidit* expectans *in E.* t) *om. E;* vestrae *T.* u) dignitate *A, E, S, G, L, I;* dignitatem *T;* digni *R, C.* v) insto *G;* iustę *I.* w) devotioni *C.* x) sanctisime *G.* y) sancta *T.* z) speciae *A, G, L.*

1) *Cf. supra p. 189—192. 375. 412.* 2) *Cf. Vitam Alchvini c. 21 (SS. XV, 194):* Postulante namque imperatore Karolo scripsit librum de sancta Trinitate utilissimum. 3) *Cf. ann. Lauresham. 802 (SS. I, 38):* Eo anno demoravit domnus caesar Carolus apud Aquis palatium quietus cum Francis sine hoste.

laus et fides[a] sapientiae sapientissimi hominum probaretur iudicio. Nec videlicet alio 802 quolibet[b] vestrae imperialis maiestatis munere digniorem aestimabam sapientiam: nec alium quemlibet tam excellenti dono in accipiendo aeque dignum putabam, dum principem populi christiani[c] cuncta scire et praedicare quae Deo placeant necesse esse notissimum est. Neque enim quemquam magis decet vel meliora nosse vel plura, quam imperatorem, cuius doctrina[d] omnibus potest prodesse subiectis. Non quo, imperator invicte et sapientissime[e] rector, aliquid[f] scientiae vestrae fidei catholicae incognitum esse, vel minus exploratum cogitarem, sed ut mei nominis, quo a quibusdam magister licet non merito vocabar, officium ostenderem: necnon, ut convincerem eos, qui minus utile aestimabant[g] vestram nobilissimam intentionem dialecticae[h] disciplinae discere velle rationes[i], quas beatus Augustinus[k] in libris de sancta Trinitate adprime[l] necessarias esse putavit, dum profundissimas de sancta Trinitate quaestiones, non nisi categoriarum[m] subtilitate[n] explanari posse probavit[o]. Quod etiam in ante nominato[p] eiusdem patris opusculo pius et devotus inquisitor facile inveniet, si philosophiae[q] cognitionem in discendo habere non neglegit[r].

Haec omnia devota mentis acie[s] considerans[t], tempore celeberrimi[u] conventus, quo sacerdotes Dei et populi praedicatores christiani in unum[v] imperiali praecepto conveniunt[1]; non ignava[w] ut reor, opum pondera[x] in ratione[y] catholicae fidei vestrae excellentissimae auctoritati adtuli[z], si Dominus, qui voluntatem discendi[a] dederat, spiritu gratiae cor, ut de eius confido misericordia[b], in agnitione veritatis inluminaverit[c]. Nec aliquid[d] mea[e] invenire[f] valuit devotio, quod liberius[g] adferret, nec regalem benivolentiam gratius accepisse[h] putarem. Quid[i] exinde efficerem, vestrae probationis expectat[k] iudicium, si digne meus iste labor in sacerdotales procedere valeat aures. Ergo[l] vestrae dignitatis[m] dextera dante ad legendum, nemo iuste[n] mea dicta spernere poterit, quia probantis auctoritas pluris aestimatur, quam scribentis devotio[2]. Multa est omnibus fidelibus in vestra pietate[o] gloriandi facultas, dum clementiae vestrae sollicitudo sacerdotalem, ut decet, habet in praedicatione verbi Dei vigorem, et perfectam in catholica fide scientiam et sanctissimam pro omnium salute devotionem. Quapropter universorum precibus[p] fidelium optandum est, ut in omnem gloriam vestrum[q] extendatur imperium; ut scilicet catholica fides, quae humanum genus sola vivificat, sola sanctificat[r], veraciter in una confessione cunctorum cordibus infigatur: quatenus summi regis donante pietate, eadem[s] sanctae pacis et perfectae caritatis omnes ubique regat et custodiat unitas. Nec aliud[t] omnipotenti Deo munus amabilius esse probatur, quam in catholica fide divinae[u] concordia caritatis, ut omnes unum sint in Ioh. 17, 21.
Christo, qui[v] pro omnibus mortuus est: per quem cuncti credentes in eum efficiuntur filii aeternae beatitudinis[w].

O[3] rex augusto[x] clarissime[y] dignus honore,
Et dux, et doctor, et decus imperii.

---

a) fide *C.* b) quodlivet *C.* c) crhistiani *G.* d) dortrina *G.* e) ac refulgens *add. Querc.* f) aliquit *G.* g) aestimabam *I.* h) dialectiae *A.* i) rationis *G, I.* k) Agust. *L, corr. in* Aug. *T.* l) adprimę *I;* adprime — trinitate *om. R.* m) *superscr.* adscriptiones *C.* n) suptilitate *G;* subtilitatem *T;* sublimitate *E, L.* o) probabit *R.* p) antea nominato *E.* q) phylosophiae *A, R.* r) neglegerit *I.* s) aciae *E.* t) desiderans *I.* u) caeleb. *T.* v) in unum *om. E.* w) ignavia *E, I, C.* x) pondere *L.* y) racionem *G.* z) attuli *A, S, I, T.* a) dicendi *A, S, G, I, C, L, T.* b) misericortiam *R.* c) inluminavit *A, S, G, R, I,* (*corr.* ill.) *C; corr. in* inluminaverit *E.* d) aliquit *G.* e) in eam *R, C.* f) venire *R, C.* g) liverius *R.* h) accip. *T, L.* i) Quit *G.* k) spectat *A, S, G, L, T, I.* l) Ego *R.* m) indignitatis *R.* n) iusta *E.* o) piaetate *S.* p) praecibus *A, T.* q) vestram *S, L, T, I.* r) sanctificat *A, S, G, T;* instificat *E.* s) eandem *G.* t) aliut *A, G.* u) divina *E.* v) unus *add. L.* w) *versus om. E.* x) auguste *R, C.* y) clarissimę *I.*

1) *Frobenius hanc synodum eandem esse ratus, quam Carolus mense Octobri anni 802. Aquisgrani habuit (cf. Capitul. reg. Franc. ed. Boretius I, 105), recte mihi iudicavisse videtur.* 2) *Cf. supra p. 263 n. 2; 284 n. 3.* 3) *Cf. eosdem versus Poet. Carol. I, 300.*

802 Te pater, atque patris proles[a], te spiritus almus
Protegat, exaltet, salvet, honoret, amet.
Quem tua per populos, terras, per regna, per[b] urbes,
Mens pia permandet semper amare Deum.

258.

Alcvinus Arnoni Salisburgensi archiepiscopo curam canonicorum, monachorum tertiique gradus inter illos medii commendat; queritur de simoniaca haeresi, quae etiam in sedem apostolicam irrepserit. Epistolam de confessione ab Adalberto expetitam se iam misisse, cum illo aut Adalberto librum de catholica fide conscriptum legere vult.

802.

Codd. S 1 fol. 215'—216' (S 1 fol. 146'—148).*
Edd. F 116, J 192. — Migne col. 401.

VENERANDO PONTIFICI AQUILAE ALBINUS SALUTEM.

Pridem plura scripsi, quapropter modo pauca scribere ratum duxi, hoc solum suadens vestram sanctam auctoritatem in Deo et pro Deo loqui et in Deo confidere, ut diligenter examinetur, quid cui conveniat personae, quid canonicis, quid monachis, quid tertio gradui[a], qui inter hos duos variatur; superiori gradu canonicis et inferiori monachis stantes. Nec tales spernendi sunt, quia tales maxime in domo Dei inveniuntur.

Et hoc praecipue intendite, ut simoniaca heresis funditus subvertatur[1], quae male dominatur in multis, radicem a iudicibus saeculi sumens, ramos usque ad ecclesiasticas tendens personas, ita ut qui spinas eruere avaritiae debuerunt, spinis punguntur acerbitatis[b], quae magis atque magis crescentes pene apostolicam inrepserunt sedem, ex qua palma pietatis dactilico florens fructu crescere debuit[c]. Ignosce dicenti vel magis timenti, cur super caput suum aliquid cogitare audeat. Utinam qui hoc dicat, fallax inveniatur, ut innocens sit, qui alios debet innocentes facere per sanctae praedicationis verba.

Rogavit me Magus meus[2] in litteris dilectionis suae, sive vestra mandante auctoritate, vel propria instigante voluntate, epistolam de confessione vel penitentia dictare. Sed illam direxi, quam pridem habui filiis sancti Martini, quorum est multitudo magna, dictatam atque conscriptam[3], quae sola vestris quoque iuvenibus sufficere posse arbitror. Utinam venias, si fieri possit. Sin autem, vel Magum tempore oportuno dirige propter lectionem unius libelli, quem noviter scripsi de catholica fide[4], et domno imperatori per hunc puerum[5] direxi. Qui libellus[d] nullatenus vestras effugiat manus, sed omnimodis scribatur, ut habeatis, quia necessarius est valde fidem volentibus scire catholicam, in qua summa salutis nostrae consistit.

Benedictus Deus benedicat te tuosque tecum aeterna benedictione, domine pater dilectissime.

---

a) prolis *A, S, G, R, I, C, T, L.* b) *om. I.*
258. a) gradu *S 1.* b) acervitatis *S 1.* c) inde rancor invidiae ebullivit *add. S 1*.* d) libella *S 1.*

1) *Cf. supra p. 136 n. 1, Ad Carol. imper. v. 43 sq. (Poet. Carol. I, 258):* Simoniaca quidem pullulat male pestis in orbe, | Muneribus dantur mystica dona Dei. | Quae Deus aeternus cunctis impendere gratis | Iusserat, ut gratus accipit ipse dator. 2) *Adalbertus, postea abbas Ferrariensis, cf. p. 254 n. 1; 320 n. 9; 322 n. 8.* 3) *V. supra ep. 131 p. 193 in libello, quem Fredegisus attulit, cf. ep. 259.* 4) *Libellum manualem de fide sanctae Trinitatis, cuius praefationem v. supra ep. 257.* 5) *an Fredegisum? Cf. infra p. 417:* per Fredegisum filium meum.

259.

802

Alcvinus Arnonem archiepiscopum Salisburgensem de libello multa de rebus variis continente, quem per Fredegisum ei miserat, certiorem facit. *802.*

Codd. S 1 fol. 220'—221' (S 1 fol. 155'—156), cf. Arndt Schrifttafeln² p. 14—16.*
Edd. F 117, J 234. — Migne col. 407.

VENERANDO EVANGELISTAE AQUILAE ALBINUS SALUTEM.

Direxi dilectioni vestrae per Fredegisum filium meum manualem libellum [1] multa continentem de diversis rebus, id est breves expositiones in psalmos septem paenitentiae; in psalmum quoque CXVIII: similiter et in psalmos [a] XV graduum [2]. Est quoque in eo libello psalterium [b] parvum, quod dicitur beati Bedae presbyteri psalterium, quem ille collegit [c] per versus dulces in laude Dei et orationibus per singulos psalmos [3] iuxta Hebraicam veritatem. Est quoque hymnus pulcherrimus de sex dierum opere et de sex aetatibus mundi [4]. Est et in eo epistola de confessione, quam fecimus ad infantes et pueros [5]. Est et in eo hymnus vetus de quindecim psalmis graduum [6]. Habet et alias orationes et hymnum quoque nobilissimum elegiaco metro conpositum [d] de quadam regina Edildryde nomine [7].

Quem libellum posui in manus Fredegisi filii mei. Tu quaere illum ab eo, ne forte in oblivione habeat propter alias occupationes tibi eum reddere. Et nullatenus permittas, nisi habeas illum ob memoriam nostri sive in domo [e] sive in itinere, ut audias illum quasi me tibi loquentem in cor. Plura misissem in eum [8], nisi festinatio eius [9] praeveniret me, ut non habebam tempus eum ordinare, sicut dispositum habui. Valeto prospere et feliciter legens illum meique memor in orationibus semper sine fine vale.

Obsecro clementissimam benignitatem vestram, o dilectissime Aquila, ut filium meum Fredegisum benigne suscipiatis et familiariter, eumque adiuvetis secundum possibilitatem vestram, habeatisque illum fratrem in Christo, qui vos conservet in aeternum.

260.

Alcvinus de Arnonis archiepiscopi Salisburgensis visitatione laetus de brevitate praesentiae eius dolet; discipulos communes Adhelricum diaconum, Adalbertum, Guntarium, omnesque gregis eius oves admonitas vult. *798—c. 802.*

Codd. S 1 fol. 212'—214 (S 1 fol. 141—148').*
Edd. M 23, F 89, J 235. — Migne col. 319.

---

259. a) psalmis *S 1.* b) psalterio *S 1.* c) collexit *S 1.* d) conposito *S 1.* e) domu *S 1.*

1) *Hunc librum manualem eundem esse ac codicem ecclesiae cathedralis Coloniensis CVI coniecit Knust (Pertz Arch. VII, 855), qui cum eodem tempore variis manibus scriptum esse affirmavit, cf. Jaffé et Wattenbach Eccl. Colon. codd. mscr. p. 43, sed opinionem eius refellit Menzel (Die Trierer Adahandschrift p. 5), qui epistolam hanc recte anno 802. assignavit. Hoc est summarium codicis a Knustio relatum:* In huius codicilli corpore continentur epistola Albini magistri ad Arnonem archiepiscopum. Item expositio in VII psalmos paenitentiae. Item eiusdem epistola ad pueros adulescentulos de confessione peccatorum. Item expositio in psalmum CXVIII. Item hymnus beati Bedae presbyteri de opere sex dierum primordialium et de sex aetatibus mundi. Item eiusdem hymnus pulcherrimus elegiaco metro compositus opere pulcherrimo de virginitate Aethilrythae reginae. Expositio quoque de patrum dictis brevis in psalmos XV graduum. Item hymnus de eisdem psalmis. Item oratio pulcra rythmico sermone composita. Item beati Bedae presbyteri dulcissimi versus collecti de singulis psalmis vel laude Dei et oratione, quod psalterium eiusdem patris nominatur. Item oratio pulcra. Item alia oratio. *Similis argumenti est codex Eporediensis 30 saec. X., quem contulit Ewald.* 2) *Frobenius I, 342—389, cf. supra p. 388.* 3) *Frobenius II, 96—102.* 4) *Mone Lat. Hymnen I, 1.* 5) *S. Martini, supra p. 193.* 6) *Mone l. l. I, 393.* 7) *Bedae Hist. eccles. gent. Anglor. IV c. 20, cf. Poet. Carol. I, 187 v. 780—784.* 8) *sc. librum.* 9) *Fredegisi.*

798—c.802 DESIDERANDO MERITOQUE AMANDO AQUILAE ARCHIEPISCOPO HUMILIS LEVITA ALCVINUS SALUTEM.

Multa mihi dulcedo fuit ex visitatione venerandae dilectionis vestrae. Licet laborem haberes, tamen ego pietatis tuae consolatione[a] reficiebar, ita ut iuxta beati Benedicti responsum pascha me in tuae dilectionis adventu habere viderer[1]. Sed breve praesentiae diu optatae tempus plangebam; et quantum laetus fui in aspectu faciei vestrae, tantum tristis in abscessu torquebar.

Sed quid ad haec? Tale est huius seculi gaudium nos ad futurum tendere ammonens, quae numquam finem habitura est; sed semel hausta dulcedo semper praesens esse non desinit, ad quam tota mentis alacritate festinandum est. Qualis est illa laetitia, quae nihil perturbationis habebit, numquam finem habere timebit? Haec est in spe modo habenda; post huius vero vitae finem perpetualiter possidenda[b]. Quam felix est illa dilectio inter fratres, quae sine fine vivit, sine fastidio augetur.

Hortare[c], pater sanctae, filios nostros communes Adhelricum levitam, Adalbertum Magum[2], et Guntarium pedisecum pietatis vestrae, huic se praeparare dignos caritati. Suade paternis eos oboedire praeceptis; vere fratres esse in Domino et filios aeterni
Rom. 8,17. patris, coheredes Christi dei. Non solum pastorali sollicitudine vobis his haec suadenda sunt, sed omnibus gregis tibi conmissi ovibus ingerenda sunt, in sancta caritate et
1. Ioh. 5,19. castitate permanere. Mundus in maligno positus est; et multi de veritatis via et fidei praeceptis se avertunt, seculo amplius servientes quam Deo: non considerantes oculum
Matth. 16,27. divinae maiestatis super eos ubique vigilare, qui unicuique redditurus est secundum
2. Tim. 4,2. opera sua. Quocirca, clarissime verbi Dei praedicator, insta oportune, inportune, quia plurimi sanae resistunt doctrinae, se amantes, non sempiterna quaerentes: ex quibus quantos valeas divina opitulante gratia de flammis erue perpetuae perditionis et congrega in caulas Christi ovium, quatenus ex illorum salute tua multiplicetur gloria in die domini nostri Iesu Christi.

Paternitatem vestram pietas divina regere et proficere faciat in domo Dei usque in diem perfectum, dilectissime pater.

261.

Alcvinus Carolo regi per Nathanaelem ex morbo recreatum mittit novi testamenti libros uno codice comprehensos. *798—803.*

Codd. T fol. 38—38' (T fol. 34'), L fol. 195—196'* [a].
Edd. Q 20, F 103, J 205. — Migne col. 368.

DOMINO DESIDERANTISSIMO[b] MERITOQUE AMABILI DAVID REGI ALBINUS PRAESENTIS PROSPERITATIS ET AETERNAE BEATITUDINIS IN CHRISTO SALUTEM.

Diu deliberans, quid[c] mentis meae devotio ad splendorem[d] imperialis potentiae vestrae atque augmentum opolentissimi thesauri vestri muneris[3] condignum reperire potuisset — ne ingeniolum animi mei, aliis diversa divitiarum dona offerentibus, otio

260. a) consolationem *S 1.* b) possedenda *S 1.* c) quam hortaro *S 1.*
261. a) *Lemma:* Item ad eundem *T*.* b) desiderabili rabili *L.* c) quit *T.* d) speldoris *L.*

1) *Gregor. Dialog. L. II c. 1 (Opp. edd. Benedictini II, 212):* cui *(sc. presbytero)* vir Dei respondit dicens: Scio quia pascha est, quia videre te merui. 2) *abbatem postea Ferrariensem, de quo cf. supra p. 416 n. 2. Successit ei Aldricus, postea (a. 829) archiepiscopus Senonensis; cf. vitam Alcvini c. 16 (SS. XV, 193):* suos quos tunc filios nutriebat Adalbertum et Aldricum. 3) *Vana sunt quae de hoc munere sibi effinxit Lorenz, Alcuins Leben p. 236.*

torpuisset inani, et vacuis manibus parvitatis meae missus ante faciem beatitudinis vestrae venisset — tandem Spiritu sancto inspirante inveni, quid meo nomine conpeteret offerre et quid vestrae prudentiae amabile[a] esse potuisset. 798—803

Ergo in vestrae pietatis sacratissima sollicitudine non dubie patet, quid per vos in[b] totius ecclesiae salutem Spiritus[c] sanctus operetur; et quantis[d] universorum fidelium precibus sit optandum[e], ut in omnem gloriam vestram extendatur imperium; et ut intus sit omnibus Deo fidelibus amabile et foris sanctissimo nomini[f] illius[g] adversariis terribile. Sed quaerenti mihi[h] et[i] consideranti[k] nihil[l] dignius[m] pacatissimo[n] honori vestro inveniri[o] posse [videbatur[p]], quam divinorum munera librorum, qui, Spiritu sancto dictante et Christo deo ministrante, ad salutem totius humani generis caelestis gratiae calamo conscripti sunt. Quos, in unius clarissimi corporis sanctitatem conexos atque diligenter emendatos[1], vestrae altissimae[q] auctoritati per[r] hunc carissimum filium nostrum[s][2] vobisque fidelem famulum dirigere curavi[3]; quatenus plenis manibus iocundissimo vestrae dignitatis adstaret servitio, qui, longa fessus infirmitate, Deo miserante dum aliquantulum convaluit, affatim[t] vestram adire festinabat pietatem.

Sed et lacrimarum munuscula mearum in orationibus apud Sanctum Martinum pro desiderantissima auctoritatis vestrae prosperitate vobis fideli transmitto sponsione[u]. Ille[4] serviat, sicut decet, domino piissimo; ego orabo pro domino[v] dilectissimo, quomodo sancti Spiritus visitatio cor meum inluminare dignabitur. Si quid igitur melius mentis meae devotio invenire valuisset, utique prona voluntate in augmentum honoris vestri offerrem[w].

262.

Alcvinus Nathanaeli mandat, ut codicem libros novi testamenti comprehendentem natali Christi die Aquisgrani Carolo regi offerat. Gislae abbatissae Calensi sorori regis et Rotrudae eiusdem filiae salutem ascribit. *798—803.*

Cod. H fol. 63'—64.
Edd. F 185, J 206. — Migne col. 374.

ALBINUS NATHANAELI SALUTEM.

Cognoscat te in benedictione, qui agnitus est a te, beato praedicante Philippo; cf. Eccli. 44, 26.
qui te sub ficu veteris delicti vocavit ad virum de Nazaret. Qui te sine dolo Ioh. 1, 45, 48.

---

a) amabilem *T, L.* b) *om. L.* c) Christus *L.* d) tantis *L.* e) opitatium *L.* f) domini *T.* g) *om. T.* h) me *T, L.* i) illius *L.* k) *om. T;* desideranti *L;* consid. *Querc.* l) nil *L.* m) dignus *L.* n) peccatissimo *L.* o) invenire *L.* p) videbatur *addidit J.* q) almissimae *L.* r) *om. T.* s) vestrum *T.* t) affectate *scripsit Iaffeus pro* affatim *T, T*, L.* u) sp̄msione *L.* v) domno *T.* w) offerem *L.*

1) *Codicem evangeliorum significare videtur quondam S. Mariae ad martyres, nunc Trevirensem, pulcherrime scriptum, in quo post librum generationis Iesu Christi hi versus leguntur (Poet. Carol. I, 294, M. Keuffer Handschr. der Stadtbibl. zu Trier I, 25):*

Suscipe, rex, parvum magni modo munus amoris,
　Quod tuus Albinus obtulit ecce tibi.
Magna ferunt sęcli gazarum dona potentes,
　Fert mea pauperies ista minuta duo, *(cf. Luc. 21, 2)*
Ne vacua in sacris venisset dextra diebus
　Ante piam faciem, rex venerande, tuam.
Nomina sanctorum signavi sancta parentum
　Haebrea depromens ore, Latine, tuo.
Fer mea, carta mea, supplex munuscula domno,
　Corpore premodico viscera magna gerens. *(Cf. supra p. 323 n. 1.)*

2) *Nathanaelem, v. infra ep. 262.* 3) *die natalis Domini offerendos, v. ep. 262 p. 420.* 4) *Nathanael.*

798—803 Israhelitam esse concedat, ut dignus efficiaris, non solum verbis dicere, sed et opere
Ioh. 1, 47. ib. 1, 49. implere: 'Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel'. Hunc sequere, donec videas eum
ib. 21, 2. ib. 21, 6. cum beato Petro et filiis Zebedaei stantem in litore et clamantem: 'Mittite rete in
dexteram navigii, et invenietis': uti post hanc piscationem ad convivium vocato[a] dica-
ib. 21, 12. tur tibi inter ceteros sanctae piscationis socios: 'Veni et prande'. Quid hoc convivio
dulcius? quid hac praesentia beatius? ubi sempiternum nullo fine clauditur gaudium.
ib. 21, 11. Ad quod tantummodo magni pisces seligentur, qui, non scisso rete, apostolica capti
sunt praedicatione, crescente numero ab uno usque ad decem et septem propter decalogum et septem sancti Spiritus dona. De cuius numeri mira divisione et significatione olim me scripsisse[1] memoro, dominoque meo David dixisse[2], calido caritatis corde, in fervente naturalis aquae[b] balneo[3]. Ubi te, alumne, praesentem esse non ignoro.

Saluta Luciam[4] sororem nostram et filiam Columbam[5]. Deprecare[c] eas memores esse senectutis meae in sacris orationibus et salutis suae in bonis operibus. Nec illis tuae decorem sapientiae abscondas, sed inriga florentes bonae voluntatis in eis areolas.
Sap. 6, 13. Quid pulchrius[d] sapientiae floribus, qui[e] numquam marcescunt? Quid scientiae divitiis
locupletius, quae numquam exhauriuntur? Ad has exhortare eas. Vivant in medi-
Ps. 1, 2. tatione legis Dei die ac nocte, ut eum inveniant, quem scripsit Moyses in lege et
Ioh. 1, 45. Gen. 32, 26. prophetae. Teneant eum nec dimittant, donec introducantur in cellaria regalis gloriae,
Cant. 1, 3. ib. 2, 5. ut ordinata caritate floribus aeternae beatitudinis fulciantur[f]; mittente sponso de tha-
Ps. 18, 6. Cant. 2, 6. lamo suo praesentis prosperitatis levam sub capite earum et dextera aeternae beatitudinis amplexetur eas.

Epistolam vero parvitatis meae[6] cum sanctissimo divinae scripturae munere die
Dec. 25. natalis Domini et verbis salutationis pacificis redde domino meo David. Cui tantas grates et laudes agimus pro omnibus bonis, quae mihi meisque filiis faciebat, quantas habet liber ille syllabas; et tantas a Deo dari benedictiones illi optamus, quantae in eo litterae leguntur scriptae.

Vive Deo felix, fili, florentibus annis,
Ut te conservet Iesus ubique tuus;
Quo sine nil prodest cuiquam vaga gloria saecli.
Nate, memor patris semper, amate, vale.

263.

Alcvinus Remedium episcopum Curiensem ut pro se precetur rogat. 801—803.

Cod. H fol. 64'—65.

Edd. F 200, J 262. — Migne col. 446.

DESIDERANTISSIMO PATRI REMEDIO EPISCOPO CURIAE CIVITATIS[7] HUMILIS LEVITA ALCVINUS SALUTEM.

Memor dilectionis vestrae et foederatae olim amicitiae inter nos, has tuae reverentiae, optime frater, litterulas dirigere curavi ob recordationem prioris pacti, quod

262. a) vocatus *H.* b) atque *H.* c) deprecari *H.* d) pulchris *H.* e) quae *H.* f) fulceantur *H.*

1) *ad Arnonem episcopum Salisburgensem anno 796, post Aug. 10, v. ep. 113 supra p. 163.* 2) *sine dubio eodem anno 796; v. n. 1.* 3) *Aquisgrani. Einharti vita Caroli c. 22:* Delectabatur etiam *(Carolus)* vaporibus aquarum naturaliter calentium. . . . Ob hoc etiam Aquisgrani regiam exstruxit. 4) *Gislam abbatissam Calensem, sororem Caroli imperatoris, cf. supra p. 357.* 5) *Rodtrudam, imperatoris filiam.* 6) *ep. 261 supra p. 418.* 7) *Cf. supra p. 118 n. 1.*

inter nos pepigimus; obsecrans per summi regna tonantis, uti nostri nominis iuxta vestrae promissionis veritatem in sacrosanctis orationibus memoriam habere digneris; etiam a servis Dei intercessiones pro me fieri iubeatis, qui sunt in monasteriis per vestrae diocesis[a] latitudinem. Nam ego, plurimis huius saeculi iaculis vulneratus, diem trepido animo expecto, quo duci ad iudicium vocer[b] ignorans, quid habeam respondere iudici meo Iesu Christo, qui mihi tanta tribuit in hoc saeculo bona; et ego quasi his omnibus ingratus plurima feci, quae non debui. 803? ante diem 13. Aprilis

Tu vero, sanctissime pater, secundum caritatem, quam habes in membra Christi, et fidem probatam in salvatorem nostrum me assiduis orationibus adiuvare digneris, ut misericordem inveniam dominum Deum meum. Te quoque ipsum iuxta sapientiam tibi a Deo datam in omni bonitate praepara ad occursum illius, ut dignus habearis cum multiplici laboris tui fructu gaudens et gloriosus stare ante tribunal Christi, atque ex brevissimo huius vitae labore aeternam donante Deo beatitudinem cum sanctis omnibus intrare merearis. Dominus Iesus, qui ait: 'Per me si quis intraverit, salvabitur, ingredietur et egredietur', custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc nunc et usque in saeculum, sanctissime pater. Ioh. 10, 9. Ps. 120, 8.

264.

Alcvinus Arnoni archiepiscopo Salisburgensi se litteras eius familiares per Adalwinum episcopum ad S. Martinum venientem accepisse nuntiat. Odulfum comitem, capellanos, monachos S. Hrotberti de officiis admonere exoptat. 803? ante diem 13. Aprilis.

Codd. S 1 fol. 214—215' (S 1 fol. 143'—146').*
Edd. M 24, F 113, J 202. — Migne col. 402.

SANCTISSIMO PATRI AQUILAE ARCHIPONTIFICATUS HONORE SUBLIMATO HUMILIS LEVITA ALBINUS AETERNAE PACIS ET PROSPERITATIS SALUTEM.

Veniente dulcissimo fratre[a] Adalwino episcopo[1] orationis gratia ad Sanctum Martinum, suavissima vestrae salutationis deferens nobis verba, et optatae prosperitatis vigorem adnuntians, valde, ut fateor, laetati sumus in eius adventu: et ut vestra demandavit dilectio, privata mente suscepimus eum, dulcissimaeque familiaritatis alloquio usi sumus. Est enim, ut agnovi in eo, vir valde fidelis et in sancta devotus relegione.

Vestris quoque syllabis, quae adtulit, perspectis, invenimus eas caritatis penna perscriptas, cuius etiam caritatis melliflua dulcedine refecti sumus semper a vobis et in vobis, quae nos duabus dilectionis alis ad caelum usque Deo miserante portare poterit. Et haec est optima pars, quam elegit beata Maria ad pedes sedens salvatoris, intenta verbum salutis audire ab eo. Proinde maneamus iugiter in caritate perfecta, cuius una pars ad Deum tendit in fide et vitae honestate, altera vero proximos amplectitur in patientia et benignitate. Hoc vero quadruvium vestra, frater karissime, intentio pacifice pergat, donec videatur Deus deorum in Sion summae beatitudinis. In his morare praeceptis, aliosque erudire studeas, ut fidem discant catholicam, eamque sobria operum conversatione ostendant, patientesque atque benefici esse contendant in socias huius laboris animas. Luc. 10, 39. 42. Ps. 83, 8.

---

263. a) vestri diocesi *H.* b) vocar *H.*
264. a) fratri *S 1.*

1) *Reginensi anno 791. exeunte — 817. Carolo iam imperatore eum Turonos venisse ex ep. 265 p. 424 elucet.*

803? April 13. Nec aliquid novi de palatio vestrae sinceritati demandare habuimus. Vestrae vero devotionis sanctitas praedicet Odulfo nostro olim amico[1] verbum vitae saepius, Prov. 20, 28. ut sit iustus in iudiciis, et misericors in pauperes, quia scriptum legimus: 'Misericordia et veritas custodiunt principem' et exaltant ambulantes in eis. Recordetur semper, quem velit habere in periculis defensorem, eumque diligat, et opere, quantum valeat, illius impleat praecepta. Nec se inconsulte tradat periculis, quomodo quidam antecessores[a] sui fecerunt[2], et ideo inproba morte perierunt. Sit illi Christus in corde, et praecepta eius in ore et opere, ut vivat feliciter in hoc seculo, et in futuro beatam obteneat gloriam.

Vestros vero discipulos et capellanos[3] meo, precor, officio saluta, ammonens eos honeste vivere coram hominibus, ut vestra ex eorum conversatione laudetur dignitas. Fratres quoque sancti Hrotberti confessoris Christi hortare saepius, ut sincera caritate et devota relegione et sancta humilitatis oboedientia Deo fideliter deserviant, respicientes in perpetuae beatitudinis remunerationem. Militant[b] enim in castris ecclesiae Christi militiam, quatenus in caelestibus cum eo sedibus sempiterna felicitate gaudeant: meique ut memores sint, non solum eos opto ammoneas, sed omnes regionis vestrae famulos famulasque Dei, quorum et quarum multiplicet dominus Deus numerum, et nomina iubeat perscribi in caelesti bibliotheca. Divina vos gratia prosequatur omnes, et ad gloriam perpetuae beatitudinis pervenire faciat, domini dilectissimi.

Scripsissem ad singulas personas supra nominatas exhortationis litteras, nisi me festinatio prohiberet huius venerandi portitoris[4]. Vestra vero bonitas fiat, obsecro, vivens epistola et Deo placabilis, ut nostro nomine singulos quosque ammoneas de salute animarum suarum, orationibusque meis, quos Christus ubique conservare dignetur.

265.

Alcvinus Arnonem archiepiscopum Salisburgensem propter occupationes saeculares afflictum consolatur. Litteras per Adalwinum episcopum missas commemorat; pro casula gratam spondet memoriam. *803? April. 13.*

Codd. S 1 fol. 216'—219' (S 1 fol. 148—153').*
Edd. M 25, F 114, J 203. — Migne col. 404.

DOMINO DESIDERABILITER HONORABILI ET HONORABILITER DESIDERABILI AQUILAE ARCHIEPISCOPO HUMILIS LEVITA ALBINUS SALUTEM.

Acceptis vestrae caritatis muneribus omni auro amabilioribus, et apicibus omni favo dulcioribus, in quibus lectum erat de angustia mentis vestrae pro servitio saeculari adversus sanctitatis vestrae dignitatem, ita ut non liceat melioribus instare officiis, nec animarum gregis Christi lucris inservire. Vestra cogitet, obsecro, beatitudo, quis umquam sanctorum hoc saeculum sine temptatione transigeret. 'Solus', ut ait beatus

---

a) antecessoris *S 1.* b) militent *S 1.*

1) *Geroldo anno 799. interempto Audulfus comes quidam Francicus, quondam regiae mensae praepositus, missi regii persona suscepta provinciam Bavaricam gubernare coepit in eoque munere a. 818. defunctus est; cf. Simson Jahrbüch. des fränk. Reichs unter Ludw. dem Fr. I, 153. Audulfus fortasse idem est mensae praepositus, quem Menalcae nomine Alcvinus ac Theodulfus laudant; cf. supra p. 233 n. 1.* 2) *Geroldum praefectum Baioariae 1. Sept. 799. ab Avaris interemptum atque Ericum marchionem Foroiuliensem apud Tarsaticam occisum dicere videtur, cf. p. 326 n. 7, sed Frobenius, cui assentitur Zeissberg (Sitzungsber. der Wiener Akad. XLIII, 330), affert locum annalium S. Emmerammi a. 802:* Cadaloc et Gotehrammus seu ceteri multi interfecti fuerunt ad castellum Guntionis *(SS. I, 93).* 3) *Adhelricum, Adalbertum, Guntarium, cf. supra p. 418.* 4) *scil. Adalwini.*

Hieronimus in quadam epistola [1], 'Salomon semper in deliciis[a], et ideo forte peccavit'. [803? April. 13.] Exhortans nos ad patientiam beatus apostolus ait: 'Iob audistis, et finem Domini vi- [Iac. 5, 11.] distis'. Et ipse Dominus in evangelio inquit: 'In patientia vestra possidebitis[b] animas [Luc. 21, 19.] vestras'. Recurramus ad Christum tota intentione, assiduis precibus, qui est unicum de omni tribulatione refugium. Sicut psalmista praecipit: 'Iacta in Deum curam [Ps. 54, 23.] tuam, et ipse te enutriet'. Dicamus Deo cum propheta: 'Esto mihi in Deum protec- [ib. 70, 30.] torem et in locum munitum, ut salvum me facias'. Deus est, in cuius manu cor regis, [Prov. 21, 1.] et quocumque voluerit, vertet illud. Qui numquam deserit sperantes in se, qui ait [Iudith 13, 17.] vera promissione et fortissimo solacio: 'Omnis enim, qui petit, accipit, et qui quaerit, [Matth. 7, 8.] invenit, et pulsanti aperietur'; et cetera, quae in eodem loco profunde satis de spe accipiendae petitionis effectus disputat, et exemplis confirmat.

Ab initio mundi, vel etiam nascentis ecclesiae semper Deo servientes tribulationibus fatigati sunt. Si legeris in divinis libris saeculi eventum, etiam hoc, quod dico, verum probabis: vel exterius famulos Dei apertam pati persecutionem, vel interius in pace ecclesiae clandestinis affici incommodis. Contra haec omnia sola valet in Dei nomine patientia, ipso dicente Domino, victore[c] mundi huius, ad discipulos suos, vel magis ad eorum successores: 'In mundo pressuram habebitis; sed confidite, [Ioh. 16, 33.] ego vici mundum'. Memores esse debemus, quid ipsa veritas temptatoribus suis respondit: 'Reddite Caesari, quae Caesaris sunt, et Deo, quae Dei sunt'. Si aposto- [Matth. 22, 21.] lico exemplo vivamus, et pauperem agamus vitam in terris, sicut illi fecerunt, saeculi servitium iuste abdicamus. Nunc vero saeculi principes habent iustam, ut videtur, causam ecclesiam Christi suo servitio opprimere. Dum beatus Paulus apostolus Titum dilectum filium suum de singulis ecclesiasticae dignitatis officiis instruit, ait inter cetera: 'Ammone illos' quos, nisi christianos? 'principibus et potestatibus subditos esse, [Tit. 3, 1.] dicto oboedire, ad omne opus bonum paratos esse'. Et beatus Petrus consentanea, utpote eodem spiritu, scripsit dicens: 'Dominis carnalibus oboedite, non tantum bonis [1. Petr. 2, 18.] [et[d] modestis], sed etiam discolis'. Si etiam discolis, quanto magis sapientissimo principi et relegione sancta devotissimo, debemus prompta[e] voluntate oboedire. Nec hoc dico, quod non magis optem te cum tuis discipulis Deo vitam in sancta relegione quietam ducere atque optimam cum felicissima femina, quae sedens ad pedes Domini [Luc. 10, 39, 42.] audire verba caelestia, elegerat[f] partem, quae numquam auferetur. Sed vereor fortassis, si moveatur causa, nec vestram beatitudinem ad desiderata pervenire posse, nec gratiam habere imperialem. Ideo sicut superius dixi, sola videtur salubris causa Deo totum precibus in angusto situ[g] nostri desiderii commendare eventum, ut sua sancta clementia et pietate[h] provideat nobis, quomodo pacifice ad nostram pervenire valeamus voluntatem. Si tamen nobis nostra quaerenda est voluntas, eo quod ille, id est dominus Iesus, de se ipso dixit: 'Non veni facere voluntatem meam, sed volun- [Ioh. 6, 38.] tatem eius, qui me misit'. Ideo decantare in oratione dominica iubemur: 'Fiat volun- [Matth. 6, 10.] tas tua'. Nam voluntas Dei omne bonum est, quae ut semper in nobis fiat, omni mentis intentione et omni operum bonorum exsecutione postulandum est.

Haec interim sub festinatione propter occupationem diei festi dictavimus. Utique missus beatitudinis vestrae ad nos die sanctissima dominicae cenae venerat, exigens a nobis litteras, ne vacuis reverteretur manibus. Pleniorem Deo miserante responsionem sperare habetis: sive de consolatione laboris vestri, aut etiam angustia[i] mentis, necnon et de inquisitionibus, quas embolim[2] habuit ex persona carissimorum nobis vestrae caritatis discipulorum.

265. a) dilitiis *S 1.* b) possedebitis *S 1.* c) victori *S 1.* d) et modestis *om. S 1.* e) prumpta *S 1.* f) elegere *S 1.* g) situs *S 1.* h) pietas *S 1.* i) angustiae *S 1.*

1) *Ad Eustoch. ep. 22 (Opp. I, 122) c. 39:* Solus in deliciis fuit Salomon et forsitan ideo corruit. 2) *i. e. additamentum.*

c. 803? Saluta, obsecro, Dei famulam, sororem vestram, meo officio, suade ei meis verbis relegiosam in terris ducere vitam, ut beatam possidere[a] digna inveniatur in caelis. Venerabilis pater Adalwinus episcopus[1] cum magno et multiplici venit ad nos honore, vestrae dilectionis deferens syllabas, cui cartulam nostrae responsionis posuimus in manu. Quod me tarditatis vel neglegentiae scribere vobis accusastis[b], ut fateor iuste; et hoc propter inopiam portitorum, qui vix fideles inveniuntur. Igitur longinquitas terrarum prohibet ex his partibus ad vos quemlibet, nisi raro, transire. Tamen sciat dilectio vestra, quod nemini post domnum imperatorem sudare plus meum ingeniolum optarem[2], quia nulli plus debitor sum propter semper vestrae beatitudinis probatissimam fidem et dilectionem. Unum quiddam legebatur in epistola, quam modo direxit reverentia vestra, quod noluissem, ut scriberetur, vel umquam factum esset: id est, quod vobis ultra non esset spes videre faciem meam. Hoc graviter animus meus ferebat, quia praesentem rogavi, ut me sub spe revertendi ad Sanctum Martinum dimisisses[c]. Fiat voluntas Domini. Vel si hic in hac temporali luce fieri non valeat, fiat Deo miserante in perpetua.

Casula, quam misisti, ob vestrae caritatis memoriam utar in missarum solemniis. Gloria et laus Deo! apud nos omnia prospera sunt, et apud filios nostros, quos nosti, qui una mente vestram salutant beatitudinem, eamque multo valere tempore optant in Domino. Scito certissime, quod tui nominis memoriam dulcissimam habemus in orationibus apud sanctum Martinum: et si quando spiritus Domini in conpunctione visitat cor, semper recurrere in mentem facit vestri nominis recordationem. Deus,
Eph. 2, 4. qui dives est in misericordia, misereatur perpetua pietate vobis pater, frater, fili carissime in aeternum.

266.

Alcvinus Arnonem archiepiscopum Salisburgensem rogat, ut pro se tanquam sene infirmo precetur; duo vascula mensalia ei mittit. *c. 803?*

Codd. S 1 fol. 219'—220' (S 1 fol. 153'—155).*
Edd. M 26, F 115, J 204. — Migne col. 406.

DILECTISSIMO FILIO AQUILAE ARCHISACERDOTI ALBINUS IN DOMINO SALUTEM.

Solet caritas olim germanitate fideli conpacta novis saepius litteris reformari, ut firma agnoscatur in fide, quae est dulcis in consuetudine. Unde ego cartulam cartulae coniungo, ut legatur in pagina, quae est in cordis tabula conscripta, non atramento perituro[3], sed spiritu sempiterno, qui gemitus excitat inenarrabiles pro sospitate vestra in meo corde. Vestra vero dilectio, ut certissime novi, nostri nominis non obliviscatur, quia crebra infirmitas cogit nos amicos ammonere de sanctarum orationum suffragio, ut propitietur peccatis meis pietas divina, et renovetur vita mea in
Ps. 102, 5. melius, sicut aquilae iuventus: nec me iudex meus et testis meus iudicet secundum merita mea, sed secundum suam magnam misericordiam parcat confitenti sibi servulo
ib. 70, 9. se esse peccatorem, nec derelinquat eum in diebus senectutis suae[4], sed solacio sancti Spiritus foveat eum et misereatur illi. Haec eadem verba vestra recordetur de se
Gal. 6, 10. ipsa sanctissima mens et acutissima prudentia: in qua, dum tempus habeas, labora opus Dei, ut in die magno Domini nostri mercedem laboris tui sortiaris cum sanctis Dei sempiternam.

a) possedere *S 1*. b) accusasti *S 1*. c) dimisisses *S 1*.

1) *Reginensis; v. supra p. 421 n. 1.* 2) *Cf. supra p. 286 l. 13; 410 l. 30.* 3) *Cf. 2. Cor. 3, 3:* scripta non atramento, sed in tabulis cordis carnalibus, *supra ep. 28 p. 70.* 4) *Cf. supra p. 420 l. 14.*

Divina vos vestrosque filios vestramque familiam gratia sempiterna protectione custodiat, praeveniat, donis augeat et meritis in aeternum. Duo vascula direxi vestrae caritati, pater sancte[a], quae deprecor ut humiliter accipias habeasque aliquantum temporis ante oculos tuos in mensa, veluti ego casulam in missarum solemniis habiturus sum[1]. —804

267.

Alcvinus episcopum quendam[2] (Arnonem?) rogat, ut pro se preces faciat; hortatur eum ad officium pastorale strenue obeundum, superstitiones populi aboleri cupit.

—804.

Codd. S 1 fol. 197—200' (S 1 fol. 125'—128).*
Edd. M 22, F 135, J 295. — Migne col. 449.

Dulcedinem dilectionis brevitas cartae non explicat. Sed spero, fides vestrae pietatis tenet, quod[a] meae imperitiae littera non sufficit proferre. Utcumque enim memoria caritatis absentiae tristitiam consolatur, et quem sibi praesentari per singula momenta oculus querit, hunc animus absentem semper amare non desistit. Heu, quam dura est huius mortalitatis conditio, quae variis eventibus toties amicos disiungit, nec patitur semper videre amantem amatorem suum. O quam felix est aeterna beatitudo, ubi semper videtur quod amatur et nunquam cernitur quod non amatur[3]. Ad hanc nos festinare oportet, ut illam intrare mereamur. Nullus nos labor deterreat, nulla delectatio[b] retardet, sed tanto avidius totis viribus tendamus ad illam, quanto beatius illam habere poterit qui intrat.

Me tecum, dilectissime frater, obsecro, continuis precibus adtrahe. Tu vero aries, cui iuxta Salamonem nullus resistere valet; ego morbida inter gregem evan- Prov. 30, 31.
gelicae pascuae ovicula[4]. Tua lingua clavis est regni caelorum: quapropter numquam a bonis sileat, numquam ab ammonitionibus cesset. Superbos et contumaces duris increpationibus castiget, humiles et quietos piis exortationibus refoveat: talentum quod accepisti, quasi devotus negotiator superaugmentare contende. Non tardat Dominus, qui dedit, revenire, et rationem[c] exigere pecuniae suae. Vide et intentius considera, quantas animas in periculo animae tuae regendas accepisti. Fac tibi lucrum ex illis, non damnum. Ad exemplum domini Dei tui recurre, quomodo per civitates, castella,
vicos etiam et domos singulas[d] praedicando cucurrisset, immo convivia publicanorum Matth. 9, 35.
et peccatorum non abhorruit[e], quatenus ex familiaritatis communione praedicationis occasionem[f] haberet. Ita tu eius roboratus exemplis, ubicumque ad convivia venias,
ibi praedicationis officia gerere non cesses, ut pro carnalibus, quae ministrantur tibi Rom. 15, 27.
tuisque sociis, spiritalia sibi suisque commanipularibus accipiant. Memor, quanta se I. Cor. 9, 11.
ipsum districtione pius praedicator Paulus obligavit dicens: 'Vae mihi, si non evan- ib. 9, 16.
gelizavero'. Et iterum, quam terribilia comminatus est Dominus ipse Ezechieli prophetae, dum praedicationis ei officia ingessit: 'Fili hominis, speculatorem posui te Ez. 3, 17.
domui Israel'. Et post pauca: 'Si enim non adnuntiaveris iniquo iniquitatem suam, et 3, 18.
ille morietur in peccatis suis, sanguinem eius de manu tua requiram'. Et iterum per

---

266. a) sanctae *S 1.*
267. a) enim *add. S 1.* b) dilectatio *S 1.* c) ratione *S 1.* d) singulos *S 1.* e) obhorruit *S 1.* f) occasione *S 1.*

1) *Cf. de hac casula supra p. 424, ideoque hanc epistolam illam subsecutam esse censeo.* 2) *De quo Sickel dubitavit, Alcuinstudien p. 533.* 3) *Cf. supra p. 166 n. 2.* 4) *Cf. supra p. 139 n. 1:* ego una sum regiminis vestri ovicula, sed valde peccatorum maculis morbida.

785—804 Esaiam prophetam de tacentibus dicitur praedicatoribus: 'Canes muti non valentes
Is. 56, 10. latrare'. Qui sunt canes muti, nisi pastores tacentes, contra diabolicas insidias per praedicationem[a] latrare[b] non valentes? Idcirco, dilectissime frater, te diligentius obsecro, ut omnes ad tuam pertinentes diocesim[c] verba vitae audire facias, vel per te ipsum, vel per tuos adiutores presbyteros, ut subiectorum tibi salus tua sit gloria apud Deum. Si quis vero, quod absit, postea . . . .[d], sanguis eius sit super caput suum; tu vero inmunis a perditione illius inveniaris, qui praedicasti ei, licet non oboedisset tibi. Raro enim aperta[e] fronte apud christianos pugnat antiquus hostis, sed sub praetextu pietatis[f] venena mortiferae suggestionis occultat[g].

Auguria quoque et avium cantus, et sternutationes et talia plurima omnino vetanda sunt[1], quae nil valent, nisi apud eos, qui ea aliquid valere credunt, ut secundum fidem suam fiat illis. Permissum est enim maligno spiritui ad deceptionem ista observantium[h] facere, ut aliquid auguria saepe verum praedicent. Igitur
Deuter. 18, 10.12. et in lege veteri auguria observantes morte puniri iubentur; ut sciamus sub gratia viventes, quali poena plectendi sint animae, qui hoc malum in consuetudine habent. Haec[i] vero et huiusmodi pestes quasi pio pastori et prudenti medico convenit commisso tibi praecavere gregi, ut eum in conspectu aeterni iudicis inmaculatum adducere
Matth. 25, 21. merearis, et vocem desiderabilem[k] audire dignus efficiaris: 'Euge serve bone [et[l] fidelis, intra in gaudium Domini tui'].

268.

Alcvinus Arnoni episcopo Salisburgensi librum de catholica fide dictatum mittit; quomodo substantia essentia subsistentia natura de Deo dicantur, ab eo interrogatus exponit. *785—804.*

Codd. C fol. 33'—34. Excerpta praebet B fol. 48'—49.

Edd. F 122, J 209. — Migne col. 417. Cf. Rockinger Quellen und Erörterungen zur bayer. Gesch. VII, 151.

ALBINUS AQUILE SALUTEM.

Miror, quomodo me sub unius momenti angustia in brevi tabella vitae aeterne
Gal. 5, 6. formam depingere poscis. Quid est catholica fides, si per dilectionem operatur, nisi vita aeterna? Aliquid[2] inde, ne inoboediens praeceptis tuis viderer, brevi sermone dictavi.

Quod vero me interrogare vestram sanctitatem placuit, quid sit inter substantiam, essentiam et subsistentiam? aut si dici fas sit sanctam Trinitatem esse naturam, sciendum est, quod essentia proprie de Deo dicitur, qui semper est, quod est, qui[a] Moysi ait: 'Ego sum, qui sum'. Deus enim solus vere est, quia incommutabilis est;
Exod. 3, 14. quicquid enim mutabile est, quodammodo vere non est, quia esse poterit, quod non est, vel non esse, quod est. Substantia vero commune est nomen omnium rerum[3], quae sunt: caelum, sol, luna, terra, arbores, herbae, animalia viventia quaeque, homines etiam, substantiae dicuntur; nam, quod nulla substantia est, nihil omnino est, substantia ergo aliquid esse est. Deus igitur substantia est, et summa substantia et prima substantia, et omnium substantiarum causa, quia omnium rerum creator est. Unde contra venenum Arriane perfidiae solemus dicere Patrem et Filium et Spiritum sanctum

---

a) predicatione *S 1.* b) latraro latrare *S 1.* c) diocesem *S 1.* d) *non est lacuna in S 1.* e) aperto *S 1.* f) piaetatis *S 1.* g) occultet *S 1.* h) observantiam *S 1.* i) hae *S 1.* k) voce desiderabile *S 1.* l) et — domini tui *om. S 1.*

268. a) servo suo *add. B.*

1) *Cf. Indicul. superstition. c. 13 (Capitul. reg. Franc. ed. Boretius I, 223):* De auguriis vel avium vel equorum . . . vel sternutationes. 2) *Haec non exstant.* 3) *Cf. Alc. de dialect. c. 3 (ed. Froben. II, 337).*

unius esse substantiae: quia Pater et Filius et Spiritus sanctus una est substantia; nam substantia dicitur, quia subsistit. Ideo Graeci solent dicere de Deo: una usia, tres ypostases[a], id est una substantia, tres subsistentiae[b]: quod beato Hieronimo[1] non placuit, melius esse dicendum arbitratus latino eloquio: una substantia, tres personae. Dicuntur enim[c] usitato nomine divitiae substantiae, sicut de prodigo legitur in evangelio: 'Dissipavit substantiam suam', id est divitias. Naturam vero Dei libera voce dicimus, quia omnis natura natura est, et maxime illa, quae sola vera est natura, quia semper est, quod est, quia nullatenus de ea natura, qua semper est, mutabilis est in aliam quamlibet naturam: quod sepius in libris catholicorum patrum invenitur, patrem et filium et spiritum sanctum unius esse naturae. —804 Luc. 15, 13.

Hoc vero, quod vos legisse dicitis dictum in opusculis sancti Augustini, quod Deus nec necessitate, nec voluntate Filium genuisset, sed natura: bene arbitramur dictum, quod natura Pater genuisset Filium, quia eiusdem naturae est Pater et Filius, non necessitate, nec voluntate: quod quendam hereticum impie interrogare legimus[2] christianum, utrum Deus Filium volens an[d] nolens genuisset? ut, si diceret nolens: necessitas in Deum caderet; si vero volens diceret, statim responderet voluntatis esse Filium, non naturae. At christianus vigilantissime vicissim quaesivit ab eo, utrum Deus pater volens an nolens sit Deus? ut si responderet nolens, sequeretur miseria necessitatis, quam de Deo credere magna insania est; si autem diceret volens, responderetur ei: Ergo et ipse voluntate sua Deus est, non natura. Quid ergo restabat, nisi ut obmutesceret[e], et sua interrogatione obligatum insolubili[f] vinculo se videret? Igitur Deus natura est Deus, et Filius natura est Filius, et Spiritus sanctus natura est Spiritus sanctus, et est una natura horum trium, sicut una est essentia, et una omnipotentia, et una divinitas.

Ceterum pro diversis eventibus multae sunt tribulationes fidelium, et unaquaeque persona temptationibus subiacet in hoc mundo, quia exilium est, ubi vivimus, non patria; admonent enim nos hae molestiae temptationum patriam quaerere et quietam vitam, quae nullatenus hic inveniri poterit, nisi in spe aeterne quietis viventi[g]. cf. Ps. 33,20.

269.

Alcvinus Elegio episcopo et fratribus eius de mutua caritate et vita angelica scribit. Pipinum filium de emendatione morum admonitum vult. —804.

Cod. Bruxell. 5354 saec. IX. f. 7' quond. conventus Sigeberg., quem descripserunt Bethmann et Jaffé. Edd. Nolte, L'avenir catholique du 17. juin 1869 p. 233, Biblioth. de l'école des chartes XXXI, 257 a. 1870, J 265.

SANCTISSIMO PATRI ELEGIO EPISCOPO[3] CUM OMNIBUS SANCTAE CONVERSATIONIS FRATRIBUS HUMILIS LEVITA ALCHVINUS SALUTEM.

Olim vestra beatissima caritas benigne nos suscepit et perdonavit nobis assidua sanctarum apud se orationum suffragia. In quibus fiduciam habens magnam, vobis has dirigere litterulas curavi ad renovandam pristinae promissionis fraternitatem; optans, ut vel unus ex vobis in vinculo caritatis fieri merear. Et dum omnibus in

a) ypostasis *C.* b) subsistentias *C.* c) etiam *corr. Frob.* d) ac *C.* e) omutesceret *C.* f) insolubile *C.* g) Explicit *add. C.*

1) *ep. 15 ad Damas. pap. (Opp. I, 38):* Si quis autem hypostasim, usian intelligens, non in tribus personis unam hypostasim dicit, alienus a Christo est. 2) *apud Augustinum De trinit. l. XV c. 20 § 38 (Opp. VIII, 994):* Acute sane quidam respondit haeretico versutissime interroganti, utrum *etc. ut supra, ubi nonnulla verba mutata sunt* — insolubili vinculo se videret. 3) *Cuiusnam sedis Elegius episcopus fuerit, ignoro; ad regnum Francorum eum pertinuisse ex nomine Pipini conicere licet.*

—804 caritate debitores estis, quanto magis illi, qui humili prece vos deposcit, quatenus illius nomen in alveo[a] fraternae dilectionis transscribere iubeatis. Merces enim vobis magna est in caritatis latitudine, si omnibus gremium pietatis apertum habetis. Igitur Iac. 2, 10. dum omnium salus in caritate consistit, in qua qui offendit, erit omnium reus, sed maxime monachicam vitam agentibus haec pernecessaria est, qui nihil saeculi dili- Col. 3, 3. gere debent, sed totum animi affectum ad spiritales transferre divitias, quorum vita est abscondita in Christo, qui nihil mundialis pompae aspicere debent, sed tota intentione caelestibus inherere et oboedientiae passibus ad portas[b] perpetuae beatitudinis festinare humilitatisque habitu virtutum decore animas vestire communibusque[c] manibus huius vitae miseriam sustentare et pacifica unanimitate Deo deservire ac nihil speciale quaerere, sed omnia communia habere in Christo[d], quibus totus mundus divitiarum est, quorum usui caelum servit et terra, et licet pedibus vestigia calcent terrena, tamen animo semper ad caelestia tendere debent.

Quid est felicius, quam vitam caelestem imitari in terris et angelicis coetibus animo interesse et in laudibus omnipotentis Dei horis competentibus exultare, ut[e] quod semper acturi erunt in regno caelesti cum sanctis, hoc saepius agere cupiant cum fratribus. Tota angelica vita in caelis vigiliae sunt et laudes aeterni regis, et qui plus vigilat in laudibus Dei inter fratres, plus equalem angelis agit vitam. Et quid est beatius, quam laudibus illius insistere, per quem omnia bona habemus? Quapropter nullus se subtrahere debet horis canonicis ecclesiasticis officiis, ne forte angelis visitantibus choros[f] fraternae congregationis aliquis inerciae causa deesse videatur, Gal. 6, 8. quia quod seminat homo, haec et metet; et qui plus laborat, plus mercedis accipiet. Seniores bonis exemplis iuniores aedificent et illi devota humilitate quasi filii Deo digni patrum sequantur exempla, ut utrisque merces maneat aeterna.

Filio vero Pipino vale ex meis dicite verbis. Et rogate illum, ut puro corde et inficta caritate et devota pietate Deo deserviat; ut, si quid[g] impiorum consilio peccavit, 1. Tim. 2, 4. sanctorum admonitione emendet. Larga est pietas Dei nostri, qui vult omnes homines salvos fieri et neminem perire, nec inputat peccata perseveranti in bonis. Quia non Matth. 10, 22. qui ceperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Hoc vero omnibus necessarium est, si peccata dimittat, perseveret in bonis, et votis, quae Deo Ps. 75, 12. voveat, viriliter permaneat; dicente scriptura: 'Vovete et reddite domino Deo nostro'. Luc. 9, 62. et qui aratrum teneat divini operis, nullatenus respiciat retro, sed semper in anteriora Phil. 3, 14. extendat, donec perveniat ad bravium supernae vocationis in Christo.

Valete, fratres karissimi.

270.

Alcvinus discipulum quendam ad virtutem hortatur. —*804.*

Cod. biblioth. Minervae Romanae B IV 18 mbr. saec. IX. f. 173—173' hic illic detritus et laesus; descripserunt Bethmann, Gardthausen, Ewald.

Ed. J 301.

ALBINUS VITULO[1] SALUTEM.

Deprecor te, fili carissime, ut verba patris perpetua retineas diligentia, et te ipsum ad aeternam custodias beatitudinem. Non te diaboli seducat astutia, non corpo-

269. a) albo *corr. Nolte (cf. supra p. 110 l. 32).* b) portos *c.* c) communisque *c.* d) xpo *superscriptum est.* e) et *c.*, ut *corr. Wattenbach.* f) chorus *c. corr. Nolte.* g) quid quod *c.*

1) *Idem Alcvini discipulus esse videtur, de quo supra (p. 615) anno 801—802. Arnoni scripsit:* Direxi hoc animal vitulum enchiridion meum *et* quamvis vitulus contra naturam rationale sit animal *etc.*

ralis voluptas evertat, non ambitio seculi decipiat, non tristitia pusillanimem reddat, non laetitia immoderatum efficiat. Esto in puerili corpore moribus senior, animo constans, in opere Dei sedulus, in oratione pervigil, in oboedientia hilaris, in humilitate devotus, in verbis pacificus, in factis honestus, corpore castus, penitentia fervens, caritate sufficiens in Deo, in spe bonitatis Domini semper gaudens, fraterno amore iocundus, pietate in parentes amabilis. Disce, ut habeas quod doceas[1], sciens tibi loqui Deum, dum illius sacratissimas legeris scripturas, et versa vice te loqui Deo, dum compuncto corde oraveris ad Deum[2]. Quid dulcius est quam hac vicissitudine frui cum Deo. Cogita illum tibi semper esse praesentem, et illius sacratissima praesentia te prohibeat ab omni peccato et inhonestate verbi vel facti, immo et cogitationis, ut iugiter mundus anima et corpore appareas in conspectu altissimi iudicis. Et angeli Dei laetificentur in operibus tuis optimis et intercedere pro te dignentur, quia quos in opere Dei devotos invenient, pro his orare ad Deum non desistunt. Similiter et spiritus[a] sanctorum nostris favent semper lacrimis, si nos agnoscunt in caritate fervere Christo et operibus proficere bonis. —804

Haec cartula saepius aperiatur ante oculos dilectionis tuae et in [thesauro cordis[b]] tui recondatur, quatinus pro lingua paterna semper tibi loq[uatur] . . . et te gaudentem inveniat, dum reversus fuerit. Memor esto semper, quod guttur tuum tuba Dei debet esse et lingua omnibus praeco salutis[3]. Et quanto plus appropinquat dies remunerationis, tanto magis mercedis tuae felicitatem accumulare studeto.

271.

Alcvinus monachos Murbacenses, quos aliquando ipse visitaverat, ut pro se precentur rogat. Admonitiones addit. —*804.*

Cod. H fol. 83—83'[a].

Edd. F 222, J 269. — Migne col. 218.

SANCTISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS, SUB PROTECTIONE BEATI LEODEGARII EPISCOPI[4] DEO SERVIENTIBUS, ALCHVINUS SALUTEM.

Olim magistri mei[5] vestigia secutus vestrae congregationis laudabilem conversationem videbam et amabam, meque ipsum inter vos esse desiderabam quasi unus ex vobis[6]. Unde deprecor, carissimi fratres, vestram piissimam dilectionem, ut dignemini me in sanctis orationibus vestris fratrem habere quasi unum ex vobis, ut vestrae sanctitatis intercessione peccatorum meorum merear a deo Iesu indulgentiam accipere, qui est salus et beatitudo omnium in se sperantium: quem vos in sancta relegione regularis vitae semper honorate et amate, quatenus dignam in vobis, sicut certissime

---

270. a) spes *c*, spiritus *leg. Bethm.* b) et in thesauro cordis *fortasse supplendum est cf. supra p. 98 l. 33; 258 l. 39; 277 l. 3.*

271. a) *Lemma:* Ad fratres Corbeienses *H.*

Similis est inscriptio ep. 88: Dilectissimo filio atque animali meo, *cf. Alc. expos. in psalm. poenitent. (ed. Frobenius I, 354):* Vitulos quippe posuit pro innocentibus adultis, quorum aetas prima est et a iugo peccati cervix probatur aliena.

1) *Cf. supra p. 132 n. 2.* 2) *Cf. supra p. 372 n. 1.* 3) *Cf. supra p. 45 l. 22, ubi eadem verba.* 4) *Monasterium Murbacense in Alsatia conditum Leodegario episcopo Augustodunensi dedicatum erat; cf. supra p. 172 n. 1; ideoque in lemmate codicis vitium irrepsisse videtur.* 5) *Aelberhti (archiepiscopi Eboracensis 767—778); v. supra p. 167 n. 3; 171 n. 4.* 6) *Hoc in primo Alcvini itinere Romano factum esse videtur, cuius supra p. 285 mentionem inicit* (dum ego adolescens Romam perrexi). *De Aelberhto enim canit Alcvinus ipse (De pontificib. Eboruc. v. 1457. 1458, Poet. Carol. I, 201, cf. Epit. Aelberti v. 9 p. 206):* Hic quoque Romuleam venit devotus ad urbem, | Dives amore Dei late loca sancta peragrans.

—804 credimus, mansionem sibi inveniat. Quid illi congregationi prosperitatis deesse poterit, Matth. 18, 20. ubi ille est in medio, qui ait: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum'.

Pacem semper habete veram in caritate sancta, et oboedientiam sine murmuratione, et humilitatem sine simulatione, quae sunt maxime monachicae vitae virtutes, et Spiritui sancto amabiles ad habitandum in eis: atque erudite pueros et adolescentulos vestros[1] cum omni diligentia, in castitate et sanctitate, et disciplina ecclesiastica, ut digni habeantur vestrum post vos tenere locum, et pro vobis sanctis orationibus Deoque acceptabilibus assidua consuetudine intercedere.

Dominus Deus, qui vos in ovile sanctitatis congregavit, ipse numerum vestrum augere dignetur, et a dextris sibi in die iudicii stare concedat, ad audiendam amabilem ib. 25, 34. sententiam, qua dicturus erit sanctis suis: 'Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum ab origine mundi'.

272.

Alcvinus monachos Montis-Olivi abbatemque Olomundum in familiaritatem recipit et ut pro fide catholica militent et in observantia regulari perseverent, hortatur.

—804.

Cod. H fol. 36'—38[a].
Edd. F 223, J 270. — Migne col. 503.

RELIGIOSIS FRATRIBUS, DEO ET SANCTO IOHANNI[b] PRAECURSORI CHRISTI SERVIENTIBUS[2], HUMILIS SERVULUS EIUSDEM CHRISTI ET PRAECURSORIS EIUS ALCHVINUS[c] SALUTEM.

Nam prima congregatio, quam Deo dispensante gubernandam accepi, beato Iohanni baptistae[d] consecrata est[3]. Quapropter fas aestimo vos fratres agnoscere et commilitones, unum habentes dominum Deum, et unum patronum, cuius intercessio nostrum hinc inde numerum augere dignetur. Patrem vero vestrum Olomundum[4] in Christo, et fratrem nostrum in caritate, familiari pietate accepimus, quasi unius familiae germanum et unius domini cultorem et unius protectoris conservum: et in eo ipso vos omnes recipiens quasi fratres carissimos, deprecans, ut me meosque per eius manus familiariter in sanctas orationes vestras recipere dignemini. Optime enim scitis, quanta est verae caritatis communio, quae absentes corpore praesentes efficit in spiritu. Nihil vero nocet absentia corporalis, ubi est praesentia spiritalis.

Vos vero filii, fratres et patres, in Christi clementia deprecor, unanimes estote in fide catholica, idem sapientes, idem volentes; firmiter permanentes in loco certaminis vestri, nil tela antiqui hostis metuentes, communibus[e] manibus pugnate contra eum. Melius in acie cum pluribus pugnat miles, quam si solus foris inveniatur in campo. Campum vero dico saeculi latitudinem. Quid vero vobis cum saeculari consuetudine? Christum elegistis, Christo certare vosmetipsos constrinxistis, perseverantes in agone regularis vitae. Nil vobis durum videatur in mandatis Dei; spe perpetuae 2. Tim. 2, 5. remunerationis consolamini, scientes, quod non coronatur, nisi qui legitime[f] certat.

272. a) *Lemma:* Ad fratres in ecclesia beati Iohannis baptistae deservientibus *H.* b) Iohanne praecursore *H.* c) Alchuiñ *H.* d) Iohanne baptista *H.* e) communis *H.* f) legittime *H.*

1) *Cf. supra litteras (117) ad eosdem datas p. 172.* 2) *Monasterii Montis Olivi sancto Iohanni dedicati (Montolieu).* 3) *Nescio quam dicat.* 4) *Olomundum abbatem Carolo rege monasterium Malasti in territorio Carcassensi super Duranum fluvium construxisse charta Ludovici Pii a. 815. nos docet (Mühlbacher Reg. n. 580). Meminit eius Theodulfus in versibus ad monachos S. Benedicti (Poet. Carol. I, 522):* Atala te videat, dicque Olemunde vale.

Nullatenus legitime certat qui locum certaminis sui derelinquit, et signa suae militiae deponit. Temptatio est haec vita; in temptationibus fortes estote. in tribulationibus constantes, nihil dubitantes de remuneratione. Pauci sunt dies laboris, sed perpetui sunt retributionis dies. Nolite turbari[a] de paucitate vestra, dicente ipso duce nostro: 'Nolite timere pusillus grex, quia conplacuit patri vestro dare vobis regnum'. —804 Luc. 12, 32.

Tantum absque murmuratione et taedio servite Deo in confessione regularis vitae; numquam deerit remunerator Deus, si vestra non deerit vobis devotio in servitute illius. Si quicquam pio patri congregationi vestrae placeat inmutare, vel renovare congregationis vestrae, nolite murmurare inde; sicut enim prudentissima apis [1] de multis floribus unam colligit dulcedinem, ita providus pater ex multorum colligere debet conversatione unum optime relegionis mel. Nullatenus in uno campo omnia florum genera colliguntur, ita nec in uno quolibet omnis morum dignitas inveniri[b] poterit; quidam enim caritate abundat; quidam humilitate micat; quidam elymosinis fulget; quidam sapientia claret; quidam sanctarum scripturarum cognitione laetatur. Ideo sapienti de singulis singula elegenda sunt, ut fiat unius coronae splendor in animo Deum possidente, qui dividit unicuique secundum mensuram suae voluntatis, vel possibilitatem accipientis. 'Omnia probate, quod bonum est tenete'; id est: plurima considerate, optima quaeque eligite. 1. Thess. 5, 21.

Opto Deumque deprecor, ut vester numerus augeatur et sanctis virtutibus semper florescat, quatenus multi vestris bonis[c] erudiantur exemplis, et vos multa mercede in conspectu altissimi iudicis digni habeamini, beato Iohanne intercedente, et Christo deo miserante, donante. Gratia caelestis vos provehat et in omni bono proficere faciat, fratres carissimi.

273.

Alcvinus fratres ecclesiae Candidae-casae rogat, ut pro se precentur. Carmina de S. Nynia facta laudat. Mittit donum. —*804.*

Codd. A 2 fol. 160'—161, A 1 p. 48 nr. 34. Partem huius epistolae habet Willelm. Malmesbir. Gesta pontiff. Angl. l. III p. 256*[a].

Edd. J 271 (ex parte Usserius de primordiis Britann. eccl. p. 669, Frobenius I, 297. — Migne col. 511).

VENERANDE DILECTIONIS FRATRIBUS IN LOCO DEO SERVIENTIBUS, QUI DICITUR CANDIDA CASA [2], ALCHVINE[b] DIACONUS SALUTEM.

Deprecor[c] vestrae pietatis unanimitatem, ut nostri nominis habeatis memoriam. Intercedere pro mea parvitate dignemini in ecclesia sanctissimi patris vestri Nynia[d] episcopi, qui multis claruit virtutibus; sicut mihi nuper delatum est per carmina metricae artis, que nobis per fideles nostros discipulos, Eboracensis aecclesiae scolasticos, directa sunt. In quibus et facientis [3] agnovi eruditionem et eius, perficientis miracula [4], sanctitatem[c] per ea, quae ibi legebam.

Quapropter obnixius deprecor, ut sanctis orationibus vestris illius me precibus commendare studeatis, quatinus per eiusdem patris vestri piissimas preces et vestrae karitatis assiduas intercessiones peccatorum meorum veniam, deo Christo miserante,

---

a) turbare *H.* b) invenire *H.* c) boni *H.*

273. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri fratribus Candidae Casae *A 1.* b) Alchine *A 2;* Alcuinus *A 1*.* c) *Verba* Deprecor — sanctitatem *exstant apud Will.* d) Niniani *A 1*.*

1) *Cf. supra p. 169 n. 1 ep. 114; V. S. Willibrordi c. 4 (Mon. Alcuin. p. 43):* ceu prudentissima apes . . mellifluos pietatis carperet flores. 2) *in Scotia, provinciae Glascuensis, Hwiterne.* 3) *poetae, cf. Alc. Carmen v. 14 (Poet. Carol. I, 273):* Talia namque placent vestro quia munera patri. 4) *Cf. de miraculis eius codicem Bambergensem B. II. 10.*

—804 accipere merear et ad sanctorum pervenire consortia, qui saeculi labores fortiter vicerunt et ad coronam perpetuae laudis pervenerunt.

Direxi ad sancti patris vestri[a] Nyniga[b] corpus sagum[c] olosericum ob memoriam nostri nominis, ut illius atque vestram piam merear intercessionem habere semper.

Protegat atque regat Christi vos dextera, fratres.

274.

Alcvinus presbytero cuidam puerum, cui in itinere opem ferat, commendat. *—804.*

Codd. A 2 fol. 167', A 1 p. 167 nr. 120*[a].
Ed. J 305.

CARISSIMO IN CHRISTO PATRI ILL. PRESBITERO[b] ·ILL· IN DOMINO SALUTEM.

Quamvis corporali praesentia mihi actenus[c] ignotus sis, tamen spiritali praesentia, ut[d] aliorum relationum[e] compertum habeo, famam tuam bonam erga omnes ad te venientes, qui[f] experti sunt, solent refferre. Et ideo[g] spiritaliter nobiscum in orationibus iugiter praesens es. Quapropter [h]ac[h] fiducia fretus, misi hunc puerum[i] ·ill· ad te, rogans et obsecrans, ut vestro patrocinio et salvatione[k] mereatur ad summum amicum tuum reverti, dominum suum. Et si in hac petitionum[l] nobis innotescere dignemini, vicem reddere vobiscum parati sumus de his, quos nostras in partes dirigere desideratis[m].

Omnipotens Deus vestram vitam incolomem et prosperam[n] multum tempus custodire dignetur, domine pater dilectissime.

275.

Alcvinus patribus quibusdam de suo erga eos amore scribit. Nifridium abbatem Orbionensem rogat, ut monachis S. Mariae Orbionensibus salutem nuntiet. *—804.*

Cod. H fol. 51—52.
Edd. F 203, J 266. — Migne col. 189.

DILECTISSIMIS IN CHRISTO PATRIBUS PERPETUAM SALUTEM.

Quos fida semper sequitur caritas, saepius litterarum sequatur et series, quia quoddam est amantis refrigerium[1] aestuantis animi fervorem verbis vel litteris explicare. Quia verba data sunt ad veritatis demonstrationem, uti quod cor veraciter concipit, lingua non fallaciter proferat; et suum cor frater alterius infundat cordi, et fiat unanimitas animorum, in quibus est communio caritatis. Nam anima sine caritate
Gen. 1, 26. mortua est, non habens divinae bonitatis imaginem, ad quam creati sumus, etiam
Ioh. 13, 35. et renovati per bonitatem salvatoris nostri, qui ait: 'In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem'. De cuius dulcedine non mihi opus esse arbitror plurima scribere vestrae sanctitati, quam olim didicistis et habere innotuistis. Superest, ut usque ad finem firmum retineatis: quia, qui perse-
Matth. 10, 22. veraverit usque in finem, hic salvus erit.

---

a) nostri *A 2, corr. in* vestri *A 1**. b) Niniani *A 1**. c) suum *A*, sagum *corr. J*.

274. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri *A 1**. b) praesbytero *A 1**. c) hactenus *A 1**. d) quia ex *A 1**. e) relationibus *A 1**. f) ut *add. A 1**. g) *om. A 1**. h) hac *A 1**. i) nomine *add. A 1**. k) commendatione *A 1**. l) petitione *A 1**. m) disideratis *A 2*. n) in *add. A 1**.

1) *Cf. supra p. 220 l. 15; infra ep. 290.*

Saluta quoque, sanctissime pater Nifridii, fratres nostros, servientes siquidem sanctae Mariae[1]. Optimam vere elegerunt dominam et optimum sponsum eiusdem dominae et reginae caelorum; et dignum est, ut optimo regi optime serviatur. Qui bona eligat, bona custodiat, bona non derelinquat, sed perpetualiter bona retineat. Parum est incepisse[a] bona, nisi ut perseveret in bonis qui bona eligit. Quid est laborem fructuosum derelinquere et labori[b] infructuoso mancipari? Labor itaque monachicae vitae fructuosus est; labor vero saeculi infructuosus est. Sine labore nemo vivit in mundo. Et felix nimium qui de labore venit in requiem. Et infelix qui de labore venit in tormenta; laborat enim, ut male habeat; et non intellegit quid facit. Intellegentia enim opus est in vita: ut sciat homo, ad quem finem tendat retributio laboris sui. Parvus labor in bono homine perpetua remunerabitur quiete. —804

Omnipotens Deus ad multorum salutem vos longeva prosperitate proficere concedat, carissimi patres.

276.

Alcvinus Oniae sacerdoti scribit de caritate. —*804.*

Cod. H fol. 52.
Edd. F 227, J 284. — Migne col. 508.

ALBINUS ONIAE SACERDOTI[2] SALUTEM.

Mirabile est, quod dulce versum est in amarum. Nam caritas dulcis est in praesente, sed extrema[a] quodammodo in absente, dum non videt[b], quem amat, angustiatur in absentia eius; quae siquidem in beatis et regno Dei dignis semper dulcis erit, quia praesens illi, qui amatur; cuius visiọ omnis est beatitudo, ad quam ut pervenire mereamur, omnia dura dulcia per patientiae donum videri debent; et omnia[c] huius saeculi dulcia quasi nihil reputandum est.

Hoc memor, fili carissime, ut vivas feliciter sub timore Dei, in caritate Christi, in omni sobrietate, castitate et caritate, proficiens de die in diem in omni opere bono, ut dignus efficiaris ad eam pervenire caritatem, quae numquam mutabitur, numquam finem habitura est. Vive feliciter in caritate Christi et omni relegione sancta, fili carissime.

277.

Alcvinus Oniam sacerdotem de caritate admonet. —*804.*

Cod. H fol. 54'—55.
Edd. F 228, J 285. — Migne col. 508.

---

275. a) incipisse *H.* b) *corr. in* laborari *H.*
276. a) extrama *corr. in* extrema *H.* b) vidit *H.* c) omni *H.*

1) *In coenobio S. Mariae Orbionensi s. Crassensi (dioec. Carcassensis, Lagrasse), condito a Nifridio. Nifridium enim abbatem Orbionensem et Nifridium archiepiscopum Narbonensem eundem fuisse constat ex his necrologii Crassensis verbis a Mabilione (Acta SS. ord. Bened. saec. IV, 1, 196 n. a) allatis:* Kal. Ianu. Nimfridius abbas et ạrchiepiscopus Narbonensis. *J. — Meminit eius Theodulfus in versibus ad monachos S. Benedicti (Poet. Carol. I, 522):*

Hinc pete Nebridii patris venerabilis aedes;

cf. autem Sickel Acta Karolinor. II, 281, qui Mabilionis opinionem impugnat, verum Simson (Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. ed. alt. I, 440) Mabilioni assentitur. 2) *De Onia sacerdote alias ignoto cf. supra p. 351 n. 2.*

—804 ALBINUS ONIE SACERDOTI SALUTEM.

[1. Cor. 13, 8.] Prosperitas et gaudium animi vestri multum mihi[a] placere fateor, quae 'caritas', sicut apostolus ait, 'numquam excidit[b]', quae semper nova et antiqua: nova ex praesentia, antiqua ex memoria: quam semper utinam fideliter sequaris cum omni homine[c], quantum in te est, et quantum ad Dei honorem honestum et utile videris[d]. Non est caritas, quae in ebrietate tenetur[1], vel in peccatis coniuncta conglutinatur, sed impia voluntas, non bona suavitas. Ama Deum semper, qui amantem se amat, et diligentem se diligit. Habeto illum amicum, qui unicuique amicus est secundum se. Pauperum memor esto in elymosinis et miserorum in defensione et peregrinorum in solacio, ut Deus tibi reddat[e] in die magno, ubi dividet omne[f] humanum genus in duas partitiones, aliis propter duritiam cordis indeficientes tormentorum flammas, aliis propter misericordiae opera et caritatis officia perpetuae beatitudinis regnum. Hoc faciens feliciter vive, fili mi carissime.

278.

Alcvinus abbatis ac monachorum quorundam familiaritatem et orationes exoptat. Hortatur ad caritatem humilitatem oboedientiam laudesque divinas. *—804.*

Cod. H fol. 77—78.
Edd. F 224, J 278. — Migne col. 505.

VENERANDO PATRI ET SANCTISSIMIS FRATRIBUS IN CONGREGATIONE BEATISSIMI CONFESSORIS CHRISTI HUMILIS LEVITA ALBINUS SALUTEM.

Gaudens vestrae beatitudinis audivi prosperitatem, et relegiosam vitam et Deo condignam, atque hominibus laudabilem; quapropter meae parvitatis nomen diligentius sanctis vestris orationibus conmendo, ut me habeatis quasi unum ex vobis. Ego vero peccator, multum indigens sanctorum intercessione[a], sciens multum valere deprecationes [Iac. 5, 16.] iustorum iuxta apostoli Iacobi testimonium, nihil de meis confidens meritis, sed totum me per famulorum Christi intercessiones divinae gratiae conmendans; et licet peccatis meis inpedientibus non sim dignus inter eos numerari, tamen Deo miserante[b] illos diligere scio et illis honorem inpendere[c] debitum. Quapropter obnixe deprecor, [1. Cor. 13, 4.] ut me ea caritate recipiatis, qua vos humiliter deposco. Caritas enim benigna est, in qua tota servorum Dei vita consistit, quam vestra unanimitas, sicut audio, optime habet, per quem vitam aeternam habebit, quicumque habere dignus erit; quam toto corde sequimini, carissimi fratres, quia tota monachorum vita in caritate, humilitate et oboedientia consistit; et quia vestra pietas Deum elegit sibi dominum et regem, tota virtute Deum amate, et praeceptis eius oboedire studete. Unusquisque alteri sit magister in opere bono, et unusquisque alteri discipulus in humilitatis oboedientia, [ib. 14, 30. Ioh. 3, 8.] dicente apostolo: 'Si vero iuniori revelatum fiat, prior taceat'. 'Spiritus enim ubi vult spirat'. Dei enim donum est, si quis recta intellegit, si quis iusta[d] amat; Dei enim donum in nulla aetate, in nulla persona contemnendum[e] est.

Seniores inter vos iuniores erudiant[2], ut digni[f] habeantur pro se in suo stare loco: docete eos in omni mansuetudine, erudientes in timore Dei, ut discant ab ineunte aetate Deo servire, et praeceptis regularibus informari. Iuniores debitum honorem

---

277. a) me *H.* b) excedit *H.* c) homini *H.* d) videaris *H.* e) reddet *H.* f) omnē *H.*
278. a) intercessiones *H.* b) Deo *iterum add. H.* c) inbendere *H.* d) iuste *H.* e) contemnenda *H.* f) digne *H.*

1) *Cf. supra p. 172 l. 20.* 2) *Cf. supra p. 116 l. 27; 428 l. 23.*

senioribus inpendant; sitis enim sicut unum corpus, alter alterius membra, ut in omnibus honorificetur Deus et omnes aedificentur, et omnes ad gloriam perpetuae beatitudinis pervenire mereantur. —804 Rom. 12, 15. 1. Petr. 4, 11.

Scripsi vobis has paucas litterulas ex caritatis fonte, non quasi ignorantibus, sed quasi haec omnia melius scientibus [1], et in Deo diligentius perficientibus; et ut meam circa vestram salutem, immo et omnium servorum Dei cognoscatis voluntatem; et ut familiaritatem animae meae sciatis apud vos. Vestra vero bonitas et fraterna humilitate legat et solita pietate recipiat quae vobis scribere curavi. Deus vero, totius consolationis pater, vos ubique consolari dignetur et ad aeternae[a] beatitudinis regnum pervenire concedat, cuius laus sit semper in ore et in corde caritatis vestrae; quia haec est sanctorum vita, laus bonitatis Christi et caritas in praesentia illius, quae numquam 1. Cor. 13, 8. excidit[b], numquam praeterit[c], numquam fastidit; et quicumque saepius in his in hac mortali vita versatur, maiorem sanctorum angelorum similitudinem habet; angeli vero Dei semper in vigiliis Deum laudant; et qui vigilare studet ad laudes Dei, angelicam vitam agit in terris; et quod omnes sancti acturi sunt in caelis, temporibus secundum humanam fragilitatem statutis agit in terris. Non somnus, non saeculare desiderium, nec vana cogitatio inpediat cursum religionis vestrae, et laudes divinas, ut angelice visitationes inveniant unumquemque[d] vestrum in loco suo stantem Deumque laudantem. Igitur qui in hac mortalitate Deum laudare student, in felicitate perpetua cum psalmista cantare habent: 'Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in saeculum saeculi laudabunt te'. Ps. 83, 5.

Sanctam vero unanimitatem vestram, carissimi fratres, dominus Deus in omni proficere faciat bono, et ad aeternae beatitudinis felicitatem pervenire concedat, dilectissimi fratres.

279.

Alcvinus mulieribus duabus in prosperis et adversis aequanimitatem servare suadet exemplo sanctorum, quorum vitas et miracula eas legere vult. *—804.*

Cod. H f. 93—94'.
Edd. F 190, J 300. — Migne col. 379.

IN CHRISTO CARISSIMIS PERSONIS SORORI ET FILIAE [2] PIETAS PATERNA SALUTEM.

Gratias agimus divinae clementiae de vestra prosperitate et salute et de omnibus bonis, quae illius ineffabilis misericordia vobis condonavit. Etiam et illius continua voluntate laudamus pietatem, qui nobis licet indignis tam fidele solacium et tam dulcem caritatem in vestra dilectione contulit. Unde et necessarium est omnibus in Christo pie viventibus illius supereminentem laudare gratiam, qua humano generi misertus est; et quicquid boni egerimus, ad illius semper referre benignitatem, sine quo, ipsa veritate attestante, nihil efficere valemus. Ioh. 15, 5.

In qua bonitate vestra semper unanimitas laeta remaneat; nec adversitatibus saeculi vel infidelitatibus mundi amatorum frangi debet; nec tristitiam habere, licet nobis multa eveniant adversa. Sic est huius praesentis vitae varietas, ut prospera semper misceantur adversis; sicut dies nocte immutatur [3]; sicut sanitas corporis morbis supervenientibus afficitur; sicut flos iuventutis senectute superveniente marcescit [4]; sicut aestatis tranquillitas hibernalibus atteritur tempestatibus. At nihil horum religiosam

---

a) aeternam *H.* b) excedit *H.* c) praeteriit *H.* d) uuum quamque *H.*

1) *Cf. supra p. 111 l. 33; 117 l. 17; 232 l. 29.* 2) *Gundradae et Theodradae? Cf. Sickel Alcuinstud. p. 498.* 3) *Cf. supra p. 152 n. 3; 314 n. 3.* 4) *Cf. Alc. de clade Lindisfarn. monast. v. 111 (Poet. Carol. I, 232):* marcescit tota iuventus.

—804 mentem fatigare debet, sed semper stabili tenore erecta spe ad Deum firma soliditate immobilis permanere. Unde et testificatione ipsius veritatis Iohannes baptista lauda- Luc. 7, 24. tur, quod non esset 'arundo vento[a] agitata', id est nec adversitatibus saeculi nec reprehensione invidiosa, vel etiam adulatione subdola, vel prosperitate arridente a stabilitatis rectitudine mentem declinare voluit[b]; sed semper aequali mentis soliditate, quae adversa pertulit, vel laeta temperavit: cuius exemplo vestrae firmetur in Deo, dilectissimae personae, exercitatio mentis. Proficiunt enim saepe temptationes, [ut[c]] probata pacientia in mercedem aeternae retributionis crescat.

Sicut aurum igne probatur, ita tribulationibus mens christiana examinatur, dicente Eccli. 2, 1. scriptura: 'Fili, accedisti ad servitutem Dei, praepara animum tuum ad temptationem', non ad securitatem. Roborate vosmetipsas exemplis sanctorum, legentes per vices illorum vitae dulcissima exempla, et sanctorum verborum hortamenta necessaria; sit illorum vita vobis in speculum. Nam fessae mentis acumen levioris lectionis interpositio saepe reficit. Ideo difficilior[d] in apostolica auctoritate sensus procul dubio saepius fatigare habet; sed tenete nunc in manus vel vitas patrum, vel miracula sanctorum, quorum in dialogis[e] beati Gregorii, doctoris nostri[1], multa inveniuntur lucidissima exarata eloquentia et sententiis sanctae scripturae semper confirmata[f]. Haec et inter vos conferre et in conviviis aliis edere iam si[g] consuetudinem incipietis habere, valde vobis esse iocunda arbitrandum[h]. Sicut diversitate ciborum fastidium manducanti tollitur, ita varietate lectionis mens reficitur legentis. Quae omnium vestra caritas considerata providentia videat, quid cui tempori[i] vel qua persona conveniat[2], ut plurimi vestris optimis admonitionibus ad salutem animarum suarum proficiant.

Haec scripsi paterna admonitione, ut dilectio vestra in hanc cartam meam saepius habeat praesentiam[3], sicut caritas vestra nostrae menti firmiter infixa manebit. Videte, quam planum est intellegere in caritate mutua quod in evangelio ipse Dominus dixit: Matth. 18, 20. 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum'. Non tantum hoc de praesentia corporali dictum putemus, sed magis de praesentia sanctae Rom. 5, 5. caritatis, quae diffusa est per Spiritum sanctum in cordibus nostris. Habentes thesaurum verae dilectionis in pectoribus nostris, inde unusquisque alium adiuvet secundum mensuram donationis Christi, sive in solacio saecularis necessitatis, sive in communione spiritalis doctrinae. Et ubi haec fiant, ibi certissimum est Christum esse in medio, qui de corde religioso in cor alterius caritatis suavitatem diffundit, ut sit una concordia omnium Deum diligentium, et una pietas invicem se adiuvantium.

Haec vos assidua considerantes dulcedine nostrique memores Christo miserante semper de die in diem in caritate crescite, in fide confirmamini et in spe divinae bonitatis indeficientes aeterna prosperitate valete, carissima et iocundissima dilectionis sanctae nomina.

280.

Alcvinus monachis Hiberniensibus de fama optimae conversationis per Dungal episcopum delata gratulatur, ad fidem catholicam studiaque litterarum colenda hortatur; quae vita principum, monachorum, monialium, omnium christianorum esse debeat, docet.

c. 792—804.

Cod. H fol. 81—83[a].
Edd. F 221, J 217. — Migne col. 500.

279. a) venta *H.* b) valuit *H.* c) ut *deest, margine folii partim avulso.* d) difficiliore *H.* e) dialogiis *H.* f) confirmate *H.* g) sic *H.* h) arbitrantium *H.* i) tempore *H.*
280. a) *Lemma:* Ad fratres, qui in Hibernia insula per diversa loca Deo deservire videntur *H.*

1) *id est Angliae; cf. supra p. 182 l. 29; 184 l. 28; 189 l. 35.* 2) *Cf. supra p. 260 l. 5.* 3) *Cf. supra p. 155 l. 36; 156 l. 25.*

NOBILISSIMIS SANCTAE ECCLESIAE FILIIS, QUI PER LATITUDINEM HIBERNIENSIS INSULAE DEO CHRISTO RELIGIOSA CONVERSATIONE ET SAPIENTIAE STUDIIS SERVIRE VIDENTUR, HUMILIS LEVITA ALCHVINUS PERPETUAE PROSPERITATIS IN DOMINO SALUTEM. c. 792—804

Audiens per fratrem venerabilem, vestrae eruditionis doctorem, Dungal episcopum[1], relegiosam Deoque placentem regularis vitae vobiscum conversationem vigere, valde me gavisum fateor, quod dominus Iesus in hoc ruinoso cadentis saeculi fine tantos sui sanctissimi nominis laudatores et veritatis praedicatores et sanctae sapientiae sectatores probatur habere, quantos audio inclitam Hiberniae insulam usque hodie possidere. Quapropter, excellentissimi patres, et relegiosissimi fratres, et nobilissimi filii, vestram piam unanimitatem tota cordis mei affectione deprecor, ut antiquam sanctae relegionis consuetudinem, et sanctae sapientiae studium assiduis ammonitionibus, exhortationibus, increpationibus renovare studeatis, ut lux veritatis et scientiae per congregationes ecclesiarum Christi consueto more per vos, et a vobis multis mundi partibus uberrime fulgeat.

Igitur antiquo tempore doctissimi solebant magistri de Hibernia[2] Brittanniam, Galliam, Italiam venire et multos per ecclesias Christi fecisse profectus; et quanto magis periculosa nunc esse tempora noscuntur, et plurimos, secundum apostolicam (2. Tim. 3, 1.) prophetiam, a via veritatis avertentes, tanto instantius ipsa catholicae fidei veritas ubi- (2. Petr. 2, 1. 2.) que inter vos discenda est et docenda, ut habeant orthodoxae fidei praedicatores, quo possint contradicentibus veritati resistere, et palam vincere adversarios apostolicae doctrinae. Erumpunt subito apostatica[a] seducti calliditate pseudodoctores[b], novas et inauditas introducentes sectas, qui dum novis dogmatibus sibi laudem adquiri putant, inveniuntur reprehensibiles omnibusque odibiles esse, sicut in Hispaniae partibus vidimus[c] factum[3].

Unde, sanctissimi patres, exhortamini iuvenes vestros, ut diligentissime catholicorum doctorum discant traditiones, et catholicae fidei rationes omni intentione adprehendere studeant, quia sine fide Deo inpossibile est placere. Nec tamen saecu- (Hebr. 11, 6.) larium litterarum contempnenda est scientia, sed quasi quoddam fundamentum tenerae[d] infantium aetati tradenda est grammatica, aliaeque philosophicae subtilitatis[e] disciplinae, quatenus quibusdam sapientiae gradibus ad altissimum evangelicae perfectionis culmen ascendere valeant; et iuxta annorum augmentum sapientiae quoque accrescant divitiae. Nec ferventem adolescentiae flammam sinite per praecipitia vitiorum corruere, quia 'Spiritus sanctus', sicut scriptum est, 'non habitat in corpore peccatis subdito'; sine (Sap. 1, 4. 5.) cuius gratia nihil humanum proficere valet ingenium: sed si quid doni adolescens habere videtur, auferetur ab eo, si se in castitate conservare non curat. Serenus sanctus et mundissimus Spiritus mundam et castam ingreditur[f] animam. Non solum seniores verbis ammoneant iuniores suos, verum etiam bonis exemplis erudiant illos. Ergo magistri minuitur auctoritas, si doctrina eius destruitur[g] opere[4]: sapientia doctoris fulgeat in honestate morum, ut videatur in facto, quod audiatur ex ore.

---

a) apostolica *H.* b) sueudodoctores *H.* c) videbimus *corr. in* vidimus *H.* d) teneri *H.* e) subdilitatis *H.* f) ingredietur *H.* g) distruitur *H.*

1) *Dungal episcopus nusquam commemoratur, sed fortasse Dungal presbyter sancti Dionysii cum in Hibernia insula etiamnunc moraretur, episcopi titulo insignitus est. De quo cum nuper L. Traube egit (Abhandl. der k. bayr. Akad. der Wissensch. I Cl. XIX, 332—337), epistolam Alcvini neglexit. Epitaphium eius exstat Poet. Carol. I, 406.* 2) *Cf. Vitam S. Galli l. II c. 47:* de natione Scottorum, quibus consuetudo peregrinandi iam pene in naturam conversa est; *Vit. S. Willibrordi c. 4:* quia in Hibernia scolasticam eruditionem viguisse audivit. 3) *Alcvinum hic de errore Adoptianorum loqui perspicuum est, inde has litteras vix ante annum 792, quo Feliciana haeresis primo damnata est, scriptas esse conicio; cf. quae monachis Gothiae c. 798. scripsit (supra p. 211):* Novas vero . . Hispanici erroris sectas tota vobis cavete intentione. 4) *Cf. supra p. 301 n. 5; Hieron. ep. 69:* Perdit enim auctoritatem docendi, cuius sermo opere destruitur.

c.792—804 Si quid, quod absit, contra christianae auctoritatem religionis principes agere
inter vos saeculares inveniantur, ammoneant eos sedula sacerdotes Christi praedicatione malas amittere[a] consuetudines, et bonis potestatem suam ornare moribus, et ut
Luc. 16, 18. vivant in castitate, unam habentes uxorem secundum evangelicae[b] praeceptum auctoritatis[1]: iustissimoque iudicio causas discernant populi, et misericordiam faciant in
Ps. 54, 24. pauperes et miseros. Non sint veloces ad humanum fundendum sanguinem, quia 'viri sanguinum', sicut sacer psalmus cantat, 'non dimidiabunt dies suos'. Si felicitatem praesentis cupiant habere regni et potestatis, sciant se aliter habere non posse, nisi Deo praestante; nec futurae beatitudinis gloriam possidere, nisi domini nostri Iesu Christi misericordia donante. Idcirco omni intentione evangelicis inhereant praeceptis, ut benedictione divina confirmentur in regno praesenti, et perpetuum cum sanctis Dei recipere digni inveniantur.

Quicumque vero monachicae vitae conversationem[c] Deo promiserint, sciant se
Eccle. 5, 3. debitores esse implere quod promiserunt, dicente scriptura: 'Vovete[d] et reddite domino
ib. 5, 4. Deo vestro'. Et iterum: 'Melius est non vovere, quam votum non implere'. Fiat illorum conversatio casta et honesta, absque omni reprehensione, Deo placabilis, homini-
Rom. 13, 13. busque honorabilis, non in comessationibus[e] et ebrietatibus, non in cubilibus et in inpudicitiis, sed induant se ipsos exemplis domini nostri Iesu Christi, lucentes inter saeculares, sicut stellae in caelo fulgentes, ut illorum lumine inlustrati multi exhortentur mundi huius fugere voluptates, et numero illorum se ipsos congregare studeant.

Feminarum siquidem monasteria sint in castitate virginali Deo, casto corpore, in pudicitia et humilitate servientes. Si caelestem regem elegerunt[f] sibi sponsum, caelesti sponso debitam[g] studeant custodire castitatem, quatenus cum beatissima genitrice Dei, semperque virgine sancta Maria per supernas habitationes agnum sequi, quocumque ierit, mereantur.

Omnes siquidem commune sanctae caritatis praecepta integra perfectione con-
Ioh. 13, 35. servare conentur, in qua signum discipulatus sui deus Christus constituit dicens: 'In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem'. Singuli humilitatem habeant in discendo, et devotionem in docendo, et diligentiam in misericordiae operibus ad pauperes et miseros: nullusque senior sive iunior, saecularis vel monasterialis, vir aut femina sua erubescat confiteri peccata, atque per poenitentiam emendare, quicquid contra Dei voluntatem fecisset[2]. Melius est habere unum hominem testem peccatorum suorum in salutem animae suae, quam spectare[h] accusationem diabolicae fraudis ante iudicem omnium saeculorum, et ante angelorum choros, et totius humani generis multitudinem. Dum vero homo vivit in hoc saeculo, fructuosa est confessio et poenitentia; in futuro scilicet iudicio poenitentia erit peccatorum, sed non fructuosa, quia unusquisque iudicabitur secundum opera sua. Metuant criminosi et peccatis onerati aeternorum flammas tormentorum. Gaudeant iusti, etiam et poeni-
Matth. 25, 46. tentes de perpetuae beatitudinis gloria cum Christo, qui ait: 'Ibunt impii in ignem
ib. 13, 43. aeternum, iusti autem in vitam aeternam'. Et alibi: 'Iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum'.

Orantem pro nobis beatitudinem vestram deus Christus perpetua prosperitate custodire dignetur, domini desiderantissimi patres, fratres, filii et amici.

---

a) ammittere *H.* b) euangelici *H.* c) conversatione *H.* d) Vovite *H.* e) comesationibus *H.* f) eligerent *H.* g) debita *H.* h) spectari *H.*

1) *Cf. supra p. 179.* 2) *Cf. supra p. 217; Alc. de virtut. et vit. c. 12 (ed. Froben. II, 134).*

281. 793—804

Alcvinus discipulum in Italia peregrinantem ad vitam recte agendam litterasque colendas exhortatur. Studia olim communia in memoriam revocat. 793—804.

Cod. H fol. 107—109.

Edd. F 230, J 289. — Migne col. 175.

PATER FILIO, PACIFICUS PEREGRINO, MAGISTER DISCIPULO, SOCIUS SOCIO PEREGRINATIONIS[1] SEMPITERNAM SALUTEM.

Magnum mihi, fili carissime, de vestra salute et prosperitate desiderium est. Ideo litteras exhortationis meae vice verborum paternae pietatis vobis dirigere studui, obsecrans perpetuae mentis dilectione et tota virtutis intentione Deum te habere in oculis et in memoria, quatenus illius piissima misericordia te custodire dignetur inter adversa et inter prospera, ut via regia pergens ad perpetuae civitatis portam pervenire merearis. Sit tibi Christus in ore et corde, et operis constantia. Noli pueriliter agere et desideria iuvenilia sectari, sed perfectus esto in omni[a] honestate, continentia et modestia, ut laudetur Deus in opere tuo, et non reprehendatur pater, qui te genuit. Esto sobrius in cibo ac potu saluti tuae magis praevidens, quam delectatione carnali, vel vanissima hominum laude, quae non proficit, si Deo displiceant[b] actus tui. Melius est Deo placere quam histrionibus[c], pauperum habere curam quam mimorum[2]. Sint tibi honesta convivia et convivae relegiosi. Esto senior in moribus, quamvis iunior in annis. Nimia quaeque nocent[3].

Italia infirma est patria[4] et escas generat noxias. Idcirco[d] cautissima consideratione videas, quid, quando, vel qualiter, vel quibus utaris cibis; et maxime ebrietatis assiduitatem devita, quia ex vini calore febrium ardor ingruere solet super incautos[5].

Tedet animus meus multum pro absentia tui. O quam dulcis vita fuit, dum sedebamus quieti inter sapientis scrinia[e], inter librorum copias, inter venerandos patrum sensus; quibus nihil defuit, quod relegiosae vitae et studio scientiae deposcebat. Utamur tamen sorte praesenti secundum virtutem animae, in gratia confidentes divina, quae nos numquam derelinquit, si totam spem ponamus in illam. Ego vero tediosus et tristis desiderabilem vestrae faciei praestolabor aspectum, ignorans, si te
venientem videre merear, vel si tu me veniens invenire merearis; occulta sunt enim cf. Ps. 35, 7.
iudicia Dei, praeparet sibi unusquisque lampades ardentes, ut quacunque hora sponso cf. Matth. 25, 1.
occurrere iubeatur, cum luce bonorum operum thalamum aeterni regis intrare mereatur.

Si quid in nobis bonae consuetudinis vidisti, hanc sequere, ut benedictionem Dei ex illa habere merearis; si quid vero erroris et impii[f] tramitis, hunc[g] horresce et fugias ab eo[h], ne nostris peccatis nobiscum involvaris. Cursus cotidiani synaxeos cum missarum solemniis et vigiliis sanctorum cotidiano usu, in capella nostra ut vidistis,

---

281. a) homni *H.* b) displicient *H.* c) strionibus *H.* d) idcircor *H.* e) scrinias *H.* f) impie *H.* g) hanc *H.* h) ea *H.*

1) *Candido fortasse, cum in Italiam abiret, aut Osulfo, quem* in Langobardia *decessisse ex Alcvini vita (c. 12) discimus: Anglos tantum socios peregrinationis vocare potuit.* 2) *Angilberti amorem spectaculorum Alc. saepius impugnat, cf. epp. 175. 237. Higbaldo episcopo haec scribit (p. 183):* Melius est pauperes edere de mensa tua, quam istriones vel luxoriosos quoslibet. 3) *Cf. Alcvini grammaticam (Frobenius II, 266):* Notum est omnia nimia nocere; *De rethor. ed. Halm p. 547; In ecclesiast. (Frob. I, 429).* 4) *De febribus Romanis cf. p. 290, et de pestilente aere regionis Beneventanae p. 367 n. 2.* 5) *Cf. Carmen Alcvini ad Monimagnum (Poet. Carol. I, 260) v. 15—17:*

Noli, nate, precor, multo te perdere vino,
Non escis: ille est quoniam sat pestifer orbis,
Ex esca et potu morbi generantur amari.

793—804 obliviscere noli. Senioribus et sapientibus utere consiliariis[1]. Recordare Roboam filium Salomonis[a]. Omnis lascivia longe sit a consuetudine tua. Sint tibi verba in veritate, mores in honestate, corpus in castitate, habitus in relegione, cibus et potus in modestia[2], et tempora statuta[b] in quo agere debeas. Indisciplinate loquele non adsuescat os tuum. Sint tibi verba simplicia sine iuramento, veritate plena, sapientiae sale condita[3]. Cor iudicet, antequam lingua loquatur. Multae sunt invidiae et perfidiae hominum: plurimi sunt amici in mensa, et rari in necessitate[4].

Quid opus est plura scribere, dum optime nostis, quid saepius in cor caritatis
vestrae suadere solebam. Ex meritis oboedientiae paterna benedictio filiis, ut reor,
Gen. 49, 3. 8. eveniet. Considera Ruben, memento Iudam, de uno patre et matre[c] genitos, ex
diversis meritis diversas habentes benedictiones. Petrus et Iudas ambo in apostolatum sunt electi, sed non ambo pari devotione secuti sunt Dominum; ideo iste elevatus est in principatum apostolatus, ipse[d] principi[e] demoniorum traditus. Stephanus et Nicolaus[f] in ministerium altaris[g] aequaliter electi, sed propter dissimilem fidem dissimilis eos consecutus est finis. Plenae sunt scripturae documentis oboedientiae: plenus est mundus exemplis, quid cui ex humilitate[h] oboedientiae evenisset, quorum copiosam
multitudinem exsuperat redemptoris nostri mirabile exemplum, de quo doctor gentium
Philipp. 2, 6—11. ait: 'Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non
rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit[i], formam servi accipiens: oboediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium, et inferorum, et omnis lingua confiteatur, quia Iesus est Christus in gloria Dei patris'.

282.

Alcvinus Friduino S. Petri Wiremuthensi et S. Pauli Girwensi abbati constituto gratulatur. Monet, ut officia exsequatur precesque pro se faciat. *793—804.*

Cod. H fol. 98'—99'.
Edd. F 220, J 273. — Migne col. 498.

SANCTISSIMO PATRI FRIDUINO[5] OLIM NOTUS ET SEMPER AMICUS ALCHVINUS SALUTEM.

Audiens paternam curam ovilis Christi vobis delegatam, multum me gavisum esse fateor vel de exaltatione tantae dignitatis vel de commoditate boni operis, quia habes, unde te sanctis patribus nomine et meritis coaequare valeas.

Ideo, sanctissime pater, diligentius regularem vitam in loco optimo erigere studeas. Nec nova te cudere suademus, sed vetera omnimodis renovare; quia fundator et renovator eiusdem mercedis esse possunt[a] apud Deum. Non tibi per inanes adulationes nomen quaeras, sed Deo per sanctas admonitiones laudem. Exemplis sanctorum patrum Benedicti et Ceolfridi[6] vivas, quatenus illorum merita sequens illorum mercede dignus efficiaris.

---

a) Solomonis *H.* b) *sequitur* qdinquo agere debes *H.* c) mare *H.* d) *an* ille? *J.* e) principe *H.* f) Nicalaus *H.* g) alte altaris *H.* h) humilitatis *H.* i) exinavit *H.*
282. a) poss *H.*

1) *Cf. supra p. 315 n. 5.* 2) *Poet. Car. I, 260 v. 21:* Sit cibus et potus multum moderatus in ore. 3) *Ibid. v. 20:* Sit quoque lingua tibi verax et sermo salubris. 4) *Cf. supra p. 99 l. 40.* 5) *Frobenius (II, 258) hunc Friduinum non diversum esse putavit ab eo Friducino, cui Alcvinus carmen dicavit (Poet. Carol. I, 259), sed hoc ideo minus probabile videtur, quia unum ut patrem veneratur, alterum natum fidelem vocat. Inter* nomina abbatum gradus presbiteratus *libri vitae Dunelmensis occurrit etiam* Friodwini presbiter *(p. 7).* 6) *De quibus cf. supra p. 54. 111:* Memor esto cotidie nobilissimi patris Benedicti primi fundatoris vestri et successoris eius Ceolfridi.

Non permittas ullatenus vanitates vestimentorum et luxoriantes ebrietates et 793—804
libidinosas voluptates in te vel in tuis dominare fratribus: sed omnia vestra regulari moderamine fiant in cibo, potu, vestimento, et castitate. Et sicut tu primus in dignitate, ita primus esto in totius bonitatis conversatione. Quid erit de grege, si pastor oberrat? Sanitas gregis et multiplicatio, gloria et merces est pastoris. Non te carnalia decipiant, sed spiritalia exaltent. Esto lucerna in domo Dei, et in omni loco forma salutis. Angeli vero, visitantes officia ecclesiastica et opera fraternae unanimitatis, te vero in primis stantem, in primis operantem, in primis intercedentem pro populo christiano omnimodis inveniant. Non te specialia auri vel argenti pondera decipiant, sed generalis et sancta conversatio Deo amabilem efficiant. Sit thesaurus tuus ecclesia et ornamenta illius, non archa singularis; ne damnet te tua conscientia habentem quod habere non debeas; ne dicatur tibi: 'Medice, cura temetipsum'. Vel Luc. 4, 23.
quomodo alios doceas quae tu ipse non facis? Error vitae claudit os magistri. Melius est te Deum habere in archa cordis, quam aurum in archa cubilis. Confusio est vitae tuae digitos auro radiare [1], collum siricis ornare vestimentis: ornet pectus tuum orarium [2] sanctitatis, non inanis vestimentorum cultus. Melius est animam virtutibus decorari, quam corpus coloratis vestibus ornari.

Cogita, quam pauci tibi supersint dies; vel quam longeva prosperitate primi fundatores monasterii, in quo modo Deo deservis, vivebant in conversatione sancta; et quam cito rapti sunt de hac vita, qui primorum parentum aliquantulum scindebant statuta. Recordare, quam felices sunt illi, qui apud Deum gaudent in caelis. Hoc non luxoria vitae, non vestimentorum vanitas, non saeculi pompa promeruit, sed zelus Domini et regularis vitae custodia, et maior animae cura quam corporis, et fraterni profectus sollicitudo in caritate. Fac, quod tibi proficiat honor praesentis hore ad futuri temporis gloriam.

Meique, obsecro, cum fratribus semper memoriam habeas sive in speciali oratione sanctitatis tuae sive in generali fraternae intercessionis communione; quatenus Deus dirigat cursum vitae meae ad salutem, non solum mei solius, sed, Christo deo donante, salutem multorum [3].

Vos vero divina clementia cum omnibus fratribus, beatissimis apostolis [4] intercedentibus, semper in omni bono proficere faciat et in omni sanctitate ultimum expectare diem, ut digni efficiamini stare ante tribunal Christi et audire beatam vocem: 'Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine Matth. 25, 34.
mundi'.

283.

Alcvinus Eanulfum presbyterum Anglicum rogat, ut pro se precetur; ad caritatem fraternam et curam animarum hortatur. *793—804.*

Cod. H fol. 99'—100.
Edd. F 226, J 281. — Migne col. 507.

DULCISSIMO FRATRI EANULFO [5] PRESBITERO ALBINUS SALUTEM.

Quia caritas memor est totius bonitatis, ideo te obsecro, ut mei habeas memoriam in sanctis orationibus tuis, et te ipsum in omni castitate conservare studeas in

---

1) *Cf. supra p. 80:* quid anulus in digito?; *p. 375:* auro vel siricis uti vestimentis; *p. 76:* sirico vanitatis involvi. 2) *id est stola FROBENIUS.* 3) *Haec fortasse ad regimen abbatiae Turonensis pertinent.* 4) *Petro et Paulo, quorum honoribus monasteria Girovense et Wirmuthense dedicata sunt FROB.* 5) *Hunc Eanulfum eundem esse atque Eanvulfum abbatem, qui a. 773. et ad Lullum episcopum et ad Carolum regem litteras scripsit (Epist. III, 408. 409) vix crediderim. In libro vitae eccl. Dunelmens. (p. 7) inter* Nomina abbatum gradus presbiteratus *occurrit bis* Eanuulf presbiter.

793—804 conspectu domini Dei altissimi; et humilem habeas conversationem inter fratres, et sollicitudinem magnam regularis vitae, quia qui[a] maius portat iudicium, maiorem acci- cf. 1. Petr. 1, 24. pit honorem. Quid tibi saeculi dignitas, quae sicut flos feni decidit? Nolo te vagabundum[b] esse per loca, sed stabilem in servitio Dei, ubi electus es in servitium Christi. Vivas inter fratres quasi Lucifer inter stellas[1], ut plurimi tuis bonis exhortentur exemplis. Sicut ego curam habui de salute animae tuae, ita tu curam habeas Amos 4, 11. de salute multorum. Noli torrem de incendio raptum disperare, sed paenitentiae fonte extingui, quatenus qui in flamma libidinis exarsit, in flamma caritatis et munditiae luceat in conspectu Dei. Tu scis fragilitates adulescentiae, tu nosti flumen iniquitatis, quomodo per praecipitia rapiuntur multi in voragines diversae luxoriae. Quapropter sollicita mente labora Deo adiuvante, ut quam plurimos per admonitiones dulcissimas ab errore iniquitatis revoces. Erit tibi maxima merces apud Deum, si salutem fraternam non neglexeris.

Plurimi sunt nomine tenus doctores, sed pauci karitatis officio. Non cesses seminare verbum Dei: Deus novit, ubi vult, ut cadat. Nullatenus tibi illius bonitas Iac. 5, 20. deerit in remuneratione. Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, cooperit multitudinem peccatorum suorum. Vivas utinam in mansuetudine pacientiae et humilitate et obedientiae et caritatis dulcedine inter fratres, quatenus misericordia redemptoris nostri te florere faciat in vario virtutum genere, et ab omni adversitate clementer custodire dignetur.

Saluta, obsecro, fratres nostros, quoscumque scias aliquo caritatis officio mihi esse coniunctos, et semper admoneas de orationibus meis quoscumque habeas amicos, vel Deum timentes, vel sanctae conversationis socios. Vivite[c] in omni caritate et valete in aeternum.

284.

Alcvinus monachos S. Petri Wiremuthenses rogat, ut sui meminerint. Monasterium eorum laudibus prosequitur. Virtutem suadet. *793—804.*

Cod. H fol. 30—31'.

Edd. F 219, Haddan and Stubbs Councils III, 470, J 274. — Migne col. 167.

SANCTISSIMIS IN SANCTI PETRI ECCLESIA FRATRIBUS DEO SERVIENTIBUS HUMILIS CLIENTELLUS ALCHVINUS PERPETUAE GLORIAE SALUTEM.

Saepissime corporali[a] specie amici disiunguntur, sed numquam caritatis dulcedine separari debent. Et ubi vera est dilectio, ibi firma est germanitatis memoria; ubi radix condictae amicitiae in pectoris thesauro figitur, inde rami floribus fidei vestiti[b] pululasse certissimum est, usque dum fructibus aeternae beatitudinis refecerint[c] veram habentes inter se caritatem. Quam ego opto de mea parvitate vestris firmiter inhaerere mentibus, sicut olim mihi antecessores vestri pia voluntate promiserunt.

Locus vero habitationis vestrae mihi valde desiderabilis fuit, licet me condicio peregrinae conversationis longe tulisset a vobis[2]; quamvis corpore, sed nullatenus caritate. Quia omnia, quae apud vos videbam, sive in habitationibus domorum sive in conversatione vitae regularis, valde mihi placuerunt; et utinam ut Deo semper placeat pietatis vestrae oboedientia et humilitas et regularis vitae observatio.

---

283. a) quia mai. port. iud. qui *corr. Frob.* b) vacabundum *H.* c) vivete *H.*
284. a) corporalis *H.* b) *sic J.* c) reficerint *H.*

1) *Cf. supra p. 311 n. 5.* 2) *in regnum Francorum.*

Haec est laus vestra coram hominibus, ut sive in vestimentis sive in omnibus monachicae vitae disciplinis firmiter permaneatis, sicut patres vestri, viri Deô amabiles et hominibus honorabiles, instituerunt. Qui primi fuerunt fundatores congregationis vestrae, certum est illos saepius visitare loca habitationis vestrae. Et quoscumque inveniant honeste vivere et sua custodire statuta, congaudent illis, et pro eis intercedere apud pium iudicem nullatenus desistunt. Sed et angelorum visitationes loca sancta frequentare non dubium est. Fertur enim magistrum nostrum et vestrum patronum beatum dixisse Baedam[1]: 'Scio angelos visitare canonicas horas et congregationes fraternas; quid, si ibi me non inveniunt inter fratres? Nonne dicere habent: 'Ubi est Baeda? quare non venit ad orationes statutas cum fratribus'? Magna est apud Deum communis oratio et magna caritatis communio. Et multo est melius, cum fratribus communiter orare, manducare et dormire, quam in speciali habitatione solum cum periculo manere. Quia facilius diabolus expugnare poterit illum, qui solus est, quam eum, qui fraterno auxilio undique cingitur; dicente scriptura: 'Frater, qui a fratre adiuvatur, quasi firma est civitas'. 793—803 Prov. 18, 19.

Vestra enim laus est honeste vivere, relegionem votorum vestrorum servare. Quid vobis vestimentorum pompa? Maior exinde erit reprehensio quam laus; vanitas est enim et superbia, et nihil aliud, et perditio vitae regularis. Melius est animam bonis ornare moribus, perpetualiter permanentem, quam corpus, quod in pulverem redigitur, pompaticis ornare coloribus[2] vel luxoriosis conviviis pascere vermium escam.

Haec cogitate, carissimi fratres: et quid vobis ad aeternam proficiat beatitudinem sequimini. Patribus oboedite vestris. senes honorate, infirmos visitate, adulescentulos bene docete, ut habeatis, qui super sepulchra vestra stare possint et intercedere pro animabus vestris. Considerate mentibus vestris, quales sint, qui modo in sepulchris iacent; et quam beatae sint animae illorum, qui in relegione et regulari vita et castitate corporis et caritatis oboedientia dies suos usque ad finem perduxerunt. Horum est regnum caelorum, quod labore adquisierunt. Qui pro vobis intercedant cotidie, quatenus ad illorum societatem Deo donante pervenire mereamini.

Omnipotens Deus vestrae unanimitatis sanctitatem in aeterna beatitudine adunare dignetur, domini fratres.

285.

Alcvinus Higbaldo episcopo Lindisfarnensi scribit de suo in eum amore. Admonitiones addit. *793—803.*

Cod. H fol. 31'—32'.
Edd. F 205, J 201. — Migne col. 244.

DILECTISSIMO PATRI SPERATO[3] EPISCOPO FIDELIS AMICUS ALCHVINUS[a] SALUTEM.

Sempiterna me[b] cogit caritas saepius vestrae dilectioni litterulas dirigere. Licet minus videaris nobis vicem rependere tuis litteris, tamen ego non cesso tibi prosperitatem optare et per cartas tuae innotescere sanctitati, quod nullatenus mens mea tui habeat oblivionem, sed omnimodis firma radice tui nominis obtineat memoriam. Recordor dulcedinem vestram et germanitatem, quam habuimus inter nos praesentia corporali. Quae etiam spiritaliter observari[c] debet nec ulla terrarum longinquitate deleri, quatenus amicitia olim condicta perpetualiter conservetur.

285. a) alchuuu *H.* b) m̄ *H.* c) observare *H.*

1) *Cf. supra p. 360 n. 6.* 2) *Cf. supra p. 58 l. 4. 6; p. 76 l. 21:* pompaticis . . vestimentis; *p. 81 l. 11; p. 441 l. 17; 445 l. 7.* 3) *Higbaldo episcopo Lindisfarnensi 780—803; v. ep. 124 supra p. 181 n. 6. Haec epistola eam, quae supra numero 260 signatur, subsequi oportuit.*

793—804 Tu vero, sanctissime pater, considera diligenter locum nominis[a] tui, ubi maneas, ubi statuta sit dignitas tua. Et quod diceris ab omnibus, hoc opere impleas. Fiducia- 2. Tim. 4, 2. liter praedica omni personae, oportune inportune, id est volenti vel nolenti. In moribus tuis fulgeant exempla sanctitatis et in verbis veritatis praedicatio nitescat; quia haec duo maxime conveniunt episcopo, ut bonis vivat[b] moribus et praedicationis verba Luc. 12, 35. non taceat; sicut ipsa veritas ait: 'Sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes in manibus vestris'. In lumbis morum castitas, et in lucerna lumen verbi Dei demonstratur. Habeas inreprehensibiles socios, ut ex illis alieni discant tuae vitae relegionem et edificentur quicumque veniant ad te, sive ex te ipso sive ex illis. Lectionis vero studium nullatenus dimitte, sed habeas tales iuvenes apud te, qui semper discant, et magis gaudeant discere quam inebriari; Deo servire, et non saeculi sectari pompas. Talem te para, qualem te cupias stare ante tribunal Christi. Meique semper memor esto in orationibus tuis, quatenus divina clementia dies meos ad finem deducat perfectum; et ut tu habeas mercedem bonam ex me et ego remissionem peccatorum per te. Fides vero et dilectio sancta numquam frigescat in animis nostris, sed semper magis magisque augeatur, Christo deo miserante, qui nobis propitius sit in aeternum.

Opto te valere et in Christi caritate proficere, dulcissime pater.

286.

Alcvinus monachos Girwenses hortatur, ut promissi memores pro se precentur. Admonitiones addit. *793—804.*

Cod. H fol. 32'—34.
Edd. F 218, J 275. — Migne col. 166.

SANCTISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS GYROENSIS ECCLESIAE HUMILIS LEVITA ALCHVINUS SALUTEM.

Memor pietatis vestrae, qua me gremio caritatis in communionem sanctae orationis vestrae suscipere dignati estis, placuit parvitati meae hanc veritatis vestrae sponsionem in memoriam revocare his litterulis; optans vobis bona Christo miserante aeterna, et per vestrae dilectionis intercessiones me ab aeternis erui tormentis; ut, dum vobis in die domini nostri Iesu Christi corona laudis reputabitur, mihi ab eodem iudice vel venia peccatorum tribuatur. Nec terrarum longinquitate[1] caritatis munificentia[a] separari debet, quae semper praesens in servis Dei esse debet per eum, qui Matth. 18, 20. ait: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum'. Quicquid in illo amicitiarum esse coepit, inviolabili firmitate permanere necesse est, ib. 10, 22. quia qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Ideo permaneamus in caritatis fraternae soliditate; nihil aliud attendentes in ea nisi humilitatem et oboedientiam, et ut invicem sancto adiutorio unusquisque alterum adiuvet. Et dum omni personae summum est caritas, quanto magis famulis Christi, quorum vitae meritum totum[b] in caritatis et humilitatis et oboedientiae virtute constat. In quibus vestram sanctitatem cotidie proficere optamus; quia, quibus nihil secundum propositum regularis vitae cum saecularibus pompis et vanitatibus deliciarum[c] commune est, totam vitam regulare constrictione perfectam[d] esse decet.

---

a) nomis *H.* b) uiuinat *H.*
286. a) munificentiae *H.* b) tota *H.* c) diliciarum *H.* d) perfectum *H.*

1) *ipso in Francia morante, cf. supra p. 443 l. 41.*

Recordamini, carissimi fratres, nobilissimos principii vestri patres et parentes, 793—804 qui vos genuerunt in Christo, et nobilissimos magistros, quos habuistis in vestrae germanitatis congregatione. Horum doctrinis inhaerentes et horum exemplis viventes et horum statuta sequentes, illorum certissime consociati beatitudine in futuro saeculo eritis. Benedictus locus a Deo, qui tales meruit habere doctores; et benedicti, qui in eo loco illorum praecepta custodire satagunt.

Quid servis Dei, qui monachicae vitae voto se constrincxerunt, inanis vestimentorum pompa, quae nec saecularibus prodest et multum Deo servientibus obest? Quid conviviorum frequentia, quae animam a religione melioris vitae avertere[a] solet? Quanta mala generet ebrietas, nemo est qui nesciat, qui curam suae animae habere contendit. Seniores adulescentulos bonis erudiant[b] exemplis. Et pater, qui praeest, se sciat rationem redditurum de ovibus, quas recipit regendas. Unusquisque se ipsum consideret, et quomodo Deo placeat, quomodo salutem[c] animae suae operetur? Sed vos specialiter, carissimi fratres, in servitio Dei permanere decet et in lectionis studio proficere, propter optimos parentes et praeclaros[d] magistros vestros. Quid vero librorum copia prodest, si non erunt legentes in eis et intellegentes eos? Quid laus parentum[e] proficit, si sectatores illorum non erunt praeceptorum post eos?

Vos vero filii estis sanctorum, vos nobile[f] genus et regale sacerdotium, in eccle- 1. Petr. 2, 9. sia Christi nutriti. Nobilitatem vestram bonis moribus ostendite, quatenus plurimi vestris bonis exemplis erudiantur et, qui vos foris videat, a vobis discat, quomodo vivere debeat. Nam ex paucorum conversatione ab his, qui foris sunt, saepe illorum vita, qui intus sunt, nominatur. Dicit enim apostolus: 'Quamdiu sum apostolus gen- Rom. 11, 13. tium, ministerium meum honorificabo'. Sic debet unusquisque suam personam vel suum propositum relegiosis ornare moribus, ut laudem cum hominibus habeat et vitam aeternam cum sanctis accipere mereatur.

Pro nobis intercedentem beatitudinem vestram Deus omnipotens custodiat et in omni bono proficere faciat, fratres carissimi.

287.

Alcvinus monachos Anglosaxonicos coenobii Mugensis in Hibernia siti ad perseverantiam et officia persequenda cohortatur. *793—804.*

Codd. A 1 fol. 42'—44, A 1 p. 47—48 nr. 33*[a].
Ed. J 276.

DILECTISSIMIS IN CHRISTO PATRIBUS MUGENSIS ECCLESIAE[1] HUMILIS LEVITA ALCHVINUS[b] SALUTEM.

Valde vestrae semper cupidus karitatis, quam saepius, dum in patria[2] remansi, per fratres vestros ad nos venientes deposcere curavi, quam etiam nunc quoque litteris meis flagitare studeo; magnum mihi aestimans apud Deum esse solatium, si vestris me adiuvare dignemini precibus; sciens peregrinationem[c] sanctitatis vestrae multum valere posse apud pietatem Christi dei. Qui vos longeva prosperitate conservare dignetur et ad perpetuam sanctorum pervenire gloriam concedat; pro cuius

---

a) advertere *H.* b) erudiantur *H.* c) sal *H.* d) praeclaros (p̄claros) *scripsit J. pro* paucos *H.* e) parentem *H.* f) nobili *H.*

287. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri ad patres Mugensis aeclesiae (ecclesiae *A 1**) *A 1.* b) Alcuinus *A 1*.* c) deprecationem *scripsit J.*

1) *De hoc Anglosaxonum coenobio in Hibernia sito v. supra p. 28 n. 1.* 2) *in Anglia.*

793—804 nomine patriam[1] relinquentes peregrinari[2] voluistis et tribulationibus opprimi nefan-
cf. Rom. 5, 4. dorum non renuistis hominum; scientes apostolum dicere: 'Tribulatio probationem
Rom. 8, 18. facit'; et item: 'Non sunt condignae passiones huius saeculi ad superventuram gloriam, quae revelabitur in nobis'.

Eph. 6, 10. Ideo, karissimi fratres, confortamini in Domino et viriliter state, locum certaminis
Matth. 24, 13. vestri non deserentes. Quia non incipiens sed perseverans in finem salvus erit.
Ps. 33, 20. Multae sunt tribulationes iustorum, sed maiora sunt praemia perseverantium in patientia. Regularem vitam, a sanctis patribus vestris vobis statutam, omni studio conservare nitimini. Quia observatio mandatorum Dei protectio est a tribulatione adversariorum. Et lectionis studium diligenti cura exercete. Magnum enim lumen scientiae a vobis per diversa patriae nostrae processit loca; et multorum profectus multa[a] vobis merces in futuro dinoscitur[b]. Sine reprehensione estote omnibus, et luceat[c] lux vestra in medio nationis perbarbarae[3], quasi clarissima stella in occidua caeli parte. Viventes in karitate et castitate et concordia sanctae pacis, adolescentulos vestros diligenter erudite, et senes honorate, et sacerdotibus vestris oboedite[4].

Et domnum[d] episcopum[5] habete quasi patrem in omni reverentia et dilectione. Et ille vos gubernet et vestram regat vitam cum omni timore in conspectu Dei; ut magnam ex vobis mereatur mercedem apud Deum, et vos per ipsum donante Deo aeternam recipiatis coronam; quatinus ille cum antecessoribus suis, sanctissimis videlicet patribus, vobiscum aeternae beatitudinis gloriam recipiat et, multiplici numero vestrae congregationis honoratus, laudabilis in conspectu aeterni iudicis stare dignus habeatur. Nam salus gregis laus est pastoris et eruditio filiorum gloria est magistri.

Haec omnia pio animo considerantes, corrigite vosmetipsos, facientes voluntatem Dei cum omni sollicitudine; ut ex brevi huius temporis labore aeternam cum Christo et sanctis eius possideatis requiem.

Gratia divina vos, fratres karissimi, in omnibus bonae vitae meritis florere faciat et ad beatitudinis pervenire gloriam concedat.

288.

Alcvinus archiepiscopum quendam Anglicum ad praedicandi studium cohortatur; pro muneribus gratias agit. *793—804.*

Codd. A 1 fol. 131'—132', A 1 p. 155—156 nr. 110*[a].
Ed. J 297.

DOMINO PATRI ILL.[b] ARCHIEPISCOPO HUMILIS LEVITA ALCHVINUS[c] SALUTEM.

Gaudens gaudebo de prosperitate dilectionis[d] vestrae et[d] predicationis[e] verbi Dei instantia et veritatis testificatione, in qua vos laudare[f] supervenientibus illis de partibus[6] laetus audio. In qua etiam opto Deumque deprecor, ut proficias in exaltatione aecclesiarum Christi, quarum te patrem in caritate et[g] predicatorem in veritate, defensorem in virtute Dei idoneum esse non dubitamus. Quia haec est laus et gloria dignitatis tuae in die magno domini nostri Iesu Christi, quando sedebit in sede[h] magestatis sue iudicare mundum et reddere unicuique sanctorum beneque laborantium servorum eterne beatitudinis coronam.

a) multo *A 1.* b) dignoscitur *A 1*.* c) lucead *A 1.* d) dominum *A 1*.*

288. a) *Lemma:* Epistola Albini *A 1.* b) N. *A 1*.* c) Alcuinus *A 1*.* d) et de dilectione vestra et de *A 1*.* e) precationis *A 1.* f) *rec. man. corr. in* laudari *A 1, A 1** g) *om. A 1*.* h) sed *A 1.*

1) *Britanniam.* 2) *in Hibernia.* 3) *Hibernorum. Cf. Philipp. 2, 15:* sine reprehensione. in medio nationis pravae et perversae. 4) *Cf. supra p. 443 l. 22.* 5) *Coenobio Mugensi proprios episcopos praefuisse retuli supra p. 19 n. 1. J.* 6) *ex Anglia sine dubio.*

Quapropter, sanctissime pater, omni instantia, dum tempus habeas, labora in verbo Dei, multiplica pecuniam dominicam, aedificans turrem pertingentem ad solium sublimis Dei, ubi perpetua laboris tui corona tribuetur tibi inter apostolicos sacerdotes, qui mundum glorioso martyrio sibi sancta confessione vicerunt. Dum illi vitae suae pro Christi nomine non pepercerunt tempore persecutionis, quanto magis nec nunc christiani[a] linguae parcere debent tempore pacis in veritatis testificatione, in iudiciorum aequitate, in castigatione delinquentium, in consolatione laborantium, qui lumbis in sobrietate precinctis, lucernas [ardentes] bonorum operum manibus portare ante[b] tribunal Christi cotidie debent. Illi sunt arietes iuxta parabolam Salomonis, quibus reges resistere non valent. Illi etiam ductores gregis Dei, illi defensores sponsae Christi, necnon tubae clamantes cum omni fiducia dicentes omnibus: 'Devertite a malo et facite bonum'. Qui[c] sunt speculatores in turre altissima constituti, providentes cautissima consideratione hostium adventum, quibus cordis claustra observanda[d] sunt amicorum. Iidem[e] angelicarum virtutum visitationes considerantes, quibus cum magno cordis gaudio ostium conpunctionis aperiendum est. Nam de fidelibus suis ipsa veritas ait: 'Amen dico vobis, quia angeli eorum[f] vident faciem patris mei, qui in caelis est'.

793—804
cf. Gal. 6, 10.
cf. Luc. 12, 35.
Prov. 30, 31.
cf. Ps. 33, 15.

Incolomem beatitudinis vestrae dignitatem dominus Iesus custodire et exaltare dignetur, domine sanctissime. Munera dilectionis vestrae laeto corde suscepimus cognoscentes fidei vestrae immutabilem caritatem. De qua magis gaudeo quam de auro vel argento, quia fidei integritate[g] nulle divitie seculares comparari poterunt.

289.

Alcvinus Fredegiso discipulo quaestiones de sancta Trinitate dedicat.

793—804.

Codd. Christ. reg. Vatic. 191 fol. 62 (R), S. Galli 272 p. 202—203 (G), Trecens. 1528 fol. 73'—74 (T), Monac. (S. Emmerammi) 14614 f. 218'—219' (A), Monac. (Salisburg.) 15813 fol. 86—86' (S), Monac. 14510 (E), fol. 160'—161, Valentian. 187 (242) fol. 70, Veron. LXVII s. IX[a].

Edd. Quercetanus col. 759—762, Frobenius I, 739, J 258. — Migne CI, col. 57.

DESIDERANTISSIMO FILIO[b] FREDEGISO[c 1] ALBINUS SALUTEM.

Placuit prudentiae vestrae, fili carissime[d], aliquas praeponere[e] mihi ad solvendas de sancta Trinitate quaestiones, quibus fortassis alios[f] vestrae aures sapientiae inquietare putamus. Nec ullatenus eruditionem vestram, et in catholica fide puritatem[g], minus aliquid in talibus intellexisse reor, dum maxime divina operante gratia ab ineunte virilis robore sensus tecum hoc egi, ut robustus praedicator et insuperabilis[h] doctor in fide sanctae Trinitatis esse videreris. Cui non deesse, iuxta apostolicam prophetiam, contradictores[i] olim prioribus et nunc nostris probatum habemus temporibus, sed satis[k] benigne suscipio, quicumque est, de huiusmodi rebus interrogantis devotionem, sed[l] magis laudo hanc[m] praedicantis instantiam, quia parum prodest

---

a) Christi *man. rec. corr. in* Christiani *A 1.* b) et non *corr. rec. man. in* ante *A 1.* c) Illi *A 1*.* d) observanda *man. rec. corr. in* obserauda *A 1.* e) Idem *A 1.* f) angeliorum *A 1;* angelorum *A 1*.* g) integritati *A 1*.*

289. a) *Lemma:* Libellum ad Fredegisum diaconum *R.* b) *om. A.* c) Fredegyso *G.* d) carissimae *G.* e) proponere *Val.* f) alii *A, E, S, G, T, Val., Ver.* g) puritate *E.* h) inseparabilis *A; corr. in.* insuperabilis *G.* i) contradictores prophetiam *A, E, S, G, Ver.* k) factis *G.* l) set *G.* m) haec *A, E, S, G, R, T, Val.*

1) *Diacono in aula conversanti.* Omnibus fidelibus et domni nostri serenissimi principis Karoli in sacro eius palatio consistentibus Fredigysus diaconus *scripsit epistolam de nihilo et tenebris, quam edidit Baluzius (Miscellanea I, 405).*

793—804 discendi devotio sine docendi studio, iuxta sententiam Salomonis: 'Thesaurus[a] invisus
Eccli. 41, 17. et sapientia abscondita, quae utilitas in utrisque'[b]? Quocirca tota debet esse cura bene
intellegenti[c] in docendo, ne frustra laboret[d] in discendo, quia, sicut in propheta legitur,
Dan. 12, 3. 'qui multos erudiunt, sicut firmamentum in perpetua fulgebunt claritate'[e].

290.

Alcvinus Aethelhardum archiepiscopum Cantuariensem hortatur, ut ligaturas ferri populique conventicula in regionibus montanis agi vetet. *793—804.*

Codd. A 1 fol. 126—127, A 1 p. 148—149 n. 106*[a].
Ed. J 219.

DOMINO PATRI AEÐELHARDO ARCHIEPISCOPO[1] ALQUINUS SALUTEM.

Saepius mihi scribendum est quod[b] semper diligendum. Et dum caritas[c] non cessat, litterae non taceant. Refrigerium est quoddam caritatis apicibus exerere flammas et vice lingue frui litterulis[2]. Quapropter tuae venerandae dilectioni non sit durum legere quod nostrae devotioni suave est scribere[3]; desiderans vestram beatitudinem in omnibus proficere bonis et multam Deo lucrari[d] plebem, ut multam[e] apud Deum habeas mercedem. Non taceat lingua sacerdotis, nec cor in caritate frigescat.

Multas videbam consuetudines, que fieri non debebant. Quas tua sollicitudo prohibeat[f]. Nam ligaturas[g] portant[h 4], quasi sanctum quid estimantes[i]. Sed melius est in corde sanctorum imitare exempla, quam in sacculis portare ossa; evangelicas habere scriptas ammonitiones[k] in mente magis, quam pittaciolis exaratas[l] in collo circumferre. Haec est pharisaica superstitio[m]; quibus ipsa veritas improperavit philacteria sua.

Et illa conventicula, in quibus deceptus est populus, aecclesias relinquentes[n] et
montana petentes[n] loca, ibi non orationibus, sed ebrietatibus servientes[n]: dicente ipso
Matth. 23, 5. Christo: 'Si quis dicat vobis in desertis, quae sunt Christi, non in aecclesia, qui foras
facit congregationes[o] et Christi amittit aecclesias'.

Talia sunt plurima, in quibus necesse est vestram vigilare sollicitudinem: ut mala tollatur consuetudo et bona inferatur; invencio auferatur humana et evangelica custodiatur ammonitio[p]. Quod apostoli fecerunt et patres nostri, hoc audiatur[q] ab ore tuo; ne cuiusvis sanguis queratur ab anima tua, sed lucrum habeas in omnibus et in omnibus honorificetur dominus noster Iesus Christus. Valeto in pace, karissimę et excellentissime pater.

---

a) Thesauros *E.* b) utriusque *R.* c) intellegendi *Ver.* d) laboraret *E, S, G, R, Val., Ver.* e) *om. Ver. In codd. secuntur* Questiones de sancta Trinitate.

290. a) *Lemma:* Epistola Albini ad Aedelheardum archiepiscopum *A 1.* b) quod *corr. in* quia *A 1*.* c) diligendum. Et dum caritas *addidit J ex A 1*.* d) lucrare *A 1.* e) multum *A 1.* f) prohibeant *A 1.* g) ligaturus *m. r. corr. in* ligaturas *A 1.* h) portantes *A 1.* i) existimantes *corr. in* aestimantes *A 1*.* k) ammonitionis *corr. in* ammonitiones *A 1.* l) exaratus *A 1.* m) superstitia *manus recens corr. in* superstitio *A 1.* n) relinquens . . petens . . serviens *A 1*.* o) congregationis *A 1.* p) amonitio *A 1.* q) audiator *A 1.*

1) *Cantuariensi 790—805.* 2) *Cf. supra p. 432 n. 1.* 3) *Cf. supra p. 30 ep. 5:* Non tibi sit durum caritatis legere litterulas. 4) *Cf. Isid. Etymol. VIII, 9, 30:* Ad haec omnia pertinent et ligaturae execrabilium remediorum . . sive in praecantationibus sive in characteribus vel in quibuscunque rebus suspendendis atque ligandis.

291. 793?—804

Alcvinus archiepiscopum quendam Anglicum in praedicandi studio confirmat; Anglorum superstitionem et coniurationes reprehendit. 793?—804.

Codd. A 1 fol. 130'—131', A 1 p. 154—155 nr. 109*[a].
Ed. J 220.

BENEDICTO PATRI ILL. ARCHIEPISCOPO[1] ALCHVINUS DIACONUS SALUTEM.

Direxi hunc fratrem nostrum, vestrae pietati optime notum, ad agnoscendum vestrae prosperitatis desiderabile nobis nuntium, quod semper leto animo audiam. Quia valde necessarium est habitatoribus Brittanniae talem habere praedicatorem, sicut vos haut dubium scio et opto esse in Domino. Quapropter[b] vestra verba Dei in praedicando diligentia non taceat, sed aperiat os suum in eo qui ait: 'Aperi os tuum et ego adimplebo illud'. (Ps. 80, 11.) Ammone consacerdotes tuos et laboris tui cooperatores de discendo et praedicando fidem catholicam[c], sine qua, sicut beatus apostolus ait, 'inpossibile est Deo placere'. (Hebr. 11, 6.) Inpossibile est quod omnino fieri non poterit. Fundamentum est salutis nostrae et initium redemptionis fides apostolica; et relegionis nostrae summa felicitas, si ea dilectionis operibus exaltabitur. Habes enim plurimorum libros patrum, in quibus vestrae auctoritatis sanctitatem optime eruditam[d] esse novi.

Nec ullatenus sinas novas sectas introducere[e] in relegionem cristianam[f], quae purissime tradita est a beato Augustino[g] et caeteris doctoribus Brittanniae. Quicquid illi docuerunt, doceatur, et quicquid illi non docuerunt, habeatur quasi alienum.

Ligaturas vero, quas plurimi homines illis in partibus habere solent et sancta quaeque[h] in collo portare, non in corde desiderant; et cum illis Dei verbis sanctissimis vel reliquiis sanctorum vadunt ad inmunditias suas vel etiam uxoribus debitum solvunt; quod[i] magis est peccatum quam premium, magisque[k] maledictio quam benedictio. Lege in libris de doctrina cristiana, quid exinde sanctus Augustinus[l] dicat, et in eius pio capitulo CCLXXV[m]. Ubi talia diabolicae convenientie pacta esse pronuntiat et multum cristianis vitanda esse testatur[2].

Sed et conventus singulares, quos solent habere et nominant coniurationes, omnino Deo non placere certissimum est nec religioni cristianae[n] convenire. Nec umquam audivimus sanctos doctores talia tradidisse vel fecisse. Pura fides absque ulla inmissione malarum consuetudinum debet esse in populo christiano. Quam tua, pater sancte[o], sanctissima sollicitudo, sicut optime didicit, optime docere studeat: ut totus Brittanniae populus de luce, quam tibi Christus perdonavit, illuminatus, per semitas vitae vias ambulare lucentes agnoscat et ad patriam sempiternae lucis pervenire mereatur[p].

Vestrae beatitudinis auctoritatem divina exaltare gratia et perpetua custodire prosperitate dignetur, sanctissime domine.

---

291. a) *Lemma:* Epistola Albini *A 1.* b) quiapropter *corr. manus recens in* quapropter *in A 1.* c) fide catholica *A 1, A 1*.* d) eruditum *A 1*.* e) introduci *A 1*.* f) christianae *corr. in* christianam *manus recens.* g) Agustino *A 1.* h) quae *A 1*.* i) *om. A 1*.* k) magis quod *A 1;* magis *A 1*.* l) Agustinus *A 1.* m) dicat Lib. 2 c. 23 *A 1*.* n) religione cristiana *corr. manus recens in* religioni cristianae *A 1.* o) sanctae *A 1.* p) mereamur *A 1; corr. in* mereatur *manus recens.*

1) *Aethelhardo fortasse Cantuariensi. Adiungo hanc epistolam alii, in qua Alcvinus easdem superstitiones populi Britannici reprehendit.* 2) *Augustini De doctrina christiana l. II c. 23 § 36 (Opp. III, 1, 33):* Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatoriae vel noxiae superstitionis ex quadam pestifera societate hominum et daemonum quasi pacta quaedam infidelis et dolosae amicitiae constituta penitus sunt repudianda et fugienda christiano.

793—804

292.

Alcvinus archiepiscopo cuidam Anglico[1] pro comitate eius erga se suosque gratias agit. 793—804.

Codd. A 2 fol. 168, A 1 p. 168 nr. 122[a].*
Ed. J 306.

VENERANDO ET AMABILI IN CARITATE CHRISTI PATRI ET FRATRI ILL. ARCHIEPISCOPO ILL. HUMILIS LEVITA IN DOMINO SALUTEM.

Veniens ad nos filius noster ill. tuae nobis caritatis salutationes dulcissimas et sermones iocundissimos et amicitiam optatissimam adtulit, sed et nostri memoriam te in tuis sacrosanctis orationibus habere velle dixerat. Hec omnia gratanti animo suscepimus et pro eis gratias agimus et eadem tibi facere in istis nostris partibus studebimus. Et volumus, sicut per eum petisti, amicitiam nostram inter nos confirmare in illo, qui vos[b] exaltavit et elegit et populo suo praeesse voluit. Vestre fraternitatis legationem et homines semper cum honore sumus accepturi. Et ita rogamus, ut quandocumque nostri ad vos[c] venerint, familiariter eos accipiatis. Hec enim vestre beatitudini velociori manu admodum perscripsimus[d], ne nos[e] putaretis vel salutationem vestram neglegere aut amicitiam spernere, iterum Deo volente et vita comite certius et firmius scripturi.

Bene te valere cupio, venerande et amabilis[f], in caritate[g] pater et frater.

293.

Alcvinus presbyterum quendam Anglicum rogat, ut pro se precetur. Admonitiones addit. 793?—804.

Codd. A 2 fol. 168—169, A 1 p. 168—169 nr. 123[a].*
Ed. J 221.

KARISSIMO FILIO ILL. PRESBITERO[b] ILL. SALUTEM.

Audio te esse in servitio sancti Augustini[c] primi praedicatoris nostri[2]. Idcirco te
magno depraecor desiderio[d], ut apud eundem sanctissimum salutis nostre ministrum me
recordari digneris in sanctis orationibus tuis, et hoc summa voluntate obsecro, ut lec-
tionis studio in docendo iuvenes deservias[e], eosque exhortare[f] sepius de confessione
peccatorum suorum, ne antiquus hostis dominetur illis in desiderio carnali vel quo-
Sap. 1, 4. cumque peccato. Dictum est enim: 'Spiritus sanctus in malivolam animam non intrat,
nec in corpore subdito peccatis habitat'. Magna anime tue retributio manet apud
Iac. 5, 20. Deum in salute illorum, sicut optime nosti apostolum Iacobum dicere: 'Qui converti
fecerit peccatorem' et reliqua[g]. Mundandum est cor a conscientia[h] totius mali[i], ut
dignum habeatur sapientie vasculum et divinitatis visitatione. Quapropter studiosissime
Ps. 33, 15. hec duo doceto, cum propheta dicens: 'Deverte a malo et fac bonum'. Nec sufficit
unum ex his, nisi alterum sequatur. Aperiant adolescentuli vulnera sua medicis
spiritalibus, ut salutem sempiternam mereantur accipere[3]. Saluta, obsecro[k], filium

292. a) *Lemma:* Epistola Albini *A 1**. b) nos *A*. c) ad vos *om. A 2*. d) scripsimus *A 1**. e) nos *A 2*. f) amalis *A 2*. g) Christi *add. A 1**.

293. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri *A 1*. b) prebo *A 2*. c) Agust. *A 2*. d) desidero *A 2*. e) deservies *superscr.* vel -as *A 2*. f) exhorteris *A 1**. g) et rel. *om. A 1**. h) ac scientia *pro* a consc. *A 2, A 1**. i) malitiae *A 1**. k) spiritalis *corr. in* spiritalem *add. A 1**; spiritalis *add. et del. A 2*.

1) *Aedilhardo Cantuariensi?* 2) *id est in ecclesia Cantuariensi.* 3) *Cf. supra p. 217 n. 1.*

meum, fratrem vero venerande dignitatis tue, et de his omnibus meis verbis ammo- c. 796—804
neas illum, ut honeste vivat aliosque doceat, ut sit vas utile in domo Dei. Tuosque, qui tecum sunt, discipulos meo nomine, obsecro, saluta et peto, ut memores sint mei nominis inter sanctissimas eorum preces. Deus, Dei[a] filius, salvator et redemptor omnium fidelium augeat numerum vestrum et vos proficere faciat in omni bono et sapientia, filii karissimi.

EPILOGUS[b] EPISTOLE.

Bene elegisti apud sanctissimum patrem ill. episcopum[1] habitare eumque adiuvare in docendo sapientie studium. Quod iterum atque iterum ammoneo, ut diligenter facias. Hec est tibi merces magna apud Deum, quoniam qui erudiunt multos, fulgent cf. Dan. 12, 3.
meritorum claritate ut firmamentum in perpetuas aeternitates.

294.

Alcvinus discipulum quendam Britannicum ob morum perversitatem reprehendit et ad vitae emendationem hortatur. *c. 796—804.*

Codd. S 1a fol. 123'—124', S 1b fol. 196—197 (S 1 fol. 18'—23), B fol. 84'—85', D fol. 231—232. Edd. M 9, F 157, J 222. — Migne col. 481.*

DILECTISSIMO[a] FILIO[2].

Dulcissime[b] fili, frater et amice, cuius[c] nomen, opto, ut caelestis bibliotheca teneat in aeternum. Olim te genui, nutrivi, alui, et ad perfectum virum usque Deo donante perduxi[3], artibus studiose eruditum, sapientiae sole inluminatum, moribus adprime ornatum; ita ut tuam laudem tota pene decantat Brittania, et latior est fama nominis tui, quam notitia faciei tuae. Huius ego[d] tibi[e] decoris[f] devotus, Christum obtestor, adiutor exstiti, et pro virium mearum[g] portione te[h], si[i] non idoneus, tamen voluntarius, sicut potui, et adhuc absentem obnixe[k] orationibus prosequar, quem quondam praesentem sacris disciplinis provexi. Sed per eius te misericordiam intentius deprecor, qui nos redemit, inluminavit et exaltavit, et suae agnitionis participes[l] effecit[m], ne caritati meae, quae[n] me non sinit tacere, irascaris, si aliquid durius tecum loquatur[o]. Urguet enim me paternitatis[p] affectus fari, quod pennigero rumore narrante didici, quia quaedam[q] agis, quae nec tuae conveniant[r] dignitati, nec meae placeant[s] dilectioni[t]: quia nolim famam claritatis tuae maculis fuscari[u] nigris, ne alius
tibi debitum subripiat locum[4], ut sit novissimus primus et primus novissimus. Matth. 19, 30.

Quid est, fili, quod de te audio, non uno quolibet in angulo susurrante, sed plurimis publice[v] cum risu narrantibus: quod adhuc pucrilibus deservias[w] inmunditiis, et quae[x] numquam facere debuisses. numquam dimittere voluisses. Ubi est nobilissima

---

a) deus *A 2, A 1**. b) Epil. Ep. *om. A 1**.

294. a) Dilectissimo filio, dulcissimo fratri et amico, cuius nomen *B*. b) dulcessime *S 1b*. c) ill. cuius *D*. d) ergo *B*. e) vel *S 1b, D*. f) decorii *D*. g) meorum *S 1, D, B*. h) tam *S 1b, D, B* (*pro* te); tum *S 1a*. i) *om. S 1b*. k) obnice *S 1b*. l) participem *B*. m) efficit *S 1, B*. n) qui *D*. o) loquar *D*. p) paternitas *S 1b*. q) quoddam . . . quod *D*. r) conveniunt *D*. s) placent *S 1, D*. t) lectioni *S 1, D*. u) fuscare *S 1, D, B*. v) puplice *B*. w) deservies *S 1, D, B*. x) quod *D*.

1) *Aethelhardum fortasse Cantuariensem archiepiscopum.* 2) *Frobenius lascivum hunc discipulum Osulfum fuisse coniecit, quem ab Alcvino saepius admonitum esse ex vita eius (c. 12) discimus. Anno 796. laudat Theodulfus Osulfum inter aulicos Caroli Magni eiusque doctrinam praedicat (Carmen ad Carol. reg. v. 175—180, Poet. Carol. I, 487). Frobenii opinionem refellit Hauck (Kirchengesch. Deutschl. II, 144).* 3) *Cf. supra p. 347:* ego . . nutrivi, educavi et ad perfectum perduxi virum (*sc. Eanbaldum II*). 4) *an episcopatum?*

c. 796—804 eruditio tua? ubi est clarissima in scripturis sacris[a] industria tua? Ubi morum excellentia? Ubi animi fortitudo? Ubi timor gehennae? Ubi spes gloriae? Quomodo[b] illa perpetrare non horrescis, quae[c] aliis prohibere debuisses? Converte[d], obsecro, in
Ier. 9, 1. te animum tuum, et dic cum propheta: 'Quis dabit capiti meo aquam et fontem lacrimarum oculis meis, ut[d*] plangam die[e] ac nocte' non Ierusalem[f] Babilonio[g] igne usturam[h], sed animam Sodomitanis flammis arsuram. Per singula momenta properat dirus exactor[i], quem nullus vitare potest. Quid respondebis tunc aequissimo iudici tuo, si nunc non corrigis foedissima facta tua?

Obsecro te, dilectissime fili, per terrorem illius iudicii, quod[k] omnes subire cogimur, ut[l] ab ea die, qua hanc perlegas paginulam[m], intimo dolore dictatam, pura caritate conscriptam, sancta fide sigillatam, constanti animo incipias[n] catenam huius diabolicae suggestionis[o] et impiae consensionis[p] disrumpere, et procul a te abicere[q],
cf. 1. Tim. 2, 8. quatenus puras et liberas manus ad dominum Deum tuum levare valeas, qui praesto est tibi, de longinqua regione revertenti, occurrere[r], si tu non tardaveris surgere et
Luc. 15, 21. 22. dicere: 'Pater, peccavi in caelum et coram te, ideo non sum dignus vocari filius tuus'. Et non solum obviare, sed etiam amplectari, osculari, optimaque induere stola et
cf. Mich. 2, 9. anulo[s] ornare et calciamentis munire, insuper et deducere dignabitur in domum deliciarum[t] suarum, qua[u] angelicis coniunctus coetibus, beata aeternitate et aeterna beatitu-
Ps. 83, 5. dine decantabis: 'Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in seculum seculi laudabunt te'.

295.

Alcvinus discipuli prodigi perversos mores reprehendit et ad vitae emendationem eum hortatur exemplo cuiusdam nunc episcopi olim condiscipuli eius. *c. 796—804.*

Codd. H fol. 67'—69', T fol. 107'—109, S 1 fol. 202'—205' (S 1* fol. 128'—135), D fol. 233'—235'* [a]. *Edd. Q 103, F 158, J 223. — Migne col. 482.*

FILIO PRODIGO[1] PATER LUGENS[a] SALUTEM.

Ier. 9, 1. Quis dabit capiti meo aquam et fontem lacrimarum oculis meis, ut plangam non imaginariam civitatem Chaldea perituram flamma, sed animam imagine[c] Christi inclitam[2], et infinita permansuram aeternitate? Heu heu, infelix anima! ex pretio sanguinis
cf. Ier. 2, 13. Christi nobilis, sed ex peccati contagione ignobilis: quare dereliquisti fontem vitae et fodisti tibi cisternas dissipatas? Cisternas, in quibus non est aqua salutis, sed volutabrum porcorum?[d] Quare dimisisti patrem, qui te ab infantia erudivit, qui te disciplinis liberalibus inbuit[e], moribus[f] instruxit[g], perpetuae vitae praeceptis munivit? et iunxisti[h] te scortorum gregibus, potatorum conviviis[i], superbientium vanitatibus? Nonne tu es adulescentulus ille, omnium ore laudabilis, omnium oculis amabilis, omnium auribus desiderabilis? Heu[k] heu, nunc omnium ore reprehensibilis, omnium

---

a) sanctis *S 1, D.* b) quoniam *D, S 1 b.* c) quod *D.* d) convertere *S 1, D.* d*) et *B.* e) diae *B.* f) Hierussalem *B;* Hierusalem *D, S 1.* g) Babylonio *S 1;* Babillonio *D.* h) futuram *D, B, S 1.* i) exauctor *S 1 b.* k) quem *D, B, S 1.* l) tu *D, S 1, B.* m) paginolam *D, B, S 1 a.* n) incipies *D, B, S 1.* o) diabocae suggesc. *B.* p) consentionis *D, B, S 1 b.* q) abiecere *S 1.* r) occurre *B, D.* s) annulo *S 1 b.* t) dilitiarum *B;* diliciarum *D, S 1.* u) quia *B.*

295. a) *Lemma:* Utilis admonitio patris ad filium prodigum *T*.* b) legens *S 1, D, H.* c) imaginae *H;* imagi imaginem *S 1.* d) pecorum *T*.* e) imbuit *S 1, T*.* f) moribus — munivit *om. S 1.* g) instruit *D, H.* h) iunexisti *S 1.* i) convivis *corr.* conviviis *T*.* k) hae *H:* hę *T*.*

1) *Ad eundem Osulfum, ad quem supra ep. 294, haec quoque Frobenio scripta esse videbatur, sed cf. Hauck Kirchengesch. Deutschl. II, 144 n. 1.* 2) *Cf. supra lin. 4—6.*

oculis execrabilis, omnium auribus[a] detestabilis. Quis te sic subvertit, nisi ebrietas [c. 796—804] et luxoria[b]? Quis te, formose[c] puer, filius ecclesiae, venerabile lumen, persuasit porcos pascere, de siliquis eorum edere? Surge fili, surge et revertere ad patrem tuum, et dic saepius, non semel: 'Pater, peccavi in caelum et coram te, et ideo non sum [Luc. 15, 21.] dignus vocari filius tuus'. Adhuc modicum lumen in[d] te est, curre, dum lucem [cf. Ioh. 12, 35.] habeas[e], ne modo aeternae perditionis tenebrae te adprehendant. Crede in perpetuam miserationis lucem, ut filius lucis fias. Pius est pater, statim occurret[f] revertenti[g] tibi, et in amplexus tuos ruet[h]. Stolam primam tibi afferre[h*] iubet[i], et anulo imaginis suae dexteram decorabit[k] tuam. Noli diutius per vepres vitiorum, velut[l] ovis perdita oberrare, sed revertere ad eum, qui nonaginta novem oves in caelesti altitu- [Matth. 18, 12.] dine dimisit, ut unam, quae in terris erravit, inveniret, reportaret[m], et collocaret cum [Luc. 15, 4. 7.] caeteris ad gaudium angelorum in caelesti patria. Cogitans cogita, quanta sit laetitia angelorum super unum peccatorem[n] paenitentiam agentem, et quam pius et misericors sit ille, qui ait: 'Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat'. Et iterum [Ezech. 33, 11.] per prophetam inquit[o]: 'In quacumque die conversus fuerit peccator, vita vivet et [ib. 33, 12.] non morietur'.

Noli fili, noli vocantem spernere, nec miserantis[p] neglegere pietatem. Recordare aeternorum flammas tormentorum, vermium venenatos dentes, frigoris inmensitatem, plangentium luctus, inmitissimas tortorum[q] facies[r], infinita miseriae[s] spatia. Considera item beatissimas[t] angelorum cohortes[u], gloriosas sanctorum turmas[v], et ipsius omnipotentis Dei[w] ineffabilem beatam visionem, qua sancti fruituri sunt in aeternum. Adhuc poteris illa devitare tibi et ista elegere[x]. Ad illum finem impiorum luxoria[y] et iniquitas perveniet[z] tua: ad istam itaque sanctorum gloriam et laudabilem beatitudinem conversio[a] tua et paenitentia poterit Deo miserante pervenire. Sufficit tibi praeteritum tempus in luxoriis et deliciis[b] transactum. Resipisce aliquando ab hac perditione tua, et diabolicae suggestioni[c] noli diutius obtemperare. Sed confitere peccata tua, et[d] in spe veniae paenitentiam age. Quis scit, si convertatur et ignoscat [Ioel 2, 14.] Deus? Multae sunt enim miserationes[e] illius, et infinita pietas super eos, qui peccata sua plangere curant, non addere: abicere[f] fascem iniquitatis, non augere criminosum onus.

Memento latronem in cruce pendentem, et Ninivitas[g] in cinere sedentes, et [Ion. 3, 5.] impium Manassen regem de Babilonia[h] revertentem captivitate. Sicut illis pietas divina post paenitentiam miserata fuit, ita et tibi erit certissime, si ad illam[i] tota intentione cordis, et conversione vitae, et paenitentiae[k] lacrimis revertere vis. Vide condiscipulum tuum, qui omni devotione cordis Deo semper adhesit, et modo episcopatu[l] praesidet[m] nobilissimo[1], omnibus amabilis, laudabilis et desiderabilis. Tu vero, miserrime, errabundus per vitiorum frutecta, nemini honorabilis, sed omnibus reprehensibilis. Memento, quanto fuisti clarior in donis, melior in eruditione, acutior in sensu, et omni[n]

a) oculis *S 1.* b) aebrietas et luxuria *T**. c) formonse *D, H.* d) est in te *T**. e) *corr. in* habes *T**. f) occurrit *D, H, S 1.* g) revertendi *H, T**. h) ruit *H, D.* h*) adferre *S 1, corr. in* aff. *T**. i) iubebit *T**. k) decoravit *D, H, S 1.* l) velud *D.* m) reportet *D.* n) peccatorum *S 1.* o) inquid *S 1.* p) miserantem *T**. q) tormentorum *S 1, D.* r) faces *D.* s) miseria *H;* miserie *corr.* -rię *T**. t) beatissimos *D, H, S 1, T**. u) choortes *S 1.* v) termas *D.* w) *om. D.* x) aeligere *T**. y) luxoriam *D.* z) perveniat *D.* a) conversatio *D, S 1.* b) diliciis *H.* c) diabolica suggestione *D, S 1, H.* d) *om. D.* e) miserationis *S 1.* f) abiecere *D, S 1, H.* g) Ninevitas *D, T**. h) Babylonia *T**; Babyllonia *D, S 1.* i) illum *T**. k) penitentia *D.* l) episcopato *D, H, S 1.* m) praesedit *D, S 1, H;* presedit *post corr.* presidet *T**. n) omnia *H, S 1.*

1) *De Eanbaldo II archiepiscopo Eboracensi Alcvini discipulo Frobenius haec intellegere voluit. Qui cum a. 796. ad dignitatem archiepiscopi promotus sit, hanc et antecedentem epistolas post hunc annum scriptas esse suspicor.*

c. 796—804 ecclesiastica doctrina praecellentior. Sed nunc quasi tugurium in vinea[a] derelictum, vulpibus et feris habitatio, qui depascere solent vineam Christi. Ille vero tuus quondam[b] compar et eruditionis particeps, templum Dei vivi, et sancti Spiritus habitatio, Deo dilectus et hominibus, aeternas sibi in caelo cotidie praeparat mansiones. Dum tu terrenas sequeris foeditates[c] et lugubre[d] perditionis iter per vitiorum praecipitia ruiturus recurris.

Surge, obsecro, fili mi[e] karissime[f], surge et vade ad fratrem tuum[g], de quo ante dixi, quia vos una genuit ecclesia, una erudivit disciplina, unus instruit et pater: fiat vobis nunc quoque una concordia, et unum salutis tuae consilium, et una ecclesiasticae pietatis habitatio. Scio illum tuis multum gaudere profectibus. Noli preces paternas contempnere, noli lacrimas[h] magisterii mei neglegere. Consolare me de tua salute, ne diabolus glorietur contra me in perditione tua. Ego te filium carissimum nutrivi, alui, erudivi[1]. Non sis mihi in confusionem et tibimetipsi in contumeliam[i] et coaetaneis[k] tuis in obprobrium. Fac viriliter et confortare in Domino et vince
Ioh. 16, 33. omnes adversarios tuos per eum, qui ait: 'Confidite, ego vici mundum'; ut gaudium
cf. Prov. 10, 1. meum plenum sit in te, et gaudium tuum nemo tollat[l] a te. Filius sapiens gloria est patris[2]. Non tantum mihi, qui te genui, gaudium facies ineffabile, sed etiam iuxta evangelicam parabolam, quam paulo ante in hac eadem epistola proposui, omnibus
Luc. 15, 10. angelicis gaudium facies dignitatibus. Noli subtrahere illorum laetitiae[m] et tuae beatitudini[n]. Si modo in praesente[o] facias illos laetari[p] in tua paenitentia, cum illis in gloria tribuet te Deus laetari[p] in aeternum.

Haec tecum maneat cartula[q], et saepius legatur[3], donec perficiatur[r], quod optat qui dictavit illam. Credo, faciens faciet Deus, quod paterna caritas quaerit in filio.
Prov. 27, 1. Sed tu noli tardare converti ad Deum, quia nescimus, quid ventura pariat[s] dies. Deus hodiernam recipit certissime paenitentiam, sed longevitatem praesentis vitae non promisit. In dubio ultimi diei[t] nos dereliquit, ut semper paratos inveniret cum
cf. Matth. 25, 6. 7. bonorum lampadibus meritorum obviare sibi.

296.

Alcvinus monachis S. Vedasti Atrebatensibus mittit versus in ecclesia a Radone abbate denuo aedificata inscribendos; et missas, partim e missali libro petitas partim a se scriptas. Addit de admonitione homiliari postea scribenda. *c. 796—804.*

Cod. Atrebat. 734 (quondam 686) Vedastin. saec. XII, quem contulit I. Heller b. m.
Edd. Martène et Durand Vet. Script. ampl. coll. I, 49—51, F 46, J 224. — Migne col. 215.

CARISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS HUMILIS LEVITA ALBINUS[a] SALUTEM.

Sicut domni abbatis[4] vestraque suavissima caritas demandavit, versus per singulos titulos aecclesiarum et altaria singula dictavimus; et utinam tam rationabiliter quam libenter. Quia vestrae sanctitatis iussio me compellit citato dictare sermone. Tamen vestra pietas defendat quae[b] nostra humilitas oboedienter exaravit.

a) finia *S 1, H.* b) conpar quond. *S 1.* c) fęditates *T*.* d) lugubrę *H, T*.* e) *om. D, S 1.* f) carissime *T*.* g) *om. T*.* h) lacrimam *T*.* i) contumelium *H.* k) coetaniis *S 1.* l) tollit *D.* m) letitia *D;* laetitia *S 1, H.* n) tuam beatitudinem *T*.* o) *post corr.* pręsenti *T*.* p) laetare *D, S 1; corr. alio atram.* laetari *T*.* q) cartola *S 1.* r) perficiat *D, S 1, H;* proficiatur *T*.* s) pareat *S 1, D; corr. in* pariat *H.* t) *om. D.*
296. a) Albini *c.* b) quam *c.*

1) *Cf. supra p. 451 l. 18:* Olim te genui, nutrivi, alui. 2) *Cf. supra p. 71 ep. 29; p. 183 l. 28.* 3) *Cf. supra p. 155 l. 36; 156 l. 25.* 4) *Radonis: v. infra p. 455 n. 5, supra p. 116 n. 1.*

Missas[a] quoque aliquas de nostro tuli missale[1] ad cotidiana et aecclesiasticae consuetudinis officia: primo in honore summaeque Trinitatis; deinde sanctorum intercessiones deprecandas, etiam et angelorum suffragia postulanda, quae multum necessaria sunt in hac peregrinatione laborantibus. Postea sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae missam superaddidimus per dies aliquos, si cui placuerit, decantandam: necnon et sancti Vedasti, patris vestri et protectoris nostri, dictavimus missam, quatinus illius familiaris advocatio sempiternum suis famulantibus afferret solatium. Pro peccatis quoque et elemosinam facientibus adiunximus[b] orationes, quatinus, si quis vel pro suis neglegentiis vel pro aliorum benefactis offerre voluisset, haberet convenientes intercessiones suae voluntati. Arbitror vos melius haec omnia vel in sacramentis vestris conscripta vel in consuetudine cotidiana habere. Tamen, ne inoboediens vestrae essem dilectioni, scripsi quod nos[2] in consuetudine habemus et vobis proficuum esse putavi; obsecrans vestram venerabilem almitatem, ut mei nominis memoriam habeatis, vel inter has vel inter alias vestrae sanctitatis intercessiones. Ut vere fateor, multam habeo fiduciam in vestris sanctis orationibus ad promerendam misericordiam domini nostri Iesu Christi. Qui vos custodiat et in omni bonitate proficere faciat, et orationes vestras exaudire dignetur vel pro vivorum salute vel pro morientium profectu. c.796—804

Vos vero, viri fratres, in unitate caritatis firmiter permanete et in humilitatis oboedientia sollerter adsistite. Iste[c] est honor vester coram hominibus; ista est via vestra ad regnum Dei. In his enim mercedem a Deo sperare debetis; ad hos enim sanctissimos[d] tramites, seniores qui sunt, iuniores deducant. Corripite eos in spiritu mansuetudinis et bona illis praebete exempla, ut, vestris sanctissimis vestigiis inherentes, vitam vobiscum in Christo sempiternam habere mereantur. Saeculum, quod sprevistis, nolite quaerere; saepius cum propheta decantantes: 'Inclina cor meum in testi- Ps. 118, 36.
monia tua, et non in avaritiam'. Radix enim omnium malorum cupiditas est. Melius 1. Tim. 6, 10.
est enim Deum habere in corde quam nummos in sacculo. Lectionis sacrae studia inter labores oboedientiae vestrae diligentissime exercete, ita ut vel opus vel libellus in manibus semper videatur vestris; quia[3] in libris sanctis Deus loquitur ad hominem, et in orationibus suis homo loquitur ad Deum. Quid dulcius debet esse, quam Deum audire loquentem? In his enim et solatia peccator et gaudia benefactor inveniet. Sicut lux laetificat oculos, ita lectio corda. Custodiam oris diligenter observate. Verba, quae ad aedificationem audientibus faciant, semper proferte, quia aliorum salus vestra est retributio. Laus Domini semper sonet in ore vestro, dicente propheta: 'Benedicam Ps. 33, 2.
Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo'; et iterum: 'Sacrificium ib. 49, 43.
laudis honorificavit me; illic iter, quo ostendam illi salutare Dei'.

Needum mihi, karissimi fratres, occurrit tempus dictandi omeliarem ammonitionem[4], sed vita comite, Spiritu sancto inspirante, non ero immemor petitionis vestrae et promissionis meae.

Divina vos clementia in omni bonitate florere et proficere faciat, fratres karissimi. Amen[5].

---

a) Missa *corr.* Missas *c.* b) adiuximus *corr.* adiunx. *c.* c) . . ste *c.* d) has . . . sanctissimas *c.*

1) *sine dubio de missali libro S. Martini Turonensis.* 2) *Turonenses.* 3) *Cf. supra p. 372 l. 7—9; 429 l. 6—8.* 4) *Scripsit postea Alcvinus hanc* adhortationem ad imitandas virtutes S. Vedasti, *quae legitur in Alcvini opp. ed. Frobenius II, 172—174.* 5) *Secuntur in codice Vedastino versus (Poet. Carol. I, 308; SS. XIII, 706) his praemissis verbis:* In aecclesia S. Vedasti in pariete scribendum. *Quarum inscriptionum initium hoc est:*

Haec domus alma Dei flammis crepitantibus olim
Arsit et in cineres tota redacta ruit.
Sed miserante Deo Rado, venerabilis abba,
Construxit melius ac renovavit eam.

796—804

297.

Alcvinus Regnoidae abbatissae precibus se commendat, de vita aeterna disserit. *796—804.*

Codd. A 1 fol. 41'—42', A 1 p. 46—47 nr. 32*[a].
Ed. J 225.

DILECTISSIMAE IN CHRISTO MATRI REGNOIDAE ALCHVINUS[b], SANCTO MARTINO SERVIENS[1], SEMPITERNAM SALUTEM.

Satis mihi placet bonitatis vestrae conversatio et karitatis dulcedo, quam audivi vos pro Christi nomine in fratres et sorores habere. Unde et religiosa vestrae pietatis vita te nobis perfecit amabilem et desiderabilem in Christi caritate: obsecrans, ut nostri[c] habeatis memoriam in Christi karitate et intercedere cum tuis sanctis sororibus pro nobis studeatis, quatinus divina clementia vitam nostram dirigere in suae voluntatis effectum dignetur.

Quid est enim vita hominis in hoc mundo, nisi ut serviat Deo et ex huius nostri[d] operis effectu eternam sibi prosperitatem promereri contendat? Quicquid enim in hoc saeculo amatur vel visibile videtur, omnia enim recedunt et quasi umbre vel fumus evanescit[2]. Tantum quod pro Deo quisque agit, hoc perpetualiter manet in mercede superna. Unde Deo serviens semper praevidere debet, quid cotidianis diebus in Dei servitio peragat vel in elemosynarum largitione vel in humilitatis officio vel in obedientiae puritate vel in orationis vigilantia. Multis enim modis potest homo aeternas sibi praeparare habitationes et qualiter quisque laborat, taliter accipiet remunerationem. Si quis mille annos in hoc saeculo vivere potuisset, hoc nimium
cf. Ps. 89, 4. breve esset, quasi unius diei momentum ad comparationem aeternitatis. Ideo vera est sapientia, ut quisque se ipsum considerans, dum volens dum nolens aeternus erit, ut aeternam sibi ex hoc brevi labore comparet requiem. Unusquisque tunc cupit habere, quod nunc adipisci per gratiam Dei poterit, sed sic quisque habet, quomodo laborat. Qualiter tunc in illa vita cupiat habere, hoc in hac prevideat. Per huius vitae sanctitatem in aeternam poterit quisque pervenire beatitudinem. Unusquisque sibi ipsi laboret, quia pro se ipso rationem reddere habet in conspectu altissimi. Nam hinc memor, sanctissima mater et dulcissima Dei ancilla, totis viribus et tota intentione tibi praepara aeternae gloriae cum sanctis Dei beatitudinem, ubi omnis aeterna est laetitia et aeterna est beatitudo, in quam te dominus Deus cum subiectis sororibus tuis perducere in sua misericordia dignetur, dulcissima mater.

298.

Alcvinus Raganbertum episcopum Lemovicensem[3] *hortatur, ne presbyteris ecclesiarum ad coenobium S. Martini Turonense pertinentium in dioecesi Lemovicensi nova tributa imponat.* *796—804.*

Cod. H fol. 39'—40'[a].
Edd. F 199, J 226. — Migne col. 487.

297. a) *Lemma:* Epistola Albini ad Renoide *A 1.* b) Alcuinus *A 1*.* c) nobis *leg. J. in A 1.* d) nostri *om. J.*
298. a) *Lemma:* Ad Raganbertum episcopum *H.*

1) *id est abbas monasterii sancti Martini Turonensis; cf. supra p. 340 ep. 205, ubi se ipsum vocat:* famulus et serviens sancti Martini. 2) *Cf. supra p. 275 n. 1; 407 n. 3.* 3) *Cf. Alc. Carm. XXXIX v. 6 (Poet. Carol. I, 252):* Si Regenbrectum possis servare magistrum, | Serva sic vestro patrono et praesule magno. *Chartae Hludowici Pii regis a. 794. (Mühlbacher Reg. 497) datae Reginpertus episcopus capellanus eius subscripsit cf. Simson Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 92.*

DOMINO VENERANDO, NOBISQUE CHRISTI AMORE COLENDO RAGANBERTO[a] EPISCOPO ALCHVINUS LEVITA SALUTEM. 796—804

Memor[b] condictae amicitiae inter nos, quae mihi fiduciam praestat aliquid scribendi ad vos, quod nobis ex utraque parte necessarium videtur. Dictum est mihi, quod vestri iuniores[1] aliquam novam consuetudinem misissent super ecclesias et presbiteros sancti Martini; immo et de vobismetipsis dixerunt. Tamen de vestra sanctitate hoc non credebam; aestimans vos canones optime servare, et maxime domini nostri Iesu Christi evangelicam sententiam, ubi ait: 'Gratis accepistis, gratis date'. Matth. 10, 8.

Dicunt enim[2]: vestri missi mandassent presbiteros nostros: de pane modio I et dimidio[c]; de vino modio I; de annona ad caballos modia quattuor; casios VI; ova C; pisces et orto[3] et ligumen ad sufficientiam[d] ab[e] unoquoque presbitero; et si hoc non reddidissent, ex vestra auctoritate interdictum haberent missas non cantare in ecclesiis nostris; nec etiam alios presbiteros in ecclesiis sancti Martini cantare licitum habere.

Mirum mihi videtur, qua auctoritate ecclesias Christi excommunicare voluisti. Si presbiteri peccaverunt, quid ecclesia peccavit? Quare non memorant tui iuniores, quam terribiliter beatus Petrus princeps apostolorum venditores gratiae in primo huius heresis inventore[f] percellit[g], dicens: 'Pecunia tua tecum sit in perditione[h]'. Deprecor, Act. 8, 20. clementissime pater, in ea caritate, qua Deus nos coniunxit, et in ea fide, quam[i] condiximus, ne quid novi mittas in ecclesias sancti Martini et in res illius. Potens est sanctus Martinus apud Deum defendere res suas, si necesse est illi clamare ad Deum.

Dimitte, si placeat et si fieri possit, sic esse ecclesiis Christi, quae sunt in emunitate sancti Martini et in parrochia vestra, donec conloquamur. Quicquid enim iustum est tuam recipere ab eis auctoritatem, non rennuo. Sed omnino, si tibi oboedientes non erunt, ego tecum constringo eos. Ad tuam[k] enim sinodum venire debent et rationem reddere de officiis spiritalibus, et tu gratis dare illis quae Dei sunt, sicut ante praedixi: domino Iesu demandante, ut gratis spiritalia dona dentur ab omnibus. Et maiorem tibi prosperitatem praestat intercessio sancti Martini et sancti Aredii[4] quam illorum consilium, qui hanc hortantur exactionem et tributa solvere. Et si aliis facere voluisses, numquam tamen nostris hanc necessitatem inponere te velle putavi propter amicitiam inter nos condictam, vel magis honorem sancti Martini: quem Deus tanta honoravit auctoritate, ut omnibus auxilium sanctis suis intercessionibus praestare poterit.

Incolomem et felicem beatitudinem tuam, recteque praedicantem divina clementia protegere et exaltare dignetur, domine sanctissime.

299.

Alcvinus abbati cuidam fratrem reum commendat. *796—804.*

Codd. A 1 fol. 63, A 1 p. 69 nr. 47*[a].
Ed. J 228.

a) Ragerberto *H; cf. p. 456 ep. 298 n.* a. b) sum *excidisse videtur. J.* c) dimedio *H.* d) ad sufficienter *H.* e) ad *H.* f) inventori *H.* g) percellet *H.* h) peditione *H.* i) qua *H.* k) tuum *H.*
299. a) *Lemma:* Epistola Albini magistri *A 1.*

1) *iidem, qui post paulo* vestri missi *vocantur.* 2) *Cf. ad hunc locum Hauck Kirchengesch. II, 203 n. 2.* 3) *horto i. e. herbam in hortis natam.* 4) *Coenobium S. Aredii Atanacense (S. Yricix), dioec. Lemovicensis, monasterio S. Martini Turonensi subditum erat. V. Bouquet Recueil II, 382 et Gallia Christ. II, 547. J.*

797—804 FAMILIA AUTEM N. IAM VOBIS OMNIBUS IN CHRISTO SALUTEM, MAXIME TAMEN TIBI, QUI ES ABBAS VEL ABBATISSA ECCLESIAE TUAE COMMENDATE IN DEO.

Rogant enim omnes unanimiter fratres nostri[1] cum consilio[a] episcopi sui[2], ut suscipiatis fratrem istum, qui est portitor litterarum istarum, cum benignitate et caritate Dei; et si quid cum neglegentia aut cum inobedientia sua deliquit[b], ut dimittatis ei. Recordamini, quomodo nobis omnibus sermo divinus clamat et per semetipsam
Matth. 6, 14. 15. veritas dicens: Dimittite et dimittetur vobis: si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester celestis dimittet vobis delicta vestra, et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis'.

Vale valde pollens prospere in commune cum tuis, kare in Christo.

300.

Alcvinus Aedilburgae abbatissae Flaedanbyrgensi, Offae Merciorum quondam regis filiae, pro muneribus missis gratias agit. De regum iniuriis eam consolatur. Addit de omisso ab ea itinere. *797—804.*

Codd. H fol. 22'—24, T fol. 103'—104, A 1* p. 164—165 n. 116*[a].
Edd. Q 100, F 147, J 229. — Migne col. 468.

ALBINUS EUGENIAE[3] FILIAE VIRGINI CARISSIMAE IN CHRISTO SALUTEM.

Litteris dilectionis vestrae acceptis et dulcissimis cum gratiarum actione muneribus, valde laetatus sum in fide et caritate vestra. Auditisque tribulationibus, quas non solum vestra innocentia patitur[b], verum etiam pene omnis servorum Dei multitudo. Quia reges[4] vobiscum tyranni facti sunt, non rectores; nec ut olim reges a regendo[5],
Ps. 33, 20. sed a rapiendo dicuntur. Sed forti animo esto — 'multae sunt enim tribulationes
iustorum' clamat[c] psalmista — ut consequi valeas quod sequitur: 'sed de his omni-
Matth. 10, 21. bus liberabit[d] eos Dominus'. Et Dominus in evangelio: 'Tradet frater fratrem in
Luc. 21, 19. mortem' et cetera; 'sed in patientia vestra possidebitis animas vestras'. Aurum non
splendescit, nisi igne probetur. Iob lateret occultus, nisi tribulationibus probaretur;
Iac. 5, 11. de quo Iacobus apostolus, dum nos ad patientiam hortaretur, ait: 'Iob audistis et
Rom. 5, 3. ib. 5, 4. finem Domini vidistis'. 'Tribulatio patientiam operatur', ut ait apostolus, 'patientia
autem probationem, probatio vero spem'. Qualem spem? nisi perpetuae beatitudinis.
Matth. 13, 46. Si margaritam invenisti pretiosam, venditis omnibus eme illam; teneas nec[e] dimittas
1. Ioh. 5, 19. eam. Saeculum[f] hoc in maligno[g] positum. Sunt homines se ipsos amantes, evan-
gelio Christi non oboedientes. Unusquisque viam voluntatis suae graditur, non sequens
Ioh. 8, 12. eum, qui ait: 'Ego sum lux mundi; qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed
Matth. 16, 24. habebit lumen vitae'; item: 'Qui vult post me venire[h], abneget semetipsum, tollat
crucem suam et sequatur me'. Crux tollitur, dum per patientiam tribulatio vincitur.
2. Tim. 2, 5. Nemo miles coronabitur, nisi qui legitime certat. Legitime certare est virginis[i], ut

a) consiliis *A 1**. b) deliquid *A 1*.

300. a) *Lemma:* Ad Aedilburgam, filiam regis Offani cognomento Eugeniam *H;* Albinus ad Eugeniam filiam *T* ad marg.:* Epistola consolatoria de tribulatione hominis; Epistola ad Eugeniam *A 1**. b) passa est *A 1**. c) clamante *A 1**. d) liberavit *A 1**. e) ne *A 1**. f) Saeculum — positum *om. A 1**. g) est *add. T**. h) ven. post me *A 1**. i) virgini *T**.

1) *Turonenses, quibus Alcvinus igitur iam praeerat.* 2) *Iosephi archiepiscopi Turonensis, ut videtur.* 3) *i. e. Aedilburgae abbatissae Flaedanbyrgensi, filiae Offae regis Merciorum; v. huius paginae n. a. et epp. 36. 102 supra p. 78 n. 1; 148.* 4) *Coenuulfus rex Merciorum 796—819, et Eardulfus rex Northanhumbrorum 796—809.* 5) *Isid. Etym. IX, 3, 1:* reges a regendo vocati, *cf. supra p. 51:* A regendo vero rex dicitur.

sit sancta corpore et anima et sit digna deo[a] Christo sponsa: cantans cotidie: 'Dilec- 798—804
tus meus mihi[b] et ego illi, qui pascitur inter lilia', id est[c] candorem[d] virginitatis. 1. Cor. 7, 34. Cant. 2, 16.
Memor esto virgines esse prudentes, esse[e] et fatuas. Si antiquus hostis in te ipsa, cf. Matth. 25, 2.
id est in corpore tuo, temptationis locum non invenit, omnino exterius quaerit[f], quo-
modo animi fortitudinem enervare valeat. Cui forti animo resistendum est. 'Non sunt Rom. 8, 18.
enim', ait doctor egregius, 'condignae passiones huius temporis ad superventuram
gloriam, quae revelabitur in nobis'; dum revelata facie videbitur Deus deorum in Ps. 83, 8.
Sion. Et virgo, quocumque ierit, agnus sequitur eam[g]. cf. Apoc. 14, 4.

O nimium[h] felix, cui nec felicior ullus[1],

quae, beata[i] Dei genetrice ducente, omnia secreta caelestis regni intrare merebitur
penetralia.

Non nocet multum, quod iter[2] perficere non valuisti, quod coepisti, Deo aliquid
melius providente tibi. Expende in pauperum solacia, quod in tanti iteneris[k] viaticum
tibi praeparasti. Da quod habes, ut accipere merearis quod optas[l].

Habeto eius pleniter in corde caritatem, quem defensorem tibi petis in tribula-
tione. Non est diabolo facilis vastatio domicilii, in quo est habitatio Christi; a cuius Ps. 90, 7.
latere cadent mille et decem[m] milia a dextris eius. Illum habeas, opto, consolatorem
in omni tribulatione tua, quem habebis remuneratorem totius patientiae[n] tuae.
Respice in eum, qui ait: 'Confidite, ego vici mundum'. Illius te aeterna potestas in Ioh. 16, 33.
omni tribulatione vincere faciat et palmam perpetuae beatitudinis accipere concedat,
qui ait[o]: 'Dabo ei mannam[p] absconditum, quem[q] nullus[r] novit, nisi qui acceperit'. Apoc. 2, 17.
Valeto in omni virtute et sapientia florens, carissima filia.

301.

Alcvinus Alchardi Elmhamensis et Tifredi Dummocensis episcoporum amori se commendat. De Lullo abbate. *798—804.*

Cod. H fol. 49'—50.

Edd. F 206, Haddan and Stubbs Councils III, 551, J 230. — Migne col. 491.

SANCTISSIMIS ET VENERABILIBUS PATRIBUS ALCHARDO[3] ET TIFREDO[4] EPISCOPIS ALCHVINUS LEVITA SALUTEM.

Deprecor piissimam bonitatem vestram, ne parvitatis meae litteras praesumptiosas
aestimetis. Vestrae igitur caritatis fiducia easdem scribere ausus sum. Quia humi-
litas christiana nullum spernere debet, sed omnes benigne suscipere pio dilectionis
gremio. Quam in vobis opto habundanter per Spiritum sanctum splendescere, ut
flumina de ventre vestro aquae vivae, id est doctrinae sacrae, sicut in evangelio ipsa Ioh. 7, 38.
veritas ait, sufficienter fluere videantur.

Vestrum est omnibus praedicare verbum Dei, omnibus lucere in domo[a] Dei, ut
omnes per vos veritatis lumen agnoscant et per pascua perpetuae beatitudinis dedu-
cantur. Os vestrum tuba debet esse dei Christi, quia linguae[b] auctoritatis vestrae
claves sunt caeli, habentes potestatem aperire et claudere: paenitentibus aperire,

a) *om. T**. b) est *add. A 1**. c) inter *add. T**. d) candore *H.* e) *om. T*;* et non *A 1* pro* esse et. f) quaeret *A 1**. g) eum *codd.* h) Omnium *pro* O nimium *A 1**. i) beatae e *eraso T**. k) iteneris *post corr.* itineris *T*, A 1**. l) appetis *A 1**. m) *corr. in* decim *H.* n) poenitentię *T**. o) qui vicerit *add. A 1**. p) manna *T**. q) quod *T*;* quem *corr. in* quam *A 1**. r) nemo *A 1**.
301. a) domum *H.* b) linguä *H.*

1) *eundem versum laudat supra p. 39.* 2) *De itinere Romam suscipiendo cogitavisse videtur Aedilburga.* 3) *episcopo Elmhamensi 786—811.* 4) *episcopo Dummocensi (Dunwich) 798—816.*

798—804 resistentibus veritati claudere. Quapropter tantae excellentiae vosmetipsos dignos bonis moribus efficite: scientes laudem esse sacerdotum praedicationis adsiduitas. Non est ludus saecularis sacerdotalis honor: sed magna diligentia in mandatis Dei se ipsum exercere debet sacerdos Christi, ut exemplis simul et verbis populum erudiat christianum.

Laudabat mecum vestram bonam conversationem venerabilis frater Lullo abbas[1]. Ideo supplex ego vestrae sanctitati me ipsum commendare curavi: deprecans, ut iubeatis nostri nominis per vestras ecclesias aliquantulam fieri memoriam. Non pro meis meritis, sed pro Christi caritate haec ipsa flagitare praesumpsi. Facite exinde, sicut de vestra bona pietate confido.

Deus dominus augeat vos meritorum gratia et proficere faciat in omni sanctitate et praedicatione verbi Dei, carissimi et desiderabiles patres.

302.

Alcvinus Ardbertum virum illustrem laudat et admonet; Lullum abbatem commendat.
798—804.

Cod. H fol. 48'—49'.
Edd. F 207, J 231. — Migne col. 492.

ALCHVINUS SANCTI MARTINI FAMULUS ARDBERTO[2] VIRO INLUSTRI PERPETUAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Audiens vestram laudabilem conversationem, sicut decet vestrae personae, valde me gavisum esse fateor. Tu vero, vir optime, semper quae Deo placeant fac aliisque suadeas: ut benedictio Dei te ubique comitetur, et proficias in consilio salutis tuae, multorumque profectu, populo iustitias faciens, pauperibus misericordiam, ecclesiis Christi honorem, ut servorum Dei intercessio domini Iesu clementiae te cotidie
Iac. 5, 16. commendet. Quia multum valet deprecatio iusti, quanto magis plurimorum.

Habeto pauperum curam, qui ante hostium convivii tui stare solent. Quia in pauperibus Christus suscipitur, qui dicturus est in die iudicii illis[a], qui elymosinam
Matth. 25, 40. pauperibus diligenter faciunt: 'Quamdiu uni ex minimis fecistis, mihi fecistis'. Quos sequitur illa felicissima sententia, quam Dominus dicturus erit illis, qui in hoc saeculo
ib. 25, 34. in[b] pauperes peregrinos miseros et infirmos benigni fuerunt, dicentis: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi'.

Nostri nominis memoriam per ecclesias ditionis vestrae, deprecor, ut iubeatis fieri. Gaudeo siquidem de vobis semper meliora audire, sciens multorum esse prosperitatem tuae bonitatis pietatem in servitio Christi. Pluriora siquidem scripsissem dignitati tuae, si talis cognitio inter nos esset, ut praesumtiosum[c] non videretur me subito vestrae excellentiae ingerere. Sed quod cum Christi caritate scripsi, obsecro, ut humiliter legere digneris.

Nam praesens huius indiculi portitor, Lul venerabilis abbas, vestram solebat apud me laudare bonitatem. Ea fiducia has etiam litteras scripsimus. Quem benigne in suis causis ut suscipiatis, deprecamur, tali pietate[d], qualem nobis de vobis referre solebat.

302. a) illius *H.* b) in *addidit J.*, erga *Frob.* c) praesuntiosum *H.* d) pietatis *corr. in* pietati *H.*

1) Lulla abbas *a. 803. in synodo Clofeshoensi interfuit (Gray Birch Cartul. Saxon. I, 436. 437).* 2) Heardberhtus dux *in variis Offae, Egfridi, Coenulfi regum Merciorum tabulis legitur annorum 792—816 (Gray Birch Cartular. Saxon. I, 368—498; Simeon Dunelm. a. 778. p. 46).*

Opto, ut feliciter longeva prosperitate in hoc saeculo vivas et post huius vitae terminum Deo donante ad perpetuae beatitudinis regnum pervenire merearis, vir nobilissime nobisque amantissime. c. 799—804

303.

Alcvinus Nifridium episcopum Narbonensem et Benedictum abbatem Anianensem ad laboris assiduitatem cohortatur. *c. 799—804.*

Cod. H fol. 35'—36'[a].
Ed. J 236.

DILECTISSIMIS IN CHRISTO DEO PATRIBUS NIFRIDIO EPISCOPO[1] BENEDICTO ABBATI[2] EXIGUUS MERITIS SED FIDELIS CARITATE ALCHVINUS AETERNAE BEATITUDINIS SALUTEM.

Fateor me frequentia litterarum vestrae sanctitatis occupasse oculos, sed nec sic tamen implesse caritatis dulcedinem, quae meum nullatenus permittit[b] quiescere calamum nec lassescere[c] linguam in dictando[3]; volens ostendere magnitudinem amoris et fidei fervorem, quo animus meus in vestram conligatus est dilectionem fratribusque conglutinatus, quos divina superni pastoris gratia per vestrae devotionis instantiam illis coadunavit in partibus[4]; ut cives caeli angelicam agerent in terris vitam: patienter expectantes beatam spem et adventum magnae remunerationis, qua angelis aequales efficiantur non solum animarum dignitate, sed etiam corporum[d] resurrectione.

Quis labor cuiquam durus[e] videri debet, dum fideliter in Christi sudantibus praeceptis angelica promittitur aequalitas? Quid futurus regni Dei possessor difficile in terris aestimare vel timere debebit, dum eundem habet adiutorem in ascendendo ubique, quem habet remuneratorem semper in redeundo? Quis felicior illo, qui aliam non habet partem in hoc saeculo nisi dominum Deum? qui ideo descendit de paternae maiestatis sede, ut nobis patefaceret viam caelestis regni ascendere gloriam. Tantum nos tardi non simus in accipiendo quod ille valde largus est in praestando. Hoc magnopere considerandum est, ut integra fide, catholica pace, indefesso labore usque in finem firmum perseveremus in opere Dei et, quod semel elegimus, semper teneamus. Propositi nostri non derelinquamus professionem. Stet unusquisque in acie exercitus Christi, non derelinquens locum suum, sed viriliter pugnet cum conmilitonibus suis. Quia multorum auxilio tutius laborem militiae sustinet, quam si solus contra plurimos stare incipiat vel, quod absit, fugiendo terga ostendat persequentibus se. Teneat unusquisque arma sua, in quibus triumphare debet; nec ea inimicis praestet suis. Coerceat linguam suam a murmuratione vel reprachensione aut certe ceteris linguae vitiis; quae data est ei ad laudem Dei, ad veritatem proferendam, vel fraternum exhortandum[f] laborem. Ut[g] non habet adversarius, quid ei noceat in linguae officio, sic de ceteris membrorum ministerio sentiendum est. Infirmus est serpens in sua virtute, si nostra illi non demus arma ad vulnerandum nos. Teneamus firmiter, quae nostra sunt, ut possimus evadere, quae nostra non sunt, id est aeterna tormenta[h], sed habere, quae nostra voluit Deus esse, id est regna caelorum. Videat

---

303. a) *Lemma:* Ad Nifridium episcopum et Benedictum abbatem *H.* b) permitt *H.* c) lasescere *H.* d) corporis *leg. Pertz.* e) durius *H.* f) exhortando *H.* g) et *H.* h) aeterna tormenta *scripsit J. pro* atormenta *H.*

1) *Narbonensi, qui primum anno 799. commemoratur (Abel Jahrbücher des fränkischen Reiches I, 361 n. 2).* 2) *Anianensi.* 3) *Cf. supra p. 318 ep. 191:* linguam ad dictandum. 4) *Cf. Versus Theodulfi ad monachos S. Benedicti (Poet. Carol. I, 520):*

Quod fuit Ausoniis Benedictus rector in arvis,
Hoc modo tu in nostris es, Benedicte, locis.

801—804? quisque, quid valeat, quo donatus sit talento, et laboret viriliter in eo, ut multiplici
munere dignus habeatur in conspectu altissimi largitoris. Veniet enim quaerere pecu-
niam suam qui dedit. Cui rationem unusquisque pro se redditurus erit: studeatque[a], ut
ei[b] plenis bonorum operum manibus occurrat, qui rationem donorum suorum quaesiturus
adveniet. Habeamus semper in praesentia iudicis iustitiam, examinis severitatem,
meritorum retributionem: et non perdamus tempus misericordiae Deoque acceptabile.
cf. Ioh. 12, 35. Dum lucem habeamus, curramus in luce, ne tenebrae nos adpraehendant. Quales
fieri optamus ante tribunal Christi stantes, tales nos praeparemus viventes in hoc
saeculo, quia haec peregrinatio nobis data est ad promerendam patriam sempiternam.
Qui hic viriliter laborat in Christo, ibi feliciter regnabit cum Christo.

Vos divina gratia fortes efficiat in certando et felices in regnando, fratres carissimi.

304.

Alcvinus Carolo regi[1] *breviarium supplicandi ad Deum dedicat. ?801—804.*

Cod. Parisinus 2731 s. X. fol. 40—41', lib. quondam Turic., iam thesauri regii Monac. s. IX, de quo cf. W. Meyer Spirensem (Sitzungsber. der Münchner Akad. a. 1883 p. 424—436)[a].

Edd. Frobenius II, 52, J 244. — Migne CI, col. 509.

Beatus igitur David rex magnus et servus Dei altissimi nobis psallendi regulam
dedit, qualiter per dinumeratas horas quaslibet homo ad Deum cottidie[b] preces fundere
Ps. 118, 164. debeat, ita dicens: 'Septies in die laudem dicam tibi'. Hoc est prima hora, secunda,
tertia, sexta, nona, vespertina et duodecima. Per has itaque septem horas David rex
Dan. 6, 10. 13. laudem dicebat Deo, sed et sanctus Danihel propheta tertia et sexta et nona hora diei
ad deprecandum Dominum ascendens in solarium suum expansis manibus ad caelum
deprecabatur Deum pro se et pro populo Israhel. Sed et isdem rex David adhuc
ib. 70, 14. ib. 118, 62. dixit: 'Et adiciam super omnem laudem tuam'. Proinde rursus ait: 'Media nocte surge-
ib. 118, 55. bam ad confitendum tibi', id est, nocturna hora. Et iterum ait: 'Memor fui in nocte
ib. 62, 7. nominis tui, Domine', quod est gallorum cantus. Sic 'memor fui tui super stratum
meum, in matutinis meditabor in te'. Hi sunt per noctes tres offitii cursus, et per
Deut. 10, 4. diem septem: quibus iunctis[c] simul efficiuntur decem, quos nos secundum decem verba
legis Moysi sectantes cantamus[d].

Sed quia vos rogastis, ut scriberemus vobis breviarium comatico sermone, qua-
liter homo laicus, qui adhuc in activa vita consistit, per dinumeratas horas has Deo
supplicare debeat: et licet vos, qui christiano ordine vivitis et christiana opera facere
desideratis, non ignoratis, qualiter Domino supplicetur: sed quia rogastis, dicemus
breviter quod sentimus. Cum enim de lectulo stratus vestri surrexeritis, dicendum
vobis est: dic primum: 'Domine Iesu Christe, fili[e] Dei vivi, in nomine tuo levabo
ib. 5, 2. 5. manus meas. Deus in adiutorium meum', tribus vicibus[f] cum psalmo: 'Verba mea', us-
que: 'Mane adstabo tibi'. Deinde, 'Pater noster', et preces: 'Dignare, Domine, die isto:
ib 16, 5. perfice gressus meos: Benedictus Dominus die cotidie: dirigere et sanctificare digneris:

a) studeatque *scripsit J. pro* steatque *H.* b) ei *addidit J.*

304. a) *Lemma:* In nomine Dei summi incipit scriptum Albini magistri ad Karolum imperatorem *P;* Incipit praefatio huius libri *M.* b) *om. P.* c) aptis *P.* d) *hic finit M.* e) filii *P.* f) tres uitibus *P.*

1) *Hauck (Kirchengesch. Deutschl. II, 139 n. 1) hoc breviarium Carolo regi iuniori dedicatum esse coniecit, sed res est admodum incerta. Cf. Vit. Alchv. c. 15 (SS. XV, 193):* docuit etiam eum per omne vitae suae tempus, quos psalmos poenitentiae cum letania et orationibus precibusque, quos ad orationem specialem faciendam, quos in laude Dei, quos quoque pro quacumque tribulatione quemque etiam, ut se in divinis exerceret laudibus, decantaret. Quod nosse qui vult, legat libellum eius ad eundem de ratione orationis.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos'. Et surgens incipiat versum: 'Domine, labia 801—804
mea aperies'. Ipso expleto cum gloria incipiat psalmum: 'Domine, quid multiplicati Ps. 3, 2.
sunt'. Deinde sequitur: 'Miserere mei Deus'. Deinde: 'Venite, exultemus Domino'. Deinde psalmos quantos volueris[a].

304a.

Alcvinus Carolum regem ab eo rogatus de horis canonicis celebrandis docet[1].

? 801—804.

Codd. bibl. Minervae Romanae B IV 18 saec. IX. charact. langob. scr. fol. 167 (R), Vatican. 1339 saec. XI. fol. max. p. 143' (V). Contulit utrumque v. cl. Victor Gardthausen Lipsiensis. Exstat etiam in cod. Escorial. d III 7 chart. saec. XIV. (N. Arch. I, 569; VI, 243)[a].

Nocturnos celebramus[b] propter quod media nocte ad iudicium venturus esse
creditur Dominus, unde in evangelio legitur: 'Media nocte clamor factus est' et illud Matth. 25, 6.
in psalmo: 'Memor fui [in] nocte nominis tui, Domine'. Item alibi[c]: 'Media nocte Ps. 118, 55. ib. 62.
surgebam ad confitendum tibi'. Matutinos propter illud psalmistae: 'In matutinis ib. 62, 7.
meditabor in te', vel quia tunc a mortuis resurrexisse Dominus creditur.

Primum propter initium diei et[d] quia ea hora a sacerdotibus et principibus adiudicatus[e] est reus Dominus propter nos.

Tertiam, quia clamaverunt Iudei[d]: Crucifige, crucifige; et Spiritus sanctus super Luc. 23, 21.
apostolos hora descendit[f] tertia.

Sextam, quia tunc in cruce suspensus est Christus et[g] tunc tenebrae factae sunt,
vel quia eadem hora videntibus discipulis ascendit in caelum et Petro vas de caelo Act. 10, 11.
tali hora ostensum est.

Nonam, quia tunc inclinato capite Dei[h] filius emisit spiritum et Petrus et Iohan- ib. 3, 2.
nes clodum[i] in templo sanaverunt.

Vesperam propter recessum Dei et in[k] eadem hora sepultus est salvator, vel quia tunc in fractione panis agnitus[l] est[m] Dominus.

Completorium, quia tunc ianuis clausis stetit Iesus in medio discipulorum suorum. Ioh. 20, 26.

Per has itaque horas septies in die et semel in nocte David rex laudem can- Ps. 118, 164.
tabat Domino[n] et non tantum per has, sed etiam cum assiduis precibus Dominum
laudare[o] adiungens dicebat: 'Ego autem semper in te spectabo[p], Domine[q] et[r] adiciam ib. 70, 14.
super omnem laudem tuam'. Et si ille, cum in tantis laudibus die noctuque Dominum deprecaretur, pulverem et cinerem se aestimabat[s] cum diceret: 'Numquid confite- ib. 29, 10.
bitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam', quanto magis et nos, qui pene[t] in omnibus a Domino[n] alieni[u] existimus, saltem[v] per has horas domino Deo[w] cum summa devotione laudes[x] referre debemus. Sed[y 2] quia vos rogastis, ut scriberemus vobis breviarium commatico[z] sermone, qualiter homo[a] laicus adhuc in activa vita con-

a) *sequitur:* Incipit confessio, incipiunt psalmi de paenitentia *cet.*

304a. a) *Lemma:* Alia ratio eiusdem rei collecta ab Alcuino magistro ad Carolum *R*, Incipit de canonicis horis et de eucharistia et excommunicatione, de sepultura, ac de anima hominum, et haelymosina pro mortuis, inprimis de horis canonicis, quae celebrandae sunt. Karolus rex mittens requirendum ad Alcoinum *V.* b) caelebramus *V.* c) *om. V.* d) *om. R.* e) est adiudicatus *superscr.* id est condemnatus *V.* f) tert. desc. *V.* g) *om. R.* h) domini *R.* i) claudum *V.* k) *om. V.* l) *superscr.* id est cognitus *V.* m) eadem hora *add. V.* n) deo *V.* o) laudaret *V.* p) sperabo *V.* q) deus *V.* r) *om. R.* s) exstimabat *V.* t) *superscr.* id est per omnia *V.* u) alienum *R.* v) *superscr.* id est videlicet *V.* w) domino deo *bis R.* x) domino *add. V.* y) *om. R.* z) bre . . . . matico *R;* id est brevissimo *superscr. V.* a) hom . . . . . ratas *R.*

1) *Hoc Alcvini responsum hucusque ineditum, quod ad epistolas vix pertinere videtur, cum litteris antecedentibus ob argumenti similitudinem coniungere volui.* 2) *Cf. supra p. 462 lin. 29.*

c. 801—804 sistens per has dinumeratas horas Domino[a] supplicare debeat[b], quantum potui brevitatis causa exponere curavi.

305.

Alcvinus Widoni Britannici limitis comiti ab eo rogatus librum de virtutibus et vitiis saepius legendum mittit. *c. 801—804.*

Codd. S. Galli 146 s. IX. p. 120—121 (A), S. Galli 677 s. X. p. 132—137 (G), Monac. 4601 (Benedictobur.) s. X. fol. 102—102', Trec. 1742 s. IX. fol. 5—6 (T), Matritens. A 151 s. IX—X. (M), Epored. 30 (I), Carnot. 113 s. IX. (C)[a].

Edd. Margar. de la Bigne Bibliothecae SS. patrum append. col. 1091—1092 (sine epilogo); Quercetanus col. 1217. 1244; Frobenius II, 128. 145, J 237. — Migne CI, col. 613. 638.

DILECTISSIMO FILIO WIDONI[b] COMITI[1], HUMILIS[c] LEVITA[d] ALCHWINUS[e] SALUTEM.

Memor petitionis tuae et promissionis meae, qua[f] me obnixe flagitasti aliquod[g] tuae occupationi, quam te in bellicis rebus habere novimus, exhortamentum[h] brevi sermone conscribere[i], ut haberes[k] iugiter inter manus paternae ammonitionis[l] sententias, in quibus te ipsum considerare potuisses, atque[m] ad aeternae beatitudinis excitare studium. Cui tam[n] honestae petitioni libenter me[o] annuere fateor, optans meae devotionis apices tibi ad perpetuam proficere salutem. Quos etiam, quamvis minus eloquenter[p] videantur esse compositi[q], tamen certissime scito[r] sanctae caritatis vigore eosdem esse dictatos. Singulis siquidem huius sermonis seriem distinxi[s] capitulis, quatenus facilius vestrae devotionis memoriae haec mea dicta inhaerere potuissent[t]: sciens[u] te in multis saecularium rerum cogitationibus occupatum. Unde precor sanctum salutis vestrae desiderium, ad[v] harum sepius, quasi ad quoddam recurrere solatium, litterarum lectiones[w]; ut animus exterioribus fatigatus molestiis, ad se ipsum reversus[x] habeat, in quo[y] gaudeat: et quo maxime festinare debeat, intellegat. Sicut[z] meas diligenter flagitasti piae exhortationis[a] litterulas, ita te humiliter deposco, ut easdem saepius legere digneris. Et hoc tuam, dilectissime[b] fili, dilectionem obnixe deprecor[c], ut plurima[d] tibi ipsi elemosinarum[e] largitione, et iudiciorum aequitate, et misericordiae sedulitate, caelestis gloriae habitationem indefessa[f] voluntate praeparare studeas. In quo opere et desiderio divina te clementia semper[g] ubique adiuvare dignetur, dilectissime[h] fili.

Haec tibi, dulcissime fili Wido, brevi sermone, sicut petisti, dictavi[i]; ut habeas cotidie[k] quasi manualem in conspectu tuo libellum, in quo possis te ipsum considerare,

---

a) deo *V.* b) debe . . . *ceteris deletis R.*

305. a) *Lemma:* In hoc codice continentur dicta Alchvini magistri ad Widonem comitem . . Incipit praefacio eiusdem *I.* b) Witoni *G.* c) *om. M.* d) laevita *T.* e) Alcuinus *A, M;* Alchuinus *T, I, C.* f) quam *I.* g) aliquod *A;* aliquid *B, I;* aliquot *G, T.* h) exortamentum *C, I;* exornamentum *M.* i) conscriberem *A, G, T, M, I, C.* k) habeas *G.* l) ammonitiones *I.* m) adque *I.* n) tamen *I.* o) *om. A.* p) eloquentur *I.* q) compositis *G;* conpositos *I, M, C.* r) scio *C.* s) distincxi *T, M, I.* t) potuisset *G, I.* u) siens *M.* v) in *T;* ad — lectiones *om. A;* ad *om. G, M, C, I.* w) lectionis *I.* x) harum — sepius lectiones *hoc loco add. A.* y) unde *A pro* in quo. z) ergo *add. M.* a) exortationis *I.* b) dilectissimam *A.* c) deposco *B.* d) plurime *M, I.* e) aelimosinarum *C.* f) indefensa *A.* g) et *add. A.* h) dilectissimae *I.* i) ditavi *I.* k) ea cot. *M;* cottidiae *I.*

1) Wido comes ac praefectus Brittanici limitis *a. 799. totam Brittonum provinciam armis subegit regique Carolo a. 800. arma ducum, qui se dediderant, detulit; cf. ann. Einharto adscriptos. Obiit ante annum 814. (cf. Wüstenfeld in Forschungen zur deutschen Geschichte III, 392). Hauck (Kirchengesch. Deutschlands II, 135 n. 1) librum hunc a. 799. scriptum esse oportere mihi non persuasit. Cf. Vitam Alchr. c. 21 (SS. XV, 195):* Scripsit et ad Widonem comitem omelias de principalibus vitiis et virtutibus.

quid cavere, vel quid[a] agere debeas: atque per singulas vitae huius prosperitates vel adversitates exortari, quomodo ad culmen perfectionis ascendere debeas. Nec te laici habitus vel conversationis secularis terreat qualitas, quasi in eo habitu vitae caelestis ianuas intrare non valeas. 801—804

Igitur sicut in[b] omnibus aequaliter regni Dei predicata est beatitudo, ita omni sexui, aetati et personae aequaliter secundum meritorum[c] dignitatem regni Dei patet introitus. Ubi non est distinctio, quis esset in seculo laicus vel clericus, dives vel pauper, iunior vel senior[d], servus aut dominus, sed unusquisque secundum meritum boni operis perpetua coronabitur gloria. Amen[e].

306.

Alcvinus Carolo imperatori librum de vita miraculisque Richarii confessoris, quem Angilberto abbate rogante composuit, dedicat. *801—804.*

Codd. Parisinus 8433 saec. XIII. fol. 6—6', Trecensis 1876 saec. XIII—XIV, quem contulit v. cl. L. Det conservator, cf. Catal. des départ. II, 777; N. Arch. II, 296.

Edd. Surius De probatis sanctorum historiis II, 981—982; Acta sanctorum Bollandi Aprilis III, 442; Mabillon Acta sanct. ord. S. Bened. saec. II, 189; Quercetanus col. 1419; Frobenius II, 175, J 238. — Migne CI col. 681.

DOMINO SEMPER VENERABILI SEMPERQUE DESIDERABILI, PIISSIMO SANCTAE ECCLESIAE TUTORI, GRATIA DEI SEMPER AUGUSTO KAROLO, VESTRAE SALUTIS PERPES AMICUS ALBINUS.

Remorante[a] vestrae excellentiae pietate in loco sancto et merito venerabili Centulo[b] [1], cum et ego, vestrae gloriae servus, vestrae pietatis vestigia ibidem prosecutus, aliquantisper commorarer, oraverat meam parvitatem vir magnus in Christo domnus[c] et venerabilis abbas Angilbertus, quo in laudem conditoris, qui mirabilis semper apparet cf. Ps. 67, 36.
in electis suis, quendam libellum stilo simpliciori digestum de vita sanctissimi ac vere magnifici confessoris Richarii cultius adnotarem. Dumque exauditis continuo precibus eius, quae ipsi divinae maiestati[d] exaudibiles et carae noscuntur, eundem mihi exhiberi libellum petissem, non parum miratus sum, cur tanti nominis confessor, quem tantarum virtutum operatorem esse constabat, quemque prisca fama[e] miraculorum patratione post ipsos apostolos nulli ferebat secundum, tam modico gestorum volumine potiretur. Idque mihi stupescenti innotuit iam dictus memorabilis vir Angilbertus, ac spiritales[f] fratres eiusdem sancti loci, haberi apud se, quin et apud diversas ecclesias,

---

a) quod *B.* b) *om. I.* c) meritum *B.* d) iun. vel sen. *om. I.* e) finit *I.* *Cod. Cheltenham. 16355 saec. XI. p. 203 addit hos versus, quos viro cl. R. Priebsch debeo:*

Item versus eiusdem auctoris:

Quod tua vox iussit, Hugo dilectissime, nuper
Explevit citius hoc mea, cerne, manus.
Pluribus ecce tuus vitiis caret iste libellus,
Sed careas vitiis tu omnibus, oro Deum.
Sepius hunc relegens quod agendum quodve (quid *c.*) cavendum est
Agnosces, et agens (ages *c.*) quod iubet alta petes.
Dulcia divinae inhaurire fluenta sophiae (sophinae *c.*)
Care vales, mentem quis saciare cupis.
Haec igitur meditare libens, rogo, nocte dieque
Atque memor nostri semper, amate, vale.

Fulget haec domus quam fecit N. honore Iohannis sacrata, qui donis divinis coronatus noster est patronus. Rogo qui haec legat de pectore dicat: Qui regnat in caelis premia laboris det cui Christus deus celsithronus.

306. a) Rememorate *T.* b) Centula *edd.* c) dominus *P.* d) magestati *P.* e) in *add. T, edd.* f) spirituales *P, T.*

1) *Cf. Ann. Einharto adscriptos a. 800:* Rex . . . pascha in Centulo apud sanctum Richarium celebravit. *Est S. Riquier prope Abbeville.*

801—804 codicem alium grandioris quantitatis, in quo scilicet illa miracula legebantur, quibus non inmerito sanctum Christi confessorem omnis Gallia attollebat. Cuius simplex et minus polita locutio quia fratribus ad recitandum in populo[a] aptior[b] videbatur, sufficere sibi[c] eandem descriptionem consenserunt[d]. Dumque in his[e], quae rogabant, praenotandis iam iamque animos applicarem, repente vestrae pietatis nuntio sum conventus[f], uti ea, quae tractabam, sic notarem, sicut revera vestrae sapientiae auribus inferenda. Hinc ego vocato notario[1], et fixo prae oculis iam dicto libello, ea quae referre videbatur de conversatione[g], de moribus, de continentia, et sanctitate vere incomparabili, necnon de gloriosissimo[h] transitu eius ad Christum, seu[i] de relatione pretiosi corporis in locum priorem, dictatu admodum compendioso, titulo[k] vitae beatissimi patris Richarii[l] aptavimus: et nisi propria decipior inperitia, veluti preciosum obrizum[m] vestrae prudentissimae[n] sapientiae, ad ornandum diadema[o] christianae philosophiae[p], fide humili devotissime commendamus. Et quia in vestri pectoris cubili gloriam Christi, et sanctorum eius honorem regnare cognoscimus, hanc nostri tam beati opusculi praefationem vestrae in Domino beatae honorificentiae dedicamus.

307.

Alcvinus Carolo imperatori respondet ad magistri Graeci quaestionem de salutis humanae pretio, quod a Paulo apostolo in prima ad Corinthios epistola commemoratur. 801—804.

Codd. P fol. 95—101 (P f. 56'—61)*[a].
Edd. Baluzius Miscell. I, 365—374, F 126, J 240. — Migne col. 431.

IN NOMINE[b] DEI CHRISTI SALVATORIS MUNDI. DAVID, CHRISTO DOMINI, ALBINUS PERPETUAE PACIS ET PROSPERITATIS[c] IN DOMINO SALUTEM.

Sapientia[2] est, ut philosophi[d] diffinierunt, divinarum humanarumque rerum scientia. Quam, excellentissime imperator, religiosissima vestrae humilitatis prudentia diligenter ab hominibus requirere adsuescit, ut omnium sensus proprio cordis thesauro infundat; Matth. 13, 52. quatenus de hoc abundantissimo divitiarum gazofilatio iuxta evangelicum scribam nova et vetera proferre valeat.

Quocirca cuiusdam sapientis Greci[3] interrogationem, de precio salutis humanae[4], cui daretur, inquirentis, nostrae parvitatis ingenio dirigere studuistis; non, ut optime novi, ignorando, sed probando, quid nostrae parvitatis intellectus exinde sensisset vel a magistris didicisset. Quod precium cui daretur, sapiens ille praedictus a quibusdam catholicae eruditionis filiis in palatio inquirere dicitur et — ut visum est eius sapientiam audientibus — velle eum adstruere huius precii acceptricem esse mortem; putans[e] redemptionem esse non posse, nisi forte esset, qui precium accepisset ab emptore[f] atque aliquid sui iuris emptori pro precio tradidisset accepto: hoc ipsum quoque apostolicae auctori- Rom. 5, 14. tatis sententia confirmare nisus, quia dictum est: 'Regnavit mors ab Adam ad Moysen'.

---

a) populum *edd.* b) apertior *P, edd.* c) igitur *T.* d) consueverunt *T.* e) hiis *P;* iis *edd.* f) concentus *P.* g) conversione vel conversatione *P;* conversione *Boll.* h) et glorioso *Boll. pro* de glor. i) se *P.* k) tytulo *P.* l) Rycharii *P.* m) obrisum *P.* n) prudentiae vel prudentissimae *P.* o) dyadema *P.* p) philosophye *P.*

307. a) *Lemma:* Epistola eiusdem ad Karolum *P.* b) nomen *P.* c) proprietatis *P.* d) sapientes *P*.* e) putaris *P.* f) entore *P.*

1) *Cf. supra p. 387 ep. 242:* accito notario. 2) *Cf. Alc. (Opp. II, 332):* Porro sapientiam veteres philosophiam vocaverunt, id est omnium rerum humanarum atque divinarum scientiam; *Dialect. (Opp. II, 335):* Philosophia est naturarum inquisitio, rerum humanarum divinarumque cognitio. 3) *Eundem Alcvinus infra his verbis designat:* Atheniensis sophista *et* doctor prudentissime *et* magister. 4) *1. Cor. 6, 20:* Emti enim estis pretio magno; *7, 23:* Pretio emti estis.

Ad cuius questionis profunditatem, ne quid temere dicam, sensibus patrum respondere ingrediar: adque[a] eius obscuritatem si respondere velim[b], magnitudine libri opus erit: tamen ita temperabo calamum, ut longioris epistolae modum non excedat. 801—804

Primo querendum esse video, de qua morte beatus apostolus testimonium protulisset: sive de diabolo, qui sepe mortis nomine designatur; vel de peccato, quod est mors animae; aut etiam de morte carnis, quae est poena peccati. Deinde de (Rom. 5, 12.) precio salutis nostrae, quicquid eius gratia nostro suggerit animo, qui pro nobis illud precium obtulit, dicemus.

De peccato quidem disputans, apostolus hoc subinfert testimonium dicens: 'Regnavit (ib. 5, 14.) mors ab Adam usque ad Moysen'. Si de morte carnis solummodo intellegendum putaret, utique dixisset: 'Regnavit mors ab Adam usque in illum diem', de quo alio loco idem ait: 'Novissima inimica destruetur mors'. Quam adhuc in carne nostra reg- (1. Cor. 15, 26.) nare dolemus. Unde et ipse apostolus ait: 'In hoc enim ingemescimus pregravati, (2. Cor. 5, 4.) quia nolumus expoliari, sed supervestiri, ut obsorbeatur hoc, quod mortale est, a vita'. Proinde aliud quoddam genus mortis his verbis apostolum significare putamus, quod regnasse dictum est ab Adam usque ad Moysen, id est usque ad ultima tempora legis et initium gratiae, quae hoc regnum mortis destruxit. Mors vero, de qua dicitur: 'Regnavit mors ab Adam', illa est sine dubio, de qua propheta ait: 'Anima, que (Ezech. 18, 4.) peccaverit, ipsa morietur'. Huius vero regnum mortis, gratia adveniente, destructum est, postquam Christi sanguis cirographum, quod peccata nostra scripserunt, delevit: adfigens illud cruci, interficiens inimicitias in semetipso, quae erant inter Deum et (Col. 2, 14. Eph. 2, 16.) hominem.

Sed hoc mortis genus nullum habuit in Christi anima, redemptoris nostri, regnum. Quia numquam illa peccavit; ideo nec moriebatur. Si vero Christus peccatum non fecit, quod est mors animae, et caro eius, dampnato mortis aculeo, cum triumphi gloria surrexit de sepulchro, 'cui mors ultra', ut dicitur, 'non dominabitur': ubi est (Rom. 6, 9.) precium, quod mors sibi traditum esse gloriatur? Quare non tenuit, si iure emptionis accepit illud?

Nec statim consequens est, ut precium illi detur, a quo aliquid redemptum esse dicitur. Propheta enim precatus est Deum, ut se redimeret ab angustiis; nec tamen (Ps. 118, 134. 143.) aliquid Deo, unde angustiis, quibus propheta angebatur[c], precii tradidisse dicendum est. Item dicitur in alio psalmo: 'Dicant nunc, qui redempti sunt a Domino, quos (ib. 106, 2.) redemit de manu inimici, de regionibus congregavit eos'; neque enim Deus omnipotens totiens[d] precium dedit gentibus vel regibus vel inimicis, quotiens populum suum redemit ab eis. Item in alio psalmo: 'Et redemit nos de manu inimicorum (ib. 135, 24.) nostrorum'. Si ad istoriam adtendas, nullum precium Aegyptiis dedit, quando Hebreos (Exod. 12, 5. 6.) de manibus eorum sanguine mistici agni liberare dignatus est. Atque hic considerandum esse putamus, cui iste agnus in redemptionem populi Dei immolatus esset: Deo domino misericordissimo vel Pharaoni regi impiissimo? vel quos[e] sanguis illius super- (ib. 12, 23.) liminaribus inlitus defendisset ab angelo percutiente? Numquid carcer propriam habet in puniendos per se potestatem? aut aliquis carceri dat precium redimendi vinctos ex eo? aut gladio, ultori scelerum, munera non nocendi[f], et non magis iudici, qui habet potestatem ligare vel solvere, occidere et vivificare?

Si igitur propter nomen redemptionis — quod sancta solet scriptura saepius pro nostra ponere liberatione — vult ille sapiens necessariam esse in salute nostra venditionem atque emptionem cum morte, diceret[g], ubi prior emptio esset; ut ex ea priore secunda reemptio — ut ille interpretatur — iuste dici valeat. Quod vero dicimus recreatio vel

a) atque *P.* b) velim *scripsit J. pro* vel in *P.* c) *verbum aliquod excidisse videtur J.* d) totis *corr. in* totiens *P.* e) quo *P.* f) non occidit *P; ubi* nocendi *superscripsit alia manus.* g) diceret *scripsit J. pro* dicere *P.*

801—804 reformatio, ideo dicimus, quia fuit prima creatio et formatio, quando homines creati sunt atque formati. Nullatenus ita intellegi potest redemptio, quasi quedam esset emptio ante.

Nec etiam hoc, quod dicitur redemptio, ad emptionem tantum pertinet, quantum ad liberationem, sicut superius ostendimus. Quod et ipsius Domini verbis probari Matth. 20, 28. potest, ubi ait: 'Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis'.

Quis audet dicere animam illam sanctam, inmaculatam, segregatam ab omni peccato, morti datam esse? Magis videamus, cui hec in redemptionem nostram dare- Luc. 23, 46. tur. Refert beatus Lucas evangelista deum Iesum in cruce clamasse: 'Pater, in manus tuas commendo spiritum meum'; 'et hec dicens expiravit'. Spiritus et anima diversa sunt nomina: sed his testimoniis Domini una esse res agnoscitur. Non igitur aliqua necessitate coactus, sed propria voluntate, tradidit, dum voluit, spiritum. Sive animam sive spiritum dicamus, Patri commendavit et tradidit in redemptionem nostram; sicut Ioh. 10, 18. ante praedixit, ubi ait: 'Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam'. Animam vero suam Christus pro nobis posuit; et quando voluit, posuit; et quando[a] posuit, Patri commendavit; et iterum, quando voluit, sumpsit eam. Ponere ergo animam, mori est. Caro posuit animam, et caro iterum sumpsit eam potestate inhabitantis verbi Dei in ea. Quod hic dicit: 'Potestatem habeo po- ib. 19, 30. nendi animam meam'; ubi dictum est: 'Inclinato capite tradidit spiritum', qui spiritus anima est. Quam posuit Christus, dum voluit. In se enim potestas erat, non in morte: quando poneret animam, quando iterum sumeret eam. Quid vero in redemptore nostro mors potestatis habuit, dum omnia propria voluntate perfecit, quae nostre salutis causa communi cum patria[b] voluntate gerere disposuit? Igitur ut[c] de dor- Gen. 2, 21 sq. mientis Adam latere Eva, quae interpretatur vita[1], formata est, sic de Christi latere, dormientis in cruce, prolatum est ecclesiae precium. Unde et ipse per prophetam: Ps. 3, 6. 'Ego dormivi', inquit[d], 'et somnium coepi, et resurrexi, quoniam Dominus suscepit me'.

Nisi forte quislibet audeat dicere, quod sanguis Christi, qui effusus est lancea Ioh. 19, 34. militis, in terra[e] morte remansisset quasi precium, audiat, quid beatus Augustinus[f] in libro quarto pulcherrimi operis de sancta Trinitate sentiat. Dicit enim post congruam de morte Christi disputationem[2]: 'Et unus ex discipulis, etiam cicatrices eius contrectans, exclamavit dicens: Dominus meus et Deus meus'. Et cum illius carnis tota integritas appareret, demonstratum est in ea, quod suos exortans dixerat: 'Capillus capitis vestri non peribit'. Verum si capilli sanctorum non pereunt[g], quanto magis nec sanguis Christi? Similiter beatus Fulgentius de tota humanitate corporis Christi ascendentis in caelum testimonium tale in libro de fide christiana proferens[3]: 'Postea', inquit, 'quam posuit animam et resumpsisset, secundum totam humanitatem suam in caelum ascendit, et in dextera Dei sedisset'. Redemit enim nos diversas sustinens iniurias et passiones; vincula passus, alapis caesus, flagellis verberatus est. Redemit utique sanguinem passione[h]. Ad postremum redemit nos, miracula resurrectionis ostendens[i], 1. Cor. 6, 20. sicut dicit apostolus, cuncta conplectens: 'Magno precio redempti estis'.

Quis vero illud accepisset[k] tam potens precium, audiamus quid Cassiodorus[l], eximius interpres psalmorum, dixisset de eo versu: 'Redemptionem misit Dominus

a) quod *P.* b) patrie *corr. in* patria *P.* c) ut *addidit J.* d) inquid *P.* e) terram *P.* f) Agustinus *P.* g) periunt *P.* h) sanguine passionem *P.* i) ostendisset *P.* k) accipisset *P.* l) Casiodorus *P.*

1) *Isid. Etym. VII, 6, 5:* Eva interpretatur vita. 2) *S. Augustinus de Trinitate L. IV c. 3 § 6 (Opp. VIII, 814).* 3) *Fulgentii Rusp. ad Trasimund. reg. L. III c. 34 (Opp. ed. Sirmond 211; Bibl. patr. Lugdun. IX, 67):* Idem atque inseparabilis Christus secundum totum hominem, quem accepit, terram localiter deserens ad coelum ascendit et in dextris Dei sedit.

801—804

populo suo'. 'Convenienter enim', ait[1], 'dicitur redemptionem misit, quoniam hoc videbantur indigere captivi. Sed tale precium fuit, quod non tirannus sumeret, sed ille qui absolvebatur acciperet. Lucratus est captivus redemptionem suam: et ipse est magis inde ditatus, qui tenebatur obnoxius', et tirannus damnatus, qui tenebat eum.

Sed querendum est diligentius atque merito intuitu inspiciendum, an iustius dicatur mortem a salvatore nostro suscepisse precium, an ipsam mortem precium esse redemptionis nostrae. Audiamus, quid beatus Augustinus[a] indicat in libro quarto de sancta Trinitate[2], ubi plurima disputabat de poenali et iustissima miseriae nostrae et non debita domini nostri Iesu Christi morte. 'Ad mortem', inquit, 'per peccatum venimus, et ille per iustitiam: et ideo, cum sit mors nostra paena peccati, mors illius facta est hostia pro peccatis'. Similiter alio capitulo eiusdem libri de morte Christi ita dicit[3]: 'Neque enim cuiusquam iure potestatis exutus est carnaliter, sed ipse se exuit. Nam qui possit non mori si nollet, procul dubio quia voluit mortuus est; et ideo principatus et potestates exemplavit, fiducialiter triumphans eas[b] in semetipso. Morte sua quippe uno verissimo sacrificio pro nobis oblato' et cetera, que mirabiliter prosequitur de eadem re. Item post pauca, in eo capitulo, cui talem proposuit titulum: 'De sacrificio perfecto et vero, quod ipse pro nobis salvator effectus est', lucidissime ostendit, qui esset sacerdos et quod sacrificium pro quibus vel a quo oblatum esset. Ait enim[4]: 'Quis ergo tam iustus et sanctus sacerdos, quam unicus Dei filius, qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata, nec originalia, nec humana vita quae adduntur? Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quam humana caro? Et quid tam aptum immolationi, quam caro mortalis?' Et paulo post: 'Quid tam grate offerri et suscipi possit, quam caro sacrificii nostri corpus effectum sacerdotis nostri; et quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio — cui offeratur, a quo offeratur, quid[c] offeratur, pro quibus offeratur — idem ipse unus verusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, unum[d] cum illo foret, cui offerebat, unum in se faceret, pro quibus offerebat, unus ipse esset, qui offerebat et quod offerebat'. Nonne perspicuum est, his verbis beati Augustini[e] bene intellectis, cui hoc sacrificium obtulit? Nisi forte quis audeat dicere aliud esse sacrificium, quod Deo patri oblatum est, aliud precium, quo redempti sumus. In omnibus iniuriis, obprobriis, ac passionibus, quas unicus Dei filius sustinuit pro nobis, quid gestum est, nisi oblacio pro peccatis nostris, nisi precium redemptionis nostrae?

Et superfluum videtur quaerere, quis hanc oblationem vel hoc precium accepisset, dum beatus Paulus, in tertium raptus caelum, tale de eo, qui est sacerdos et hostia, precium et oblacio, proferre testimonium non timuit, 'qui semetipsum', dicens, 'pro nobis Eph. 5, 2. obtulit sacrificium Deo in odorem suavitatis'. Et quod vita venerit ad mortem, testatur idem Augustinus[f] in quinquagesimi octavi psalmi tractatu[5]: 'Quid autem fecerunt', inquit, 'in Christo? Non vitam, sed mortem occiderunt. Extincta quippe morte, vita resurrexit'. Ipse vero salvator noster, in quantum medicina est et salus, nobis datus est, sicut dicitur a propheta: 'Filius datus est nobis, et factus est principatus eius Isai. 9, 6. super humerum eius'. Scilicet Isaac crucem portavit in humeris ad immolationem sui. Idem sacerdos et sacrificium Deo patri a semetipso oblatus pro salute nostra in odorem suavitatis. De quo propheta Dominum iurasse dicit: 'Tu es sacerdos in aeter- Ps. 109, 4. num secundum ordinem Melchisedech'. Quod testimonium beatus Cyprianus doctor

a) Agustinus *P.* b) ea *P.* c) quid offeratur, pro quibus offeratur *om. P.* d) unicum *P.* e) Agustini *P.* f) Agustinus *P.*

1) *Cassiodori expositio in psalm. 110, 9 (Opp. ed. Garetius II, 382).* 2) *S. Augustinus de Trinitate L. IV c. 12 § 25 (Opp. VIII, 820).* 3) *ib. L. IV c. 13 § 17 (l. l. col. 821).* 4) *S. Augustinus l. l. L. IV c. 14 § 19 (col. 823).* 5) *Augustini enarratio in psalm. 58, sermo II cap. 4 (Opp. IV, 571).*

801—804 egregius et martir gloriosus ita intellegi voluit[1]. 'Nam quis magis', inquit, 'sacerdos Dei summi quam dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit, et obtulit hoc idem, quod Melchisedech obtulerat, id est panem et vinum, suum scilicet corpus et sanguinem'. Pro nobis obtulit, ut nos eo redimeret sacrificio. Utrumque, et pro nobis obtulit hoc sacrificium, et nobis dedit in memoriale sempi- Luc. 22, 19. 20. ternum, sicut in evangelio legitur: 'Et accepto pane', inquit evangelista, 'gratias egit et fregit, et dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur; hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: Hic est calix novi testamenti in sanguine meo, quod pro vobis fundetur'. Idem itaque victor et victima; et ideo victor quia victima. Idem itaque sacerdos et sacrificium; et ideo sacerdos quia sacrificium. In ea quippe natura sacerdos, qua sacrificium, excelsior Hebr. 7, 26. ib. 7, 25. caelis[a] factus, semper vivus interpellans se[b] pro suis. Idem ipse potens cum Deo patre et Spiritu sancto vitam [dare[c]] credentibus in se. Idem Deo et vivo unigenitus Dei filius, dominus noster Iesus Christus, cuius laus et gloria in saecula sempiterna.

In Patris et Nati, Paracliti et nomine magno
Sit tibi prosperitas gloria vita salus.
O mi dulcis amor, David, in secla valeto;
Sit laus lux virtus Christus ubique tibi.

Fortassis Atheniensis sophista ex academica[d] scola huiusmodi protulit questionem. Cum quo Platonicis paulisper liceat argumentis verba conserere[e]. Porro beatum Act. 17, 18. Paulum legimus cum Stoicis disputare, ut eorum eos disciplinis ab errore in viam veritatis transduceret. Nam et populus Dei, redimendus[f] a servitute durissima, Egyptiacis ditatus diviciis, ducem a Deo directum sequutus; ex quibus in tabernaculi aedificationem plurima Deo dona obtulit. Cur non, tam praeclaris[g] eruditus exemplis, dialecticos illi questionario proponimus syllogismos[h]? ut, suorum sauciatus armis, in catholici exercitus libens castra recurrat.

Dic, rogo, dic, doctor prudentissime, utrumne mors sit substantia? quatenus videamus, si digne dici debeat tantum eam suscepisse[i] praemium. Igitur, si mors substantia est, creatura Dei est; quia nulla est substantia, nisi aut ipse sit aut a se creata. Si vero a Deo creata mors est, inter opera sex dierum eam esse creatam nemini Gen. 2, 2. dubitare licet; quia ipse creator, ut sancta refert historia, sexto die consummavit opera sua et in septimo requievit ab omnibus operibus suis[2]. Si igitur inter illos sex dies mors creata esse non invenitur, utique creatura non est; et si creatura non est, ergo nec aliquid substantia. Nec plane, quicquid nomine mortis significari[k] videtur, prius fuit, quam homo peccasset; quae est originalis peccati poena, [nec[l]] inter originales creaturas condita, atque ideo nec recte creatura dici posse probatur.

Si vero hac dialectica praefatus magister ratione credendum non estimet mortem non esse creatam, Dei vel sanctae scripturae testimonio credat, quae dicit, ut legitur: Sap. 1, 13. 'Dominus mortem non fecit'. Igitur si Dominus eam non fecit, utique, ut diximus, nec creatura est. Nec aliud videtur esse mortem nisi absentiam [vitae[m]]; quia ubi vita[n] a vivente[o] recedet, ibi erit illud, quod mors dicitur; sicut tenebre nil aliud sunt nisi absentia lucis.

At si mors creatura non est — ut vere divinarum testimonio[p] litterarum vel argumentorum rationabili necessitate probatum est — quomodo accipere potuit precium omnibus creaturis excellentius? Quicquid in domini salvatoris nostri passione diabolica

a) caeli *P.* b) interpellans se *scripsit J. pro* interpellasse *P.* c) dare *addidit J.* d) achademica *P.* e) conseserere *P.* f) redimendos *P.* g) praeclarus *P.* h) sillagismos *P.* i) suscepit *P.* k) significare *P.* l) nec *addidit J.* m) vitae *addidit J.* n) vite *P.* o) uiuentute *P.* p) testimonia *P.*

1) *Cypriani ep. 63 c. 4 (Opp. ed. Hartel p. 703).* 2) *Cf. supra pp. 123. 124.*

invidia vel Iudaica perfidia gestum esse legitur, hoc totum fuit divine pietatis dispensatio, usa[a] eorum malitia[b] in sue[c] bonitatis effectum nostraeque salutis profectum. Ac quicquid diabulus per eorum carnificas manus suos gessisse[d] putavit, hoc totum illius, qui passus est, voluntaria fuit permissio vel dispositio, non mortalis dominatio necessitatis. Et mirum, quomodo morti dare precium putaretur, qui morti nihil debuit? Nec mors, sicut dictum est, substantia est, ut tale precium iure exposcere potuisset. 801—804

308.

Alcvinus Carolo imperatori respondet de hymno post coenam Domini dicto, cuius mentio apud Matthaeum 26, 30 et apud Marcum 14, 26 facta est. *801—804.*

Codd. H fol. 89—91', T fol. 113'—115, A 1* p. 71—74 nr. 50*[a].

Edd. Q 106, F 125, J 241. — Migne col. 428.

REGE[c] REGUM DEO CHRISTO DONANTE, KAROLO[c] REGI, IMPERATORI AUGUSTO OPTIMO MAXIMO PERPETUO, HUMILIS MATRICULARIUS ALBINUS SEMPITERNAM CAELESTIS GLORIAE SALUTEM.

Mirabilis[d] sapientiae vestrae litterarum serie perlecta[e], invenimus eas eloquentiae nitore splendidas et profunditate sensuum subtilissimas et inquisitionis gratia iocundissimas. Unde patenter agnosci poterit non tantum imperatoriam vestrae prudentiae potestatem a Deo ad solum mundi[f] regimen, sed maxime[g] ad ecclesiae praesidium et sapientiae decorem conlatam; et iuvenum mentes quadam inertiae rubigine obductas ad acumen ingenii per vestram sanctissimam sollertiam elimandas[h]. Siquidem praeter imperiales et publicas curas evangelicas quaestiones achademicis[i] vestris a nobis enucleandas inquiritis[k].

Quamquam[l] vestrae prudentiae, ut[m] in epistola dignitatis vestrae dicitur, easdem quaestiones notissimas esse sciamus, tamen, ne senilis taceat segnities, quibusdam interrogationum stimulis somnigeram illius socordiam excitare voluistis[n]. Unde etiam me magis doceri vestris inquisitionibus intellego, quam vestrae aliquid affluentissimae sapientiae ex mea[o] addi possit[p] responsione[1]. Nam sapienter interrogare, docere est[2]. Igitur prudenter quaerere via est inveniendi; veluti fertur Pythagoram[q] ordinatis interrogationibus puerum quendam de geometria[r] magis docuisse quam discere quid ab eo velle[s]. Sicut et Dominum in evangelio quibusdam parabolis egisse[t] legimus.

---

a) usus *P.* b) militia *P.* c) se *P.* d) suas gesse *P; ubi* suas *perperam correctum est in* suis.

308. a) *Lemma:* Item ad domnum imperatorem; responsio ad interrogationem illius, quis esset hymnum, de quo in evangelio legitur: Et hymno dicto exierunt *H;* Responsiones Alcuini ad Karolum imperatorem *T*;* De eo quis sit hymnus de quo in evangelio dicitur: Et hymno dicto exierunt *A 1.* b) Regi *H, T*, A 1.* c) Carolo *H.* d) Mirabili *A 1*.* e) series perlectas *T*;* serie perlata *A 1*.* f) *om. A 1*.* g) maximę *T*.* h) limandas *A 1*.* i) a nob. achad. v. *A 1*.* k) inquiris *H, A 1*.* l) a *add. A 1*.* m) *om. A 1*.* n) voluisti *A 1*.* o) ex mea *om. A 1*.* p) posse *T*;* ex *add. A 1*.* q) Phytagoram *H, T*.* r) geometrica *T*, A 1*.* s) vellet *T*.* t) egissime *H.*

1) *Cf. Albini disputationem de rhetorica et virtutibus c. 1 (Rhetores lat. minor. ed. Halm p. 525):* Albinus: Deus te, domine mi rex Karle, omni sapientiae lumine inluminavit et scientiae claritate ornavit, ut non solum magistrorum ingenia prompte subsequi, sed etiam in multis velociter praecurrere possis, et licet flammivomo tuae sapientiae lumini scintilla ingenioli mei nil addere possit, tamen, ne me aliqui inoboedientem notent, tuis promptulus respondeo interrogationibus, et utinam tam sagaciter quam oboedienter. 2) *Cf. supra p. 205 lin. 18:* Quia sapienter interrogare docere est, veluti in vestrae auctoritatis pagina scriptum repperimus; *Albini disputation. de rhetor. c. 35 (ed. Halm p. 543)* Karlus: Nam interrogare sapienter est docere: et si alter sit qui interrogat, alter qui docet, ex uno tamen, hoc est sapientiae fonte, utrisque sensus procedit.

801—804 Sed ut ad inquisita respondeam, prout meae inspiraverit menti gratia illius[1], de cuius sermone huius inquisitionis orta est interrogatio; quamvis[a] vestrae claritati vix mea aliquid dignum parvitas conferre valeat. Quia non talis mihi inest formae vel cogitationum fiducia, sicut legitur de Dinocrate[b] architecto. Qui populea fronde coronatus et[c] pelle leonis vestitus, inter turbas populi incessit contra tribunal Alexandri Magni, et quaesitum est ab eo, quis vel unde esset. At ille: 'Dinocrates[d]', inquit, 'ego architectus Macedo, qui ad te cogitationes et formas, tuae claritati condignas, adfero'[2]. Sed talem[e] mihi inesse voluntatem de vestrae excellentiae Platonicis video, qualis de Aristippo philosopho scribitur, qui naufragio perditis omnibus vix vivus evasit ad litus. Dixisse suis legitur: 'Ite Athenis et dicite discipulis nostris eas congregare divitias, quae naufragio perire non possint'[3], sapientiam volens intellegere. Nec etiam haec veteris monimenta historiae proferrem, nisi vestrae auctoritatis apices ad philosophorum me nomina provocarent.

His praelibatis, ad interrogationem litterarum veniamus vestrarum. In quibus post[f] congruam epistolae praefationem scriptum invenimus, ut eisdem utamur verbis:

'Ymnum[g] post caenam mysticam vel discipulos vel potius ipsum Dominum dixisse ex ipsius sacrae historiae lectione auctoritate collegimus. Ac propter hoc sumus non mediocri stupore perculsi, cur tantae dulcedinis ymnus vel ab ipso Domino vel, si a discipulis, in praesentia tamen Domini dictus ab evangelistis omnibus sit praetermissus[h].'

Haec est totius summa interrogationis: cur tacitus sit ab omnibus tantae dulcedinis ymnus evangelistis. Dum certissime ex verbis sacre historiae constat 'ymnum' post caenam mysticam dictum esse a discipulis vel potius ab ipso Domino.

Cuius itaque nominis interpretatio primo dicenda est. Igitur Graecum nomen est 'ymnus', et Latine interpretari potest 'laus carminis'. Sive, ut beatus Isidorus[4] ait: 'Hymnus est canticum laudantium, quod de[i] Graeco in Latinum laus interpretatur, pro eo quod sit carmen laetitiae et laudis. Proprie autem ymni sunt continentes laudem Dei'. Unde et liber psalmorum a plerisque doctorum liber ymnorum appellatur[k].
Matth. 26, 30. Quod vero evangelistae dixerunt: 'Et hymno dicto exierunt', a plerisque simpliciter
Marc. 14, 26. traditur ita: 'Laude Deo dicta exierunt'. Quidam itaque putant vigesimi[l] primi psalmi
Ps. 21, 30. versum eos cantasse[m]: 'Manducaverunt et adoraverunt omnes divites terrae'. Et[n] hoc ex commentario sancti Hieronimi suspicantur, qui ait[5]: 'Et hymno dicto, hoc est, quod in psalmo legimus: Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terrae'. Sunt etiam
ib. 21, 27. et[o] qui[p] priore versu hanc laudem aptare volunt, ubi dicitur: 'Edent pauperes et[q] saturabuntur et laudabunt Dominum, qui requirunt eum'. Sed fieri potest Iudaeos habere[r] in consuetudine aliquando hymnidicam[s] post caenam decantare laudem; sicut
ib. 128, 8. solebant transeuntes viam in agro laborantes hoc versu benedicere: 'Benedictio Domini super vos, benediximus vobis in nomine Domini'.

Sed his atque huiusmodi opinionibus quorundam, quamvis spernendae non sint, ut videtur omissis[t], liquidam veritatis pandamus interpretationem.

---

a) cum *A 1**. b) Zenocrate *T**; *in marg.* Similitudines phylosophorum. c) ex *T**. d) Zenocrates *T**. e) tamen *A 1**. f) propter *A 1**. g) Responsio Alcvini ad Karolum de hymno dicto in monte Oliveti *in marg. T**. h) premissus *T**. i) ex *T**. k) apellatur *T**. l) vicesimi *T**. m) cantare *H*. n) Et hoc — terrae *om. A 1**. o) *om. T**. p) in *add. T**. q) et — eum *om. A 1**. r) habuisse *A 1**. s) ymnicam *post superscr.* di *T**; aliquam Deo hymnicam *A 1**. t) omisis *H*.

1) *Christi.* 2) *Haec desumpsit Alcvinus e Vitruvii de architectura Lib. II c. 1 (v. Vitr. ed. Rose p. 31). J.* 3) *Attulit Alcvinus hanc quoque narratiunculam e Vitruvii de archit. Lib. VI c. 1 (l. l. p. 131). J.* 4) *Etymolog. VI c. 17 (Opp. ed. Arevalus III, 282).* 5) *Hieronymi comment. in Matth. L. IV cap. 26 (Opp. ed. Vallarsius T. VII, 217).*

Consuetudo itaque est evangelistarum quaedam plenius dicere, quae ab aliis 801—804
tangi breviter videntur, quaedam ita[a] dicere, quae alii omnino tacuerunt, quod maxime
beatum fecisse Iohannem evangelistam probatur[b]. Cuius[c] rei idoneus lector in eis
sufficienter exempla repperire poterit, quae nos epistolaris brevitas tangere prohibet[1],
nisi quae huius interrogationis responsioni[d] necessaria esse videntur. Igitur de hac
mystica[e] veteris vel novi testamenti caena toti[f] quattuor dixerunt, vel quid in ea
gestum esset vel dictum, partim similiter partim[g] dissimiliter protulerunt. Quae tamen
omnia vera[h] esse necessario creduntur. Quod illi itaque tres de panis calicisque con-
secratione dixerunt, hoc Iohannes omisit[i]; maxime moratus in humilitate Christi[k]
ostendenda[l], qua pedes discipulorum suorum lavare dignatus est, atque in[m] longissimo Ioh. 13, 12.
sacratissimoque sermone, quem exeunte filio perditionis illis undecim electissimis[n]
secreta et spiritali loquela disseruit.

Qua locutione terminata, idem beatus evangelista subiunxit dicens: 'Haec locutus Ioh. 17, 1.
est Iesus, et sublevatis oculis in caelum dixit'; non solum illa designans verba, quae
ipse Iohannes Dominum dixisse refert, verum etiam et ea, quae alii scripserunt, cum
in illo sacrosancto convivio locutum esse. Quod vero beatus evangelista Iesum ele-
vatis oculis in caelum dixisse subinfert: 'Pater, clarifica filium tuum, ut filius tuus ib. 17, 1.
clarificet te' usque in eum locum, ubi, hac hymnica[o] terminata laude et sanctissima
oratione finita, ait: 'ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis' — quam ib. 17, 26.
pro se suisque discipulis, immo et omnibus fidelibus[p], qui usque ad consummationem
saeculi venturi essent, pius salvator Deo patri profudit — iste est hymnus sacratissi-
mus et pulcherrimus et cunctis pernecessarius credentibus, quem advocatus noster 1. Ioh. 2, 1.
dominus Iesus Christus, peracto nostrae salutis et suae pietatis convivio, magna dulce-
dine et mirabili suavitate[q] praesentibus suis discipulis decantavit.

Iste est hymnus, quem sancta sollicitudo sapientiae vestrae inquirit. Istum per-
petua[r], dulcissime mi[p] David, in laudem domini salvatoris nostri et in spe aeternae
beatitudinis teneatis[s] memoria. Potuit enim haec eadem verba hymnicae[t] laudis et
orationis filius patri[u] silenter dicere; sed oratio filii doctrina est discipulorum, immo
et omnium, qui in oratione laudis Deum deprecari[v] consuescunt. Nulla oratio dulcior
est, quam quae in divinae bonitatis laude profunditur, unde[w] et ipse Dominus per
prophetam ait: 'Sacrificium laudis honorificabit me et[x] illic iter est, quo[y] ostendam illi Ps. 49, 23.
salutare Dei'.

309.

Alcvinus Gundradae virgini nobili ab ea rogatus de animae ratione exponit, admonitiones addit. *801—804.*

Codd. Monac. (S. Emmer.) 14614 s. IX. fol. 226—242 (A), Monac. (S. Emmer.) 14510 s. IX. fol. 168—186 (E), Monac. (Salisburg.) 15813 fol. 90'—102 (S), S. Galli 272 s. IX. p. 214—242 (G), Trecensis 1528 s. IX. fol. 81—97' (T), Romanus Minervae B IV 18 s. IX. (R), Valentianensis 187 (242) saec. IX. fol. 76 (V). Exstat etiam in codd. Musei Britann. Harleiano 4980 saec. IX. fol. 131' sqq., Trecensi 1165 saec. IX., Parisino 5577 fol. 101—112, Parisino 2341 saec. IX. fol. 169, Parisino 2390 s. XI. fol. 79 sq., Paris. 2849 s. IX. fol. 42, Musei Britann. Addit. 18327 s. XII. fol. 86'—94, Kings libr. 6 B VIII s. XII. fol. 52—57[a].
Edd. Quercetanus col. 769—782, Frobenius II, 146—153, J 243. — Migne CI, col. 639 sqq.

a) itaque *T*;* etiam *A 1*.* b) comprobant *T*.* c) cui *A 1*.* d) responsione *H, T*.* e) mistica *T*.* f) hi *add. A 1*.* g) part. diss. *om. A 1*.* h) *om. A 1*.* i) omissit s *eraso T*.* k) domini *A 1*.* l) ostenda den *post superscr. T*.* m) *om. T*.* n) electis *A 1*.* o) hymnica di *post superscr. T*.* p) *om. A 1*.* q) savitate *H.* r) perpetuo *A 1*.* s) teneas *A 1*.* t) hymicę di *post superscr. T*.* u) pater *T*.* v) deprecare *H, T*.* w) ude *H.* x) *om. H.* y) in quo *A 1*.*
309. a) *Lemma:* Incipit liber de anima ad Gundradane *Paris. 2849.*
1) *Adv. Felic. l. I (Opp. I, 789):* libellum non epistolari brevitate succinctum; *Hieronymi ep. 132 (Opp. ed. Vallarsius I, 1026):* quia epistolaris brevitas non potest omnia comprehendere.

801—804 CARISSIMAE IN CHRISTI[a] CARITATE SORORI EULALIAE VIRGINI[1] ALBINUS IN DOMINO SALUTEM.

(c. 1) Sanctae sollicitudini[b] vestrae et laudabili in Deo studio placuit deprecari[c] de ratione animae aliquid nostram scribere[d] devotionem; propter quasdam inquisitiones, ut ais[e], anno transacto inter vos ventilatas[f]. Quod libenter fecissem, si me tanto flagrari ingenio nossem, ut tam arduas rationes digne exponere posse confiderem. Sed ex parte indignum esse videtur dicere me ipsum me[g] nescire. Quid sum ego nisi[h] anima et caro? Caro quid sit, omnibus notum est, qui se sciunt homines esse: animae vero rationem vix paucorum est pleniter nosse. Nec aliquid magis homini in hac mortalitate viventi[i] necessarium est nosse, quam Deum et animam. Quantum[k] enim quisque Deum agnoscit, in[l] tantum diligit, qui minus agnoscit, minus diligit: ergo naturale est omni[m] homini Deum amare. Si naturale est homini bonum amare, naturale est etiam Deum amare, quia Deus summum bonum est, sine quo[n] bono[o] nihil[p] boni quisquam habere poterit. Ille est indeficiens bonum, plena pulchritudo, totius felicitatis abundantia[q]. Amor vero huius boni, non nisi in anima esse poterit; et hoc animae excellens bonum est, illud[r] amare bonum, in quo solo, et a quo, et per quem, quicquid boni est in ulla creatura, bonum est.[r*] . . . .

(c. 13) Origo vero animarum unde sit, solius Dei cognitioni[s] relinquendum est. Quam multa exinde philosophi vana[t] finxerunt[u], et plurimas christiani doctores opiniones inde posuerunt, et nihil[v] pene[w] certum reliquerunt. Ergo et beatus Agustinus[x] de origine animae beato Hieronimo scripsit et misit, volens scire quid adfirmaret tantus doctor de origine animae[2]. Si ille liber vobiscum inveniatur, lege et intellege quid ille acutissimus rerum naturalium inquisitor de origine dixerit animae. Quattuor quasdam in ea posuit disputatione opiniones, ut arbitror, cui beatus Hieronimus una parvissima, sed acutissima respondit epistola[y]: quem libellum in patria legimus[3], sed hic nobiscum non repperitur; nec etiam epistola[z] responsionis[z*] ad eum. Fecit quoque idem doctor, ut in libris retractationum[a] eius legitur, alia de ratione animae opuscula, id est de quantitate animae librum unum, de inmortalitate animae librum unum, de duabus animabus[b] librum unum; de inmortalitate animae et eius origine libros quattuor, qui necdum inventi sunt a nobis. Si forte in armario imperiali inveniantur[4], quaerite, legite, et communione caritatis nobis dirigite ad legendos. In hoc enim omnes consentiunt catholici scriptores, quod anima a Deo sit condita, nec partem eam esse Dei naturae, quia si ex Dei esset natura adsumpta, peccare non possit. Nec etiam[c] corpus esse palpabile[d] vel visibile; nec mori eam posse, ita ut non sit: nec a reatu primae prevaricationis liberari posse, nisi per gratiam et mysterium mediatoris[e] Dei et hominum, domini nostri Iesu Christi, qui plenam humanitatis nostrae naturam, absque omni peccato, in suae divinitatis adsumpsit personam: quia totus homo peccavit, et totus homo liberandus[f] erat, secundum dispensationem aeternae pietatis in Deo. Totus homo adsumendus erat, id est anima et caro, cuius anima, id est redemptoris nostri, tantae sanctitatis et iustificationis est, ut omnes in se credentium animae[g] per

a) christo *R, E.* b) sollicidine *E.* c) depraecari *R.* d) scrivere *R.* e) $\overset{h}{\text{ais}}$ *E.* f) ventilatis *E.* g) *om. A, E.* h) *om. G.* i) vivente *A, E, S, G, V, T.* k) quanto *R.* l) in — agnoscit *om. G.* m) omne *G.* n) quod *T.* o) vono *R.* p) nil *E, S, G, T.* q) habundantia *E, R.* r) in illud *E;* illut *G.* r*) *capita 2—12 hic omittuntur.* s) cognitione *E, S; corr.* cognitioni *V.* t) una *corr.* uana *V.* u) fincxerunt *R.* v) nil *V.* w) pęne *R;* poene *A.* x) August. *corr. in* Agust. *R;* Agust. *corr. in* August. *V, T.* y) epistula *T, E, S.* z) epistolam *A, R, V, T.* z*) responsiones *E.* a) retractionum *R.* b) animus *corr. manu post.* -mabus *V.* c) eam *V.* d) palpavile *R.* e) metiatoris *R.* f) liverandus *R.* g) animas *R; corr.* animae *V.*

1) *Gundradae, Adalhardi sorori, Caroli imperatoris consobrinae, de qua cf. supra p. 386 n. 2; Vit. Alchr. c. 21 (SS. XV, 194):* Scripsit ad Gundradam de animae ratione. 2) *Hieronymi opp. ed. Vallarsius I, 997 ep. 131.* 3) *Cf supra p. 177 l. 5:* quos habui in patria. 4) *Cf. supra p. 260 l. 28.*

801—804

eam sanctificari et iustificari possint[a], et caro tantae munditiae et[b] libertatis a peccato, ut omnium in se confidentium[c] carnes, divina in ea operante gratia, purgari et liberari[d] possint[e], quia sanguis, qui de eadem carne[f] lancea militis vulnerata fluxerat[g], pretium[h] est salutis humanae, per cuius effusionem[i] extincta est[b] flammea illa paradisi custodia[k], et via fidelibus aperta est ad lignum vitae, quod plantatum est secus decursus[l] (Ps. 1, 3.) aquarum viventium. Cuius ligni sapientissimus Salomon[m], dum de laude sapientiae multa dixisset, recordatus est, ita dicens: 'Beatus homo, qui invenit sapientiam, et qui (Prov. 3, 13.) affluit prudentia'[n]. Et paulo post: 'Viae eius viae pulchrae, et omnes semitae eius (ib. 3, 17.) pacificae. Lignum vitae est his, qui adprehenderint eam, et qui tenuerit eam, beatus'.

(c. 14) Humanae vero animae pulchritudo est et decus sapientiae studium, non illa, quae in terrenis solet occupari[o] negotiis, sed illa magis, qua Deus colitur et amatur. Cui te ipsam studeas, virgo nobilissima[p], tota mentis intentione mancipare; quia in hac est vita omni tranquillitate beatissima: in hac est illius summae Trinitatis[q] imago feliciter perfecta. Hic est thesaurus[r] desiderabilis, qui requiescit in ore prudentis, et abundat[s] in corde sapientis. Haec in Virgiliacis[t] non invenietur mendaciis[1], sed in evangelica affluenter repperietur veritate. De vera scilicet sapientia dicitur: 'Omnis (Eccli. 1, 1.) sapientia a domino Deo est'. Quicquid enim recte per sapientiam intellegitur et amatur, Dei donum est. Proinde omnis, qui secundum Deum sapiens est, beatus est. Unde in Iob dicitur: 'Sapientia hominis est[u] pietas, recedere autem a malo[v] scientia': (Iob 28, 28.) uno vero nomine pietatis, cultum totius divinae religionis[w] designare volens. Quid beatius est animae, quam summum diligere[x] bonum, quod Deus est? Quid felicius, quam se dignam aeterna preparare beatitudine[y], dum inmortalem se esse verissime novit? Nec aestimes tibi tantum sufficere, nosse quid[z] facere debeas, nisi etiam opere impleas quae nosti. Quam plurimi se sapientes aestimant, et viam se veritatis nosse gloriantur, sed nequaquam vere sunt sapientes, qui non habent fortitudinem animi ad perficiendum[a] opere quod sapiunt. Ergo vera est sapientia, nosse quae debeas, et nota perficere. Proinde nullam[b] quattuor animae virtutum, de quibus supra diximus[2], perfecte habet anima, si totas non habet, quia haec omnia ad unum caritatis intendunt preceptum, quae sola in catholicae fidei veritate, dignam efficiet animam habitationem[c] sanctae[d] Trinitatis, ad cuius imaginem conditam[e] esse superius ostendimus, de cuius ratione et natura, sicut flagitasti, haec pauca perstrinximus[f], prout epistolaris angustia concessit[3]. Mirumque quodammodo a scolasticis videri poterit, quomodo te plus mihi cognitam esse putare voluisses, quam tibi ipsi. Unde vivis vel ratione viges, nisi in animae substantia[g]? dum te perraro[h] oculis vidi meis, per quos animae naturam tuae cernere non potui[i]. Quamvis[k] iuxta commune[l] preceptum Domini diligam, necnon pro optima tuorum fama studiorum, quae aliis narrantibus de te saepius audivi, in quibus velim te semper proficere, et Deo placere, ut digna efficiaris animae rationem et naturam nosse, et quod nunc in[m] enigmate vides, perfecta scientia in futura perspicias beatitudine[n]. (cf. 1. Cor. 13, 12.)

---

a) queant *R;* quaeant *V;* queunt *E, S;* quaeunt *A, T.* b) *om. A, T.* c) confitentium *R.* d) *corr. in* liberare *V;* liverari *R.* e) possunt *E, R; corr. in* possit *V.* f) carnę *R.* g) fluerat *corr. in* fluxerat *V.* h) praetium *R, T.* i) effusione *R.* k) paradysi custotia *R.* l) secursus *corr.* secus decursus *V.* m) Salamon *corr.* -lomon *V.* n) prudentiam *T.* o) occupare *A, S, R.* p) novilissima *R.* q) trinitate *T.* r) thessaurus *E.* s) habundat *V.* t) Vergiliacis *A, R, S.* u) pietas est *V.* v) molo *S.* w) relegionis *V.* x) delegere *V.* y) beatitudini *A, T.* z) quod *R.* a) faciendum *corr.* perfic. *T.* b) nullum *E.* c) habitatione *V, R.* d) sancta *R.* e) condita *T.* f) perstrincximus *R.* g) substantiae *T.* h) perrare *T.* i) potuit *R.* k) quam vix *R.* l) communem *T.* m) vides in enigm. *R.* n) beatitudinem *R.*

1) *Cf. Vitam Alcuini c. 19:* Virgiliique mendacia, *supra p. 39 n. 4.* 2) *c. 3: prudentia iustitia temperantia fortitudo.* 3) *Cf. c. 4 (Frob. p. 147):* de quibus in huius epistolae angustia disputare longum est.

801—804 Proinde opto[a] te, filia carissima[b], aeternae patriae felicitatem, quam tuam desiderare optime[c] novi sapientiam, integra prosequi voluntate. Nec te ab eius desiderio ulla huius saeculi avertat ambitio, nec cuiuslibet temporalis rei delectatio[d]. Pauci sunt huius vitae dies; et meritorum retributio nullo terminatur fine. Vera est scilicet sapientia veram[e] toto corde diligere vitam: et totis viribus intendere, ut ad eam pervenire mereatur, qui eam diligere verbis se verissime profiteri videatur[f], quia non est in sermone tantummodo regnum Dei, sed in virtute sancti Spiritus, et sanctorum perfecta[g] meritorum claritate.

Qui[g*] mare, qui terram, caelum qui condidit altum;
Qui regit imperio[1] cuncta creata suo;
Iusserat hic hominem rebus dominare sub astris,
Qui sensu solus[h], et ratione viget:
Qui valet inter enim viventia, noscere mundi
Iamque creatorem mentis in arce suum.
Factus ab aeterno, felixque aeternus ut esset,
Mira quidem magni solus imago Dei;
Nobilis exinde est animae natura sagacis,
Atque potens sensu cernere cuncta suo:
Quae mare, quae terras, caelum quae pervolat altum[i] [2],
Quamvis sit carnis carcere clausa suae:
Corporis utque[k] oculus[l] visus ad sidera tendit[3],
Uno stet quamvis carnis in arce loco,
Inmortale decus, huius lux aurea vitae[4],
In se digna[m] Deum semper habere suum.
Si bona, si sapiens, Christi si se ornat amore,
Ut felix valeat vivere in arce poli,
Et post huius enim[n] vitae, per secla, labores,
Caelesti in regno cernere semper eum.
Lux aeterna Deus, cui laus et gloria, merces,
Si bene[o], si digne vixerit ipsa Deo.
Sit modo sancta, piis meritis sit casta, pudica,
Floreat in studiis semper ubique sacris.
Se regat, atque[p] suae carnis vivaciter actus,
Ut regina potens[5], legibus aethereis.
In se nil cupiat[q] pravi, nil optet[r] iniqui[s],
Nil cuiquam noceat, optet[r], agat vel amet.
Ne maculis sibimet fuscet data tempora[t] vitae[u],
Sit pia servire, sancta, quieta, Deo.
Moribus egregiis[v] [6] in se iam vivat honeste,
Ut placeat sponso mens moderata pio.

a) opta *T.* b) karissima *R.* c) optimae *G;* optimę *T.* d) dilectacio *G;* dilectatio *R.* e) verum *E.* f) videtur *A, T.* g) profecta *E.* g*) *in cod. Monac. 18372 s. XI. fol. 32 praecedit titulus:* Carmen de nobili et sagaci natura animae. h) solet *G.* i) omne *superscriptum est in E, ubi om.* altum. k) ut quae *G, R.* l) oculos *S.* m) In sua *(corr. manu alt.* se *V)* digne *E.* n) *om. E.* o) bônae *G.* p) adque *G, V.* q) cupiet *A, E, G, V.* r) obtet *V;* oportet *A, T.* s) inqui *E.* t) tempera *S.* u) vita *E.* v) aegregiis *G.*

1) *Cf. Verg. Aen. VI, 852:* regere inperio. 2) *Luc. bell. civ. I, 110:* Quae mare, quae terras, quae totum possidet orbem. 3) *Aen. V, 256, XII, 196:* tenditque ad sidera dextram. 4) *Iuvenci libri evang. III, 15:* lux aurea vitae. 5) *Fortunati Carmina VIII, 8, 1, p. 194 ed. Leo:* O regina potens. 6) *Praec. vivendi v. 61 (Poet. Carol. I, 277):* Moribus egregiis.

Spiritus est anima, in membris iam totus ubique 801—804
Quippe suis vivax, factus amare Deum.
Atque[a] creatorem laudet sine fine benignum,
Qui se[b] concessit scire patenter eum.
Et cultu prudens illum venerarier almo,
Est quod sola salus, gloria, vita animae:
Scilicet aethereis quapropter se actibus ornet,
Ante oculos Domini, nocte dieque, sui,
Omnia qui cernit cordis secreta superno
Lumine, quem[c] nullum velle latere potest.
Quocirca incumbit[d] magnum nos namque necesse,
Ut pia pertractet mens bene digna Deo:
Quatenus inspiciat tantum tractare superna,
Iam plenum sancto pectus amore Dei[e].
Haec vera est animae vere[f] super omnia nostrae
Gloria, nobilitas, atque beata quies.
In hoc te studio nunc exercere memento,
Femina, quod placeas, inclita[g] sponsa, Deo.

Te homo laudet,
Alme creator,
Pectore, mente,
Pacis[h] amore:
Non modo parva[i]
Pars quia[k] mundi[l] est.

Haec pia verba
Virgo fidelis
Ore caneto,
Ut tua mitis[o]
Tempora Christus
Tota gubernet[q].

Sed tibi sanctae
Solus imago
Magna[n], creator,
Mentis in arce
Pectore puro
Dum pie[p] vivit.

Qui tibi solus
Sit, rogo, semper
Lux, amor, atque
Forma salutis,
Vita perennis,
Gloria perpes[s].

O Deus et lux,
Laus tua semper
Pectora et ora
Conpleat: ut te
Semper amemus
Sanctus[m] ubique.

Te cui castum
Corpore, mente,
Dirige[r] templum
Dulcis amica,
Et sine semper
Fine valeto.

Hoc carmen tibi cecini senario[t] numero nobili[u], qui numerus[v] perfectus est in partibus[1] suis, te optans esse perfectam in sensibus tuis. Cuius numeri rationem, sicut et aliorum, sapientissimus imperator tuae perfacile ostendere potest sagacitati[w]. Cuius mentis miranda est nobilitas[2]: dum inter tantas palatii[x] curas et regni occupa-

a) Ad *E*, Adque *V*. b) *om. E.* c) que *E.* d) imcumbit *E.* e) deo *T.* f) verae *A.* g) inclyta *T, E.* h) paucis *R.* i) prava *E.* k) qu... *E.* l) munda *T.* m) sp̄s *A, T.* n) magna cr. *om. R.* o) mittis *E.* p) pia *T.* q) gubernat *G, R.* r) Dir. templ. *om. R.* s) *in S secuntur hi versus:*

Candida florigeris lucet ceu lilia campis,
Fulgeat in meritis sic pia virgo sacris.

t) fenario *E.* u) nobile *E, S, G, R.* v) numeros *E.* w) sagacitate *G.* x) placii *E, G.*

1) *Cf. de senario numero August. de civ. Dei XI. c. 30; Isid. Etymol. III, 4, 2.* 2) *Cf. supra p. 471 l. 20.*

801—804 tiones philosophorum pleniter archana[a] curavit scire mysteria. quod vix otio torpens alius quis modo cognoscere studet. Nec tibi a nobis necesse est causas quaerere[b] rerum vel rationes phisicae[c] occultas scientiae, dum illius clarissima cotidie[d] uteris[e] sapientia ac[f] venerandam[g] intueris faciem. Nec tibi longo[h] laboriosoque itinere de Aethiopia[i] Hierosolyma[k] visitanda est[1], ut videas Salomonem de rerum disputantem naturis. Ecce iuxta te[l] est, quem per tantas terrarum difficultates regina
3. Reg. 10, 8. 9. quaesivit Austri[m]. Sed cum[n] eadem celebri laude tibi dicendum est: 'Beati viri tui et beati servi tui, hi qui stant coram te semper et audiunt sapientiam tuam. Sit dominus Deus tuus benedictus, cui conplacuisti, et posuit te super thronum populi sui, eo quod dilexerit Dominus populum suum in sempiternum'.

O filiae Hierusalem, cernite Salomonem nostrum in diademate fulgentem sapientiae[o]. imitamini mores illius nobilissimos; aversamini[p] vitia, colite virtutes. Magna vobis incumbit, si dissimulare non vultis, optime vivendi necessitas, dum apud eum cotidie[q] conversamini, in quo totius honestatis habetis[r] exemplar, quatenus[s] per praesentis[t] illius sacratissimos mores ad eius cum eodem pervenire mereamini praesentiam,
Cant. 3, 9. 10. de quo ipsa[u] cecinit Sapientia: 'Ferculum sibi[v] fecit rex Salomon de lignis Libani; columnas eius fecit argenteas, reclinatorium[w] aureum, ascensum purpureum[x], media[y] caritate constravit[z] propter filias Hierusalem'.

310.

Alcvinus Remedio Curiensi episcopo pro litteris acceptis precibusque gratias agit. Admonitiones addit. *801—804.*

Cod. H fol. 96—97.
Edd. F 201, J 263. — Migne col. 446.

BEATISSIMO PATRI REMEDIO EPISCOPO HUMILIS LEVITA ALCHVINUS SALUTEM.

Acceptis amabiliter venerandae dilectionis vestrae litteris, quae me multo gaudio laetificaverunt, de prosperitate dignitatis vestrae seu de recordatione nominis nostri. Quia multum confido per Dei gratiam de intercessionibus sanctitatis vestrae: et quanto me plus peccatorem agnosco, tanto magis me indigere sanctas orationes vestras novi. Non solum me aliquid venie mereri non dubito per vestrae caritatis continuas supplicationes, sed vosmetipsos magnam habere mercedem pro integritate sanctae fidei con-
Matth. 18, 20. gratulor: nam et promissionem verissimam ipsius veritatis habemus, quae ait: 'Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi[a] sum in medio eorum'. Congregatio nostra est in spiritu caritatis, non in corporis praesentia: et cui omnia praesto sunt, non latet eum caritatis nostrae puritas, sine qua nil placet Deo, nec munus ad aram. Hanc ergo sequamur intimo cordis affectu, ut ad illum pervenire mereamur, qui est vera caritas, et indeficiens beatitudo, et beata aeternitas, ut labor non sit inanis, sed ad perfectae retributionis perveniat gloriam.

Ad hanc vicissitudinem solicita litterarum tuarum dilectio[b] meam segnitiem hortari nullatenus inmemor esto, quatenus ad illam beatissimam visionem domini nostri Iesu Christi pervenire mereamur, ubi est lumen aeternum et quies perpetuae pacis

a) arcana *E, G.* b) quaere *E.* c) physicae *G.* d) cottidie *T;* cotitiae *R.* e) ut aeris *E.* f) hac *R.* g) venerandum *E.* h) longum *E.* i) aetiophia *G.* k) Hierusolyma *V;* Hierosolima *T.* l) *om. G.* m) austre *V.* n) secundum *E pro* sed cum. o) fulgentem sapientem sapientia *V.* p) aversami *R.* q) cottidiae *T;* cotitiae *R.* r) *om. R.* s) quatinus *V.* t) praesentes *E.* u) ipse *G.* v) fec. sibi *T.* w) reclinatorum *E.* x) purporeum *A;* porpureum *V.* y) metia *R.* z) constarvit *V.*
310. a) ubi *H.* b) dilectionem *H.*

1) *Cf. supra p. 227 l. 31; 230 l. 27; 234 l. 28.*

laetissima. Ad huius beatitudinis pacem omnes ad te venientes, vel etiam pertinentes 802—804 exemplis optimae vitae trahere non desistas; nec admonitionibus dulcissimis corda arentia inrigare segnis[a] esto, ut culmen nominate dignitatis in te sublimitatem meritorum habeat in conspectu Dei.

Sint verba tua sale sapientiae condita, ut de te verissime dicatur: 'Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo'; qui multiplicatis dominice pecunie talentis[b] Domino suo occurrere dignus habeatur, et audire vocem desiderabilem: 'Euge Matth. 25, 21. serve bone et fidelis, intra in gaudium domini Dei tui'. Properat enim dies ultimus, et tacito pede fessa senectus ingreditur cubile nostrum[1]; stat ad ostium qui pulsat, si leto animo adventum ipsius suscipiamus. Dies sunt pauci laboris nostri, sed bene laborantem sequitur merces sine numero dierum, eius ordinatione, qui ordinat diem aeternum, secundum merita singulorum; in cuius domo mansiones multae sunt; sed Ioh. 14, 2. hae omnes divitiis felicitatis et gloria beatitudinis sunt plenae, ubi sancti post huius vitae sudorem aeterna pace fruuntur, qui nostrum de supernis sedibus expectant[c] agonem, desiderantes ex nobis augeri numerum suum. quo tu properans, beatissime pater, meque precibus tecum rapere secundum fidelissimas promissiones tuas satage, ut corona gloriae tuae mihi proficiat, Christo donante, in perpetuam miserationis Dei salutem.

Divina gratia te tuosque fideliter in ecclesia Christi servientes in omnibus proficere faciat, dilectissime et sanctissime pater.

311.

Alcvinus Aethelhardum Cantuariensem archiepiscopum admonet, ut officii sui partes impleat et pro sese Deum invocet. Mittit munera. *802—804.*

Codd. A 2 fol. 152—153', A 1 fol. 123—125, A 1 p. 144—147 nr. 104*[a].
Edd. Haddan and Stubbs Councils III, 552—554, J 248.

REVERENTISSIMO PATRI AETHELHARDO ARCHIEPISCOPO ALCHVINUS LEVITA PERPETUE BEATITUDINIS SALUTEM.

Audiens sapientiae decorem in corde et veritatis constantiam in ore vestro beatam estimabam gentem tam pium et prudentem habentem doctorem necnon et tam probatum intercessorem apud Deum.

Quia sacerdotis ministerium est inter Deum hominesque stare et sanctarum turibulo[b] orationum inter vivos mortuosque discernere. Ille est gallus succinctis lum- Prov. 30, 31. bis, predicator optatae aurorae, quae numquam tenebris fuscatur. Ille est aries, cui regalis potentia resistere non poterit. Ille est speculator in turre virtutum consistens, previdens castris Christi, ne quis inimicus, hostili mucrone clam succinctus, incautum quemlibet vulnerare valeat. Ille est splendidissima in domo Dei lucerna, omnes ignorantiae tenebras discutiens, ut sola veritas[c] luceat in cordibus credentium.

Hanc altissimam vicariamque apostolici honoris dignitatem diligentissime secundum sapientiam tibi a Deo datam, dulcissime pater, considera. Honora cum apostolo ministerium tuum, praedica verbum Dei omni pietatis instantia. Messis quidem multa Rom. 11, 13. Matth. 9, 37. est, sed operarii pauci. Quapropter instantius laborandum est tibi, ut simul gaudeas Ioh. 4, 36.

---

a) segnes *H.* b) talentes *H.* c) expectat *H.*

311. a) *Lemma:* Epistola Albini levitae ad Aedelhardum archiepiscopum *A 1.* b) turribulo *A 2;* thuribulo *A 1*.* c) *alia manus superscripsit* vel sol verus *A 2.*

1) *Cf. supra p. 369 n. 4; Ovid. Ars Amat. II, 670:* Iam veniet tacito curva senecta pede, *infra p. 481 v. 20.*

802—804 cum seminantibus. Opus summum est sacerdotis praedicare verbum Dei extirpareque
de agro dominice possessionis peccatorum spinas: seminare mundissimum[a] evangelicae
Ierem. 4, 3. veritatis frumentum: novare prius novalia[b] et non seminare super spinas, ne forte
Prov. 14, 4. erumpentem boni seminis herbam spineta scelerum suffocent. Ubi multae segetes,
Ps. 125, 6. ibi manifesta fortitudo bovis. Bos est bene laborans sacerdos in populo Christi[c], qui
veniet in exultatione portare manipulos suos ad horreum regis aeterni, qui eum
Luc. 12, 42. oeconomum[d] familiae suae constituit, ut det illis in tempore tritici mensuram. Beati,
Isai. 32, 20. qui seminatis super omnes aquas. Aquae sunt populi, seminator verbi Dei predicator
Eccle. 11, 4. est. Qui servat ventum, numquam seminat. Qui timet terrenas potestates, tacet a
cf Ioh. 10, 12. predicatione veritatis; habens locum regiminis, sed opus rectoris negans; luporum
rabiei[e] non resistens, sed mercennaria timiditate fugiens; transitorium metuens perdere honorem magis quam celestem nitens adquirere gloriam. Hos tales, si forte inveniantur in sede aecclesiasticae dignitatis, tua sanctissima, pater optime, fiducialiter censura castiget, ut solus de omnium habeas mercedem labore: quia tu solus pallii honore[1] et clarissimae sedis dignitate omnes excellere videris. Sit tua dextra sceptro equitatis armata et sinistra clipeo pietatis honesta. Illinc potentibus splendeat veritas, hinc miseris auxilietur pietas, quatenus omnibus tuae auctoritatis prosit devotio.
I. Cor. 9, 22. 'Omnibus[f] omnia factus' cum apostolo, ut ex omnium salute tibi aeternae beatitudinis
lucra multiplicentur.

Meique, deprecor, ut habeas in sanctis orationibus tuis memoriam. Festinabit et non tardabit dies amara, quam nullus effugere valet; sed non est[g] metuenda, qui[h]
cf. Luc. 12, 36. paratus est pulsanti aperire. Sed quantum me peccatorem scio, tantum me fateor
metuere illam, ne forte, pondere peccatorum suppressus, caput[i] in conspectu iudicis mei elevare non audeam. Adiuva, pater piissimę, adiuva obsecrantem; et inter sanctorum reliquias patrum et predicatorum nostrorum lacrimis pietatis tuae aliquid huius gravissimi ponderis minue de cervice mea. Quia quo tua bonitas instantius deprecetur pro me et[k] liberior ab hac sarcina impietatis meae caput levare audeam, cogita, quanta tibi sit merces in salute fraterne prosperitatis. Quanto maiore[l] redemptoris, divina operante gratia, per te[m] cingeris corona, tanto maiore gloria coronatus stabis ante tribunal redemptoris nostri.

Misi dilectioni vestrae unam cuppam argenteam et unum olosericum et vestitum caprinum camissaleque lineum[n]: deprecans caritatis intuitu ea modica recipere[o], magis caritatis fidele munus intendens quam specierum raritatem.

Pontificalis apex[2], pater Aethelharde, valeto:
Omnipotens tribuat prospera cuncta tibi.
Sis decus aecclesiae, Christi praecepta secutus[p] [3],
Clarus in officio, cautus in eloquio.
Sit tibi larga manus[4], letum cor, Christus in ore,
Egregii mores et pietatis amor.
Ad te qui veniat, tristis non exeat umquam:
Sis spes[q] pauperibus atque salus miseris.

a) scilicet opus summum sacerdotis *superscripsit alia manus.* b) navare — navalia *A 2.* c) scilicet predicans *addidit manus alia.* d) dispensatorem *superscripsit alia manus* e) rabie *A 2.* f) scilicet sis tu *addidit alia manus.* g) scilicet illa dies *addidit alia manus.* h) quia *A 1*;* scilicet illi *addidit alia manus.* i) capud *A 2.* k) *om. A 1*.* l) fidelium add. *A 1*.* m) pte *A 2.* n) lineo *corr. in* lineum *A 2.* o) respicere *A 2, A 1*.* p) sequtus *A 2.* q) pes *A 2.*

1) *Unde apparet hanc epistolam scriptam esse post initum annum 802, quo Leo III. papa, sublato archiepiscopatu Lichfeldensi, vetera ecclesiae Cantuariensis iura confirmaverat. V. Regesta pontt. Rom. 2510 et 2511 J., cf. supra p. 412 n. 6.* 2) *Cf. Fortunati Carm. I, 15, 33.* 3) *Cf. Poet. Carol. I, 275 v. 7.* 4) *Cf. supra p. 46 n. 1; 183 n. 1; Poet. Carol. I, 330.*

Previus esto Dei populo ad caelestia regna, 802—804
 Ut, te namque sequens, pergat ad astra poli.
Insere veridicis vitalia semina verbis
 Cordibus humanis, crescat ut inde fides.
Luceat in tenebris oriens ceu lucifer atris[a].
 Exemplis, verbis lumen ubique tuum.
Non te divitie secli[b], non magna potestas
 Blanditiis faciat vera tacere[c] quidem.
Nec rex, nec iudex, etiam nec carus amicus
 Os sacrum claudat a pietate tuum.
Est breve nam tempus vitae et presentis in annis.
 Atque pede tacito[1] mors citius properat
Exosisque[d] tuae digitis ferit[e] ostia vitae:
 Ingrediens secum quicquid habes rapiet.
Hunc idcirco diem atque hoc inamabile tempus
 Prevideas semper nocte dieque tibi;
Utque domus patrem vigilantem Christus ab arce
 Inveniat veniens, tumque beatus eris.
Felix illa dies, vocem qua iudicis almi
 Auditurus eris, proque labore tuo
Tunc gaudens: 'Intra, nimium mi serve fidelis, Matth. 25, 21. 23; Luc. 19, 17.
 Aeterni aeternus regna beata patris'.
Tunc memor esto mei et dic: 'Mitissime[f] Christe,
 Pauperis Albini nunc miserere, precor'.
Nos nunc velivoli pelagi spectamus in horis[g],
 Quando Dei[h] adveniat, quando serena dies.
Tuque iter[i] hoc nostrum, devoto pectore posco,
 Ad Christum precibus auxiliare piis.

a) atris *superscr.* vel astris *A 2.* b) seculi *A 1**. c) tacerę *A 2.* d) ex ossisque *A 2.* e) fert *A 2.* f) mitissimę *A 2.* g) *i. e.* oris. h) deo *A 2, A 1**. i) item *A 2.*

1) *Ov. Ars Am. II, 670; III, 712 cf. supra p. 479 n. 1.*

APPENDIX AD ALCVINI EPISTOLAS.

De Iosepho abbate Scotto, Alcvini discipulo et comite in itinere Francico, videas quae ad carmina eius illustranda attuli in tomo I. Poetarum Carolinorum p. 149 (cf. supra p. 33). Unde prooemium eius poeticum cum epilogo epistolae speciem prae se ferente, ne quid desideretur, hic repeto.

De secunda epistola post Denisium et Büdingerum[1] *Sickel copiose egit eamque saeculo IX. ineunte*[2] *in Pannonia vel Avaria ab Alcvini discipulo Wizone, qui et Candidus vocatur, conditam esse probavit. In codice c. a. 850. scripto nomen Candidi, qui sub Blancidio latet, iam manu saec. XV—XVI. ad marginem adpositum est. Praeter Hieronymum, Augustinum, Isidorum scriptor Alcvinum ipsum paucis mutatis saepius verbotenus expilavit. Verba eius librarius neque semper recte legisse neque bene intellexisse videtur. Duobus apographis, quorum alterum ipse quondam feci, alterum inter schedulas Jaffei inveni ad hanc editionem principem parandam uti mihi licuit.*

Tertia epistola Carolo imperatori missa praefatio est libri de processione sancti Spiritus, quod Frobenius inter opera Alcvini primus ex codice bibliothecae Laudunensis luci dedit. Alcvini eum esse unicus auctor est Dido episcopus Laudunensis, Arnolfi imperatoris aequalis[3]*, qui cum librum describendum curaret, titulum adiecit:* Alcvinus de processione sancti spiritus. *A cuius testimonio recedere et libellum hunc inter supposita illius opuscula ablegare Frobenius ausus non est, 'quamvis' ipso teste 'nemo illorum, qui beati Alcuini scripta recensent, huius opusculi mentionem faciat et controversia isthaec de processione Spiritus sancti a patre filioque primum post Alcuini obitum, nempe anno 809. in concilio Aquisgranensi ferventius agitari coepta sit; ipse etiam stylus epistolae ad Carolum Augustum datae a stylo, quo Alcuinus in aliis ad eumdem scriptis epistolis usus fuit, aliquo modo discordet'. Quibus argumentis quin prorsus assentiar facere non possum neque dubito hunc librum eodem tempore, quo etiam Theodulfus et Smaragdus de hac controversia disseruerunt*[4]*, ab aliquo viro docto in palatio versante compositum esse, de cuius nomine coniecturis nihil certi assequi possumus.*

Quartam epistolam a Quercetano inter Alcvini epistolas primum editam, quia illas in codice Petaviano, nunc Romano T, subsequebatur, a scriptore iuniore potius compositam esse Frobenius iam recte cognovit ideoque in appendicem eam delegavit. Cuius auctor, quisquis ille fuit, ex Alcvini epistolis, ut ipse fatetur, hausit quae de ratione ieiuniorum fratribus, qui eum interrogaverant, respondet.*

Ernestus Dümmler.

1) *Oesterreich. Gesch. I, 146.* 2) *Non ante annum 801., cum Alcvini liber de anima, Carolo imperante compositus, a scriptore epistolae iam excerpatur.* 3) *In codice sic legitur:* Hunc libellum dedit dominus Dido episcopus Deo et sanctae Mariae Laudunensis ecclesiae. Si quis abstulerit, offensionem Dei et sanctae Mariae incurrat. *De Didone cf. Ann. Vedast. a. 895.* 4) *Cf. Simson Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 403. Neque Werner (Alcuin und sein Jahrh. p. 167) neque Simson (l. l.) de Alcvino auctore dubitaverunt.*

1.

Iosephus abbas Scottus Albino magistro libros XVIII commentarii in Isaiam prophetam ex Hieronymo excerptos dedicat. c. 790 *c. 790.*

Codd. Parisinus 12154 (quondam 730 liber de antiqua Corbeia) saec. IX. fol. 9 et 192; S. Galli 254 s. IX. p. 2, ubi 7 tantum versus priores.

Edd. Mabillon Acta SS. IV, 1, 188; Dümmler Poetae Carol. I, 151. — Migne XCIX, 821; CI, 1435.

Isaiae brevibus, lector, mysteria verbis
Pandere quis poterit tractans[a] et cuncta volutans[b]?
Hinc prius[c] Hieronimus longis tractatibus usus
Exposuit sapiens magnis ambagibus illum.
Cuius[d] ab inmensis temptabo excerpere libris,
Quae breviter valeant sensum nudare prophetae:
Sic[e] placet Albino talem nos ferre laborem.*

Hieronimus monuit postremi in fronte libelli,
Ut, cuicumque foret verborum longior ipse
Textus in Isaiam, libros excerperet omnes,
Et brevibus vastos verbis constringere sensus.
Sic idcirco tuis parens, carissime, iussis,
Haec, Albine, tibi strictim collecta dicavi.
Hec utinam nostri memorem te sepe rependant,
Hec, pater alme, legens pro nobis sedulus ores,
Sepius ac dicas: 'Dominus conservet Ioseph'.
Hec quoque verba tibi toto [de][f] corde rependam.
Care magister ave, Dominus te salvet ubique.

Haec brevi, prout potui, sermone in Isaiam de lacinioso Hieronimi tractatu, sicut, dilectissime[g] magister Albine, iussisti[h], devotus excerpsi. Ita enim mihi precipiebas, ut in cunctis pernecessarium tantum sensum et Hebraice veritatis tramitem sequens tam LXX quam aliorum interpretum et tractorum[i] incerta et confusa declinarem vestigia. Duabus autem causis, ut reor, haec ita fieri voluisti, ut vel fastidiosis tepidisque lectoribus tam longus libros legendi labor levaretur, vel ingeniosis et ardentis animi hominibus promptior breviorque querendae veritatis via redderetur. Si quis[k] autem haec quasi breviora et ob id obscuriora dispiciat — sepius enim brevitatem comitatur obscuritas —, ad fontem, unde haec hausimus, erecto cervice currat; et cui

---

*) *In codd. secuntur haec:* Omnes sancti prophetae, sicut Hieronimus multis exemplis adfirmat, pleniter intellegebant corde quod proferebant ore et vel loqui vel tacere ad suam voluntatem habebant, nec aer voce pulsatus ad aures eorum perveniebat, sed Deus in eorum animo loquebatur, ut est illud: 'Angelus qui loquebatur in me'. Zach. 2, 3.

1. a) tractantur *G.* b) voluntas *G.* c) Hinc prius *evanuerunt in P.* d) *vix legi potest in P.* e) Si *G.* f) de *add. Mab.* g) dilectisime *P.* h) iusisti *P.* i) tractatuum *corr. Mab., an* tractatorum? k) si q̄ *P.*

c. 801—814? rivulus iste non sufficit, desuper ripis suis inundanti flumine potet. Tu autem, dilecte magister, in nostri laboris vicem tuae nobis benedictionis et orationis gratiam communices, ut nostri redemptoris clementiam pulsantes pro eius multa in multos misericordia in nobis quoque opus manuum suarum respiciens non dispiciat, sed superatis seculi huius temptationum fluctibus ruptisque nostrorum renium retiaculis, nos ad inperturbatae vitae portum benigne perducat clemens dominus Iesus.

2.

Sacerdos quidam (Candidus?) inter Sclavos degens amicos in Italia morantes multa de sapientia disserendo ad vitam recte instituendam adhortatur. *c. 801—814?*

Cod. Vind. 966 (Theol. 331) fol. 1—5' (cf. supra p. 12).

Excerpta huius epistolae dederunt Denis Codd. manuscr. bibl. Palat. I, 2117, Sickel Alcuinstudien (Wiener Sitzungsber. LXXIX, 536—539).

DILECTISSIMIS FILIIS IN CHRISTO ALPINIS AUSONICISQUE PARTIBUS[1] DEGENTIBUS, MARE PRESIDENTIBUS, OMNIQUE DECORIS STEMMATE PREDITIS, CITRA DANNUBII FLUENTA LATITANS, IN[a] SCLAVORUM MONTIBUS ET ABIETUM DENSITUDINE CUBANS, NON SICOMOROS, SED FAGOS VELLICANS, NORICUS ITALICIS, BLANCIDIUS NIGERRIMIS[2], IOB LAETIS, SENEX IUVENIBUS, CHRISTICOLIS ET CAELITIBUS[b] POLUMQUE EFFICACI VOLATU[c] PENETRANTIBUS RANICULA LOCIS UMENTIBUS GARRIENS, SIVE LUSCINIA PIPPANS, IDIOMATE[d] CARENS TENENTIBUS IDIOMA, VOLATILIBUS[e] TERRIGENA, EXTORRIS INDIGENIS SUIS LICET TETRIS, IN DOMINO DOMINORUM PACIFERAM AC PERMANENTEM SEMPITERNAMQUE SALUTEM.

'Comicus[3] Turpilius tractans de vicissitudine litterarum 'sola', inquit, 'res est quae homines absentes presentes facit'. Nec falsam dedit quam in se noverat[f] sententiam. Quid enim est, ut ita dicam, tam presens inter absentes quam per epistolas et affari[g] et audire quos diligas? Nam et rudes Italici, qui sibi, ut in rethoricis Cicero ait, victu fero[h] vitam requirebant, ante carte et membranarum usum aut in dedolatis ex ligno codicellis, aut in corticibus arborum mutua epistolarum alloquia missitabant[i]; unde et portitores earum tabellarios et scriptores a libris arborum librarios vocavere. Quanto igitur nos potius expolito[k] iam artibus mundo id non debemus obmittere quod sibi prestiterunt[l] apud quos erat cruda rusticitas et qui humanitatem quodammodo nesciebant?' Namque sepius 'apices[4] cartarum etiam in neophitis amoris magnitudinem inter necnon quibusdam perfectis exprimere nituntur, quatinus oculis legatur in syllabis quod cerni minime valet in mentibus.

Ideo vestrae mellifluae memor, karissimi, germanitatis hanc scedulam vobis in commune direxi, ut cognoscatis, quantam pro vobis habeam sollicitudinem, quam nec terrarum longinquitas, nec rubigo oblivionis[m] interpolatio nec diuturnitas temporum abolere valuit, quominus admoneam quos magis diligam, haut dubium gestiens vestrae
1. Cor. 7, 31. salutis prosperitatem in Deo semper manentem. Preterit figura huius mundi et quicquid amatur in mundo, aut ex umbra panis saturabitur esuriens, edulium salutis est Deum credere et amare et fidei amoris operibus nectere; umbratica est saeculi felicitas, vera tantummodo in futuro expectatur'. Mirari satis nequeo, cur amatur quod cito velud fumus relinquitur, et tunc liquido monstratur quod nihil fuit, quando aliquid esse videbatur; et cur non diligitur quod numquam relinquitur? Si consideremus,

2. a) inter *C.* b) celibes *C, corr. Sickel.* c) volatui *C.* d) idioma *C.* e) volatiles *C.* f) in re non vera *Hier. pro* in se noverat. g) alloqui *Hier.* h) victo ferro *C;* ritu ferino *Hier.;* victu fero *Cic. de inv. I, 2.* i) musitabant *C.* k) expoliato *C.* l) prestiteterunt *C.* m) oblibionis *C.*

1) *Dioecesin Aquileiensem dicere videtur.* 2) *Arnonem atque Adalbertum nigros fuisse constat, cf. supra p. 320 n. 9; 321 n. 5.* 3) Comicus — quodammodo nesciebant *ex Hieronymi ep. 8 (Opp. ed. Vallarsius I, 20).* 4) apices — expectatur *nonnullis mutatis aliisque additis ex Alcvini epist. 38 supra p. 80—81.*

quae et quanta nobis promittuntur[a] in caelis, vilescunt omnia vana et lubrica, quae habentur in terris. Quid[b] etiam tanta obtinet miseria, ut fides et veritas una ex re simul degere nequeunt? En, ut cerno, morbo torporis laboratis, aut nimium estis sapientes, aut, ut ita dixerim, hebetes. Ergo huic morbo medicinam correctionis exhibere conabor, excitans scilicet acediam segnitiae vestrae; si vero oleum emere cupitis, aliubi, non ad me quaeratur necesse erit, iuxta illud psalmigraphi, qui magnopere adolationem fugere gestiens: 'Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me, oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum'. Quid est peccatoris? utique adolatoris. 'Magis[1] amatur obiurgator sanans quam adolator unguens caput', id est mulcens et laudans mentem favoris blanditie[c]. Esto, laudes iuxta inmoderato huius vitae ritu quaeritis, non dabo oleum, sed ferrum: 'melius[2] tumor capitis dolet, cum curatur; nam dum ei parcitur, non sanatur. Hoc enim acute vidit qui dixit utiliores fore plerumque inimicos iurgantes, quam amicos obiurgare metuentes; illi enim dum rixantur, dicunt aliquando vera, quae corrigamus; isti autem minorem quam oportet exhibent iustitiae libertatem, dum amicitiae timent exasperare dulcedinem'. Sane tres cum legamus sapientiae claves, avide nosse velimus, utrum commune omnium utamini, an fors supergrediemini modum conditionis, an etiam lascivia ac desidia inlecti 'corpus quod corrumpitur adgravet animam', scilicet si[d] sedulo legendo, frequenter interrogando, assidue meditando. Denique de duobus, esto, ambiguum est, tertia nulli nostrum latet, sed haut dubium patulis datur indiciis.

c. 801—814?

Ps. 140, 5.

Sap. 9, 15.

Porro si 'verba Congregantis filii Vomentis' consulens ac segnitiem dormitantium excitans futurae vitae ad formicam ire iusserit et quodammodo eius prudentiae considerare, nihilominus ad vaccam ire vestram suggeret inertiam. Huius ergo debiti nos meminisse volumus, exactionis autem vos memores fore debetis. Eadem quippe caritas indagandi et exquirendi et nos facit fidelissimos debitores vosque dulcissimos exactores; ideo dixi dulcissimos exactores, quia, ubi caritas deest, amarus exactor est, ubi autem caritas est, et qui exigit dulcis est, et a quo exigitur. Et si aliquem veluti in promptu cernitis, laborem suscipit; facit eundem laborem propter nullum et leve ipsa caritas. Nonne videmus etiam in mutis animantibus et inrationabilibus, quibus non est spiritalis amor, sed carnalis; exigitur[e] tamen magno affectu de uberibus matris lac a parvulis. Et licet sugens impetum faciat in ubera, melius est tamen matri, quam si non sugat, quod caritate debetur. Sepe videmus ubera vaccarum etiam a grandiusculis vitulis capite[f] percuti, et propter ipso impetu levari matrum[g] corpora, nec eas tamen calce repellere, sed si desit filius qui sugat, mugitu[h] vocari ad ubera. Si ergo est in nobis illa caritas spiritalis, de qua Mavors Christi inquit: 'Factus sum parvulus in medio vestrum tamquam nutrix fovens filios suos', tunc vos diligimus, quando exigitis; nam pigros non amamus, quia languentibus formidamus. Porro livor[i] nostrae primordialis obiurgationis nec durus debet videri, quia sepe hausteriora medicamenta optatam prestare solent salutem. Et quia nihil incassum seriem agiographarum sanctionibus nancisci[k] decens est, noveritis idcirco in exordio locutionis non oleum, sed vinum posuisse, quia ita a sancto propheta edocti sumus. Non legimus ab eo primitus digestum fore 'baculus tuus', sed 'virga tua'; non enim a tanto vel tali sancto viro, ex cuius semine Dominum ortum non ambigimus, aborrere vindicamus, ne forsan presumptiosum iudicaretur, et precipue cum noverimus iuvenili aetatis corpore, cui, si libet, optime disciplina congruit. Igitur tantundem sibi expediunt, immo connectuntur vicissim atque aequiperant virga et baculus, pietas et disciplina, quatinus una sine altera nil iuvaminis habeat,

Prov. 30, 1.

ib. 6, 6.

1. Thess. 2, 7.

cf. Ps. 22, 4.

a) promittituntur *C.* b) quic *C.* c) blanditiem *C.* d) *sic C.* e) exigit *C.* f) capita *C.* g) matrem *C.* h) mugitum *C.* i) libor *C.* k) nancissi *C.*

1) Magis — caput *ex Augustini ep. 28 ad Hieron. (Opp. II, 48).* 2) melius — dulcedinem *ex August. ep. 73 ad Hieron. (Opp. II, 165).*

c. 801—814? nec conperendinanda[a], sed continuanda sunt. Plane nec correctio sine consolatione, nec mater pietas sine disciplina, quae est pater, valet.

Actenus vestra invectione vigili intentione desudantes, superest, immo affatim libet, panes in Iesu benedictos frangere, fractosque apponere ipso favente, et ex multarum arborum floribus frondium et frutectis holerumque floribus, foliis corticibusque[b], quae sunt infirmantium, id est simplicium, esus, ac per hoc ita dumtaxat, ut in occultioribus exer- cf. Matth. 10, 16. ceatur vestra industria argumentosa, et in evidentioribus reficiatur vestra columbina simplicitas. Nec arrogans et conpilator iudicer ceu aliena prata sulcans, quia melior est fontis aqua[c] hausta algidior et ad potandum habilior, quam errantes per divexa montis camporumque huc illucque rivuli diversis animantibus et bestiis et a porcis turbati, vel ubi sues volutabra delegere solent. Nunc divino fulti iuvamine aggrediamur, ita tamen ut vos, nati utinam mei[d], ostio clauso intretis et aperto non exeatis. Oraculum cuiusdam licet hetnici[1], quia iuvenes estis, inmemores 'Absque Cerere et Libero friget Venus'.

Primo, si placet, commatice prelibemus nonnulla de sapientia, quatinus extimplo ad onus vestri regiminis aggredi valeamus. Sed quid ego aut quid ego, nisi novissima minimaque pars terrae, pulvis et cinis, cui nulla subpetunt prerogativa, qui dignum aliquid de sapientia loquar? sed sicuti Augustinus ait[2]: 'Qui se dicit scire quod nescit, stultus[e] est, et qui se negat scire quod scit, ingratus est'. Quocirca, sicut omnis sanc- Ps. 110, 10. tarum scripturarum pagella testatur, immo auctoritas veteris asserit testamenti: 'Inicium sapientiae timor Domini'. 'Omnis[3] ergo qui secundum Deum sapiens est, beatus est. Beata vita cognitio divinitatis[f] est: cognitio divinitatis virtus boni operis est; virtus boni operis fructus aeternitatis est. Primum[4] est scientiae studium quaerere Deum, quoniam primitus est nosse quam agere, deinde honestatem vitae cum innocentiae opere[g]. Nullus sapientiam Dei plene recipit, nisi qui se abstrahere ab omni actionis cura contendit'. Ergo nullus in culpa maior est quam ille, qui Deum nescit, quia 1. Cor. 14, 38. 'qui ignorat, ignorabitur', et nemo ad Deum pervenire poterit, nisi per veram sapientiam. Prov. 4, 25. Ait scriptura: 'Et palpebrae tuae precedant gressus tuos'; modum veri indagationis multorum est quaerere, sed paucorum invenire. 'Ad[5] maioris culpae cumulum pertinet scire quemquam quod sequi debeat, et sequi nolle quod sciat'. Esto, dicitis: Nonne indoctos et inlitteratos non solum ad Deum pervenisse, verum hic multas virtutes fecisse cognovimus? Respondetur: 'Simplicitatem[6] cum ignavia vocari[h] stultitiam, simplicitatem vero cum prudentia vocari[h] sapientiam[i]. Utile est multa scire et recte vivere: quod si utrumque non valemus, melius est, ut bene vivendi studium, quam multa sciendi sequamur. Non pertinere ad beatitudinem consequendam scientia rerum', quod est proprie comicorum[k], poetarum, philosophorum[l], strofosorum, semper quidem discentes et numquam ad veram sapientiam pervenientes, sed erronei incedentes. 'Nec[7] esse beatum multa scire, sed esse magnum' et egregium bonum 'beate[8] vivere': nimirum 'nihil obest scientibus Deum ignorantia mundi'. Porro mihi caecus et claudus videtur qui sapiens non est: Ioh. 1, 9. si Deus lux est vera et via et sapientia, quomodo possumus pervenire ad veram sapientiam, nisi per viam sapientiae, vel quo pacto accedere possumus ad veram lucem, nisi per viam sapientiae, qui lucem habitat inaccessibilem. Isidorus[9]: 'Nam sicut orationibus mundamur, ita lectionibus instruimur'.

a) conprerendinanda *C.* b) colligere *vel tale quid excidisse videtur.* c) aque *C.* d) cinintinamei *C, corr. Hampe.* e) temerarius *Aug.* f) divitatis *C.* g) operi *C.* h) vocare *C.* i) sapientia *C.* k) comicum *C.* l) philosoporum *C.*

1) *Ter. Eun. 4, 5, 6.* 2) *Sermo 266 c. 8 (Opp. edd. Benedict. V, 1083).* 3) Omnis ergo — aeternitatis est *ex Isid. Sentent. l. II c. 1 § 1 (Opp. ed. Arevalus VI, 190).* 4) Primum — contendit *l. l. § 3. 4.* 5) Ad — sciat *ib. § 9 (p. 191).* 6) Simplicit. — rerum *ib. § 10—12.* 7) Nec — magnum *ib. § 12.* 8) beate — mundi *ib. § 12. 13.* 9) *ib. l. III c. 8 § 1 (p. 288).*

'Qui[1] vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, frequenter et legere: nam c. 801—814? cum oramus, cum Deo loquimur, cum vero legimus, Deus nobiscum loquitur. Sanctarum scripturarum lectio divina est cognitio beatitudinis. In his enim quasi in quodam speculo homo se ipsum considerare potest, qualis sit, vel quo tendat. Lectio assidua purificat animam, timorem incutit gehenne, ad gaudia superna cor instigat legentis; labor honestus est lectionis et multum ad emundationem animae proficit. Sicut enim ex carnalibus escis alitur caro, ita ex divinis eloquiis nutritur interior homo ac pascitur. Sicut ille beatissimus est, qui divinas scripturas legens verba vertit in opera[a], ita et ille, qui sapienter graditur in Deo; et sicut sepius caecus offendit quam videns, sic ignorans legem Dei sepius ignoranter peccat, quam ille qui scit; sicut caecus sine ductore, sic homo sine doctore viam rectam vix graditur'. 'Omnis[2] profectus ex lectione et meditatione accedit; quae enim nescimus lectione discimus, quae autem didicimus meditationibus conservamus. Geminum confert donum lectio sancta, sive quia intellectum mentis acuit, seu quod a mundi vanitatibus abstracto hominem ad amorem Dei perducit. Nemo potest sensum scripturae sanctae cognoscere nisi legendi familiaritate, sicut scriptum est[b] 'Ama illam et exaltabit te, glorifica- Prov. 4, 8. beris ab ea, cum eam fueris amplexatus'. Quanto quisque magis in sacris eloquiis assiduus fuerit, tanto ex his uberiorem intellegentiam capit'; tanto quisque Deum amare convincitur, quanto sapientior repperitur, tantoque ei vicinior, quanto et eius potitur sapientiae donum.

'Proinde[3] omnis, qui secundum Deum sapiens est, beatus est. Unde et in Iob Iob 28, 28. legitur: 'Sapientia hominis est pietas, recedere a malo scientia', uno vero nomine pietatis cultum totius divine relegionis designare volens. Quid beatius est anime, quam summum intellegere et diligere bonum, quod Deus est; quid felicius, quam se dignam aeterna preparare beatitudine, dum inmortalem se esse verissime novit. Nec aestimetis vobis tantum sufficere nosse, quid agere debeatis, nisi etiam opere impleatis quae nostis. Quam plurimi se sapientes aestimant et viam veritatis se nosse gloriantur, sed nequaquam vere sunt sapientes qui non habent fortitudinem animi ad perficiendum opere quod sapiunt. Ergo vera est sapientia nosse quae debeatis, et nota perficere. Quia sanguis, qui de carne lancea militis vulnerata fluxerat, pretium est salutis humane, per cuius effusionem extincta[c] est flammea illa paradisi custodia, et via fidelibus aperta est ad lignum vitae, quod plantatum est secus decursus aquarum viventium. Cuius ligni Salomon, cum de Ps. 1, 3. laude sapientiae multa dixisset, recordatus est dicens: 'Beatus homo, qui invenit sapien- Prov. 3, 13. tiam, et qui affluit prudentia', et paulo post: 'Viae eius viae pulchrae et omnes semitae ib. 3, 17. 18. eius pacificae. Lignum vitae est his, qui adprehenderint eam, et qui tenuerit eam, beatus'. Humane vero animae pulchritudo est et decus sapientiae studium'.

Nunc quia sacerdotes estis, dicamus breviter[d]: sacerdos ergo si predicationis est ignarus, quam clamoris vocem daturus est preco mutus? preconis quippe officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit. Sed cum pectore[e] se ad loquendum preparat, sub quanto cautele studio loquatur, adtendat, ne, si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur. Licet Deus natura omnes aequales fecerit, tamen necesse est, ut rectores a subditis timeantur; quando ab eis Deum minime timere deprehendunt, ut humana saltim formidine peccare metuant qui divina iudicia non formidant. In eo enim, quod rectores metum sibi a perverse viventibus exigunt, ceu non hominibus, sed animalibus dominantur, quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi, ex ea debent etiam formidini iacere substrati. Vobis dicitur:

---

a) opere *C.* b) arripe *Vulg.* c) extinta *C.* d) brebiter *C.* e) pector *C (?).*

1) Qui vult — vix graditur *ex Alcvini libro ad Widon. comit. c. 5 (Opp. II, 130), cf. Is. Sent. l. l. § 2.* 2) Omnis — capit *ex Is. Sent. l. III. c. 8 § 3. 4; c. 9 § 1. 2 (Opp. VI, 288. 290).* 3) Proinde — sapientiae studium *ex Alcvini libro de animae ratione c. 14. 13 (supra p. 475 lin. 19—28; 3—11), sed ordine inverso.*

c. 801—814? ‘Patres, nolite sine causa ad iracundiam provocare filios vestros’ et illis dicitur ‘Filii, Eph. 6, 4. ib. 6, 1. oboedite patribus vestris in Domino’. Scire etenim prelati debent, quia, si perversa umquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt; unde necesse est, ut tanto se cautius a culpa custodiant, quanto per prava, quae faciunt, non soli moriuntur. Denique terribiliter et per quendam ad- Prov. 6, 1. 2. monemur: ‘Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, inlaqueatus es verbis oris tui et captus propriis sermonibus’. Spondere namque pro amico est alienam animam in periculo suae conversationis accipere, unde et apud extraneum manus defigitur, quia apud sollicitudinis, quae ante deerat, mens ligatur. Verbis vero oris sui laqueatus est ac propriis sermonibus captus, quia, dum commissis sibi cogitur bona dicere, ipsum prius necesse est quae dixerit custodire; inlaqueatus igitur verbis oris sui, dum ratione exigente constringitur, ne eius vita ad aliud quam admonet relaxetur. Unde apud districtum iudicem cogitur tanta in opere ib. 6, 3. exsolvere, quanta eum constat aliis voce precipisse. Et paulo post: ‘Discurre, festina, suscita amicum tuum’. Quisquis enim ad vivendum aliis in exemplo preponitur, non solum ut ipse evigilet, sed etiam et amicum suscitet, ammonetur; ei namque vigilare ib. 6, 4. bene vivendo non sufficit, si non illum, cui preest, a peccati torpore disiungat. ‘Ne dederis somnum’, inquam, ‘oculis tuis, nec palpebrae tuae dormitent’; somnum quippe oculis dare est intentione cessante subditorum curam[a] neglegere; palpebrae vero dormitant, cum cogitationes nostrae ea, quae in subditis corrigenda cognoscuntur, pigridine deprimente dissimulant. Plene enim dormire est commissorum acta scire, nec corrigere; non autem dormire, sed dormitare est, quae qui reprehendenda sunt cognoscere, sed tamen propter mentis tedium dignis ea increpationibus non emendare.

Considerate, nati mei karissimi, propensius, quanta pietatis viscera intra clandestina pectoris gestabat magisterium apostolus, qui duobus discipulis, et non diversa caritate preditis, diversa tamen adiutoria predicationis inpendit. Timotheum namque ammo- 2. Tim. 4, 2. nens ait: ‘Argue, obsecra, increpa in omni pacientia et doctrina’; Titum quoque admonet Tit. 2, 15. dicens: ‘Haec loquere et exortare et argue cum omni imperio’, bonus medicus congruam infirmis potionem propinans. Sed quid est, quod doctrinam suam tanta arte dispensat, ut in exhibenda alteri imperium atque alteri pacientiam proponit, nisi quod mansuetioris spiritus Titum et paulo ferventioris vidit esse Timotheum, illum per emulationis studium inflammat, hunc per lenitatem pacientiae temperat: illi quod deest auget[b], huic quod superest subtrahit; illum stimulo inpellere nititur, hunc habena moderatur. Idcirco haec certatim admoneo, ut vigili indagatione meditemini, si vobis quippiam aut deest aut superest, vestram ut meam cupiens aeternam in caelis manentem salutem. Dici nec credi potest, quantum vos diligam, quantumque cupiam esse sapientes; et licet non ignoraverim vos vinculo dilectionis Christi unctos sanctamque potire unitatis singularitatem, nunc specialiter amplius perfectiusque presens nos muniat et Ioh. 17, 21. unum efficiat carta, sicut Dominus ait patri, interpellans pro nobis: ‘Ut sint’, inquit, Ecclo 4, 12. ‘unum, sicut nos unum sumus, rogo’; non tres, sed unum sumus, quia ‘funiculus triplex vix rumpitur’, pater videlicet cum filiis. Quocirca ‘nec[1] aliquid magis homini in hac mortalitate viventi[c] necessarium est nosse, quam Deum et animam; quantum enim cf. Luc. 7, 47. quisque Deum agnoscit, in tantum diligit, qui minus agnoscit, minus[b] diligit’, et qui minus[d] diligit, minus[d] ei dimittitur. Est anima imago et similitudo Dei, non tamen pars Dei, quia ad imaginem sui conditoris perfecte quidem summeque Trinitatis, quae est in Patre et Filio et Spiritu sancto, condita est, et licet unius sit illa nature, tres tamen in se habet dignitates, id est intellectum, voluntatem et memoriam[2]. Quod idem,

a) cura C. b) augit C. c) vivente C. d) minis C.

1) nec aliquid — agnoscit minus diligit ex Alcvini ep. 309 c. 1, supra p. 474, Alcuini opp. ed. Frobenius II, 146. 2) Cf. ibid. c. 6 p. 147.

licet aliis verbis, in evangelio designatur dicendo: 'Diligis dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente[a] tua', id est ex toto intellectu et ex tota voluntate et ex tota memoria. Iam sicut ex patre generatur filius, ex patre filioque procedit Spiritus sanctus, ita ex intellectu generatur voluntas, et ex his item ambobus[b] procedit memoria, sicut facile a sapiente cuilibet intellegi potest. Nec enim anima[c] perfecta potest esse sine his tribus, nec horum trium unum aliquod, quantum ad suam pertinet beatitudinem, sine aliis his duobus integrum constat. Et sicut Deus pater, Deus filius est, Deus Spiritus sanctus est, non tamen tres dii, sed unus Deus tres habens personas, ita et anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres animae in uno corpore, sed una anima tres habens dignitates, atque in his tribus Dei imaginem gerit in sua natura naturaliter interior homo. Ex quibus ceu excellentioribus dignitatibus iubemur diligere conditorem, ut, quantum intellegatur, diligatur, et quantum diligatur, eo amplior sit voluntas eum diligendi, et quanto maiori voluntate diligatur, eo magis semper in memoria habeatur, ita dumtaxat, ut, sicut nullum potest fore momentum, quo homo non utatur et perfruatur Dei bonitate et misericordia, ita nullum esse debet momentum, quo presentem Deum non habeat in memoria. Similitudo in moribus cernenda est, ut, sicut Deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creavit, est caritas, est bonus et iustus, patiens atque mitis, mundus et misericors et cetera virtutum sanctarum insignia, quae de eo leguntur, ita homo creatus est, ut haberet caritatem, ut esset bonus et iustus, patiens atque mitis, mundus et misericors. Addantur etiam summopere necesse est his et quattuor virtutes, sine quibus anima non decoratur, sed immo addicitur ac opacatur. 'Proinde[1] igitur, quia melior pars est hominis anima, decet eam dominam fore et quasi de sede regalis culminis imperare, quid? per quae? vel quando? vel ubi? vel quomodo faciat, membra et considerare diligenter, quid cui membro imperet faciendum. Homo plane solus inter mortales ratione viget, consilio valet, intellegentia antecellit, sed concupiscentiae et irae[d], quae obesse plurimum solent, ratio, quae mentis propria est, imperare debet'.

c. 801—814?

Matth. 22,37.

'Cuius[2] excellentiores virtutes quattuor esse manifestum est, id est prudentia, qua agenda vel non agenda discernit, et iustitia, qua Deus colitur et amatur et recte vivitur inter consocias animas, temperantia, quae concupiscentiam vel iram gubernat, ne difinitos honestatis terminos transgrediantur, fortitudo, qua adversa huius vitae, quaecumque contingant, constanti animo tolerat. Et haec quattuor si caritate perfecta fiunt in anima, efficiunt eam Deo proximam, quia nihil aliud est optimum hominis, cui herere beatissimum sit, nisi Deus, cui herere certe non valemus nisi dilectione. Proinde hae quattuor virtutes uno caritatis diademate ornantur. Quae est vera sapientia, nisi Deum intellegere amandum? Que iustitia, nisi eum colere, a quo est, et quicquid habet boni, ab eo habet? Quid temperantia, nisi integrum se prebeat in perfectione vitae ei, quem amat? Quid fortitudo, nisi pro amore Dei fortiter omnia tolerare adversa? Si enim Deus est summum hominis bonum, quod negari non potest, sequitur, quoniam summum bonum appetere est bene vivere, ut nihil sit aliud bene vivere quam toto corde, tota anima, tota mente diligere Deum, a quo existit. Ita tandem ordinate vivit, qui seipsum considerat, quid sit et quo festinet, si affectus animi vel carnales motus provida gubernat ratione'.

'Inter[3] spiritum tamen et animam eiusmodi potest differentia esse, quod omnis anima spiritus est, non tamen omnis spiritus anima. Sed et apostolus discernit inter

a) menta *C*. b) ambobis *C*. c) animam *C*. d) ira *C*.

1) Proinde — imperare debet *ex Alcvini epist. c. 2. 3 l. l. paucis omissis.* 2) Cuius — ratione *ex eadem c. 3. 4 p. 146—147.* 3) Inter — vitium *ex eadem c. 11. 12 paucis omissis p. 149.*

809? spiritum et mentem, inquiens: 'Psallam spiritu, psallam et mente'. Spiritu psallit qui
1. Cor. 14,15. rerum obscuras significationes non intellegens ore profert, psallit mente qui easdem significationes mentis efficatia intellegit. Hoc itaque absque scrupulositate[a] sciendum est, quod animae pulchritudo virtus[b] est, et eius deformitas vitium'.

Heu pro dolor, quod de mysterio crucis nonnulla prelibare gestiens, sed volatilis episcopi[1] epistola exire conpulit. Nunc rogo, ut diligenter et morose relegatis, quod cita occupatio nec correcta[c] perfectio avulsit. Noli hinc recedere, fili, usque dum inchoatum opus peragas, quia valde nunc surgere indigent, qui tam longo tempore addicti et prostrati sub infructuosa vite fuerunt.

Valete vernantes, florete pollentes, vigete letantes, gaudete felices, filii mei et fratres karissimi ac desiderantissimi. Amen.

3.

Scriptor quidam Carolo imperatori librum de processione Spiritus sancti dedicat.
809?

Cod. ecclesiae Laudunensis saeculi IX. exeunt. Nr. 122 bis, de quo conferas Catalogue des manuscrits des départements I, 106. Contulerunt codicem cum editis V. C. Mathey, tubulario Laudunensi praefectus, atque iterum B. Krusch socius noster[a].

Edd. Frobenius Alcuini opp. I, 744; J 242, Migne CI, col. 64.

SERENISSIMO AUGUSTO KAROLO SALUS, PAX, VIRTUS, VITA, VICTORIA.

Sacra, serenissime Auguste, christianorum turba, quae sub gloriosissimo vestrae dominationis imperio est constituta, pro vobis et pro totius regni vestri statu, divinae etiam protectioni vestrum commendans imperium, omnipotenti Domino, qui vestri est regni gubernator, vota persolvit; inmensas etiam ei agendo gratias pro eo, quod in universali ęcclesia, quae sub excellentissimo dominationis vestrae imperio conversatur, universis Dei cultoribus tranquillissima pax est et quies. Non solum enim ab impetu gentilium et omnium christiani nominis inimicorum, quos favente Domino vestra sublimitas terret atque prosternit, sunt protecti, sed per vestri imperii et sapientiae excellentiam, adductis ab idulorum cultu innumerabilibus populis ad fidei catholicae et ad divini cultus agnitionem cotidie in Christo credentium propagatur numerus, et domus Dei in cunctis regni vestri terminis divino cultui et sacris pro vobis orationibus inplendis vacans exultat: cernendo etiam per vestrae gubernationis providentiam christianorum turbam inmensa cotidie recipere augmenta, et perversa hereticorum dogmata cum perfidis eorum auctoribus esse damnata, Christo etiam, qui vestri est cordis possessor, per vos de ipsis triumphante: quique etiam inter caetera gloriosissima, quae vobis largitus est dona, excellentissimo et inconparabili divinae et humanae scientiae munere vos ditavit, ut non solum hi, quibus est liberum vestrum cotidie serenissimum conspicere vultum, purissimo vestrae sapientiae fonte sunt refecti, sed etiam qui longe lateque a vestra praesentia sunt remoti, vestris rumigeris moribus et excellentissimo vestrae scientiae lumine inradiantur.

Idcirco ex diversis mundi partibus et generationibus vestra etiam, serenissime Auguste, pietate vocante innumerabiles ad vos cotidie concurrunt populi, quos vestra

a) scrupol. *corr. in* scrupul. *C*; dubitatione *Alc.* b) virtis *C.* c) incorrecta *C.*

3. a) *Lemma:* In nomine sanctae trinitatis. Incipiunt testimonia ex sacris voluminibus collecta in quibus aperte ostenditur, quod spiritus sanctus a patre et filio procedit, et quod recte spiritus sanctus patris et filii vocatur spiritus.

1) *an Arnonis?*

regalis benignitas latissimo et gloriosissimo sinu recipiens, in spiritali et liberali erudire non cessat scientia; idcirco vestrae gloriosissimae et tranquillissimae dominationis titulus nulla aetate, nulla etiam vetustate abolente, in universali manebit ecclesia: quia sub iustissimo vestrae dominationis imperio nulla in ea fraus, nulla perversae doctrinae suggestio latere valet; sed omnes orthodoxi vestra luculentissima admonitione instructi, sanctam catholicam et apostolicam sequendo ac defendendo fidem, divino vacant[a] cultui. Inter quos ego, exiguus vestrorum videlicet extremus famulorum, de processione et missione Spiritus sancti a patre et filio; et de eo, quod idem Spiritus sanctus patris et filii in sacris voluminibus vocatur spiritus, sancti etiam evangelii et beatorum patrum auctoritatem secutus parvum secundum vestrae sublimitatis iussionem conscripsi libellum[b]. post 804

4.

Episcopus quidam fratribus monasterii cuiusdam de ratione quinquagesimae sexagesimae et septuagesimae exponit. *post 804.*

Cod. T (cf. supra p. 6) fol. 117'—119', quem contulit Holder-Egger socius noster.*

Edd. Quercetanus 109 col. 1656—1659, Alcuini opp. ed. Frobenius II, 563—564, Migne Patrol. CI, col. 1320—1322.

FRATRIBUS FELICIBUS FAUSTE VIVENTIBUS ET AD FELICIORA TENDENTIBUS ILLE EPISCOPUS PECCATOR ET HUMILIS.

Dignas Deo, in quantum valeo, gratias, qui in vobis per vos multa bona operando adscitos sibi plurimis subministrat. Rogo autem illius magnitudinem, ut clementissime augmentare abundando gratiam suam in vobis usque in finem non desinat. Et quia me non idoneum ad hoc opus, tamen[b] fidum esse mordente conscientia considero, ad laetas[c] Christi vos conmilitones mihi per omnia meritis prolatis, ut id rogantes optineant sociosque secum heriles adsumant, tota intentione suppliciter posco. Omnipotenti enim Deo gratias agendo, qui vos nuncusque sua protegere dextra dignatus est, de vestra alma conversatione gratiarum actiones persolvere nitor, sed non dignas, quia non valeo debitor, plurimas tamen, in quantum valeo, vestrae sanctitati pro piissimis et Deo dignissimis precibus non omittam. Piissime me quidem nosse laborem illos exercere vestrae religionis culmen haud haesito, qui preces pro se suas non solum sacras infundunt Domino, sed et pro aliis quibuscumque, ut pariter sanctorum mereantur frui consortio. Et quamquam pro me indigno ac non reddente meritum hoc exercuissetis, opus tamen vestrum in retributione iustorum mansurum habebitis. Vos finetenus huius curricula mundi volubilis almificus dignetur regere Christus et a temptationibus eripere insuperabilibus.

Pura itaque caritate conpellor petitam responsionis epistolam fraternitati[d] vestrae venerande praebere, non ea videlicet aestimatione vel magis praesumtione, ut quicquam imperitiam nostram docere dicamus sagacitatem vestram, sed ut ne putetis nos spretis conloquiis iussioni vestrae nolle servire. Ut possumus, quae petitis ex aliorum dictis collecta pandamus. Diversas siquidem de questione[e] quam dicitur opiniones audivimus, sed legi, fateor, epistolam miro de ea modo compositam[1], quae modo me sciente in nostro monasterio non habetur cuiusque auctorem penitus ignoramus, sed

a) vocant *c., corr. Krusch.* b) *sequitur in cod.* Cap. I. In verbis enim *etc.*

4. a) *Lemma:* Responsio cuiusdam de septuagesimo sexagesimo et quinquagesimo *T*.* b) tm̄ *T*.* c) adletas *coni. Frob.* d) ti *e corr. in loco raso al. manu.* e) q̄stion̄ *T*.*

1) *Cf. supra p. 224 Caroli Magni epistolam (143) ad Alcvinum datam.*

post 804 a dicentibus audivimus eam Albini magistri fuisse, quod nec adfirmare nec denegare volumus. Quae vero ex ea memoriae commendavimus, licet aliis verbis, enarrare studemus. Prius petimus dilectionem vestram, ut non me compilatorem veterum esse dicatis et ob id praefatam epistolam ostendere noluisse, sed pro ambitione vanae gloriae servato sensu verba mutasse. Profiteor enim vobis aliena esse quod dico. Auctoritate enim canonica XL tempus qualiter aut quare adsumptum sit, compertum habetis, quod utique sanctus et egregius doctor Gregorius in lectione[a] evangelica: Matth. 4, 1. 'Ductus est Iesus in desertum ab spiritu' evidenter exposuit[1].

Statuistis enim interrogandum, cur vel qua ratione quinquagesima seu sexagesima vel etiam septuagesima dicatur necnon et per sanctam ecclesiam celebraretur. Liquet quoque quod VI ebdomadae, quibus se sancta ecclesia abstinentiae dedicavit, XL et II dies habent. Sed subtractis de abstinentia sex diebus dominicis XXX et VI quasi decimatio anni remanent ieiunandi, illaeque ebdomadae licet habeant, ut diximus, XL et duos dies, quadragesimam tamen sanctis patribus placuit appellare. Deinde temporibus suis Thelesperus, qui nonus post Petrum principem apostolorum in sancta sede Romanae ecclesiae clarus habebatur, constituit suis diocesiis per septem ebdomadas abstinentiam observare: quod adhuc multos facere non ignoramus, quae habent aeque dies quinquaginta. Quod tempus tunc fidelibus duabus[b] ex causis Lmam placuit appellare, vel quia in ordine Lmus numerus post XLmum in locutione vulgari constat, vel quia exinde L dies sunt usque in sanctam resurrectionis diem.

Ecce habetis, unde dicta est Lma, sed forte movetur industria vestra, cur praedictus pater Thelesperus L dies traderet abstinendos. Sed dicta istius manifestant eum typum Domini et redemptoris mundi, in quantum potest humana fragilitas, imitari[c] voluisse, qui in corpore densam adsumpsit naturam, XL diebus continuis ab humano cybo ieiunavit. A praedictis etenim L diebus, si octo dies dominicos de abstinentia retraxeritis, XL et duo abstinentiae deputantur. Sed illi duo, qui quadragenarium numerum excedunt, magnum in se continent sacramentum. Quorum prior cęna Domini, alter vero sanctum sabbatum nominatur. Quos licet[d] canones abstinendos constituant, tamen propter sacramentum suum valde caeteris liberiores existunt.

Postmodum vero Melchiades pontifex natione Afer, qui tricesimus quartus post sanctum Petrum in Romana ecclesia apostolicus fuit, hic constituit, ut nemo praesumeret[e] in prima vel in quinta feria ieiunium agere: in prima propter dominicam resurrectionem; in quinta, quia in ea cęnavit Dominus cum discipulis suis et eadem gloriosa est ascensione honoratus. Tunc placuit fidelibus, ut octo ebdomadas ieiunio dedicarent et primam dominicam LXmam nominarent: non propter sexagenarium dierum numerum, sicut supra Lmam a quinquagenario dierum numero appellari posse diximus, sed propter usum locutionis nostrae, quia sicut XLmo numero Lmus ita LXmus LXXmo numero coaptatur congrue. A LXma namque usque in secundum diem resurrectionis Domini octo sunt, ut diximus, ebdomadae. E quibus singulis si primam et quintam feriam, ut magnus pontifex Melchiades constituit, de abstinentia subtraxeris, et ipsum diem sanctum paschalem, XLta tamen dies remanent abstinendi ad imitationem domini nostri Iesu Christi. LXXmam namque ideo a fidelibus fertur cęlebrari, ut decimas dierum Deo reddere, et nichilominus primam et quintam necnon et septimam feriam ieiunii possint rigore laxare. A LXXma quippe usque in pascha novem ebdomadae sunt quae faciunt LX et IIIIor dies. Ex quibus si de unaquaque ebdomada tres

a) lection *T**. b) duobus *T**. c) ri *e corr. in ras. al. man. T**. d) libet *T**; licet *edd.* e) pręsumere || ret *T**.

1) *Homiliar. l. I. hom. 16 (Opp. edd. Benedict. I, 1494—1495).*

praefatos dies subtraxeris et sacram diem paschalem, XXX et VI[a] dies pro deci- post 804 matione, ut in XL ieiunatis. Videtis, quod hi qui sex et hi qui novem ebdomadas abstinentiae decreverunt, decimas dierum Deo pari tenore reddendo concordant. Hi vero, qui septem et hi, qui octo ebdomadas ieiunare praecipiunt, equaliter XL dies abstinendo vestigia Domini videntur adsequi. Ille autem qui sabbatum statuit honorandum non propter mandata legalia, quae umbra sunt veritatis, hoc fecit, sed quia requievit die illo Dominus in sepulchro, eoque vesperascente gaudium sanctae resurrectionis honorifice celebratur. Auctorem vero huius rei fraudulenta oblivione intus veniente per nomen enuntiare non possumus. In numero quippe dierum praedictorum cautos vos calculatores adhibete, et si quid repręhenditis, congregatis nobis in unum corrigatur, ipso adiuvante, qui inter duobus aut tribus in sui nominis [hon]ore collectis Matth. 18, 20. in medio eorum se consistere dixit.

a) III *T**, *corr. Froben.*

EPISTOLAE VARIORUM CAROLO MAGNO REGNANTE SCRIPTAE.

Jaffei exemplum secutus, qui inter Monumenta Carolina a se edita epistolas quoque Carolinas collectas recipiendas esse duxit, congeriem variarum epistolarum numero fere XL praebeo, quae omnes Caroli Magni circiter tempore scriptae in reliquis parum aut nihil inter se cohaerent. Sed rationem me reddere oportet, quare ex copia multo ampliore, ceteris hoc loco omissis, has tantum seligendas esse censuerim. Quamquam facere non potui, quin nonnullas epistolas, quae in aliis monumentorum nostrorum voluminibus iam passim luci datae sint, hic repeterem (e. gr. Pauli epistolas a G. Waitzio historiae Langobardorum adiectas et praefationes aliquot), quantum potui, cavere mihi proposui, ne maior earum numerus lectoribus bis offerretur, id quod deinceps clarius patebit.

Pontificum Romanorum quidem epistolas ad res Germanicas spectantes, quas minime carere possumus, a ceteris seiunxi easque in tomo quinto hanc seriem subsecuturas esse spero. Verum tam ab illis quam ab his, quas modo sistimus, separandae erant quae ad concilia episcoporum pertinent, ut e. c. litterae episcoporum Hispaniae ad Carolum regem datae et Caroli Magni de doctrina Elipandi vel Arnonis epistola de synodo Rispacensi (LL. III, 477), quippe quibus singularis locus inter synodos aevi Carolini colligendas aptius reservatur. Nec minus eas ex industria omisi, quamvis a Jaffeo receptae sint, quae, cum decretorum vel edictorum instar de rebus publicis agant, post Pertzium a Boretio iam inter capitularia regum Francorum edita sunt.

Magnam epistolarum messem, ex qua paucos tantum manipulos mihi vindicare licuit, Carolus Zeumer et ipse nobis praeripuit, omnes eas ad formulas potius pertinere opinatus, in quibus nominum propriorum loco 'ille' vel 'N' collocaretur. Ex quibus maxime ad rem nostram faciunt collectio Salzburgensis, ex Arnonis archiepiscopi scriniis eruta, quam ante Zeumerum Rockinger bene iam ediderat; Dionysiana, a Chesnio quondam adhibita, in qua Theodulfus Aurelianensis quoque episcopus celeberrimus occurrit. Sed etiam in aliis epistolas vel epistolarum particulas Caroli Magni tempora respicientes contineri quis dubitaverit? Conspectum omnium epistolarum, quae sub Caroli ipsius nomine feruntur, at potius iussu eius a viris se doctioribus compositae sunt, praebent et Sickel et Mühlbacher cum chartis eiusdem coniunctarum, sed quibus ad diplomatum editionem ab hoc praeparatam accessus non patebit.

Quamquam hanc epistolarum molem secundum temporis rationem disponere mihi propositum erat, ab hoc consilio ideo ex parte discessi, quod epistolas ab auctoribus celebrioribus, ut Paulo, Paulino, Leidrado conditas non cum ceteris miscere, sed separatim edere malui.

Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri	Numeri Jaffeani	Numeri nostri
1	*infra 7*	19	*infra 21*	37	*infra 29*
2	*Boretius p. 225*	20	*Epist. V*	38	„ *24*
3	„ *p. 79*	21	*Boret. p. 245*	39	„ *25*
4	*Epist. III, 654*	22	*Epist. V.*	40	„ *37*
5	„ *III, 655*	23	„ *V.*	41	*Boret. p. 183*
6	*infra 20*	24	*Boret. p. 168*	42	*infra 30*
7	*supra Alc. 87*	25	„ *p. 241*	43	*Epist. V*
8	„ *85*	26	„ *p. 242*	44	„ *V*
9	„ *92*	27	„ *p. 211*	45	*Poet. Car. I, 426*
10	„ *93*	28	„ *p. 249*	46	
11	„ *100*	29	*infra 32*	47	
12	*infra 13*	30	*seq. inferius*	48	*secuntur inferius*
13	*supra Alc. 147*	31	*Boret. p. 246*	49	*sub Dungali*
14	„ *152*	32	*Epist. V*	50	*nomine*
15	„ *151*	33	*Boret. p. 247*	51	
16	*infra 22*	34	*Epist. V*	52	
17	*Boretius p. 203*	35	„ *V*		
18	„ *p. 80*	36	*infra 28*		

1.

c. 772 *Clemens peregrinus Tassiloni duci et genti Baiuvariorum victoriam de inimicis exoptat.* *c. 772.*

Cod. capituli Salisburg. saec. VIII—IX. signatus liber traditionum, *qui latet aut deperiit, ab abbate S. Emmerammi Frobenio Forster quondam descriptus.*

Ed. Zierngibl O. S. B. in Neue histor. Abhandl. der baier. Akad. der Wissensch. I (1779) p. 246—248.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI HAEC PAUCA SCRIBERE INCIPIO EGO CLEMENS AMICUS VESTER PEREGRINUS[1].
CARISSIMO ATQUE DILECTISSIMO DOMNO DUCI TASSILONI[2] ET OMNIBUS EPISCOPIS AC NOBILIBUS POTENTIBUSQUE BAIUVARIORUM GRATIA VOBIS ET PAX A DEO PATRE NOSTRO ET DOMINO IESU CHRISTO MULTIPLICETUR, AMEN.

[Ios. 10, 25. Ps. 30, 25.] Carissimi, confortamini[a] et estote robusti; viriliter agite et confortetur cor vestrum, [Deut. 3, 22.] omnes, qui speratis in Domino. Ipse enim dominus Deus noster omnipotens pugnabit[b] vobiscum et pro vobis. Qui sunt a[utem] pagani atque gentiles[3], qui non credunt Deum vestrum, sed adorant idula, simulacra demoniorum, de quibus diis Hieremias[c] [Ier. 10, 11.] profeta et dixit: 'Dii qui non fecerunt[d] caelum et terram, pereant[e] de terra et de sub terra' et similes illis fiant, qui faciunt ea et qui adorant idula, dispereant et fugiant a facie Domini, et a conspectu christianorum terreantur et dispergantur et pereant; non [Act. 4, 24.] enim est Deus noster ut Deus eorum. Deus noster est, qui fecit caelum et terram, [Iudith 16, 3.] mare et omnia, quae in eis sunt; Dominus conterens[f] bella, Dominus nomen est illi. [Ps. 135, 15.] Ipse est, qui percussit[g] Faraonem regem Egypti et virtutem eius in mari rubro, cum essent quadrigae eius innumerabiles et currus eius atque equites sicut arena maris.

[Gen. 14, 14.] Sit Dominus noster cum Daissilone, sicut fuit cum Abraham; qui persecutus est quinque reges gentium et reversus est Abraam cum victoria et cum spulis[h] eorum. Sit Dominus omnipotens pugnator pro vobis, sicut fuit cum Moysi et cum Iosue[i] filio [Ios. 10, 13.] Nun, qui triumphavit de Amalegitis, quando sol stetit contra Gabaon[k] et luna contra [ib. 10, 12.] vallem Achilon. Percutiat Dominus inimicos vestros ante conspectum vestrum, sicut [Ps. 134, 10—12.] percussit gentes multas ante conspectum filiorum Israel. Hinc scriptum est: 'Qui percussit gentes multas et occidit reges, Seon regem Amareorum[l] et Og regem Basan et omnia regna Canaan et dedit terram eorum hereditatem Israel populo suo'. [Iudic. 6—8.] Tribuat vobis Dominus victoriam de inimicis vestris, sicut dedit ad Gedion ducem populi Dei, qui triumphavit de innumeris gentibus. Det Dominus fortitudinem duci [ib. 14—16] nostro domino Daissiloni, sicut dedit fortitudinem Samson, duci populi Dei, qui persecutus est Filisteos. Percutiat Dominus inimicos vestros in conspectu vestro, sicut [1. Reg. 14] percussit Ionathan, filius Saul, Filisteos, cum esset solus et armiger eius secum tantum, et sic intravit in castra Filisteorum[m], cum essent innumerabiles velut arena maris, et

1. a) confortimini *C.* b) pugnavit *C.* c) Heremias *C.* d) ferunt *C.* e) disperant *C.* f) convertens *C.* g) excussit *Vulg.* h) *i. e.* spoliis. i) Essue *C.* k) Gabon *C.* l) Amareeorum *C.* m) Filitinurum *C.*

1) *Hunc Clementem cum altero Clemente Scotto sacerdote, qui iam a. 745. in synodo Romana damnatus est, vix confundere licet.* 2) *Baioariae 748—788.* 3) *Carantanos a. 772. a Tassilone devictos dicere videtur, cf. Riezler, Gesch. Baierns I, 155.*

percussit multa millia ex eis, et fugerunt omnes et persecutus est eos populus[a] Israel 767—784 usque ad vesperum. Sit dominus Deus vester vobiscum, sicut fuit cum Davit filio 1. Reg. 17. Iesse, qui occidit gigantem Guliam, et dedit illi Dominus victoriam de omnibus gentibus, quae erant in conspectu eius. Tribuat Dominus victoriam Daissiloni et omni populo eius, sicut dedit regi Constantino[b] filio Helenae, cui Dominus ostendit signum crucis in coelo nocte ante pugnam et audivit vocem dicentem sibi: 'Constantine, in hoc signo vinces[1]'? Hinc portata est crux ante eum in pugnam et omnes barbari fugerunt ill[c]. Protegat te dominus Deus omnipotens omnibus diebus vitae tuae. Angeli Dei boni ante vos et post vos, a dextris et a sinistris vestris, et nos orabimus pro vobis ad Dominum. Valete in Christo.

Hunc versum[d] omnes cantamus dicentes: 'Non nobis, Domine, non nobis, sed Ps. 113, 1–3. nomini tuo da gloriam; super misericordia tua et veritate tua, ne quando dicant gentes: ubi est Deus eorum? Deus vero noster in coelo, omnia quaecunque voluit Dominus fecit'. 'Exsurgat Deus et dissipentur inimici eius et fugiant, qui hoderunt eum a facie ib. 67, 2–4. eius, sicut defecit fumus deficiant, sicut fluit caera a facie ignis, sic pereant gentiles a facie Dei nostri; et iusti epulentur, exultent in conspectu Dei et dilectantur in letitia'.

2.

Adalpertus abbas (Tegernseensis?)[2] Virgilium episcopum Salisburgensem[3], ut pro fratre defuncto preces fierent, rogat. *767—784.*

Cod. capituli eccles. Salisburg. s. VIII. et ex parte IX. deperditus[a].
Ed. Monumenta Boica XIV, 351 (a. 1784).

APOSTOLICO APOSTOLORUMQUE IMITATIONE COLENDO DOMNO PATRI VIRGILIONE EPISCOPO EGO ADALPERT ALIISQUE CONTRIBULIBUS NOSTRIS SALUTEM ET ME MEOSQUE OMNES IN VESTRIS SACRIS ORATIONIBUS COMMENDO.

De cetero cognosceri vos volo, quod monachus noster unus vitae obitum fecit nomine Cundolt[4] VI. idus Octembris et apices hae minime in uno retinentur loco, donec suum cursum peragant, rogamus. Valete.

3.

Arn Salisburgensis episcopus Reginolem fratrem iter facientem Italicis omnibus commendat. *785—798.*

Cod. capituli eccles. Salisburg. s. VIII.—IX. deperditus[a].
Ed. Monumenta Boica XIV, 351.

---

a) populos *C.* b) Constanno *C.* c) ill *C; an* illam? d) verum *C.*

2. a) *Lemma:* Epistola funebris *C. Hunc codicem eundem esse, ex quo Clementis epistola prodiit, recte K. Zeumer adnotavit (Formulae p. 533 n. 1), qui et ipse cognovit Frobenium ei quoque epistolam ad Leonem datam (Alchvini epist. 180 supra p. 298) debuisse, ut verba eius demonstrant (Alcuini opp. II, 448): 'ex cod. ms. Salisburg. saec. IX. exarato, in quo variae aliae epistolarum formulae, formulis Marculfi similes continentur, luce publica dignae'.*

3. a) *Lemma:* Epistola commendatitia *C.*

1) *Eusebii V. Constantini l. I c. 28.* 2) *De quo v. LL. III, 462 n. 91, Mon. Boica XXVIII, 2, 21 n. 10; SS. rer. Merow. III, 8.* 3) *767—784, de quo cf. Neues Arch. XVII, 611.* 4) *Hoc nomen in libro confraternit. S. Petri frustra quaesiri.*

767–784 VENERABILIBUS PATRIBUS OMNIBUS SENIORIBUS ET COABBATIBUS ITALIA MANENTIBUS EGO ARN EXIGUUS ET QUASI ABORTIVUS SERVUS SERVORUM DEI INDIGNUS VOCATUS ABBA[1] ET EPISCOPUS SUCCESSOR RELIGIOSISSIMI ET FAMOSISSIMI VIRGILII IN DOMINO SALUTEM.

Sub de et quasi pedibus vestris obvolutus non ulla praesumtione, sed in vestra confidens caritate, commendo me sanctis vestris orationibus. Intimo ad aures clemenciae vestrae de praesente fratre Reginole cartula ferente ubicunque vel apud quemlibet iungere se vel conlocare potuerit in professione et servitio secundum regulam quod nobis alligatus fuit, a nobis solutionem habeat et licentiam, ubi se collocare potuerit. Valete in Christo.

4.

Heres (Arbeo, Frisingensis episcopus) Virgilio archiepiscopo Salisburgensi vitam sancti Corbiniani a se compositam dedicat. *767—784.*

Cod. Londiniensis Mus. Britann. Addit. 11880 s. IX. fol. 186', de quo cf. Catal. of ancient manuscr. p. 62—64. Contulit v. cl. R. Priebsch.

Ed. S. Riezler, Abhandl. der kön. bayer. Akad. der Wissensch. II Cl. XVIII, 245 a. 1888.

DOMINO VIRGILIO[2] SACRAE INDAGATIONIS SCRIPTURAE INSTANTE PRAECIPUO TEMPORE ET SAGACISSIMO HERES[3] EXIGUUS IN DOMINO SALUTEM.

Tot fontis[a] eminentiae tuae pectoris arcem divini muneris convallia[b] iam scientia abyssi micantem conperimus claritatem [tuam][c], ex cuius rivoli ardorem[d] satiari conatus decrevi. sed inhiante humo rorantes guttas arenosus[e] absorbuit rus. inlicite preoccupationibus redundatus[f] terrenis prurigo vitiorum pollulans[g] sacrum locum occupat[h]. Famine fructus[i] trans fluenta exortationis vestrae precipue doctrinae, unde in prohemio pie recuso, pater, ut hoc, quod iusseras, a me queat fieri. quod tanti patris exscriberem originem pariterque vitae denotarem[k] virtutes, ad ultimum pii post obitum muneris largitoris ingentia tumulum erga deaurarem eximia, quę nec sufficere me profiteor, nisi orationibus fuero vestris suffultus. Statim in exordio huius operis in praecipicium lapsus ruo per inaudientiam assertionibus[l], nisi per aratrum rationabilis normae vestrae locutionis fuerit delimatum, ut rusticitatis tergat pulverem linguae virtutis modulum ad aedificationem audientium, ut Dei discant venerare cultores, quod in suis glorificatus Deus sit sanctis, ut, ubi verbum non sufficit praedicantis, exempla prebeant amoris, quae operatus est vitae auctor in iustis[m].

5.

Episcopum quendam discipulus eius salutat eique de iracundia cuiusdam queritur. *anno incerto.*

Cod. Monacensis 4650, quondam Benedictobur., s. IX. fol. 66—67'[a].

Edd. Rockinger, Quellen und Erörterungen zur bayer. Gesch. VII, 132—134, Rozière, Recueil des formules 1128—1130, ex parte Zeumer Formulae p. 441.

4. a) fontibus *corr. man. rec.* b) convallatam *coni. Müller-Strübing.* c) *add. man. rec.* d) ardore *L.* e) arenosum *L.* f) redundans *man. rec.* g) pullul. *m. rec.* h) occupant n *deleto L.* i) fami nefructus *L.* k) denodarem *man. rec.* l) assertionis *man. rec.* m) Explicit prologus. Incipit vita sancti Corbiniani *sequitur in cod.*

5. a) *Lemma:* Ad amicum coetaneum *B (quod Zeumer l. l. minus aptum esse iudicat).*

1) *S. Amandi Elnonensis, cf. supra p. 36 n. 1.* 2) *Salisburgensi episcopo 767—784.* 3) *Arbeo Frisingensis episcopus 761—784.*

DOMINO[1] INSIGNI ET DESIDERABILI IN CHRISTO PATRI[a] N. PIO PASTORI ET SANCTAE SEDIS PRAESULI BENIVOLUS ALUMNUS HUMILLIMUSQUE DISCIPULUS N. QUASI PRONUS PROSTRATUS IN PRESENTIA VESTRA ENIXE HUMILITERQUE PETENS BENEDICTIONIS VESTRAE GRATIAM. a. incerto

Salve, pater sancte, simul cum fidelium tuorum salute. Nos psalmorum cum carmine precamur hic assidue missarum eque iugibus oblationum ac precibus, ut salus vobis animae, sanitas fiat et corporis. Ego indignus servulus vester per vestram sanctitatem optimam habeo confidentiam, quoniam a primevo[b] iuventutis flore[2] semper mihi familiaris fuistis. Cetera metrum. Spiritus[3] paraclitus omni veritatis doctrina et perfectae caritatis scientia vestra resplendeat[c] pectora, reverentissime presul. Augeatur vobis salus vitaque perennis.

Iam[4] quondam fidelis mentem inpatiens furor cum ferocitatis[d] obstinatione et procaci elatione conturbabat. Animus[e] propter multorum exprobrationem[f] aliqua lento conatur exprimere stilo, aliqua diro edisserere[g] eologio[h]. Ammiror multum cuiusdam nimiam mentis furentiam. Irascitur[i] ei, qui ab illo avertere iram Dei nititur. Propter humilitatis formam minatur ei, qui pro eo Domini misericordiam deprecatur, inmemor mitissimi vocem, qui, cum pateretur, non conminabatur, qui pro illo lacrimas fudit, quas forsan ipse non emittit. Onerat adhuc crimen et cumulat, cum ipse sit inplicabilis. Quid surdae aures salutaria ammonita non audiunt? Quid caeci oculi non vident penitentiae iter? Quid perculsa et aliaenata mens remedia vitalia non recipit? Non recordans beati sententiam Gregorii, qui in Dialogis refert[5]: qui duplicavit poenam iunioribus, quomodo ipse constrictus postea in manicis ferreis detinebatur, ubi praecedebat disciplina, sequebatur et venia. Aliquando legebatur aliquod elencum, divina promente voce: 'Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram'. (Gen. 1, 26.) Scimus creaturae Dei conpassionem debere, bellum conviciis de imagine Dei et interioris hominis. Scimus quam plurima perlectu, quamvis intellectui et moribus non adheserint, de similitudine audiam aliqua. Summus conditor, qui hominem ad similitudinem suam (ib. 1, 26.) creavit, est caritas, est bonus et iustus, patiens et mitis, mundus et misericors, et cetera virtutum insignia[k], quae de eo leguntur. Ita homo creatus est, ut caritatem haberet, ut bonus esset et iustus, ut patiens atque mitis sive mansuetus, mundus et misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in se habet, tanto propius est Deo, et maiorem sui conditoris gerit similitudinem. An excedit menti, quod commoti discipuli dixerunt ad Iesum: 'Domine vis, ut ignis veniat de celo et consumat illos'? (Luc. 9, 54. 55.) Et ipse misericorditer conversus conpescuit vecordiam eorum dicens: 'Nescitis, cuius spiritus estis'. Quando omnipotentissimus in celo et in terra cum blanda ammonitione voluit suos mitigare sequaces, quid superbit terra et cinis, qui non vult cognoscere conditionem suae naturae et originem prosapiae suae, et potius vult imitari servum nequam, qui conservos suos non desiit vapulare, quam propitium dominum, qui nos omnes suo pretioso sanguine redemit? Melius est bonis actibus sequi Deum, quam malis consequi diabolum. Homo linguosus et temerarius in verbo suo odibilis est. Certe ille mansuetus est ad intelligendum Dei verbum, qui cum patientia et humilitate studet verum proferre responsum. Mansuetum diligit Deus, turbolentum

a) patre *B.* b) primeva *B.* c) respendeat *B.* d) feracitatis *B.* e) animum *B.* f) exprobationem *B.* g) edissere *B.* h) *i. e.* eulogio. i) irascatur *corr. in* irascitur *B.* k) insigna *B.*

1) *De tempore huius epistolae mutilae nihil certi statui potest, nisi ex totius collectionis indole eam Carolo regnante scriptam esse dubitare non licet.* 2) *Gregor. Dial. I (Opp. II, 149):* a primaevo iuventutis flore. 3) *Cf. supra p. 325 ep. 196:* Spiritus paraclitus omni veritatis doctrina et perfectae caritatis scientia vestra impleat pectora, dulcissime magister. 4) Iam quondam — solet esse *Zeumer l. l. omisit, 'cum ad formulam pertinere non viderentur', quae vix pro explorato habeo.* 5) *Hunc locum non inveni.*

755—786 repellit a se. Quantum enim quis in lenitate ac patientia cordis fuerit, tantum in corporis puritate et lucidior in anima coram Deo proficiendo solet esse.

6.

Willibaldus S. Victoris Moguntiacensis presbyter Lullo Moguntino et Megingozo Wirzeburgensi episcopis vitam Bonifatii martyris iussu eorum compositam dedicat.
755—786.

Codd. Monacensis 1086 (quondam Frisingensis) s. VIII—IX. (F) fol. 1, Carlsruhensis (quondam Augiensis) s. IX. med. a Reginberto monacho scriptus (A); Monacensis 4618 s. XI—XII. f. 21 (B); Vindobon. 474 (Hist. eccl. 99) s. XI. fol. 179 (V).

Edd. Canisius Ant. Lect. IV, 2, 341—343, Pertz SS. II, 333, Jaffé Bibl. III, 429, Nürnberger 27. Bericht der Philomathie zu Neisse 1895.

DOMINIS[a] SANCTIS ET VERE IN CHRISTO CARISSIMIS LULLO[1] ET MEGINGOZO[2] COEPISCOPIS[3] WILLIBALDUS[b], LICET INDIGNUS, IN DOMINO[c] PRESBITER.

Praecepto piae paternitatis vestrae effectu pariter et voto[4] — non propria[d] ludi[e] litterarii[f] scientia confidens, sed debitum oboedientiae[g] obsequium[5] vestrae inpendens sanctitati[h] — libenter parui[6]; arduumque, quod suggessistis exiguis viribus, opus inchoavi[7], ad perfectionis terminum finetenus deducens. Sed obsecro, ut, si quippiam aliter quam vestra expetierit voluntas provenerit, infirmitatis meae inbecillitatem operisque inpositi sublimitatem aequo animo sustenetis[i][8]. Quoniam maximum mecum reverentiae est indicium, cum vestre sublimitatis imperio oboedientiae operam non denego[9]. Quia, si dignum aliquid et nostris temporibus profuturum confecero[k], divino utique muneri[l] ac praecepti vestri desiderio conferendum est[10]. Quoniam pia quandoque desiderantis voluntas et[11] manum imitatur emunctoris, et inpressionis suae violentia vel minimam quandam desideratae scientiae dulcedinem parat familicumque[m] inpertiendo reficit.

Decrevit enim sanctitas vestra insipientem sapientibus et minus idoneum prudentibus coaequare ac praeferre et, quod — sine vestro[n] videlicet conatu — prudenti sermone revelare potuistis, hoc mihi velut ignaro inponere. Sed deprecor, ut, quem praecepti vestri torcular deprimit, precatus adsiduae orationis infundat[o]. Et mentem, ignaviae caligine obtunsam[p], voluntas spontaneae dilectionis vestrae vel e somno resus-

---

6. a) *Lemma:* Incipit vita vel passio beatissimi Christi martyris et archiepiscopi Bonifatii *A.* b) Willibald *A.* c) in Domino *om. A.* d) proprię *F;* propriae *A;* propria *B.* e) ludis *F; corr. in* laudis *A;* laudis *V.* f) litterari *F;* litterali *A;* litteralis *B.* g) obodientię *F.* h) sanctitate *F.* i) sustentetis *V;* sustineatis *A, B.* k) conficerim *F;* confecerimus *A;* confecerim *V.* l) munere *F, B; corr. in* muneri *A.* m) famelicumque *V.* n) uro *corr. in* uro *F;* uro *A, B.* o) infundet *F, B, V.* p) obtusam *V.*

1) *Moguntino (754—786).* 2) *episcopo Wirzeburgensi (753—786?). De tempore, quo haec epistola scripta sit cf. Oelsner, Jahrb. des fränk. Reiches p. 490.* 3) *sociis dignitatis episcopalis.* 4) *Cf. Victorii Aquit. epistol. (Chronica minora ed. Mommsen I, 677):* Utinam praeceptis tuis . . . tam effectu valeam parere quam voto. *Hanc et ceteras similitudines inter Victorium et Willibaldum B. Krusch monstravit (Neues Archiv IV, 171).* 5) *ib. p. 678:* non oboedientiam defuisse, quae . . certe debitum persolveret obsequium. 6) *iunge verba sic:* Praecepto parui effectu pariter et voto. *J.* 7) *Victor. p. 677:* est enim et opus hoc arduum et meae intellegentiae facultas exigua. 8) *ib. p. 678:* teque deprecor, ut, si quippiam secus ac voluisti provenerit, inbecillitatem meam atque onus inpositum aequo iure perpendens *etc.* 9) *ib.:* maximum enim indicium erga te meae reverentiae est imperiis tuis amplius me inpendere voluisse quam possim. 10) *ib.:* quod si dignum aliquod tua lectione confecero, id erit profecto cum divini muneris, tum etiam benivolentiae tuae. 11) *hic quaedam excidisse putat J.*

citet, ut ad ea[a] quae[b] cogentibus vobis invitata est tenacior[c] vivaci sermonum narratione reddatur. c. 775

Conpulistis enim me, ut ad normam eorum, quorum aut vitae castimoniam aut[d] morum sanctimoniam sancti procul dubio patres elegante[e] verborum ambage cartis inserendo tradiderunt — petentibus relegiosis ac catholicis viris, quibus vel in Tusciae partibus vel in Galliae terminis vel in Germaniae aditibus aut etiam in Brittaniae[f] limitibus sancti Bonifatii martyris fama miraculorumque choruscatio[g] perstrepuit — sicut discipulis eius secum diu commorantibus vel vobis ipsis referentibus comperirem, prohemium mediumque aut finem vitae eius, quanta valeam indagatione, litteris inseram. Et quemadmodum, primae praevaricationis resoluto cyrografo et verae lucis radio inluciscente[h], Aegesippus, qui sub Anacleto[1] Romam venisse fertur, quinque aecclesiasticorum actuum libros ob utilitatem[h*] legentium edidisse perhibetur; Eusebiusque Cesariensis, nominatissimus historiographorum scriptor, cum Pamphilo martyre et adiutore suo suorum sibique antecedentium temporum historias mira eloquii dissertitudine[i] texentes, infinita scriptis volumina ediderunt[2]; necnon et Gregorius, qui erat vir beatae memoriae, litterarum studiis eruditissimus, glorioso apostolicae sedis culmine praesidens, beatorum scribens confessorum vitam, dialecticum miro ostendens moderamine morem, quattuorque logica expressit ratiocinatione[k] libros[3], qui huc usque, aecclesiarum inserti[l] bibliothecis, elugubratam[m] posteris scientiae adferunt dignitatem; ita beati viri vitam praecelsasque eius virtutes et cultum pię̨tatis[n] atque abstinentiae robur[o] praesentibus ac post secuturis saeculis iubetis demonstrare. Sed quamvis ad demonstrandam tantarum rerum rationem exiguum me parvumque fieri[p] auctorem cognoscam[q], tamen, exigente benivolentiae vestrae voluntate, hoc quod demandastis, vobis iuvantibus[r], non propriae praesumptionis insollertia[s] fretus, sed adsertione catholicorum confisus, adgrediar opus[4]; neque ex parvitatis[s*] meae stilo propriae laudis[t] praeconium requirens, sed ex tantae[u] rei relatione[v] profuturum legentibus praebens exemplum; dum hiis quisque instruitur formulis et ad meliora profectus sui perfectione perducitur[w].

7.

Cathuulfus Carolo I Francorum regi prosperitatem gratulatur eumque ad virtutem sequendam admonet. *c. 775.*

Cod. Parisinus lat. 2777 mbr. saec. IX. 56'—58, quem contulerunt Pertz, Jaffé et Zeumer, de quo cf. Formulae ed. Zeumer p. 493[a].

Edd. Duchesne Hist. Franc. SS. II, 665; Delalande Concilior. Galliae supplem. p. 81—83, Bouquet Recueil V, 634; Jaffé Bibl. rer. Germanic. IV, 336.

a) *om. V.* b) *sic codd. pro* ad quae; *cf. Bonifatii verba Willibrordo dicta:* ut me ad has quas missus sum terras diregas. *J.* c) sensus *add. B.* d) at *F.* e) eleganti *A, B, V.* f) Britaniae *A, V.* g) coruscatio *A, V.* h) inlucescente *A, B, V.* h*) utilitate *F.* i) disertitudine *A, B, V.* k) raticne *A.* l) inserta *F, B.* m) elucubratam *A, V.* n) pię̨tati *F;* pietatis *A, B, V.* o) robor *F.* p) fiere *F; an* fore? *J.* q) agnoscam *A, V.* r) iubantibus *F;* iubentibus *B.* s) insolentia *A, B, V.* s*) parvitates *F.* t) ludis *F.* u) tanta *F.* v) relatio *F.* w) Explicit prologus *add. F.*

7. a) *Lemma:* Incipit epistola ad domno Carolo rege *C.*

1) *Hieronymus de viris illustribus c. 22 (Opp. ed. Vallarsius II, 850):* Hegesippus . . . multaque ad utilitatem legentium pertinentia congregans, quinque libros composuit. Asserit, se venisse sub Aniceto Romam. 2) *Hieronymus l. l. c. 81 (Opp. II, 906):* Eusebius Caesareae episcopus . . . et bibliothecae divinae cum Pamphilo martyre diligentissimus pervestigator, edidit infinita volumina. 3) *Dialogorum libros IV.* 4) *Cf. Passio S. Bonifatii (Jaffé Bibl. III, 481):* Postea igitur Willybaldus vitam conversationemque viri Dei, quia adhuc multi supererant, qui eidem passioni interfuerunt, conscripsit in loco qui dicitur sancti Victoris ecclesia, in conclavi unius cubiculi, primitus in ceratis tabulis ad probationem domni Lulli et Megingaudi et post eorum examinationem in pergamenis rescribendam, ne quid incaute vel superfluum exaratum appareret.

c. 775 DOMINO REGI PIISSIMO, GRATIA DEI CELSISSIMO, CARLO VERE CARISSIMO, REGNO CHRISTI RECTISSIMO, ULTIMUS NAMQUE CATHUULFUS, TAMEN VESTER SERVULUS, INTIMO CORDE PURO IN SPIRITU SALUTEM SANCTO.

Domine mi rex, igitur praeco te, ut illius semper recordaveris, sicut credo, qui de nihilo te creavit, etiam ex minimo fecit maximum. Nam terreni nihil est parentis, nisi tantum ut humorem corporis, in qua est[a] nascendi cum sensu voluptatis materiam, emittat vel recipiat; etiam[b] tunc a Deo est, in quantum quod peccatum non est. Cetera namque a Deo sunt omnia. Conceptus scilicet ipse, et corporis informatio, et inspiratio anime, et partus incolomis et quecumque deinceps ad hominem conservatam valentis Dei est. Et illius munus est, quod vivimus, quod spiramus,
cf. Dan. 5, 23. Ps. 118, 73. iuxta illud: 'Flatus hominis in manu Dei est'. item: 'Manus tuae fecerunt me' et reliqua. Et hec sunt communia omnibus hominibus.

Propriis etiam beatitudinibus et peculiaribus[c], ō, o rex mi, honoravit te rex tuus super alteros coetaneos tuos; et super antecessores tuos corona gloriae beavit te:

Prima de regis dignitate reginaque, set et insuper illorum namque precum[d] specialiter Deum precantium, maxime matris, sicut Deo placuit inde, conceptus: ast natus, immo a Deo[e] . . . . Rex mi, et hoc verbum diligenter considera.

Secunda, quod primogenitus es. Et benedictione illius, sicut scriptum est,
Exod. 13, 2. accipies iuxta illud: 'Omne primogenitum, quod aperit vulvam, sanctum Domino voca-
Luc. 2, 23. bitur' et reliqua.

Tercia, ut de fratris[f] tui[1] insidiis in omnibus Deus te conservavit; ut de Iacob et Esau legitur.

768 Quarta, quod sortisti regnum cum fratri tuo Franco[rum].

771 [Q]uinta: non minimum est beatitudinis signum, quod Deus transtulit illum[2] de regno ad alterum[g] et exaltavit te super omne hoc regnum sine sanguinis effusione. . . . . . et[h] mira pietas et magna clementia Dei in illa die, cum exercitu Francorum stultus . . et[h] sapiens gratia agens, reliqua.

773 Sexta, quod Langobardorum[i] exercitus ante faciem [tuam] sine publico bello in fugam conversus.

774 Septima: Alpes intrasti, inimicis [fugienti]bus; opulentissimam quoque civitatem etiam Papiam cum rege[3] sine cruoris [effusione[k] et insuper] cum omnibus thesauris eius adprehendisti.

Apr. 2. Octava, quod auream et imperialem Romam intrasti[4], et Italiorum regna com
c. 775 omnibus praeciosis a rege regnorum suaviter accepisti. Quantis etiam modis, ante faciem tuam inimicis in fugam conversis, et victor extitisti, et hoc exemplatum[l] est de te, quod in [p]salmis legitur, quamquam de Christo et de David maxime intellegitur:
Ps. 18, 38. 'Persequar inimicos, et conpraehendam illos' et reliqua: item et persona dei Patris:
cf. Ps. 88, 24. ib. 28. 'Et inimicos eius in fugam convertam'; et item: 'Et ego primogenitum ponam illum' et
Exod. 14, 14. Rom. 8, 31. reliqua; et item in Moyse: 'Deus pugnat pro nobis'; item sanctus Paulus: 'Si Deus pro nobis, quis contra nos est?' Sic de Iosue, de David, de Ezechia, de Iuda Machabeo, reliqua.

Nunc igitur, domine mi rex, pro his modis beatitudinum nocte et die com omnibus exercitibus tuis da gloriam Deo regi regnorum et gratiarum acciones com omni

a) *an* inquam? *J.* b) et ha *c.* c) pecialibus *c.* d) precum *J;* pre cum *Z.* e) *sequitur lacuna novem fere litterarum, an* procreatus? f) fratres *c.* g) *ita legit Pertz; Jaffé et Zeumer tantum* . . . rum *viderunt quod ille* Francorum *supplere voluit.* h) et *dubium.* i) Long. *corr.* Lang. *c.* k) *evanuerunt litterae fere 18. J; quas legit P.* l) Et hoc exemplū ē.tū *c;* exemplaetum *Pertz.*

1) *Carolomanni regis.* 2) *Carolomannum regem, qui obiit 771. Dec. 4.* 3) *Desiderio.* 4) *774. Apr. 2.*

regno tuo: quod ipse te exaltavit in honorem glorie regni Europe. Et adhuc etiam c. 775 maiora prestat tibi horum, namque praedictorum, si illum exaltas cum suis hoc modo. Memor esto ergo semper, rex mi, Dei regis tui cum timore et amore, quod tu es in vice illius super omnia membra eius custodire et regere, et rationem reddere in die iudicii, etiam per te. Et episcopus est in secundo loco, in vice Christi tantum est. Ergo considerate inter vos diligenter legem Dei constituere super populum Dei, quod Deus tuus dixit tibi, cuius vicem tenes, in psalmo: 'Et nunc reges intellegite' Ps. 2, 10. et reliqua; item: 'Servite Domino in timore' ib. 2, 11. et reliqua; item: 'Adprehendite ib. 2, 12. disciplinam, ne quando irascatur Dominus' et reliqua.

Exempla perplurima sunt, ut legem exaltetis. Primum pauca vobis scribo, sicut canones promunt et totius christianitatis lex continet per Dei mandatum.

Post fidem Dei et amorem et timorem, ut sepius habeas enchyridion, quod est librum manualem, legem Dei tui scriptum in manibus tuis; ut legas illum omnibus diebus vite tue, ut tu sis in sapientia divina et secularibus litteris inbutus, sicut David et Salomon et ceteri reges fuerunt. Item dixit Deus ad Moysen de regibus: 'Cum sederit in solio regni sui, numquam recedet liber legis de manibus suis; cf. Deuter. 17, 18. 19. non uxores plures habeat; ib. 17, 17. non superbum super coetaneos suos, non elatum, non invidiosum' ib. 17, 20. et reliqua; sed recte iudicare inter pauperem et potentem, et pauperem eripere de manu potentis [et reliqua][a].

Et christianum vendere, numquam in paganam gentem dimittere. Vae, vae, Christi membrum coniungere membro diaboli, animam perdere, redditor precii eius ante thronum Christi.

Sponsam Christi vestire cum ornamentis super omnia, id est ecclesiarum privilegia constituere maxima. Monachorum vitam et canonicorum cum episcopis tuis simul virginum monasteriorum regere. Non per laicos, quod scelus . . . , sed per spiritales pastores emendare, super omnia Deum timentes, sicut scriptum [est] in lege: 'Episcopos, presbiteros, diaconos' et reliqua, comites, centenarios quin[quagena]rios, decanos et rel. munera non accipientes, ut lex Dei destruae[tur] per a . . . paecuniae, set tecum omnia disponentes in timore Dei secundum legem: quia non sunt omnes episcopi, qui dicuntur episcopi, sic comites, sic et rel. ó ó vae vae.

Paucas firmiter columnas, ut timeo, castra Dei tecum habes sustentare. Sunt autem octo columne regis iusti propriae. In his, adtende diligenter, prima est veritas in rebus regalibus; secunda pacientia in omni negotio; tertia largitas in muneribus; quarta persuadibilitas in verbis; quinta malorum correptio et constrictio; sexta bonorum elevatio et exaltatio; septima levitas tributi in populo; octava aequitas iudici[i] inter divitem et pauperem. Has ergo octo columnas si obnixae servas, eris tunc[b] rex — quod rex dicitur a regendo, sicut regnum a regibus[1] — et regnum tuum erit benedictum cum diebus tuis, cum uxore et filiis. Et tunc erit aeris et tempestatum tranquillitas, terre maris cum omnibus in eis nascentibus fecunditas, et dominaberis etiam multis feliciter gentibus et inimici tui ante faciem tuam cadunt et reliqua. E contra, sicut dixit[c] sanctus Patricius[2]: 'Pro regis iniustitia sui ipsius infelicitas erit, uxoris filiorum quoque dissensio, populorum fames, pestilentia, infecunditas terre, maris quoque tempestatibus fructus terrarum diversis percussis, et ab inimicis suis superatus et expulsus de regno'. Et sicut habes exempla sufficienter in his diebus et patrum tuorum, sicut de Waepere[3] et de Desiderio filioque eius[4] regnisque illorum et rel.:

a) et rel. *dubium. Pertz haec omisit.* b) tunt *c.* c) dexit *corr.* dixit *c.*

1) *Isid. Etymol. IX, 3, 1:* Regnum a regibus dictum. Nam sicut reges a regendo vocati, ita regnum a regibus. 2) *Nescio ubi.* 3) *Waifario duce Aquitanorum a. 768. interempto.* 4) *Adalgiso.*

c. 775 sicut Roboam[a], Achaz, Achab et reliqui reges Iudeorum, qui fecerunt malum in conspectu Domini et non ambulaverunt in mandatis Dei. (3. Reg. 16, 30.)

Tu ergo, rex mi, hec omnia lege et diligenter considera, ne honorem tuum hic et in futuro perderis. Sed bonum vero consilium cum sapientibus tuis, ini[b] consilium, pone concilium, maxime cum timentibus Deum. (Isai. 16, 3.) Et ex illis elegeris per civitates et monasteria et per omnem regnum tuum leges renovare et iniusta distruere. Et legem scientibus, munera[c] non accipientibus, sed recta disponentibus, [id e]st cum episcopis et comitibus probatis et rel.; ut spinas et tribulas et scandala vitiorum possis [e regn]o tuo extirpare et exercitum christianorum, membra Christi, pie regere.

. . . . .imis ergo pastoris predictis. Canones namque mandant et lex totius mundi primis Romana immo Deus, ut sepulchra christianorum pacem habeant: sin aliter, puniantur per legem. Maleficos[d], [vene]ficos, tempestarios, strigas, phitonissas, fures, homicidas, maxime in ecclesiis Dei, . . latrias[e], adulteros, rapaces, falsidicos in publico vel qui fariatos frangunt, vel qui vendunt christianos in gentilitatem, periuratores maxime in eclesia Dei et falsa moneta, decimas non reddentes, ecclesiarum spoliatores vel raptores; viduarum, pupillarum, peregrinorum iniuria fatientes et raptores viduarum vel virginum et sanctaemonialium stupra et omnia incesta[f]. Haec et his similia corrigere[g] vel damnare pro vindicte legis . . recte iudicare, quod minister Dei es in his omnibus et vindex, et reliqua.

[Deum autem?], ... domine mi rex, illum exalta in his omnibus predictis in laude, quod ipse te honorifice super omnes antecessores tuos gentis tuae exaltans, iuxta illud: 'Exaltate dominum Deum nostrum' et reliqua; item: 'Iubilate Deo omnis terra': item: 'Omnis terra adoret te'; item: 'Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terre et cantent in canticis Domino' et reliqua. (Ps. 98, 5. ib. 65, 1. ib. 65, 4. ib. 137, 4.)

Ergo, mi rex, si vobis placeat hoc consilium, pro his omnibus, pro te et pro exercitu christianorum: ut unum diem post ieiunium in anno in honore sanctae Trinitatis et unitatis et angelorum et omnium sanctorum celebrem constitues super regnum tuum cum consilio synodi Francorum; et missam sancti Michaelis et sancti Petri passionem[1] in publico celebrare regno tuo constitues. Haec et his similia tibi faciente, tunc certe cum magna felicitate et beatitudine tu et membra Christi tecum hic et in futuro regnabitis cum angelis et archangelis sine fine et cum omnibus sanctis manebitis in gaudio in secula seculorum amen.

Haec vero pauca, domne rex mi, de multis excarpsi, quae ad memoriam venerunt. Placuit mihi rustico verbo, quamvis sicut sum ignarus, tamen vobis scribere, in vestram pietatem confidens, ut mee stultitiae venia detur et vestra merces apud Deum copiosior[h] fiat. Valete apud Deum, vive felix semper in aevum.

Cantemus regi regum hunc[i] semper honorem;
Nam Christo laudes sanctoque Petro sine fine,
Triplice concentu, Carlus mi, rex populorum.
Laudemus sanctam Trinitatem[k], sed Deum unum[l].
Qui[m] tibi nam regnum sine bello fortiter augens,
Hic Deus adiutor validus[n] tibi semper adinstat;
Impia qui tulit tibi semper bella per orbem.
Obruit en fortes, simul et humiles honoravit;
Nomine nam dignus quoque, quod[o] Deus alme vocatur.
Gloria sit semper Trinitati, sed simul in unum[p].

---

a) Roboas *c.* b) In .II. *J*; inii *Pertz.* c) muneris *Pertz.* d) Meleficos (a *superscr.*) *c.* e) *an* idolatrias? f) incerta *c.*, *corr. Duch.* g) corregere *corr.* corrig. *c.* h) copiorsior *c.* i) h *J*; hunc *Pertz.* k) trinitatem *c.* l) ipsum *Pertz.* m) Quid *c.* n) valide *J.* o) quo *J.* p) *an* sed insimul uni? *J.*

1) *dies 29. Sept. et 29. Iun. mens.*

O, o, dies prope sunt. Qui nunc tenet teneat, donec dimidium[a] fiat. Lege et 774—776 intellege diligenter.

8.

Sigwaldus Aquileiensis patriarcha iura ecclesiae contra Karolum regem tuetur. *774—776.*

Cod. Valentianensis biblioth. municip. (quondam S. Amandi) 44 (B. 5. 41) s. IX. in utroque margine mutilus, quem adhibuit Jaffé, cf. Arch. XI, 522; Mangeart Catal. de Valenciennes p. 43—44.

CHRISTIANISSIMO DOMNO KAROLO PERPETUO TRIUMPHATORI SIGWALDUS HUMILIS EPISCOPUS AQUILEIAE[1] . . . .

Vestra est[a] . . . . [sac]rorum canonum inviolabiles sanctiones salubriter promulgatas nullo quolibet usurpationis[b] ti[tulo] . . . .r mutilare[c], dicente scriptura: 'Terminos (Prov. 22, 28.) patrum tuorum ne transgredieris', presertim cum sere[d] . . . nentiae[e] vestrae mansuetudo decreverit omnium ecclesiarum praesules divinis legibus subiacere et pri . secum[f] . . . . . [irrep]rehensibilia documenta sancto dilucidante Spiritu praelibata modis omnibus custodire . . . [inter]ni pectoris vestri archanum sacrarium sentimus esse caelestium praeceptorum et catholicae Dei[g] . . . .les margaritas in scrinio mentis vestrae repositas summa sollicitudine retinere haud dubito[h] . . . . ad referendas unigeniti patris gratias totis fibrarum praecordiis medullitus incitamu[r] . . . . . o venerabilis princeps, preiudicio perpeti matrem vestram gloriosam ecclesiam quam mediater Dei[i] . . . . . exhibuit sine (Eph. 5, 27.) macula et ruga, quam sponsus in epytalamio carmine preconia voce[k] . . . '[Tota]' in- (Cant. 4, 7.) quit, 'pulchra es amica mea et macula non est in te'. Quis ergo ille est vir temerarius . . . . etitus veritatisque obstinatissimus refragator, qui inmaculatam nititur maculare . . e[l]. . . . .irae querula inquietare praesumpserat usurpatione, arbitrans inflexibilem statum[m] inventis[n] . . . . . . [su]ae rectitudinis inclinare et a iustitie regula moliebatur sanctum propositum callidissimis[o] . . . . . . [sui]s supplantare. Ignorans per omnia divinae maiestatis inenarrabilem morem, quia mens, que spiritu[p] . . . . recti itineris tramite nulla qualibet linguarum poterit aura divelli. Si igitur viris adhe[q] . . . . totis praecordiis diligit Christum, accedat fiducialiter ad eum, quia[2] mitis (Matth. 11, 29. 30.) est et humilis corde et[r] . . . . . suave ac leve, humilia colla submittat. Alioquin si rigidae cervicis coturno eri . . is[s] . . . . . . [con]suetudinis suscipere . . . .[t]

9.

Paulus Adelpergae ductrici Beneventanae Eutropii historiam Romanam auctam et usque ad Iustiniani imperatoris tempora continuatam dedicat. *766—774.*

Codd. Perusinus II 75 s. XIV. (A); Vindobonensis 104 s. XIV—XV. (B); Laurentianus 89 inf. 41 s. XIII. (C). Cf. Eutrop. ed. Droysen p. XXVIII. XXIX. Exstat etiam in codd. Parisinis 2320 A s. XIV., 4960 B, 5800, quos adhibuit Champollion, Vaticano 4853, Ottoboniano 1702, quos adhibuit Papencordt[a].

---

a) *manus posterior* di *scripsit super* dimiū.

8. a) ura ē *leg. J. in marg.* b) nis ti *dubium.* c) utilare *in rasura.* d) sere . . *dubium.* e) *an* excellentiae? f) ri secū *dub.* g) dei *dub.; ecclesiae supplendum esse videtur.* h) ubito *dub.* i) r di *dub.* k) e *dub.* l) *an* ecclesiam? m) stati *C.* n) *dub.* o) calidi . . . . *C; an* tergiversationibus *addendum?* p) spū *dub.* q) *dub., an* adherere? r) iugum eius *supplendum.* s) *dub.* t) *finis deest.*

9. a) *Lemma:* Historie Romane a Paulo diacone ordinis sancti Benedicti monasterii montis Cassini edite ex historiis Eutropii ad Adelbergam ducis comparis coniugem prologus et liber primus incipit *B.*

1) *ante Paulinum, qui a. 776. electus est, Sigvaldus 42 annos Aquileiae sedisse dicitur (SS. XIII, 368).* 2) *Matth. 11, 29:* quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. *30:* Iugum enim meum suave est et onus meum leve.

766—774 *Edd. Champollion-Figeac l'ystoire de li Normants 1835 praef. XXIV, Papencordt, Gesch. der Vandal. Herrschaft p. 399, Endlicher Catal. philol. p. 305, Pertz Arch. IX, 675, Dahn Paulus Diac. p. 77, Hartel Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der Wiener Akad. LXXI, 294—295 (a. 1872), Droysen l. l. p. 4. 5, cuius editionem repeto.*

DOMINAE[a] ADELPERGAE[b] EXIMIAE SUMMAEQUE DUCTRICI[1] PAULUS EXIGUUS ET SUPPLEX[c].

Cum ad imitationem excellentissimi comparis[2], qui nostra aetate solus paene[d] principum[e] sapientiae palmam tenet[3], ipsa quoque subtili[f] ingenio et[g] sagacissimo studio prudentium[h] arcana[i] rimeris, ita ut philosophorum aurata eloquia poetarumque gemmea[k] dicta[l] tibi in promptu sint, historiis etiam seu[m] commentis tam divinis inhaereas quam mundanis, ipse, qui[n] elegantiae tuae studiis[o] semper fautor[p] extiti, legendam tibi Eutropii historiam tripudians optuli[q]. Quam cum avido ut[r] tibi moris est animo perlustrasses, hoc tibi in eius textu[s] praeter immodicam etiam brevitatem displicuit, quia, utpote vir gentilis, in nullo divinae historiae cultusque nostri fecerit mentionem[t]. Placuit itaque tuae excellentiae, ut eandem historiam paulo latius congruis in locis[u] extenderem eique aliquid ex sacrae textu[v] scripturae, quo eius narrationis tempora[w] evidentius clarerent, aptarem. At ego, qui semper tuis venerandis imperiis parere desidero, utinam tam efficaciter imperata facturus quam libenter arripui[x]. Ac primo paulo superius ab eiusdem textu[y] historiae narrationem capiens eamque pro loci merito extendens[z] quaedam etiam[a] temporibus eius congruentia ex divina lege interserens eandem sacratissimae historiae consonam reddidi. Et quia Eutropius[b] ad Valentis tantummodo imperium narrationis suae in ea[c] seriem deduxit[4], ego deinceps meo ex maiorum dictis stilo subsecutus[d] sex in libellis superioribus in quantum potui haud dissimilibus usque ad Iustiniani Augusti[e] tempora perveni promittens Deo praesule[f], si
Gen. 18, 10. 14. tamen aut vestrae sederit[g] voluntati aut mihi vita comite[h] ad[i] huiusmodi[k] laborem maiorum dicta suffragium tulerint, ad nostram[l] usque aetatem eandem historiam protelare.

Vale divinis, domina mater, fulta[m] praesidiis celso[n] cum compare[5] tribusque[o] natis[6] et utere felix.

10.

Paulus desiderio monasterii sui (Casinensis) captus Theodemaro abbati quantotius se rediturum (ex Francia) promittit fratresque, ut preces pro se faciant, petit.

783 Ianuar. 10.

Cod. Parisinus 528, quondam S. Martialis Lemovic. 145, saec. IX. fol. 127—128', quem descripserunt Bethmann et Wattenbach[a 7].

Edd. Lebeuf Dissertat. sur l'hist. de Paris I, 415 = Dahn Paulus Diaconus p. 79; (Waitz) SS. rer. Langobard. p. 16, Pauli hist. Langob. ed. Waitz p. 6.

a) domnae *A.* b) Adelbergae *B.* c) et supplex *om. B.* d) *om. B.* e) principium *A.* f) suptili *C*[1]; suctili *A.* g) *om. B, C.* h) prudentum *B.* i) archana *A.* k) gemea *C.* l) tibi dicta *C.* m) et *A.* n) quia *A.* o) *om. A.* p) factor *B.* q) obtuli *B.* r) tibi ut *C.* s) testu *A.* t) mensionem *A.* u) loco *C*[1]. v) testu *A*; textus *C*[1]; scripturae textu *B.* w) tp* *C*[1]; tpe . . *C*[2]. x) arripuit *C*[1]. y) testu *A.* z) excedens *A.* a) et *A.* b) Eutopius *A*[1]. c) in eam *B.* d) subsequutus *A.* e) tempora augusti *C.* f) praeside *A.* g) sedederit *B*[1]. h) sospite *coni. perperam Hartel.* i) a* *C*[1]. k) huiuscemodi *A.* l) vestram *C.* m) suffulcta *B.* n) celo *B.* o) tribus *A*; cum comparentibusque *C pro* cum — tribusque.

10. a) *Lemma:* Incipit epistola *P, ubi hi versus antecedunt:* Christe potens, sollers, summi sapientia patris, | Da sensum, da verba tuo, deposco, fideli.

1) *Desiderii regis et Ansae filiae, cui Paulus a. 763. versus quoque* 'de annis a principio' *dedicavit (Poet. Carol. I, 35), dum ipse in monasterio Casinensi degit. Cf. Leonis Chronica monast. Casinens. I c. 15 (SS. VII, 591):* In historia etiam Romana, quam Eutropius breviter composuerat, eiusdem Adelpergae rogatu plurima hinc inde ex historiis ecclesiasticis addidit. 2) *Arichis ducis, qui praefuit a vere anni 758. usque ad annum 787.* 3) *Cf. Pauli versus (Poet. Carol. I, 44) v. 15* . . quem sic sapientia compsit, | Redderet ut variis satis artibus esse potentem. 4) *usque ad annum 364. post Chr. nat.* 5) *Cf. Super sepulcr. Ansae v. 8 (Poet. Car. I, 46):* Compare cum magno. 6) *Romualdo, Grimoaldo, Adelchisa, cf. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. ed. 2. I, 566 not.* 7) *Ex eiusdem*

AMABILLIMO ET TOTIS MIHI PRECORDIIS DILECTO DOMINO MEO, PATRI ABBATI THEUDEMARI[1], PAULUS PUSILLUS FILIUS SUPPLEX. 783 Ianuar. 10.

Quamvis prolixa terrarum spatia corpore tenus a vestro consortio dividant, iungit me tamen utcumque vestro coetui tenax et quae dividi numquam poterit caritas, tantusque singulis pene momentis me vester meorumque seniorum et fratrum amor excruciat, quantum nec epistolaris valet relatio, nec pagellarum exponere brevitas. Cum enim menti[a] subeunt occupata tantum in divinis operibus otia ac mei statio hospitioli gratissima, cum vester pius et religiosus affectus, cum sancta tantorum Christi militum divinis cultibus insudans caterva, cum singulorum fratrum in diversis virtutibus exempla fulgentia, cum dulcia supernae patriae perfectionum colloquia, hereo, stupeo, langueo, nec inter imo pectore tracta suspiria[2] retinere lacrimas possum. Inter catholicos et christianis cultibus deditos versor; bene me omnes accipiunt, benigniter mihi affatim amore nostri patris Benedicti et vestris meritis exhibetur; sed ad conparationem vestri coenobii mihi palatium carcer est, ad conlationem tantae quae apud vos est quietis, hic mihi degere tempestas est. Solo ab hac patria debili corpusculo teneor; tota qua solum valeo mente vobiscum sum: videorque mihi nunc suavibus nimium vestris interesse concentibus, nunc consedere satiandis in caenaculo plus lectione quam cibo, nunc singulorum considerare in diversis officiis studia, nunc gravium iam senio[3] seu languidorum, quomodo quisque valeat, perdiscere causas, nunc ad instar mihi paradisi dilecta sanctorum terere[b] limina.

Crede, pater et domine, crede sacra et venerabilis phallanx, solo me[c] affectu misericordiae, solis pietatis precibus[d], solis animae hic profectibus ad tempus deteneri; et quod his est amplius, tranquilli[e] nostri regis et domini potestate. Ceterum quam primum valuero et mihi caeli Dominus per pium principem noctem maeroris meisque captivis iuga miseriae demiserit[4], si tamen quomodocumque clementissimi principis iocundum quivero emereri permissum, mox ad vestra consortia, nulla alia vita comite Gen. 18, 10. 14.
detentus occasione, repedabo. Nullae me, credite, divitiae, nulla predia, nulla flaventis[f] metalli copia[5], nullus quorumlibet affectus a vestro[g] poterunt separare collegio.

Te itaque, pater dulcissime, vosque, o carissimi patres et fratres, inploro, pro me continue beatissimum communem patrem et preceptorem poscere dignamini Benedictum, ut suis apud Christum obteneat meritis, ut me quantotius dignetur reddere vobis. Spero equidem in Deo nostro, qui numquam in bonis patitur desideriis quemquam fraudari, quod me secundum anhelantis mei cordis desiderium vobis citius restituat cum congruo fructu. Superfluum vobis aestimo, ut effundatis preces pro nostris dominis eorumque exercitu scribere, cum sciam vos in hoc ipso semper insistere: pro domno ill.[h] abbate, sicut et facitis, Christum deposcite, cuius hic singulari post principalem munificentiam nutrior largitate. Tanta mihi, carissimi, vestra illuc copia existit, ut, si vellim vos singulariter nuncupare, tota haec vestris nominibus pagina non possit sufficere. Unde generaliter omnibus et opto et scribo salutem, obsecrans, ut non obliviscamini mei. Te vero, mi domine et venerabilis abba, seu quicumque[i] es, nonne preposite, peto, ut mihi scribi faciatis de vestra fratrumque salute, vel quales vobis fructus presens annus adtulerit; utque eorum fratrum mihi dirigatis cum nominibus numerum, qui

a) mentis *P.* b) terrere *P.* c) mea *P.* d) patribus *P;* visceribus *Leb.;* precibus *Waitz.* e) tranquilla *coni. Dahn.* f) labentis *corr.* flaventis *P.* g) vexo *P.* h) *pro nomine positum.* i) quocumque es nomine prep. *Leb.;* q. e. n. *post inserta censet Bethmann formulae causa.*

codicis folio 121 K. Zeumer epistolae fragmentum edidit (Formulae p. 522), quam ab Arichi Langobardo in Gallia degente ad Paulum fratrem datam esse coniecit.

1) *Casinensi 778—797.* 2) *Ov. Met. X, 403:* suspiria duxit ab imo | Pectore. 3) *Cf. Vers. Pauli 12, 3 (Poet. Car. I, 50):* iam gravante senio. 4) *Versus Pauli 9 (Poet. Carol. I, 50):* Quod te post tenebras fecit cognoscere lumen, *cf. Hauck, Kirchengesch. Deutschlands II, 152 n. 3.* 5) *Cf. Versus Pauli 7, 1 (Poet. Carol. I, 49):* Nulla mihi aut flaventis est metalli copia.

c. 782—786 mundanis exuti vinculis migrarunt ad Christum. Nam plurimos obiisse audio: sed nominatim nonnum[a] illum qui, si vere ita est, mei cordis partem non modicam abstulit secum.

Vale, pater sanctissime, et memor esse dignare filioli tui.

Iam fluebat decima de mense diecula[b] Iani,
Margine[c] de vitreae[1] cum sum directa Mosellae.
Cum patre mellifluo, fratres, sine fine valete.

11.

Paulus[2] Carolo regi Pompeii Festi viginti volumina in compendium redacta dedicat.
c. 782—786.

Codd. Monac. (St. Emmerammi) 14734 s. X. (E), Guelferbyt. 10. 3 qu. August. s. X. f. 4 (G), Vindobon. 142 (Phil. 132) s. X. f. 1 (V), quem contulit Tangl.

Edd. Mabillon Annal. ord. S. Bened. II, 717 ex cod. Vindocinensi, Lindemann Corpus grammatic. II, 1a. 1832; C. O. Müller, Pompei Festi epitome (a. 1839. 1880) p. 1, SS. rer. Langob. p. 19, Paul. Diacon. ed. Waitz p. 10.

DIVINE LARGITATIS MUNERE, SAPIENTIA POTENTIAQUE PRAEFULGIDO DOMINO[a] REGI CAROLO[b] REGUM SUBLIMISSIMO PAULUS ULTIMUS SERVULUS.

Cupiens aliquid vestris bibliothecis[c] addere, quia ex proprio[d] perparum valeo, necessario ex alieno mutuavi. Sextus[e] denique Pompeius Romanis studiis affatim eruditus, tam sermonum abditorum, quam etiam quarundam causarum origines aperiens, opus suum ad viginti usque prolixa volumina extendit. Ex qua ego prolixitate superflua quaeque et minus necessaria praetergrediens, et quaedam abstrusa penitus stilo proprio enucleans[f], nonnulla ita ut erant posita relinquens, hoc vestrae celsitudini legendum conpendium obtuli[g]. In cuius serie, si tamen lectum ire non dedignabimini, quaedam secundum artem, quaedam iuxta ethimologiam posita non inconvenienter invenietis, et praecipue civitatis vestrae Romuleae[h] [3], portarum, viarum, montium[i], locorum tribuumque vocabula diserta repperietis[k], ritus praeterea gentilium et consuetudines varias, dictiones quoque poetis[l] et historiographis familiares, quas in suis opusculis frequentius[m] posuere. Quod exiguitatis meae munusculum si sagax et subtilissimum[n] vestrum ingenium
Gen. 18, 10. 14. non usquequaque[o] reppulerit[p], tenuitatem meam vita comite ad potiora[q] excitabit[r] [4].

12.

Paulus Adalhardo abbati Corbeiensi sanitate vix recuperata epistolas Gregorii papae a se ex parte emendatas mittit. *c. 782—786.*

Cod. Petropolitanus (N. Arch. V, 246), quondam S. Germani Prat. 169. 858 fol. 1, quem contulit v. cl. Wenger[a].

---

a) *an* nomine? b) deicola *P.* c) *hic versus in codice paene obliteratus est.*

11. a) dom. r. *om. E,* domno *V.* b) Caralo *E.* c) bibliotecis *V.* d) propriis *E.* e) *ad marg. corr. al. man.* Festus *G;* Festus *V.* f) enucleus *V.* g) compedium opt. *V.* h) Romulęę *V.* i) monc. *V.* k) repper. *E.* l) poętis *V,* poematis *E.* m) frequenc. *V.* n) subtilismum *E.* o) quave *E.* p) repul. *V.* q) poc. *V.* r) In nomine domini incipiunt excerpta ex libris Pompei Festi de significatione verborum *sequitur in G, V.*

12. a) *Lemma:* Selectae epistolae sancti Gregorii papae *C.*

1) *Verg. Aen. VII, 759:* vitrea te Fucinus unda, *quem locum Paulus imitatus est in laude Larii laci v. 19 (Poet. Carol. I, 43), cf. infra p. 509 l. 20:* clara Mosella. *Hist. Langob. I c. 5:* Ego autem in Gallia Belgica in loco qui Teotonis villa dicitur constitutus. 2) *Paulum Diaconum auctorem esse epitomes librorum Festi, quod iam post Mabilionem (Annal. ord. S. Ben. II, 342) G. Waitz contenderat, C. Neff dissertatione Erlangensi, cui inscribitur 'De Paulo Diac. Festi epitomatore' a. 1891. rationibus confirmavit.* 3) *Cf. Pauli versus VI, 1 (Poet. Carol. I, 44):* Aemula Romuleis consurgunt moenia templis; *Epit. Hildeg. v. 18 (ib. p. 58):* Romuleumque Tybrim; *Hist. Langob. II, c. 23:* urbem Romuleam; *Gesta episc. Mett. (SS. II, 265).* 4) *De versibus huic epistolae a Barthio falso additis cf. L. Traube in Neues Archiv XV, 199.*

Edd. Mabillon Annal. ord. S. Bened. II, 284, Acta Sanct. saec. I, 397, Dahn Paulus Diac. p. 81, Neues Archiv I, 566; SS. rer. Langob. p. 21; Pauli hist. Langob. ed. Waitz p. 13. c.782—786

CARISSIMO FRATRI ET DOMINO ADALARDO[1] VIRO DEI PAULUS SUPPLEX.

Cupieram, dilecte mi, aestate praeterita videre faciem tuam, quando illis in partibus fui, sed, praepeditus[a] lassitudine sonipedum, ad te venire non potui. Interioribus tamen oculis, quibus solis valeo, tuae fraternitatis dulcedinem frequenter aspicio. Volueram equidem tuis imperiis iam ante parere; sed, utpote pauper et cui desunt librarii, prius hoc facere nequivi, maxime cum me tam prolixa valitudo contriverit, ut a mense Septembrio pene usque ad diem nativitatis Domini lectulo detentus sim nec licuerit clericulo illi, qui haec eadem utcumque[b] scripsit, manum ad atramentarium mittere.

Suscipe tamen quamvis sero epistolas quas desiderasti[2], et quia mihi eas ante relegere prae occupatione totas non licuit, XXXIIII ex eis scito relectas et prout potui emendatas esse, praeter pauca loca, in quibus minus inveni, et tamen meo ea sensu supplere nolui, ne viderer tanti doctoris verba inmutare; quibus in locis et forinsecus ad aurem zetam, quod est vitii signum, apposui. Tua itaque fraternitas, si se facultas dederit, reliquas epistolas ad emendatiorem relegere studeat codicem, sed et loca, in quibus minus habetur, nihilominus supplere. Hoc tamen sanctitati tuae suadeo, ne passim propter aliqua, quae in eis minus idoneos latere magis quam scire convenit, puplicentur.

Vale, frater amabilis, semper in bonis gliscens; et cum mentem ad superna tetenderis, memento mei.

Ante suos refluus Rhenus repedabit ad ortus[3],
  Ante petet fontem clara Mosella suum,
Quam tuus e nostro carum ac memorabile semper
  Dulce, Adalard, nomen, pectore cedat amor.
Tu quoque, si felix vigeas de munere Christi,
  Esto memor Pauli tempus in omne tui.

13.

Theodemar abbas Casinensis Carolo regi Francorum mittit regulam S. Benedicti, hymnos, pondus panis, mensuram potus, promissionis monachicae exemplum. De variis rebus ad monachorum vitam pertinentibus exponit. Concedit, ut Ioseph monachus coenobio praeficiatur, Optatumque excusat. 787—797.

Codd. Trevir. bibl. publ. 1422 membr. s. IX. (T), quem Jaffé contulit, S. Galli 914 p. 173—180 mbr. s. IX. (G), de quo cf. Mabillon Anal. vet. p. 19, ab Herim. Wartmann collatus; biblioth. Barberinae Rom. XI, 64 fol. 110' saec. IX—X. (B), cf. Arch. XII, 379, quem contulit Bethmann; Casinensis 175. 353 (C), fol. 255—257, scriptus sub abb. Iohanne (915—934), quem contulit Pertz (cf. Biblioth. Casin. IV, 18 sqq.); Parisinus 13371 fol. 79'—86' (O), s. X., quem contulit V. Cl. H. Lebègue; Todensis 22 s. X—XI. (U, cf. Arch. XII, 550), quem descripsit Bethmann: Monacensis 6255 (quondam Frisingensis 55) fol. 143 saec. XI. (F), quem contulit Jaffé; Parisinus 5256 Carcassona oriundus saec. XI. (P), quem descr. Bethmann; Parisinus 2989 saec. XI. fol. 154 fragmentum (Par.), quod descr. Pertz; Berolinensis (quondam Liesbornensis) fol. 97 s. XII. (L)[a]. Exstat etiam in codice Casinensi 179 s. X. p. 238 (Bibl. Casin. IV, 41), S. Petri

a) praepedibus *corr. in* praepeditus *C.* b) uticumque *C.*

13. a) *Lemmata:* Epistula (Epistola *U*) ad regem Karolum de monasterio sancti Benedicti directa et a Paulo dictata (diacono *add. U*) *G, U;* Incipit epistola ad domnum Karolum

1) *abbati Corbeiae veteris c. 780—826. Adalhardus ipse aliquamdiu ante a. 780. hic (sc. Casini) monachus versatus est; Vita c. 12 (SS. II, 525) WAITZ. Totus epistolae tenor et singula verba, ut* Paulus supplex, *quae de se paupere scribit, quod Mosellae mentionem facit, omnem dubitationem tollunt, quin Paulus hic revera noster sit Casinensis (SS. rer. Langob. p. 21 n. 2).* 2) *Cf. de hac collectione epistolarum Gregorii a Paulo parata Ewaldum in Neues Archiv III, 472—484.* 3) *Cf. Pauli versus 17—20 (Poet. Carol. I, 44):* Ante potest flavos Hrenus repedare Suavos, | Ad fontem et versis pergere Tibris aquis, | Quam tuus e nostro labatur pectore vultus, | Ore colende mihi tempus in omne, pater.

787—797 *Salisb. VIII, 18 fol. 87 s. XII., Massiliensi 891 s. XII. (N. Arch. IX, 240), Admuntensi 712 sacc. XIII. (Arch. X, 643), Taurinensi G V. 4 fol. 195'—196 s. X. ex. mutilo (Arch. IX, 610, N. Arch. V, 28, XIX, 218).*
Edd. Haeftenus Disquisitiones monasticae p. 1086, Iac. Du Breul Chron. Casin. a. 1603 p. 797, Angeli de Nuce Chronica Casin. a. 1668 p. 128, Muratori Rer. Italicar. SS. IV, 277—281, Jaffé Bibl. rer. German. IV, 358—365.

PROPAGATORI[1] AC DEFENSORI CHRISTIANAE RELIGIONIS DOMNO KAROLO[a] PER[b] CHRISTI POTENTIAM[c] REGUM[d] SAPIENTISSIMO AC[e] FORTISSIMO THEODEMAR[f] EXIGUUS[2] ET UNIVERSUS BEATI[g] BENEDICTI PATRIS[h] GREX, VESTRO SUBDITUS DOMINATUI, AETERNAM IN DOMINO[i] SALUTEM.

Tam per epistulae[k] seriem quamque et per sanctum virum Adalgarium[l] episcopum[m] [3] vestra famina[n] suscipientes, magna sumus exultatione gavisi[o]: dum vestram[p] sublimitatem dominamque[q] nostram reginam vestrosque liberos sospites valentesque esse[r] cognovimus. Nec minori[s] etiam tripudio[t] exultavimus[u], dum vestrarum[v] protelationem[w] finium victoriarumque[x] de hostibus triumphos agnovimus.

Auxit[y] etiam nostrum[z] illa res[a] gaudium, quia[b] vestram excellentiam, de virtute in virtutem succrescentem[c], Dei agrum studiose excolere addidicimus[d] ac monachorum religionem ad meliorem perducere statum. Certum est, quia vos hoc factum beatiores efficiet[e], dum tale[f] Deo[g] nostro tamque[h] beneplacitum[i] munus offertis.

Qua de re quia ad beati patris[k] nostri Benedicti doctrinam et luculenta exempla aliquos monachorum[l] regionis[m] illius vestrae clementiae[n] informari[o] placuit, iuxta preceptionem vestram[p] en[q] vobis regulam[r] eiusdem beati[s] patris, de ipso codice quem ille suis sanctis manibus exaravit[t] transscriptam[u], direximus. In fine[v] autem sacre eiusdem[w] regule hymnos[x], qui secundum instituta beati patris nostri per singula officia vel festivitates cantari[y] debent, adnexuimus.

Si quem autem movet[z], quare beatus Benedictus in[a] estatis tempore cottidianis[b] diebus ad nocturnum officium unam tantum de veteri testamento lectionem[c] legi preceperit[d] [4], cognoscat: needum eo tempore in Romana ecclesia[e], sicut nunc leguntur,

imperatorem de monasterio sancti Benedicti directa *O;* Epistula congregationis sancti Benedicti ad Karolum regem Francorum de privatis eorum moribus *T;* Incipit ępistola Pauli diaconi ad Carolum regem *C;* Incipit epistola Pauli diaconi ad Carolo rex regula facientibus haec . . eria aeterna *B;* Incipit epistola de monachis Beneventanis, quem transmisit Teodemarus abbas ad domnum Carolum regem *Par.*

a) Karulo *U, F, Par.;* Carolo *G, B, P.* b) pro *T; om. C, B.* c) potentia *C, B;* potencia *Par.* d) regi *O.* e) ac fort. *om. T, C, B;* hac *Par.* f) Theotmar *T;* Theodomar *G, L, B;* Teudemarus *Par.;* Theodmarus *P.* g) *om. U.* h) abbatis patris *U;* patris *om. F, L.* i) Christo *F.* k) epistolę *O.* l) Adelgarium *C, B.* m) ępiscopum *C.* n) vestram famam *O.* o) divisi *manu post. corr.* gavisi *T.* p) vestra *U.* q) domnam *Par.* r) *om. O.* s) minore *O.* t) gaudio tripudio *U.* u) exultabimus *C.* v) vestram *O.* w) vestra protelacionem *Par.* x) victoriarum *F;* victoriamque *C, L.* y) Hoc sit *P.* z) vestrum *U.* a) hilares *pro* illa res *P.* b) qui *O.* c) subcrescentem *U;* succrescente *Par.* d) dicimus *U;* didicimus *O;* acdicimus *B;* addicimus *P, Par.;* addiscimus *T.* e) efficiat *T.* f) talem *Par. (qui hic finit), U, P.* g) de *B.* h) tanquam *O.* i) placitum *B.* k) patri *P.* l) placuit *add. T.* m) religionis *B.* n) excellentiae *L.* o) informare *O.* p) *om. C.* q) hen *U;* volumen *O.* r) regulae *O;* eiusdem — exaravit *om. O.* s) *om. T.* t) exarabit *C.* u) transcriptam *P;* scribtam *F.* v) finem *P.* w) eidem *U.* x) ymnos *U, O; om. P.* y) cantare *U, P, O.* z) monet *C.* a) *om. O.* b) quotid. *O.* c) lectione *U;* leccionem *P.* d) praeceperit legire *C;* legi *om. B;* preciperit *P;* ad nocturnale praecepit *O* nocturnum — legi *omisso.* e) ęcclesia *C, O;* aecclesia *U.*

1) *Hanc epistolam a Paulo diacono Theodemari abbatis iussu compositam esse intellegimus ex lemmatibus codicum CGU. Quo annorum spatio data sit, concludere licet ex nomine Theodemari et ex Leonis chron. Casin. l. I c. 12 (SS. VII, 589), ubi Carolum a. 787. ex Italia in Franciam reversum huius epistolae ansam dedisse legimus. J.* 2) *abbas Casinensis, 778—797; v. Leonis Chron. monast. Casin. (SS. VII, 588—592).* 3) *quem episcopum Trecensem fuisse coniciunt nec rationibus affirmant. V. Gallia Christ. XII, 489. J.* 4) *Regulae S. Benedicti cap. 10:* A pascha autem usque ad Kalendas Novembris . . . pro ipsis tribus lectionibus una de veteri testamento memoriter dicatur.

sacras[a] scripturas legi mos[b] fuisse; sed post aliquod[c] tempus[d] hoc institutum esse[e], 787—797
sive a beato papa Gregorio sive, ut[f] ab aliis[g] adfirmatur, ab Honorio[h]. Qua de re maiores[i] nostri instituerunt, ut hic in sacro nostro coenobio[k], quod iuxta sanctum illius corpus institutum[l] est, tres cottidianis[m] diebus aestivo in[n] tempore ex veteri[o] testamento lectiones in codice legantur; ne[p] a sancta Romana ecclesia discrepare viderentur[q]. Nec enim credendum est hoc[r] beato[s] patri[t] Benedicto displicere: sed potius[u] gratum ei[v] esse, si quis supra id, quod ille in Dei laudibus instituit, propter Dei amorem adiciendum esse curaverit. Nam et de psalmorum canendorum[w] per singulos septimane dies divisione si cui[x] melius visum fuerit, quam ipse beatus pater instituit[1], ab ipso habet[y] licentiam, ut melius aestimaverit, canere[2]. Nec[z] debent cogi monachi, si tamen vestro[a] sapientissimo cordi ita placet, qui nunc Romano more psallunt, iuxta institutionem[b] sacre huius regule psalmos dividere; sed[c] possunt, si vobis ita videtur[d], solito more canentes, arcioris[e] vite normam suscipere.

Direximus quoque pondo[f] quattuor librarum, ad cuius aequalitatem[g] ponderis panis debeat[h] fieri[3], qui in quaternas[i] quadras[k] singularum librarum[4] iuxta[l] sacre[m] textum regule possit dividi. Quod pondus[n] sicut ab ipso patre est institutum, in hoc est loco repertum.

Misimus etiam[o] mensuram potus[p] quae[q] prandio[r], et aliam, quae[s] caenae tempore debeat fratribus praeberi. Quas duas mensuras[t] aestimaverunt[u] maiores nostri eminae[v] mensuram[5] esse.

Direximus etiam et[w] mensuram unius calicis, quam[x] obsequiaturi[y] fratres iuxta sacrae regulae textum solent accipere.

Beatus pater[z] noster instituit duo cocta pulmentaria in cottidiana[a] refectione fratribus praeparari et[b] tertium de leguminibus crudis aqua infusis[6]. Nos vero ex[c] institutione maiorum nostrorum tria cocta pulmentaria aliis diebus, quarta feria[d] et sexta feria duo tantum reficiendis fratribus praeparamus; excepto quod plures ex fratribus nostris pane tantum his diebus herbisque[e] hortensibus[f] vescuntur[g], quorum[h] plerique etiam nec vinum bibunt. Die vero dominico et in festivitatibus precipuis etiam quartum addimus pulmentum, exceptis[i] secunda[k] quarta et sexta feria[l]. Aliis diebus prandentibus fratribus, cum vinum nobis abundat[m], singulas fialas[n] miscere[o] facimus.

---

a) sacra *U*. b) legimus *U, T pro* legi mos. c) aliquot *G, C, P, F, L, O*. d) tempore *G, B, P*; tempora *C*. e) fuisse *L*. f) et *U, om. B*. g) ab aliis *om. L*. h) Onorio *P*. i) no. mai. *P, U, B, O*. k) coenovio *C*; cenubio *P*; cęnobio *U, O*. l) institum *G, F*. m) quotidianis *P, O*; cotidianis *U, B*. n) *om. O*. o) vetere *P*. p) ne — viderentur *om. U*. q) videantur *T*; videremur *B, O*. r) a *P*; hoc et *U*. s) beati *T*. t) nostro *add. L*. u) magis ei gratum *U*. v) *om. O*. w) *om. T*. x) quis *C*. y) abet *U*. z) nam *B*. a) vero *C*. b) institutione *U*. c) set *U*; sed — more *om. B*. d) videretur *T*. e) alcioris *B*; art. *O*. f) pondus *T, F, L*; pondos *U*; pond̄ *O*. g) qualitatem *L*. h) debet *F*. i) quinquaternas *pro* in quat. *P*; quaternos *O*. k) quae dr̄ *F*; quadros *O*. l) *om. P*; iusta *U (passim)*. m) sacrum *U, qui* regule *omittit*; sacrum *O*. n) ponendus *F*. o) ergo *B*. p) unam *add. T*. q) q: *T*. r) prandii *C, B*. s) q: *T*. t) mesuras *C*. u) aestimaverint *P*; extimaverunt *U, B*; ęstimaverunt *C*. v) aeminae *P*; eminam *U, B*. w) *om. G*. x) quem *F*; *om. P*. y) obsequituri *T, P, O*; obsecuturi *U*; obsequi auctori *B*. z) *om. U*. a) cotidiana *U, P, B*; quotid. *O*. b) est *P*. c) et *U*. d) *om. O*. e) herbiisque *P*. f) ortensibus *U, B, O*. g) vescantur *O*. h) quorumque *F*. i) in *add. U*. k) et *add. O*. l) feriis *T, P, L*. m) habundat *U, B, P*. n) *corr. in* phialas *O*. o) miseri *L*.

1) *Regulae capite 18*. 2) *ibid. verbis his:* hoc praecipue commonentes, ut, si cui forte haec distributio psalmorum displicuerit, ordinet, si melius alius iudicaverit. 3) *Mabilio in Annal. ord. Bened. T. II, 282 docet* apud Italos monachos aevo sancti Benedicti in more positum fuisse, ut crudis panibus crucis signum imprimeretur; ut scilicet cocti in quadras seu quatuor partes aequales nullo negotio scindi ac dividi possent. 4) *Regulae S. Benedicti cap. 39:* Panis libra una propensa sufficiat in die. 5) *Regulae S. Ben. cap. 40:* credimus eminam vini pro singulis sufficere per diem. 6) *Regulae S. Ben. cap. 39:* ... ad refectionem quotidianam ... duo pulmentaria cocta fratribus sufficiant, et si fuerint inde poma aut nascentia leguminum, addatur et tertium.

787—797 In[a] summis quoque festivitatibus, hoc est in nativitate[b] Domini. in[c] epiphania[d]. in pascha[e]. et tertia[f] feria post pascha, quando[g] nobis grandis festivitas est[1], et in[c] ascensione Domini[h] et in pentecosten et[i] in sancti Iohannis et in[c] sancti Petri et in[c] sancti Laurentii et in[c] sanctae Mariae et in sanctorum Martini Benedicti[k] etiam[l] bis[m] ad prandium facimus[n] miscere. Preter haec[o] etiam aestatis tempore post nonam aliquid[p], si est, de pomis et singulas fialas[q] nostris fratribus praebemus. Cum vero tempus[r] sectionis foeni[s] est[t], etiam[u] potionem ex melle ad horam[v] quartam laborantibus fratribus propinamus. Volatilia numquam nisi die[w] natalis[x] Domini, si est unde[y], usque ad dies octo comedimus[z]; similiter etiam paschalis festi[a] diebus.

Sed de[b] esu[c] volatilium tam caute prudentissimus[d] pater noster in sua regula posuit[2], ut, si velint[e] comedere monachi, cum oportunum est. non subiaceant culpae[f]: sin[g] vero[h] eis a suo tale edulium non praebetur[i] abbate[k], ut quasi ex debito hoc[l] non possint[m] requirere[n]. Multi[o] tamen fratrum nostrorum neque volatilia comedunt neque[p] vinum umquam nisi de sancto calice bibunt.

Sane quia percontari[q] dignati estis, quod vestimentum cuculla[r] debeat intellegi[s], cucullam[t] nos esse[u] dicimus quam alio nomine casulam[v] vocamus. Et inde est, quod hieme[w] villosam[x] — aestate puram aut vetustam — beatus pater habendam[y] instituit[z][3], quia scilicet hoc genus indumenti solet cum villis[a] intexi[b].

Illud[c] autem vestimentum[d], quod a[e] Gallicanis[f] monachis cuculla[g] dicitur[h] et[i] nos cappam vocamus, quod propriae[k] monachorum designat habitum[l], melotem appellare[m] debemus, sicut et[n] actenus in hac[o] provincia a quibusdam vocatur. De quo, sicut[p] beatus Gregorius scribit[q] in libro Dialogi[4], ereptus ab aqua per Maurum monachum puer Placidus dixit: 'Ego cum ab aqua abstraherer[r], melotem super me abbatis[s] cernebam, eumque me ab aquis educere considerabam'. Quod tegumentum ideo sic[t] appellatum est, quia solebat[u] antiquitus[v] de illius animantis pelle fieri[w], quod melos[x] propter rotunditatem[y] sui corporis[z] appellatur[5]. Quod genus bestiolae a nonnullis[a] taxus vocatur[b]. De quo[c] genere tegumenti nihil[d] beatus Benedictus in sue[e] textu[f] regulae locutus est, ob[g] hoc scilicet, ut[h] conicere[i] possumus, quia diverso

a) In summis — fac. miscere *om. L.* b) natale *O.* c) et *B, C.* d) epyphania *U, B.* e) in pascha *om. P.* f) in VI *O.* g) quoniam *U.* h) et in asc. Dom. *om. G, U, B, P, C, F.* i) *om. U, B;* et in *om. O.* k) sancti Martini et beati Benedicti *C, B.* l) *om. P;* iam *O.* m) et in ambis *T.* n) faciamus *T;* misc. fac. *O.* o) hoc *P.* p) aliquod *F;* aliud aliquid *U, B.* q) et phialas (sing. *om.*) *O.* r) fuerit *add. L.* s) feni *U, B, P; om. O.* t) *om. L.* u) ętiam *U.* v) oram *U.* w) *om. U, P.* x) natali *U.* y) a pascha *add. P.* z) commedimus *P.* a) festis *T, U, B, P;* paschalibus festivitatibus (dieb. *om.*) *O.* b) dę *Ç.* c) usu *T, verbum legi non potest in P.* d) prudentissimi *P.* e) vellint *P;* vellent *O.* f) subiaceat culpa *B.* g) Si *T, L.* h) autem *O.* i) praebeatur *C.* k) ab abate *P.* l) *om. U, B, O.* m) possit *C;* possunt *T, P, O.* n) exquirere *F.* o) Multi — bibunt *om. C, B.* p) nec *T.* q) percunctari *U, T, L.* r) coculla *G:* cucullae *O.* s) debet intelligi *P;* habeat int. *O.* t) cocullam *G, U, P;* cuculla *B.* u) nosse *pro* nos esse *C.* v) casullam *U;* casulla nos esse dicimus *B pro* cas. voc. w) ieme *U;* hiemę *C;* in hieme *O.* x) velosam *P;* in *add. O.* y) *om. C.* z) stitui *U.* a) vilius *pro* in vill. *O.* b) intesti *U.* c) Illut *P.* d) *in verbo* vestimentum *finit cod. Taurin. mutilus.* e) *om. B.* f) Galicanis *P.* g) coculla *G, T, P.* h) dicimus *U.* i) *om. O.* k) propriam *O.* l) abitum *U.* m) melotum apellare *P.* n) *om. U, O.* o) *om. T.* p) sic *F.* q) scripsit *T, U, B, O.* r) extraherer *U, B.* s) mei *add. L.* t) hic *U.* u) solebant *T, U; corr.* -bat *O.* v) antiqui *U.* w) pelle fieri *om. F.* x) mellos *P.* y) nuditatem *C;* ruditatem *B.* z) sic *add. U.* a) vestiola nonnulli *B.* b) tacsus appellatur *O.* c) *om. O.* d) nichil *U, P.* e) suo *O.* f) testo *U.* g) in *P.* h) *om. U.* i) concedere *B.*

1) *Hic dies festus quomodo Casini agi solitus sit, docet Leonis Chron. monast. Casinensis L. I c. 32 (SS. VII, 602). J.* 2) *hoc pacto:* Carnium vero quadrupedum ab omnibus abstineatur comestio, *in Regulae cap. 39. De volatilibus autem silentium est.* 3) *Regulae cap. 55:* Cucullam in hieme villosam, in aestate puram et vetustam, et scapulare propter opera. 4) *S. Gregorii Dialog. L. II c. 7 (Opp. II, 225).* 5) *Cf. Isid. Etym. XIX, 24, 19; Cangii glossarium s. v.* melote.

modo hoc vidit[a] a plerisque monachis uti tegumento[b]. Nam Galliarum monachi hoc laxius[c] et prolixius induuntur; Itali[d] vero monachi, sicut vos[e] nostis[f], brevius[g] huiuscemodi et[h] strictius vestimentum habent: Greci vero propter[i] operimentum capitis modicum quiddam[k] tantum ante pectus et a dorso[l] dependens[m]: transmarini[n] autem monachi huiusmodi operimentum pellicium habent. Ergo quia tantam[o] in hoc[p] monachico[q] indumento[r] beatus Benedictus diversitatem vidit, unicuique monachorum, quod[s] ex his potius elegere[t] velit[u], proprio arbitrio dereliquit[v]. 787—797

De numero autem et[w] qualitate vestimentorum sic beatus pater noster in sua regula posuit, ut tamen in[x] providentia[y] sit abbatis[z], quomodo debeat pro sua[a] unicuique distribuere necessitate[1]. Sed et[b] ipse pater dixit, quia[c] in temperatis regionibus minus, in frigidis[d] plus vestimenta[e] sit opus haberi[f][2]. Seniores[g] tamen nostri et preteriti abbates instituerunt fratribus nostris propter diversos labores tres[h] tunicas habere[i], duas grossiores in hieme, unam[k] subtiliorem in aestate[l]. Similiter et in[m] loco cocullarum[n] duos[o] quos[p] nos dicimus mantos[q], qui[r] ex grossiori[s] sago fiunt[t], et unum in aestate[u] subtiliorem[v] operimentum[w]. Cocullas[x] autem ideo non habemus[y], quia maioris[z] sunt pretii[a] et quia nobis pater noster alias[b] praecepit[c] talibus[d] vestibus[e] uti[f], quales possunt[g] in provincia vilius emi[3]. Habent autem fratres nostri et duplicia femoralia; multi tamen ex eis Deo iuvante[h] in tantum se continent, ut neque femoralia habeant neque amplius quam duplicia[i] secundum regularem[k] textum indumenta.

Statuit autem venerabilis pater, ut scapulare[l] monachi propter opera habeant[4], quod ob[m] hoc scapulare dicitur[n], quod scapulas praecipue tegat et caput. Quo vestimento[o] pene[p] omnes in hac terra[q] rustici utuntur. Pro quo tegumento nos[r] ex[s] grossiori[t], textu ad melotum[u] similitudinem operimentum habemus; nisi quod manicae in hoc usque ad manus pertingentes[v] habentur[w]. Preter[x] haec[y] addimus unicuique, sicut ei[z] opus est. Nam senibus nostris gunnas pellicias[a] tribuimus. Infirmos[b] etiam[c] et[d] in culcitis[e] iacere permittimus[f] et unicuique omnino, sicut sua exposcit necessitas[g].

---

a) hac vita *P pro* hoc vid. b) tegumentum *C;* tegumenti *F.* c) laxe *T;* latius *O.* d) Italici *G, F;* Hitali *P.* e) *om. C, U, B, P, O.* f) nostri *G, F, L pro* vos nostis. g) brevi *U;* brevi in *P;* brebius *B.* h) *om. O.* i) preter *B.* k) quoddam *C; om. O.* l) et dorsum *B.* m) pendens *F.* n) tres martini *F.* o) tantum *T;* quantum *L pro* quia tantum. p) *om. C, B;* his *O.* q) monachio *G;* monachi *T, F, P;* monachis *O.* r) hoc indumentum *O.* s) quid *U, G, F, L, P, O.* t) eligere *U, B, P, O.* u) voluerit *T;* vellent *O.* v) dereliquid *P.* w) *om. F;* aequalitatem *P pro* et qualit. x) sua *add. U.* y) probidentia *C.* z) abbati *U, P.* a) sui *B.* b) *om. B.* c) *om. O.* d) fridis *P.* e) vestimenti *O.* f) vestimentis opus aberi *U;* habere *F.* g) *om. P.* h) *om. T.* i) abere *U.* k) et unam *B.* l) hestatem *C.* m) *om. F.* n) cucullarum *U, O.* o) duas *T, O.* p) quas *O.* q) mattos *C;* indiguos *P.* r) quia *U.* s) gressiori *C;* grossiore *P.* t) fiunum *P.* u) hestate *C.* v) subtiliore *P;* subtilio *B; om. O.* w) vestimentum *L.* x) cocullam *U;* cucullas *B, O.* y) abemus *U.* z) maiores *T, P.* a) prętii *C;* precii *P.* b) *om. O.* c) praecipit *L.* d) *om. O;* talia vestimenta habere quales *C.* e) vestimentis *O.* f) ut *P.* g) possint *O.* h) adiuvante *C, O.* i) duplice *P.* k) regulare *P;* regulae *O.* l) scapulares *C, B, P;* scapularem *G, L.* m) ab *U, P.* n) scapulares dicuntur *B.* o) quod vestimentum *C, U.* p) *om. T.* q) terrarum *B.* r) *om. U, O.* s) *om. B.* t) e gressiori *C;* grossiore *O.* u) melotis *C, T.* v) pertinentes *T;* pertingentis *P.* w) abentur *U, B, P.* x) propter *P.* y) hoc *U, B, P.* z) ille *P.* a) pelliculas (trib. *om.*) *O.* b) infirmis *U, P, O.* c) autem *P.* d) *om. U.* e) culcitris *U, L.* f) pertimus *C.* g) necessitas. Explicit *P, qui his verbis finitur.*

1) *Regulae S. Ben. cap. 55:* A quo tamen abbate semper consideretur illa sententia actuum apostolorum: 'Quia dabatur singulis, prout cuique opus erat'. 2) *Ibid.:* Vestimenta fratribus secundum locorum qualitatem, ubi habitant, vel earum temperiem dentur; quia in frigidis regionibus amplius indigetur, in calidis vero minus. 3) *Ibid.:* quales invenire possunt in provincia, qua degunt, aut quod vilius comparari potest. 4) *V. supra p. 512 n. 3.*

787—797 prebemus[a]. Concessum est etiam[b] fratribus nostris habere manutergia sive ad tonsurae obsequium sive ad codices, quos ad legendum suscipiunt, involvendos[c].

Preter regularia quoque ieiunia in[d] vigiliis praecipuarum festivitatum usque ad vesperam[e] ieiunamus. Et a vespera[f] vigiliarum per totam noctem et[g] diem festivitatis usque ad completorii[h] officium genua[i] non flectimus. Dominicis quoque diebus et a[k] Domini nativitate[l] usque ad octavum[m] diem, a pascha quoque usque ad pentecosten similiter ad publicum officium genua[i] non flectimus[n].

Textum quoque promissionis[o], quo ordine solebant anteriores[p] monachi regulam sanctam in hoc loco promittere, ecce intra hanc[q] epistolam[r], in brevi[s] paginola[t] exaratum, direximus vobis.

Ioseb[u] quoque frater noster, quem[v], ut scribere nobis dignati estis, praeficere[w] ad regendum monasterium sub regulae[x] tramite destinatis, habet secundum sacrorum canonum instituta largitatis facultatem, ut hoc possit facere; qui licentiam monachis tribuunt[y], etiam ecclesiasticis[z] gradibus sublimari. Videat tamen ille, si sic se potest coartare, ut possit suo exemplo fratribus prodesse. Grandis siquidem et[a] prima est in hoc monachis et contra regulae[b] seriem[1] districtio, si eis[c] sine sua electione externus aliquis praeponatur. Vestra tamen sagax providaque subtilitas, sicut caelitus mente hauserit[d], ita disponat.

De Optato vero[e] monacho nostro summis precibus[f] obsecramus, ut, quia per ignorantiam aetatis excessit, vestra mereatur clementia relaxari.

His expletis, commendamus nos sacrae clementiae[g] vestrae, poscentes Dominum nostrum tam publice quam privatę, ut[h] vestram nobis vestrorumque salutem[i] prolixis temporibus concedat et ubique vestram gloriam semperque custodiat[k].

Exemplar[l] promissionis, sicut[m] solebant antiqui monachi regulam promittere.

In nomine[n] Domini promitto me ego ill.[o] in sacro monasterio[p] beati martyris sive confessoris ill.[o] secundum[q] instituta beati Benedicti coram Deo et[r] sanctis[s] angelis eius presente etiam abbate nostro ill.[o] omnibus diebus meis in hoc sancto[t] monasterio amodo et deinceps perseveraturum et in omni oboedientia quodcumque mihi praeceptum fuerit oboediturum. Ego ill.[o] talis hanc promissionem a me factam manu propria coram testibus scripsi et roboravi[u].

Vale[v], salus patriae, lumenque decusque tuorum,
Maximę regnantum, noster et altus amor.

---

a) prebeamus *T;* et unicuique — prebemus *om. F.* b) autem *U.* c) involvendum *T; hic finit cod. U.* d) *om. O.* e) vesperum *B;* vesperam *corr.* -ra *O.* f) ad vesperam *B.* g) per *add. L.* h) completurii *T;* completorium *B, O (pro* -ii offic.). i) ienua *C.* k) *om. B.* l) *om. O.* m) octabum *C;* hoctabum *B.* n) *sequitur* amen *not. tir. O.* o) *corr. in* professionis *L.* p) antiquiores *O.* q) hac *C.* r) epistulam *T.* s) brebe *B.* t) paginula *T.* u) Ioseb — semperque custodiat *leguntur tantum in codd. C et B;* Ioseph *B.* v) *om. B.* w) perficere *B.* x) regulari *B.* y) monachi tribuit *B.* z) ęccles. *B.* a) ei *B.* b) regula *B.* c) ei *B.* d) anseri *B.* e) venerabile *C.* f) summis (summissis *leg. J.*) pręcibus *C.* g) *om. C.* h) et *C.* i) salute *B.* k) Explicit *add. C.* l) Exemplar — promittere *om. O;* Exemplar — altus amor *om. B, C.* m) sicut — promittere *om. L.* n) Incipit *O pro* in nom. o) ·N· *F, L;* illius *O* p) hoc *add. L.* q) secunda *O.* r) coram *add. F.* s) *om. F.* t) *om. O.* u) testes asscribere septem *add. L.* v) Vale — amor *om. O f. 86', ubi in fol. 87 sequitur:* Incipit breviarius lectionum per annum secundum Cluniacum.

1) *V. Regulae S. Benedicti cap. 64.*

14. —c. 799

Paulus (Diaconus?) sacerdotem animo infirmo de indulgentia desperantem consolatur. *—c. 799.*

Cod. Veronensis capituli XXIII. (21) fol. 112—116' s. IX—X. 8°, quem descripsit V. Cl. Miodonski. De codice agit Reifferscheid Biblioth. Ital. I, 93 (Wiener Sitzungsber. XLIX)[a].

HONORABILI ET SANCTO VIRO ILLO SACERDOTI PAULUS[1] MINIMUS SERVORUM DEI.

Venerabilis abba ille[b], qui ut comperi totis te visceribus diligit, angustias mihi tuae caritatis exposuit, scilicet quod magno merore pariter ac[c] pavore consumaris, eo quod infirmitate gravatus ac per hoc, ut fieri adsolet, mente diminutus aliqua incompetenter et saluti contraria verba protuleris, quę[d] tamen, ut retulit, mox ad integritatem mentis reversus emendare curasti. Et quidem quia de tali facto penitentiam geris, bene facis. Nam bonarum[e] mentium est ibi etiam culpam suam cognoscere, ubi culpa non est. Ceterum quia, hoc quasi inremisibiliter deliqueris, plus iusto contabescens affligeris, corrigendus es[f].

Ac primum intimamus caritati tuae, quia si[g] homo mente alienatus delinquit, aut nullum omnino aut levissimum hoc genus peccati esse. Quod, rogo, ibi peccatum esse potest, ubi mens aut[h] delicti conscia non est, aut coactam se meminit deliquisse. Sola, mihi crede, mentis deliberatio peccatorem facit, sola mentis adsensio. Ceterum si aut subitaneo mentis lapsu delinquimus aut ratione eiusdem mentis intercepta peccamus et cicius hoc, in quo[i] nobis deliquisse visi sumus, corregimus, continuo veniam promeremur. Nulla enim, ut puto, tam sancta mens est, quam non impie et iniquae suggestiones[k] aliquatenus obnubilent[l], sed mox, ut discretionis radius sese obponit[m], depulso iniquitatis nubilo correcte menti iustitie lumen redit. Inde est quod psalmista loquitur: 'Dixi pronunciabo adversus me iniustitias Ps. 31, 5. meas et tu remisisti inpietatem cordis mei'. Audis, quia impietas in cor hominum sepe venit. Sed cum eam[n] quisque discretionis manu a corde abigit[o], prius etiam quam os ad confessionem aperiet, statim ei fragilitatis humane cognitor misericordiam inpendit. Si ergo integra et sana mens cum alio intendit ad modicum impietate pulsata etiam, antequam confiteatur reatum suum, veniam meretur, cur non tu de venia[p] presumas, qui infirmitate depressus et amissa ratione quod non oportebat locutus es? Certe maiores nostri dixerunt, quod si virgo violento tramite stuprum patiatur, dum mens in inquinatione carnis adsentanea[q] non sit, integritatis bonum etiam corrupto corpore non amittit. Tu igitur de venia quid titubas, qui violenta[r] et alienata mente deliquisti? Certe multi cupiditate pecunię aut honorum temporalium amore inlecti aut etiam timore perterriti Deum negasse referuntur. Et tamen nemo illos umquam revertentes[s] ad fidem reppulit[t], sed magis per lamenta penitentie intra ecclesię sunt gremium recepti. Si itaque sponte delinquentes et longa deliberatione seducente cupiditate in impietatis baratrum delapsi veniam merentur, cur non potius indulgentiam tu merearis, qui nulla cupiditate divitiarum, nulla sublimitate honorum, nulla deliberatione tecum habita, mente febribus alienata vel a maligno hoste inpulsa et coacta, subito male loquendo deliquisti et tamen in ipso ictu in te rediens mox que

14. a) *Lemma:* Epistola temporibus Caroli regis composita *C.* b) e *in ras. man. post. corr.* i *C.* c) hac *corr. in* ac *C.* d) que *m. post. corr.* quę *C.* e) bonorum *m. post corr.* bonarum *C.* f) est *corr.* es *C.* g) sicut cut *eraso C.* h) *punctis supra positis exp.* aut *m. rec. C.* i) que *corr. in* quo *C.* k) pie et iniqua suggestionis *C.* l) hoc nubil. *man. rec. corr.* obnub. *C.* m) hoc pon. *man. rec. corr.* obponit *C.* n) ea *corr.* eam *m. post. C.* o) ambigit *corr. in* abigit *C.* p) veniam m *eraso C.* q) adsintaneo *man. post. corr.* adsentanea *C.* r) ad violentia *m. post. corr.* violenta *C.* s) revertens *C.* t) rep. *corr.* repp. *C.*

1) *Num hic Paulus noster Diaconus sit an alius quidam, qui eodem fere tempore degit, discerni non potest, cf. Bethmann in Archiv XII, 659.*

—c. 799 male loquebaris damnando et penitendo correxisti. Recense veteris testamenti seriem et invenies multis vicibus[a] Israheliticum populum spreto vero Deo simulacra coluisse et tamen, quotiescumque ad Deum reversi sunt, ad statum pristinum remearunt. Omittamus veterem[b] illum populum, ad novi testamenti seriem veniamus, ipsosque tibi apostolorum principes Petrum et Paulum in testimonium dabo. Petrus ante Christum dominum denegans tanto pavore perterritus extitit, ut, nisi eum angelus Domini mulieribus loquens ex nomine nuncuparet, iungere se illis discipulis non auderet. 1. Tim. 1, 13. Paulus se blasphemum protestatur dicendo: 'Qui prius[c] fui blasphemus et persecutor', sed utrique non solum misericordiam correcti consecuti sunt, sed etiam totius christianitatis principes enituerunt. Multa tibi possim de hac re[d] testimonia coacervare, nisi me festinatio itineris prohiberet.

Ad illud plane veniam, quod tua caritas vel maxime formidat. Legisti in evan- Matth. 12, 31. gelio dicente Domino: 'Qui[e] blasphemiam dixerit in Spiritu sancto, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro'. Qua de re[d] hoc tibi suadeo, ut[f] scripturam sacram non inflectes ad tuum intellectum, sed potius tuum sensum informes ad illius intellectum[g], nec tibi ad eius intellegentiam[h] ipse magister efficiaris, sed potius illud teneas quod ab ecclesie magistris didiceris. Augustinus, splendidissimus doctor, blasphemiam Spiritus sancti non aliud esse dicit quam cor inpenitens, id est quod numquam dignatur lamentis penitentiae subdi. Lege Eugepyum[1], qui mire beati Augustini dicta defloravit et ibi invenies hoc ipsum quod dixi. Quere in canonibus plenariis et repperies beatum papam Gelasium de hoc similiter sensisse. Promittit Spiritus sanctus per prophetam veniam peccatoribus, si convertuntur, etiam per iusiurandum Ezech. 33, 11. cum dicit: 'Vivo ego, dicit Dominus, quia nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat'[i]. Quae potest esse maior blasphemia[k], quam promissionibus sancti Spiritus non credere et eius dicta fallatia existimare. Unde erit omnipotens, si iuxta pravum intellectum indulgentiam supplicanti[l] dare non potest? Sol radio suo totius mundi tenebras inlustrare potest: Deum mentis tuae tenebras[n] inluminare posse diffidis. Noli, obsecro, iam a tua[o] deceptione seduci, sed magis de Dei pietate confide, in qua, si cf. Rom. 9, 33; 1. Petr. 2, 6. quis a seculo confisus est, sicut ait scriptura, numquam confusus est. Nihil iam de Dei misericordia[p] ambigas[q], quia Deus noster multum misericors est, immo et ipse tegens misericordia est. Nihil de potentia illius diffidas, quia quodcumque vult et potest, ac per hoc omnipotens est. Ipsius, precamur, virtute confiteris, quia ipse te perducit ad portum salutis aeterne. Vale in Christo feliciter[r].

15.

Paulinus Aquileiensis patriarcha scribit Carolo regi de concilio in metropoli sua habito eiusque decreta ut ab eo approbentur petit; de sacerdotibus verberibus affectis tuendis ut sententia generalis per totum regnum promulgetur, vult. 791.

Cod. Vaticanus 3827 saec. X. (quondam S. Petri Bellovac.) fol. 3'—5', quem contulit V. Cl. Ioh. Tschiedel. De altero codice Vaticano ab editoribus adhibito mihi non liquet[a].

---

a) civibus *C.* b) veterum *corr.* veterem *m. post. C.* c) primus m *eraso C.* d) rem m *eraso C.* e) quis s *eraso C.* f) uti i *eraso C.* g) intellectu *corr.* -tum *m. post. C.* h) intellig. *corr. in* intelleg. *m. post. C.* i) at *in rasura C.* k) blasphemie *corr.* -mia *C.* l) supplicamus *corr.* supplicanti *C.* n) inlustrare — tenebras *add. infra manus eiusdem aevi, sed alio atramento C.* o) acua *corr.* a tua *m. rec. C.* p) misericordiam *corr. in* -dia *C.* q) a *in* gas *in ras. C.* r) Qui vivit et regnat per infinita sęcula seclorum AMEN, *add. alia manus eiusdem aevi C.*

15. a) *Lemma:* Paulini episcopi ad Karolum regem *Vat.*

1) *Eugippii excerpta ex operibus Augustini CXVI, ed. Knoell p. 410.*

Edd. Baronius Annal. eccles. a. 802 n. 7 'ex Vaticano mendosissimo codice' initium et finem, ex quo Labbe aliique, integrum Baluzius, Miscellanea VII, 6—13 ex cod. Vaticano (iterum ed. Mansi, Miscell. ed. alt. II, 60—62), rep. Madrisius S. Paulini opp. 191—193. — Migne Patrol. XCIX, 511—516. 791

CATHOLICO SEMPERQUE IN CHRISTO INCLYTO TRIUMFATORI DOMNO CAROLO DIVINA CORONANTE CLEMENTIA REGI[a] PAULINUS MINIMUS OMNIUM SERVORUM SERVUS.

Concordi parilique devotione cum fratribus et cum consacerdotibus nostris roseo in Christi Iesu cruore aeternas multipliciter supplici concinnamus stilisona voce salutes. Et sacris paternorum canonum valenter incitantibus documentis, et vestris, ut verum resonat, mellitis salubrius[b] inrorantibus salivis[c], in hac, cui Deo auctore licet indignus indignoque famulatu deservio, sede[1], concilium habitum alti[d][2] fuisse sub nomine regis, tranquillissimis vestrae serenitatis auribus operae pretium duximus humillimis horum, quamvis incultorum, apicum suppliciter notulis intimare. Non enim iuris fas est, nec potest quelibet docili digesta calamo rationalis formule sanctio perspicue[e] rata putari, nisi fuerit iudiciali calculo exploratius examinata, argentique more a sui rubiginis scoria septimpliciter probati expurgata conbustione. Et tunc plurimorum iudicio iure fulcita poterit sacris inserta foliis veneranda videri. Alioquin non satis, ut reor, proprio tantundem scribentis valebit arbitrio probabilis estimari.

Cumque ex condicto in unum cannonicis coactus syllabis sacerdotalis coetus religiosa convenisset devotione, requisitum protinus concorditer constat, summa quantotius explorante subtilitatis sagacitate, quemadmodum eiusdem declarat reverendi concilii solertissimus ordo, de quacumque activi negotii qualitate, de causa siquidem ortodoxae fidei, de statu quin etiam ac famosa ecclesiastici culminis dignitate, de rerum quarumcumque dispendiosa iactura, de quibuscumque necessariis susurrantium questionum petitionibus, de quibus iuste recteque conqueri potest, quarumque querule disputationis exhibitio, nodosa licium adligatione contorta, sacerdotali nichilominus[f] desiderabat enodatim dirimatione resolvi.

Haec nostrae humillimae parvitatis exiguitas iuxta tenuissime minus ut decuit incapabilem intelligentiae nostrae capacitatem, non ut iuxta consummatam perfectionem celebre dignumque fuerat, nec ut tanti exigebat censura regiminis, sed in quantum annuens inmeritis nobis altissima dignata est gratuito munere largiri clementia, prout rei ratio prestabilius exposcebat, de singulis quibuscumque temptavimus inevitabilium negotiorum quaerimoniis explicare. Quae cuncta iuxta moris nostri non incognitae gloriae vestrae voluntatis nostrae consuetudinem, quemadmodum in fronte huius prefati sumus epistole, in vestrae potestatis emancipata arbitrio, in vestro[g] nichilominus decrevimus reservare iudicio: quatinus subtili libraminis vestri moderatius lance librata, si sinistro plus iusto relabente moderaminis perpendiculo nullius esse deprehendantur momenti, vestrae auctoritatis censura penitus abolita sopiantur. Si vero alicuius fortassis utilitatis equo pendente libraminis disco rata, si dici liceat, poterunt adprobari, vestris fulcita fortius adiumentis vivaciter convalescant.

Quod si sola putationis ventivagis palmitum fruticantibus foliis indigent falce, ita dumtaxat ut resecatis vitiorum truncatim sarmentis, in camino vestrae, ut ita dixerim, conbustis sapientiae, in eo ut ad favillas folligenum redigantur, ac per hoc explosa, ad purum semiputata paupertatis nostrae vineta mustiflua, gemmato suspensa

---

a) imperatori *Bar.* b) salubribus *Bar.* c) saliis *V;* syllabis *Bar., Bal.* d) Altini *Bar., Bal.* e) prespicue *V.* f) nichil hominis *V.* g) uro *V.*

1) Forumiulium municipium metropolim Aquileiensem *(nunc Cividale) dicere videtur, cf. Concil. Foroiuliense (S. Paulini opp. ed. Madrisius p. 65).* 2) *Ex hac voce dubia elicuerunt Baronius Madrisius ceteri concilium Altinate, de quo nihil alibi traditur. Rectius hac opinione explosa Baluzius, cui Mansi adsentitur, hic de concilio Foroiuliense Carolo rege (nondum imperatore) a. 791. habito agi censuit.*

791 in pampino[1], uvarum ubertim copia pinguidinis infusa ratione[a] rore rubescat. Quocirca[b] praecoquitur gentibus butriones[2] folliculis in mentium quandoque torculari ingenui expressi pondere aureis novum sanae[c] flavescat doctrinae Fallernum in pateris, quibus usque salubriter epotatis ad fundum, merentia siquidem corda sua virefacta saporis dulcedine, letitiae protinus repleta gaudio helarescant. de illa videlicet vini
Ps. 103, 15. potatione, de qua psalmista typice cecinit dicens: 'Panis', inquit, 'cor hominis confirmat,
ib. 35, 9. vinum letificat': et rursus: 'Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente deliciarum potabis eos'.

Ecce enim bals[am]igeri[d] transmisso iam iamque Iordanis[e] alveo, repromissionis terram Iesum ducem sequentes ingressi, fructifera confestim arbusta legis studuimus
Levit. 19, 23. plantare, cogente praecepto, quod figurata legitur nichilhominus promulgatione digestum. In primo itaque, secundo, et tertio anno primordia fructuum eorum prohibiti contrectare, gustare rennuimus; sed nec summo recte[f] putavimus horum quippiam, gulosa delusi fraude, apice linguere lingue, moxque praeputia eorum discretionis recidi[g] onestius prospeximus cultro, obvolutaque tenuissimis verborum foliis intacta iudicavimus permanere, ne[h] forte valde lasciva mollitie resoluta, et elationis nimiae[i] perfluida teneritudine, necdum humillitatis suco perfusa, maturae dulcedinis sapore suavia ad vomitum superbiae magis comedentis provocarent faucem quam refectionis gratia suaviter dulculata[k] humili demulcerent edulio receptacula ventris. Nunc autem legaliter in hoc anno de fructibus eorum edendi concessa licentia, Mosaico per omnia calamo cohibente, non ab re aestimo, si avidius vesci ex eis humili simplicique palato desi-
1. Cor. 9, 7. dero. 'Quis plantavit', inquit apostolus 'vineam, et de fructu eius non comedit'? Et quis pascit gregem vel premit ubera, et lactis dulcedine defraudatus, ieiuno deficiens stomacho inanescat?

Sed hoc ipsum melius prorsus putavimus haec omnia in uno coacervata fasce stili nostri ferculo serenis vestris vultibus deferenda: quatenus vestrae discretionis arbitrio acerrima poma, necdum maturo suco perlucida, ne carpantur manu sola, aut[l], ut ita dixerim, animadversionis virga aurisonis discutiantur syllabarum latentia de frutectis praetereuntium pedibus conculcanda. Ea vero, si tamen inveniri potuerint, quae solis perfusa radio aureum fingant decorem[m] in cortice rationalique decerpta pollice discoloribus depictis palmulis vestro reponantur[n] iudicio redolentia in canistris, ad usus utique fruentium, etsi non digna nobilium, pauperum forsitan necessario reservata. Scio enim pueros vestros peritissimos viros huiusce artis gnaros[o] strenuosque cultores, quorum sudore luculentoque verborum lepore[p], qui calamo linguae astuto perfuncti ingenio in mentis tinctorio[3] intingere non sunt ignari, vestris per omnia magnisonis obtemperando praeceptis, et errata[q] corrigi et triticea farra a vitiorum zizaniis discretius poterunt expurgari. qui pretor[r] illa aurea regiaque falce[s] regalibus tenetur moderatius palmis.

Habent procul dubio et ipsi proprias dentatis[t] subtiliter nichilominus limis exacuatas, cinctoriis prorsus vectitant suspensas in strofiis, quamquam nec bellicis, his contenti[u], careant armis, induti nimirum luricis triformicis[v] et cristatis instructi galeis

a) rationa *V.* b) quocirco *V.* c) sine *V;* sanae *Bal.* d) balsigeri *V;* balsamigeri *corr. Bal.* e) Iornadanis *V.* f) voto *Bal.* g) recedi *V.* h) no *V.* i) nimia *V.* k) *an* dulcorata? l) *om. V.* m) decore *V.* n) reponatur *V.* o) ginaros *V.* p) lapule *corr. in* lepore *V.* q) errato *V.* r) preter *V.* s) falceque *V.* t) detatis *V.* u) continenti *V;* contenti *Bal.* v) triformibus *vel* trilicibus *corr. Madr.*

1) *Cf. Vers. Paulini de Herico str. 9 (Poet. Carol. I, 132):* Ulmus nec vitem gemmato cum pampino sustentet, uvas nec in ramis pendeat; *Regula fidei (Poet. Carol. I, 130):* botrionum gemmatas . . uvas. 2) *Cf. Paulini de reg. fidei (l. l. I, 130):* Non tibi, obsecro, vilescant vernales folliculi . ., qui clusas celant botrionum . . uvas. 3) *Cf. Concil. Foroiul. c. 8 (Opp. p. 69):* infuso ferrugineo stilo in tinctorio falsitatis.

pergunt ad bella doctissimi. Scio horum quendam inter triginta nobiliores et super 791 triginta nominatissimum, et alium inter tres celeberrimos et super tres principem, sed 2. Reg. 23, 23. et alios tres primos fortissimos, quorum vibrantibus astis alophilorum, idest malignorum, spirituum sive hereticorum, sanguinulenta strage hinc inde reiectis ecclesiae hostibus, poterunt castra relidi. Hii namque fortissimi castrorum principes, sed et prudentissimi dominicae vineae cultores, nolo, me totis viribus insequantur, sed dissimulantes meritorum culpam[a], indulgentiae mihi venialiter porrigant manum. Non enim magni est praeconii, nec iudicabitur palmata tyronis de triumpho corona, si de inermi fuerit ruriculae sanguine rubicunda.

Porro si gyganteo super me impetu conantur inrumpere, obsecro, o venerabilis princeps, exemplo[b] mei causa pietatis alas[c] non vos pigeat late sparsimque diffusas[c] extendere, ac per[d] hoc obposito benignitatis scuto, praeparatisque spiculis labiorum, ne patiaris me ab his violentis ultro calcibus inculcari[e]. Quod si quispiam horum Herculeam clava[m][f] robusto se iactans gestare sub humero, et pedetemtim veniens, sive clanculo sive in propatulo, inprobe capitis mei vibranti inmerso ictu inlidere cerebrum connitatur[g], quatenus inflammata cavillatione cum suis adseculis spumosis infuso salibo dentibus, alacer huius facturae conlisione procaciter coeperit incrispare cacinnum; mittatur, quaeso, protinus ad eum summa pernicitate[h] praecurrens Bannaias filius Ioiadae, secretarius Davidis auriculae in virga, qui vi[i] extorqueat clavam ib. 23, 20—23. de manu eius, sed non ad suppremam fatalem suam perniciem, quocirca[k] amissa roboris fiducia societur, quin immo membratim tribus vel triginta fortissimis viris caritatis vinculo et humilitatis ansula religatur[l].

Verumtamen, sicut supra exorabili stili voce praetulimus, Dei omnipotentis devicti amore et sanctae matris vestrae ecclesiae profectu[m] decoreque compulsi, quicquid vobis placuerit vel displicuerit, aut si omnino nil dignum duxeritis, sacris nobis vestris iubete syllabis significantius propalare. Nec hoc praetereundo, sed magis necessarium per omnia scire vestrae maluimus sinceritatis mansuetudinem, quoniam huius statuta concilii, non quasi generalia, sed localia vel etiam specialia, cum provincialibus istius sedis consentaneisque episcopis aequum ratumque prospeximus delegare, si tamen vestra vestrorumque fidelium fuerint auctoritate probabiliter roborata, vel si curvatim inclusa infra circulum resecantis falcis vestrae nonnulla vel etiam quam plurima inlesa valuerit effugere[n], et ad nostrae quandoque humilitatis manus prospera iucunditate celebrique praecincta laetitiae favore leta reverti meruerint, indulgentiae vestrae praenotata stigmatę venerando, non quidem vetamus cui libuerint, sed nec coartamus, cui displicuerint, gratis tamen cunctis oblata in arbitrio respuendi vel amplectendi relinquimus unicuique. Non enim fastidientis in guttur ultro inmergimus huius sorbitiunculae scyphos, sed nec avide hiantis[o] patula raptim de fauce cyathos subtrahimus plenos de rore Liei, exceptis his nimirum, quibus oris nostri officio opportune et importune ex debito sunt flaventia pocula[q] modis omnibus propinanda.

De sacerdotibus autem plagis inpositis semisque vivis relictis, vel certe diabolico fervescente furore per eius satellites interemptis, non meum, sed vestrae definitionis erit iudicium. In vestrae itaque potestatis altitudine, in quodam iudiciali libello a sanctis olim patribus salubriter praelibato[q] legisse me recolo reservatum. Ob quam igitur causam haec fecerint, vestris[r] certius scio omnino non latuisse neque latere

a) culpa *V.* b) *an* extemplo *id est subito? Madr.* c) ala . . diffusa *V.* d) pro *Bal.* e) inculcare *V.* f) clava *V.* g) coniceatur *V.* h) pernicitatem *V.* i) vim *V;* viro *Bal.* k) quocirco *V.* l) religatus *V;* religatur *Bal.* m) profecto *V.* n) effugire *V.* o) ymantis *V;* humantis *Bal.* p) popcula *V.* q) praelibato *V.* r) uris *V.*

794? sacris memoriis. Neminem namque alium arbitrati sunt sanctam ecclesiam de inlatis iniuriis tam potentissimę quam regali animadversione ulcisci, vicariam ab eo vicissitudinis expetens curam; ut quemadmodum illa eum et in praesenti saeculo nequam sacris tuetur perpetem[a] precibus, et inter bella spiritalibus non cessat coronare triumphis, et caelesti regno divinam inplorando clementiam participem fieri inprecatur, ita et ille principalem adeptus potentiam et ab inimicis eius valenter eam defendere et de hostibus eius ultrici invectionis sententia non desinat vindicare. Non igitur dedignetur benignitatis vestrae excellentia sollicitudinis erga eam pro hoc negotio vigilanter gerere curam[b], rememorantes per omnia sacri fontis utero, de quo[c] multo longe felicius estis renati, fideique lactis dulcedine enutriti, quam prius materna bene quamvis vulva[d] generati, carnalibus estis uberibus ablactati.

Egrediatur quapropter[e], si placet, una de hac re per universam[f] regni vestri late diffusam[f] monarchiam decretalis sententiae ultio, quam[g] nulla umquam possit inimica veritatis et adversatrix iustitiae quaelibet urguente refragationis instinctu[h] oblivio abolere. Valde enim huius sceleris truculenta praestigia ob incuriam discipline per cunctas mundi ecclesias[i] praevaluere[k] partes. Unde vestri est censura magisterii resecanda haec noxialis morbi modis omnibus pestis, et potentissima docilique[l] funditus manu extirpanda: quatinus sit sancta ecclesia vestris adiuta praesidiis libera et ab humano sanguine inpolluta, quae Christi est precioso sanguine purpurata. Quocirca eiusdem retenti feliciter gremio, et in hac vita incolomes et gloriosi, et aeterna beatitudine gaudebundi semper potiamini et felices per Iesum Christum dominum nostrum, qui cum patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in trinitate perfecta per omnia saecula saeculorum. Amen[m].

16.

Paulinus patriarcha Aquileiensis Haistulfo, qui uxorem suam occiderat, de poenitentia agenda praecepta dat. *794?*

Codd. Guelferbyt. Helmstad. 454 s. X. f. 80', de quo cf. v. Heinemann, die Handschriften der herzogl. Bibl. zu Wolfenbüttel I, 356 (H); Berolin. Philippic. 1741 s. X. fol. 177'—178' (P), cf. Verz. der Meermanhss. p. 165; Monacensis (August.) 3853 s. X. fol. 315', cf. N. Arch. XIX, 96. 117 (A); Mon. 27246 s. X. fol. 86—88, cf. LL. II, 551 (F), quem contulit Keyssner; Roman. Vatican. 5715 fol. 34 cf. Arch. XII, 250 (R), Bruxell. 495—505 fol. 14—16 s. X. cf. Arch. VII, 811 (B), quem contulit I. Schwalm. Argentorat. cod. (Arch. VIII, 462) a. 1870. flammis periit[a].

Edd. Labbe Concilia VII, 1064—65 ex P; Paulini Aquil. opera ed. Madrisius p. 15—16; G. Waitz Neues Archiv I, 422—424. — Migne XCIX, col. 181, Jaffé Reg. 2324.

Admonere[b] te cum lacrimis et multo[c] gemitu cordis[d] curamus[e], fili Haistulfe[f], si tamen filius[g] dici debeas, qui tam crudeliter infelix homicidium perpetrasti[1]. Nam

a) perpetim *Bal.* b) cura *V.* c) qua *V.* d) vulga *V.* e) quampropter *V.* f) universa . . diffusa monarchia *V.* g) que *V.* h) instincto *V.* i) ecclesia *V.* k) praevalere *V.* l) doceliquc *V.* m) *secuntur in cod. acta concilii Foroiuliensis:* Regnante domino nostro Iesu Christo in perpetuum super omnes caelos *etc., ubi ad marg. additur:* Foroiuliense concilium.

16. a) *Lemma:* Incipit epistola Paulini patriarchae Foroiuliensis (Foroiulensis *B*) edita in loco cęlebri (cel. *P*) nomine Franconofurt (Franchonofurt *P*) in synodo magna contra *(om. A)* Felicem hereticum (hęr. *P*, atticum *B*) de Heistulfo, qui uxorem suam occidit causa adulterii propter unius testimonium *A, B, P;* Iuditium Paulini patriarchi (archiepiscopi *H*) Foroiuliensis de Haistulfo (rege *add. H*), qui uxorem suam occidit causa adulterii propter unius testimonium *F, H;* Stephanus V Aistulpho *R.* b) ammonere *F.* c) multu *H;* multoque *R.* d) *om. B.* e) coram *A;* curo *B;* curaveram *P.* f) Heistulfe *A, B, P;* Astulphe *R.* g) set non f. d. debes *R.*

1) *Cf. Rabani epistolam ad chorepiscopum Argentinensem datam (Wasserschleben Beitr. p. 165, Kunstmann Hrabanus p. 214):* Ad cuius rei confirmationem exemplar epistolae Paulini archiepiscopi ad

occidisti uxorem tuam, partem corporis[a], legitimo[b] tibi matrimonio[c] sociatam, sine 794? mortis[d] causa, non tibi resistentem[e], non insidiantem[e] quocumque[f] modo vitae tuae. Non invenisti eam cum alio viro nefariam rem facientem, sed incitatus[g] a diabolo, impio inflammatus[h] furore, latronum[i] more atrocius eam[k] gladio tuo, crudelior omni bestia interemisti.

Et nunc post mortem eius addis iniquitatem super iniquitatem[l], filiorum tuorum Cf. Rom. 6, 19 improbe praedo[m], qui matri non pepercisti et filios tuos[n] orphanos[o] esse[p] fecisti, inducere[q] super[r] eam vis mortis causam post mortem per[s] testem unum homicidam et reprobum. Cum[t] nec sanctum[u] evangelium nec ulla divina humanaque lex unius testimonio etiam idonei[v] quempiam condempnet[w] vel iustificet[x], quanto magis per illum[y] tam[z] flagitiosissimum et[a] scelestissimum[b]. Nec illa debuit viva condempnari[c] nec tu poteris[d] post[e] mortem eius excusari.

Prius causa criminis subtiliter[f] in veritate fuerat investiganda, et tunc, si rea[g] fuisset inventa, secundum legis[h] tramitem debuit excipere ultionis[i] vindictam[k]. Nam et si[l] verum, quod[m] absit, fuisset, sicut adulter ille[n] mentitus est, post octo[o] annos paenitentia[p] forsitan peracta[q] dimittere eam per adprobatam[r] causam poteras, si voluisses, occidere eam[s] tamen nullatenus debuisti. Non[t] enim vult Deus mortem Ezech. 33, 11. peccatoris, sed ut convertatur ad penitentiam[u] et vivat.

Idcirco placeat tibi consilium nostrum[v] et fac hoc quod tibi melius et levius videri potest[w]. Miserere animae tuae, ut non sis tuus tibimetipsi[x] homicida. Relinque[y] quapropter, rogamus[z] te, hoc malignum[a] seculum, quod te traxit[b] ad tam inmanissimum[c] peccati facinus. Ingredere in[d] monasterium, humiliare sub manu abbatis, multorumque[e] fratrum precibus suffragare[f]. Observa cuncta[g] simplici[h] animo, quae tibi[i] fuerint imperata, si forte ignoscat infinita Dei[k] bonitas peccatis tuis, et refrigescat[l] anima[m] tua, priusquam crucieris[n] perpetuis[o] flammis. Hoc tibi[o] melius[p] et levius esse[o] certissime scias.

Sin[q] autem penitentiam[r] publicam permanens in domo tua vel in hoc mundo vis agere, quod tibi gravius[s] et durius et peius esse non dubites, ita ut agere debeas, te[t] exhortamur[u]. Omnibus diebus quibus vixeris[o] penitere debes[v]: vinum et omnem[o]

a) tui *add.* A, B, P, R. b) *om.* R. c) matr. tibi R; patrimonio H, B. d) c. m. A, R, B. e) resistente . . insidiante A, P. f) quoquo R, B. g) conciliatus R. h) i. f. flammatus R. i) latrocinii P, A, H, B. k) *om.* R. l) iniquitate R. m) predo B. n) ideo *add.* A, B, P, F. o) orf. B, P. p) *om.* A, R, B. q) inducere — post mortem *om.* H; inducere — reprobum *secuntur in* R, B *verbum* pepercisti. r) vis sup. eam A, P; super induc. vis B. s) propter H, *ubi* propter — reprobum *verbum* pepercisti *secuntur;* per un. hom. et r. test. A, B, P. t) *om.* A, B; Quoniam R. u) secundum A, P; *om.* R, B. v) idoneae A; idonee P; idoneo R. w) condempnat A, R, B; condemnat F, P. x) vel iust. *om.* R; iustificat A, F, P. y) istum A, R, B, P. z) *om.* P. a) tam *add.* P. b) scelestum B, R, F; scelestium A. c) condemn. P. d) *om.* R. e) post e. m. A, R, B, P. f) erat *add.* R. g) ita R. h) legem *pro* leg. tram. R. i) ulcionis F. k) sententiam R. l) si R. m) fuiss. quod abs. F. n) *om.* R. o) septem R; VII P. p) poenit. B. q) recipere aut *add.* P *ead. manu superscr.* r) adpr. P. s) tam. eam R. t) Non — vivat *om.* B. u) poenit. P. v) meum ut facias R. w) videtur R. x) ipsi *om.* B. y) relinquere A, F. z) te rog. R. a) malum quod R. b) trahit F. c) inanissimum F; imm. B. d) *om.* B, R. e) multorum B, R. f) adiutus A, B, R; adiuvatus P, F. g) cunta *corr. in* cuncta F. h) supplici R. i) *om.* H. k) bon. dei R. l) refrigeret A, R, P; refrigerat B. m) animam tuam B, P, R. n) crutieris F. o) *om.* R. p) sc. cert. lev. et mel. esse A; lev. et mel. e. sc. cert. B. q) Si R. r) publica penae R; poen. B; pęn. P. s) peius d. ac gr. R. t) *om.* R; esse A. u) exort. F; hortamur B. v) *om.* A, P, B, sed et ceteris temporibus *add.* B.

Haistulfum regem Italiae, qui suam uxorem interfecit, vobis in alio pictacio scriptam transmisi: *Hincmarus Vulfado Biturigensi archiepiscopo misit* de his, qui inconsulte uxores suas interficiunt, sententiam Paulini quam sibi mitti petierat *(Flodoard. H. R. eccl. III, c. 21, SS. XIII, 517).* 2) *Iunio mense a. 794. habita.*

800 siceram non bibas[a], carnem nullo[b] umquam tempore[c] comedas praeter[d] pascha et diem[e] natalis Domini. In pane et aqua et[f] sale penite[g]. In[h] ieiuniis[i], vigiliis, orationibus et[k] elemosinis[l] omni tempore persevera. Arma[m] numquam cingere nec[n] causam[o] in quolibet loco litigare[p] praesumas. Uxorem numquam ducas[q], nec[r] concubinam habeas[s], nec[t] adulterium committas[u]. In balneo[v] numquam lavare[w] presumas[x], nec[y] conviviis laetantium commiscere. In ecclesiis[z] segregatus ab aliis christianis post ostium et[a] postes humiliter te ponas[b], ingredientium et[c] egredientium te suppliciter orationibus commendes[d]. A[e] communione sacri[e] corporis et sanguinis Christi[f] cunctis diebus vitae tuae indignum te existimans[g] abstineas[h]: in ultimo tamen exitus vitae tuae die[e] pro[i] viatico, si merueris et[k] si sit qui tibi[l] tribuat, tantummodo venialiter ut accipias, tibi concedimus.

Sunt et alia multa, quae tibi durius et satis acrius erant, iuxta[m] tam magnum[n] pondus peccati, infelix, adicienda; sed si haec omnia, quae supra misericorditer dicta sunt, perfecto corde Domino[o] auxiliante feceris[p] et[l] custodieris, confidimus de inmensa Dei clementia remissionem te[q] tuorum habiturum peccatorum: et secundum boni[r] iustique pastoris imperantis[s] iussionem absolvat[t] te sancta ecclesia[u] ab hoc vinculo peccati in terris, ut[v] sis per ipsius gratiam, qui eam sanguine suo adquisivit, solutus in caelis. Sin autem aliter[w] feceris et sanctae matris ecclesiae[u] tam salubrem admonitionem[x] despexeris, ipse[y] tibi sis iudex et in laqueo diaboli, quo[z] inretitus[a] teneris[b], permanebis[c]. Sanguis tuus super caput tuum: nos alieni[d] a[e] consortio tuo, pro aliorum filiorum Dei salute[f] ipso opitulante omni sollicitudine intenti[g] innitimur[h] desudare et Domini attentius[i] misericordiam[k] cotidie[l] implorare, qui cum patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in trinitate perfecta per omnia secula seculorum. Amen[1].

17.

Paulinus Aquileiensis patriarcha Carolo regi tres libros iussu eius contra Felicis haeresim compositos offert[2]. *800.*

Cod. Parisinus 2846 (quondam 4348. 3846) saec. X. fol. 1—3', contulit H. Lebègue[a].

Edd. Quercetanus, Alchuini opp. col. 1765—1770, ex cod. Paris., Madrisius, Paulini opp. p. 95—97. — Migne XCIX, col. 343—350.

a) bibes *F*. b) numquam ullo *A, R*. c) tempus *H*; ullam quamlibet *add. P*; nullam quamlibet *add. A, B*. d) nisi *B*. e) die *F*; die natale *A*; die natalis, sed et ceteris temporibus *B*. f) *om. A*. g) penitere *A, R*; poenitere *B*; pęnitere *P*. h) Inde *F*. i) in v. i. o. el. *R*. k) et orat. atque *P*. l) elymos. *F*. m) Armis *A, B, P, R*. n) nec umquam lit. *R*. o) causa *P*. p) litigari *B*. q) ducere *A, R, B, P*. r) conc. non *R*. s) habere *A, R, B, P*. t) non *R*. u) committere *A, R, B, P*. v) balneum *R*. w) levare *A*. x) *om. A, R, B, P*. y) in conv. l. numquam te miscere *A, R, B, P*. z) ecclesia *A, B, P, R*. a) ac *R*. b) repone *A, R, F*; reponere *P*; stare *B*. c) et egr. te *om. R*. d) commendare *A, P, B, R*; commenda *F*. e) *om. R*. f) domini *R*. g) existimas *A*; existimes *R*; existima *B*. h) *om. R*; abstine *F*; abstinere *A, P*; accipere *B*. i) si mer. pro viat. *R*. k) *om. A, R*: ut *B, P pro* et si. l) *om. R*. m) *om. A*. n) id est Augustinum *R*. o) deo *R*. p) *om. R*; perfeceris *B*. q) *om. A, B*. r) summi *pro* b. i. *R*. s) past. dictum resolutum te *R*: imperium *B* iuss. *om.* t) resolvit *A, B, P*; resolvet *F*. u) aeccl. *B*. v) ut sis — adquisivit *om. R*. w) aliter — ecclesiae *om. R*. x) desp. adm. *R*. y) ipse — iudex et *om. R*. z) diabolico *P pro* diab. quo. a) inreciatus *A*; inretiatus *B*. b) *om. P*. c) permaneas *B*. d) aligeni *R*. e) a tuo er. cons. *finit R*. f) precemur *add. B*. g) intenta *B*. h) nitamur *B*. i) mis. att. *A*. k) gratiam *B*. l) cott. *P*.

17. a) *folium mutilum antecedit, quod his verbis incipit:* Noverit igitur altissimae pietatis vestrae.

1) *Burchardus Wormatiensis cum hanc epistolam in librum decretorum VI cap. 40 recepit, pluribus locis eam amplificavit, cf. Madrisium l. l.* 2) *Cf. Pauli continuat. Rom. (SS. rer. Langobard. p. 202):* Nam et Paulinus, vir mire scientie, patriarcha adversum hanc nefandissimam heresim tres libros luculento sermone composuit.

TRIUMPHALIBUS[a] LARGIENTE DOMINO GLORIOSIUS INSIGNITO CORONIS DOMNO KAROLO ORTHODOXAE STRENNUISSIMO FIDEI CULTORI REGIIQUE CULMINIS ALTITUDINE SUBLIMATO PAULINUS, LICET INDIGNUS SERVORUM DOMINI SERVUS[b], CATHOLICAE SANCTAEQUE AQUILEGENSIS[c] VALVICULA SEDIS, RUBICUNDA MEDIATORIS PRAECIOSI IN SANGUINIS ASPERSIONE SALUTEM. 800

Reverendorum siquidem apicum vestrorum sacris veneranter inspectis syllabis sepiusque dulcedinis exigente recensetis sapore, factum est pabulum suavitatis eius in ore meo quasi mel dulce et tamquam hibliflui[d] distillantis favi mellitae suffuscae (Apoc. 10, 10.) guttulae faucibus meis, totum me procul dubio ex eo quod commodius contigit, dulcedinis sapor possedit. At ubi Felicis, quin immo infelicis, perversique fautoris dogmatis perfidiae sectae clangor horrisonus, auras raptus per vacuas [1], humilitatis meae multare non distulit aures, versa est continuo in amaritudinem caro mea et respirantia internorum viscerum meorum vitalia tamquam[e] poculo obriguere propinata toxifluo. Ac per hoc continuo pallui, interioris hominis vitiato pulmone. Huius nimirum reiecta pestis fellivomae amaritudinis crapula capabilia mei stomachi refrigerasse receptacula modo mirabili contemplatae faciei suffusus venustatis rubor declarat. Purgato igitur iecore mentis ysopi asparso fasciculo lanaeque coccineae cedrino inpexe ligno cata- (Hebr. 9, 19.) plasmato peniculo [2], offeram utique ei caritatis studio exhibito calicem aureum flavigero radiante fulgore. Non quidem illum Babylonicum, quo propinatae sunt omnes gentes, sed (Apoc. 17. 4. 5.) illum qui in manu Domini vini meri plenus est mixto, qui inclinatur ex hoc in hunc, (Ps. 74, 9.) cuius fex non est exinanita, et licet bibant ex eo omnes peccatores terrae. Sed aliis (2. Cor. 2, 16.) quidem est gustus vitae ad vitam, aliisque gustus mortis in mortem. Non est in eo mors, sed vita. Mors autem et vita est in ore bibentis ex eo, qua mente cuiusve fidei religione quis biberit. Si igitur mente sancta quis catholicae fidei sinceritate perspicuus gustaverit, vita vivit et non morietur. Sin autem mente lucubri perfidiaeque mancipatus (Ezech. 18, 21.) errori epotaverit, morte morietur et non vivit. Non enim buccella Domini manu largita (ib. 13.) mors, neque satanae mortiferae potestatis fuit infecta saevitia, sed in animo proditoris vigebat. Nam unde Iudas sempiternae mortis luit intolerabiles poenas, inde beati apo- (Ioh. 13, 27.) stoli, qui fideli de manu Domini animo accipere particulam meruere panis, aeternae vitae gaudium consecuti caelorum sine fine potiuntur praemium regni. Denique cum catholicus quicumque manu Domini tribuente de sacrae scripturae calice recta fide, devota mente, sanoque sensu bibens satiatus fuerit, crediderítque dominum nostrum Iesum Christum verum Deum verumque filium Dei, de Deo genitum vero verumque hominem veraciter de Spiritu sancto et Maria virgine natum, unum eundemque Deum et hominem unum eundemque[f] Dei hominisque filium ex utraque et in utraque natura unum, non duos deos, nec duos, sed unum filium Dei, vita vivit et non morietur. 'Si credideris', (Rom. 10, 9.) ait apostolus, 'in corde tuo dominum Iesum Christum, et ore tuo confessus fueris, quod Deus suscitaverit eum a mortuis, salvus eris'. Qui vero biberit ex huius scripturae calice ore perfido, corde pessimo, mente perversa, et praesumpserit, quemadmodum hereticus iste perfida voce garrire dominum nostrum Iesum Christum propter magnum pietatis sacramentum, nuncupativum[g] Deum et adoptivum[h] filium, hic morte morietur et non vivit.

Igitur saluberrimis venerabilium incitantibus litterarum vestrarum imperiis, quatenus iuxta parvitatis meae intellegentiam, licet pigrioris[i] ingenii obsistat possibilitatis

a) t *deest in cod.* b) servos *C.* c) Aquilegenses *C.* d) ibiflui *C.*; hybliflui *ab Hybla monte coni. Madrisius.* e) *manu post. corr. in* tanq. *C.* f) idemque *C.* g) noncupativum *C.* h) adoptativum *C.* i) pigriores *corr. in* -ris *C.*

1) *Verg. Aen. XII, 592:* vacuas it fumus ad auras. 2) *i. e. intincto cataplasmate peniculo (penicillo) secundum Madrisium.*

800 facultas, scribere tamen quae me contingit pro causa fidei contra pestilentes pravi
Ps. 60, 11. commenti obiectiones qualicumque non rennuo stilo. Scio enim qui dixit: 'Aperi os
tuum et ego adimplebo illud'. Suspicari denique probabilia rerum extorquent indicia,
4. Reg. 4, 16. alio forte in tempore, aut per semetipsum, si vita comes fuerit, aut per complices suos, si ipse ab hac luce iusto Dei fuerit subtractus iudicio, huius nimirum virulentae stirpis fruticem redivivo conari ramnifero serere in virgulto. Unde et culpa morosae dilationis in respondendum, quoniam ex causa contigit[a] necessario interventa, idcirco inpetrandam veniae fiduciam non titubabitur spes postulanti neglegentiae de torpore frustrata. Praecavens igitur in futurum non ab re putavi per singula quaeque, quae in qualibuscumque litteris eius contra catholicae fidei regulam inspiciuntur inserta, et scripturarum admodum testimoniis et rationabilibus dumtaxat iuxta humanae possibilitatis efficientiam disputationibus obviare. Si qua vero bene in his prolata habentur, nostris persistunt adsertionibus roborata. Praeter illa nimirum, quae aut nullius esse momenti aut ad hanc rem convenientius pertinere non videntur, et idcirco nostro se refutabant facillime stilo suscipienda.

Denique etsi non praetiosis, quia non mundis, a sorde peccati manibus, de sacris tamen praetiosa scripturarum thesauris trium horum oblata librorum munuscula ante praesepe Domini mei pleno supplicique offerre[b] corde optime iudicavi, iuxta illud quod
Deuter. 16, 16. Domini lege cavetur: 'Non apparebis ter in anno vacuus in conspectu domini Dei tui'. Ideoque indignum duxi ter in hoc anno, qui totum praesentis vitae typice tempus designat, vacuus in conspectu Domini mei apparere. In hoc utique, ut planius dicam, conscientiae meae anno, qui per quattuor cardinales virtutes, id est prudentiam, temperantiam, fortitudinem et iustitiam, quasi per quattuor redeuntia in sese revolvi tempora supputatur. Quique per quinque exteriores corporis sensus, qui in se ducti denarii numeri summam[c] concludunt. Quibus additis duobus, hoc est animae carnisque substantia, efficiuntur simul duodecimus, tamquam per duodecim mensium differentias lunares vicissim saepius redivivos explicat cursus. His etiam adiciuntur tres
Marc. 12, 30. naturalium morum principales effectus cordis animae mentis, ut est illud: ex toto corde tuo, ex tota anima tua et ex tota mente tua. Per quos centenarius ter ductus trecentenarii numeri figuram depingit. Quibus nimirum conectuntur sex morales aetatum distinctiones, id est infantia pueritia et cetera, qui sexies per decem multiplicati sexagenarii numeri summam[c] deformant. His namque inseruntur diversarum rationabilium cogitationum distinctae morum per gradus singulos qualitates, veluti sunt spes, fides, caritas et his similia. Quae quasi multorum dierum calculatius quantitas numeri multiplicata, veluti in trecentorum sexaginta et sex dierum anni nostri altitudo consurgit[1]. Huic forsitan profectionis anni coronae psalmista Deo commemorat benedixisse atque
Ps. 64, 12. benedicere: 'Benedices coronae anni benignitatis[d] tuae'. Corona quippe anni est perfectio
Rom. 9, 16. consummatae iustitiae. Quae quidem perfectionis corona non volentis nec currentis, sed benignitatis et miserantis est Dei. Unde et campi Dei, hoc est humilium electorum mentes, non a semetipsis, sed ex benignitate miserantis Dei implebuntur ubertate.

In hoc nempe anno divinae benignitatis clementia ubertatis abundantiam largiente, ut ter non apparerem vacuus in conspectu Domini tres in nomine sanctae Trinitatis libros, licet inculto editos, non abnuo, stilo, in gazofilatio tamen sanctuarii fideli recondere manu festino. De hoc igitur anno haec ita moraliter sentiendum existimo. Allegoricae autem, qui a redemptore nostro secius[e] sacratiusque datur intellegi, in

a) contingit *altero* n *eraso* C. b) offere C. c) summa C. d) benignitatis s *eraso* C. e) sectius C.

1) *Ex hoc dierum numero epistolam hanc anno intercalari scriptam esse Madrisius recte conclusit, sed eum non annum 796., immo 800. fuisse adnotarit Jaffé (cf. supra p. 346 n. 5).*

quo duodecim apostoli quasi duodecim menses, omnesque electi eius veluti multorum dierum summa per hoc sacratum numerum, trecentorum videlicet sexaginta et sex, qui quasi in uno conglutinati corpore continentur, ipse insinuat qui per Esaiam prophetam de semetipso protestatur dicens: 'Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me, evangelizare pauperibus misit me, praedicare annum acceptabilem Domino et diem redemptionis Dei nostri'. Amen. 776—802 Isai. 61, 1. 2.

Explicit epistola calamo quamvis pigro digesta[a].

18a.

Paulinus patriarcha Aquileiensis Carolum regem de suo clerique officiis servandis admonet[1]. *776—802.*

Cod. Parisinus nouv. acquis. 1632 saec. X. fol. 70', quondam clarissimi viri Aymonis Prusti a Campoburgo antecessoris Aurelianensis[a].

Edd. Steph. Baluzius Miscellanea I, 362 (a. 1678), Madrisius Paulini Aquileiens. opp. 187. — Migne Patrol. XCIX, 503.

Moneo te et deprecor obnixe, piissime princeps, per eum, qui discipulis et apostolis suis, quorum indigni vicem gerimus, ait: 'Vos estis sal terrae' et 'Qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit', ut[2] tu pro nobis contra visibiles hostes pro Christi amore Domino opitulante dimices, et nos pro te contra invisibiles hostes Domini deprecantes potentiam spiritalibus armis pugnemus, liceatque[3] Domini sacerdotes iuxta evangelicas et apostolicas regulas simpliciter Domino deservire, militare in solis castris dominicis, quia iuxta eiusdem Domini vocem 'nemo potest duobus dominis servire'. Et Paulus: 'Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, ut placeat ei cui se probavit'. Nemo sibi blandiatur, quod utrumque possit et Deo et mundo servire, quia veritas est et mentiri non potest qui hoc fieri non posse testatur. Matth. 6, 24. Luc. 10, 16. Matth. 6, 24. 2. Tim. 2, 4.

18b.

Paulinus patriarcha Aquileiensis episcopos ob incuriam munerum suorum reprehendit. 776—802.

Cod. idem qui supra fol. 70'—71', de quo cf. Delisle Catal. des mscrs. des fonds Libri et Barrois p. 111—115[a].

Edd. Baluzius p. 363, Madrisius p. 187—188. — Migne col. 505—508.

---

a) *Sequitur in fol. 4 sine titulo:* Unius eiusdemque praecinentis columbae electaeque genetricis *cet. Madrisius p. 168 addit in fine hoc epistolae ad Carolum M. datae fragmentum incertae originis, quod apud Quercetanum desideratur:* Haec quippe specialia precum mearum libamina singulariter pectoris mei purissima incitante devotione in conspectu orthodoxi principis terraeque domini praelibare festino, quatenus hoc nostrum, licet non pretiosum, quodcunque tamen munusculum ad manus reverentissimi viri et in divinis rebus peritissimi et praeclari, Albini scilicet, summae religionis praecipui oratoris vestri, mihique super omnia flaventium favorum dulcissimi mella, urguentibus vestris citius venerandis imperiis deferatur. Nescio plane, si possim quandoque in alio haec congesta volumine inviolabili caritati illius meis viribus impertire. Non quod his ille indigeat, sed ut ex his clarius detur intellegi cuius dilectionis et amicitiae erga eum pleni amoris dulcedo meo semper in pectore quantocius suaviter saporata dulcescat.

18a. a) *Lemma:* Paulinus ad Carolum regem *P.*

18b. a) *Lemma:* Item qui supra de rectoribus *P.*

1) *Hoc et quae secuntur fragmenta ad unam fortasse eandemque epistolam a Paulino ad Carolum regem datam pertinere crediderim.* 2) *Similia dicit Paulinus, Madrisio teste, in fine libelli sacrosyllabi a. 794. contra Elipandum editi (Opp. p. 7):* Unde supplicandus est tranquillissimus princeps noster, ut ille pro nobis contra visibiles hostes pro Christi amore Domino opitulante dimicet; et nos pro illo contra invisibiles hostes Domini imprecantes potentiam spiritalibus armis pugnemus. 3) *L. l.* Liceatque Domini sacerdotes — testatur *repetuntur verbotenus.*

776—802 . . . Primum est, quod non verbis bene, sed exemplis male docent. Secundo, quod contra divinam voluntatem et sacram institutionem atque apostolicam et canonicam auctoritatem non tribus saltim ebdomadibus, sed multo tempore ab ecclesia sibi commissa, dimissis propriis sedibus et plebibus, postposito divino consilio et auctoritate, postposita etiam praedicatione, doctrina, correctione, spiritus paracliti adsignatione et sacra sancti chrismatis consecratione, omnique sacra institutione inretrectabiliter abesse non erubescunt, et indifferenter, non utcumque, sed quasi rapaces et milites armorum ad excitandos et provocandos eos, qui sanguinem effundunt et multa flagitia committunt discurrere non metuunt, et qui orando docendo et praedicando populum Dei et ecclesiam sibi commissam regere Deique clementiam circa genus humanum placare debuerant, ipsi e contra male agendo, ut praefati sumus, disciplinam, ultionem et iram divinae animadversionis exaggerare non desinunt, ut impleatur
Isai. 24, 2. illud, quod prophetia per Spiritum sanctum cominatur: 'Erit[a] sicut populus, sic et sacerdos'. Res ecclesiae, quae vocatae sunt [vota] fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum, quibus fideles fidei ardore et Christi amore succensi ob animarum suarum remedium et caelestis patriae desiderium sanctam ditaverunt ecclesiam, ut his ecclesia Dei exornaretur et milites Christi alerentur, pauperes recrearentur et captivi pro temporum oportunitate redimerentur, rapientes non ut pastores, sed ut praedones, in militiam et vanitatem mundanam contra ius divinum expendere non detrectant[b]. Unde facillime conici potest, quod plus terrena quam caelestia diligunt,
Act. 5, 29. plus mortales homines quam Dominum metuunt, cum scriptum sit: 'Oboedire oportet
ib. 6, 2. Deo magis quam hominibus'. Et iterum apostoli inquiunt: 'Non enim oportet nos relinquere verbum Dei et ministrare mensis'.

Hinc est, quod nec praecipuis festivitatibus et sollempnitatibus anni nec saltim diebus quadragesimae observationis, qui saluti et poenitentiae consecrati sunt, et magna devotione transigi debent, in quibus spetialiter circa animarum procurationem propensius et adtentius invigilare debemus, in propriis non meremur residere parrochiis ac civitatibus. Pro quo et destitutio divini cultus et praedicatio im plebibus et cura subiectorum neglegitur, praesertim cum nec sacerdotali ministerio huiusmodi congruant discursus, nec canonicae sit auctoritatis. Legitur enim in concilio Sardicensi capitulo XV.[1] non debere episcopum a sua ecclesia plus tribus ebdomadibus abesse. Et capitulo VIII. eiusdem concilii constitutum est[2], quando et pro quibus causis episcopi ad palatium ire debeant. Legitur enim in Africano concilio[c] capitulo LXII.[3] concilium universale nonnisi necessitate faciendum. Item in eodem, ne episcopi diutius in concilio teneantur. Legitur etiam in ecclesiastica historia[4], quod, cum Iulianus destitutionem religionis Christi vellet inferre in ecclesia, festinabat presules ecclesiarum a civitatibus distrahendo suspendere, ut eorum absentia solveretur ecclesia, et dum qui docerent non essent, per hoc longo tempore paterentur populi propriae religionis oblivionem.

18c.

Paulinus patriarcha Aquileiensis Carolum regem petit, ut omnes cuiusque ordinis homines ad officia rite obeunda admoneat. *776—802.*

Cod. idem qui supra fol. 71'—72[a].

Edd. Baluzius I, 365, Madrisius p. 188. — Migne col. 508.

18b. a) erat *corr. in* erit *P.* b) detractant *corr. in* detrect. *P.* c) concilicio *P.*

18c. a) *Lemma:* Paulinus Nolane sedis episcopus ad Carolum imperatorem *P.*

1) *Mansi Coll. conc. III, 28.* 2) *Ib. III, 25.* 3) *Ib. IV, 501.* 4) *Hist. tripart. l. VI c. 27 (Cassiodori opp. ed. Garetius I, 291).*

Expedit tibi, venerande princeps, ut exerceas presules ad sanctarum scripturarum indagationem et sanam sobriamque doctrinam, omne[m] clerum ad disciplinam, philosophos ad rerum divinarum humanarumque cognitionem, monachos ad religionem, omnes generaliter ad sanctitatem, primates ad consilium, iudices ad iustitiam, milites ad armorum experientiam, prelatos ad humilitatem, subditos ad oboedientiam, omnes generaliter ad prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, pacem atque concordiam. His et his similibus, virorum optime, Deo tibi propitio sanctae ecclesiae fastigium adcumulare non cesses, ut admirabili in rerum ecclesiasticarum sive civilium administratione strenuus et sapientiae fonte redundes[a] et virtutis exhibitione triumphes[b]. 796—802

19.

Paulinus patriarcha Aquileiensis Leonem (III) papam petit, ut ovem errantem ad sinum ecclesiae misericorditer reducat. *796—802.*

Cod. Parisinus 1568 (Colbertinus 1870) fol. 50 saec. X., quem contulit A. Molinier[a].
Edd. Baluzius Miscellan. IV, 412, Madrisius p. 189—190. — Migne col. 509.

. . Sciendum namque est, quoniam et ille, qui ab Hierosolima descendens, hoc est a pacifica contemplatione sanctae ecclesiae, recessit, et iste, qui a paradysi moeniis eliminatus dicitur, id est ab ovili ecclesiae et consortio fratrum segregatus exiit, et omne menbrum, quodquod abscisum de corpore fuerit, hoc est ab unitate ecclesiae separatum, nisi per pęnitentiam et dignam satisfactionem donum gratiae omnipotentis Dei ascendat Hierosolymam, videlicet ad contemplationem sese pacis[1] suspendat, et ad eum quod reliquerat recurrat ovile, hoc est caritatis vinculo religatus in gremio suscipiatur ecclesiae, et in eo a quo praecisus est corpore inseratur, in unitatem scilicet, et reconciliatus consocietur fratrum, salvus esse posse, quemammodum et vos satis excellenter sacratius capaciusque scitis, nullo falsitatis quodlibet modo sibi blandiatur fraude deceptus. Vae ergo illis, nisi altissima illis pietas benigna succurrat paradigmate, quae et semivivo relicto et erranti perditaeque oviculae et absciso de corpore membro pretioso subvenit misericorditer sanguinis ostro. Dignetur itaque et vestra serenitas super has plagas vulnusque peccati infundere vinum et oleum. Aspera siquidem ac lenia documentorum instillare fomenta necnon fasciolis caritatis fracturas infarcire medicinali manu curato, quatenus subvecti patientiae vestrae iumento ad stabulum perducantur ecclesiae curamque vestrae exhibitam beatitudinis, ac per hoc assimilatus bono singulariter pastori, erraticam subvehens humeris ovem ad ovile proprium, quippe[b] ad sinum scilicet matris ecclesiae reportare gaudete; dissociata nempe de corpore membra[c], imitantes per omnia Paulum apostolum, per unitatem fidei et caritatis concordiam summo ac singulari unire capiti festinate, quatenus reddita per vestram industriam omnibus pace, et illis sicut decet summo tantoque pontifici honoris debitum et oboedientiae offerant fructus, et ut dominum timeant et veluti patrem multa inpensi amoris dulcedine diligant, et vestra eos benignitas tranquillitas quasi proprios refovens filios, perpetua protectione gubernet, vobisque pro dignae retributionis premio caelestia regna aeternus arbiter largiri dignetur.

18c. a) re redundes *P.* b) *in P sequitur:* Hinc colligi perfacile potest quod et presules sanctarum scripturarum indagatores.

19. a) *Lemma:* Ex epistola Paulini ad Leonem patriarcham *C.* b) quippini *C.* c) membro *C.*

1) *Cf. Isid. Etymol. VIII, 1, 6:* Hierusalem pacis visio interpretatur.

791 post Sept. 7.

20.

Carolus I. Francorum rex Fastradae reginae significat de Avaris Pippini Italiae regis exercitu superatis et de litaniis a sese factis. Monet, ut item litanias faciat saepiusque nuntios ad se mittat. *791 post Sept. 7.*

Cod. Parisinus 2777 s. IX. fol. 61, quem contulerunt Pertz, Jaffé, Zeumer.

Edd. Sirmondus Concil. ant. Gall. II, 158, Duchesne Hist. Franc. SS. II, 187, Cointius Annal. eccl. Fr. VI, 460, Baluzius Capitul. I, 255, Mansi Conc. XIII append. col. 185, Bouquet Recueil V, 623, Jaffé Bibl. IV, 349, Formulae ed. Zeumer p. 510. — Mühlbacher Reg. 306.

CAROLUS GRATIA DEI REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIUS ROMANORUM DILECTE[a] NOBIS ET VALDE AMABILI CONIUGE NOSTRAE ILL.[1] REGINE.

Salutem amabilem tibi in Domino per hos apices mittere studuimus et per te dulcissimis filiabus nostris vel ceteris fidelibus nostris tecum commorantibus. Scientem tibi facimus, quia gratias Deo sani et salvi sumus.

Missus quidem dilecti filii nostri ill.[2] nomine ill. nobis nuntiavit de eius sanitate ac domni apostolici[3] vel de salvatione[b] confinium nostrorum illis partibus positis. Unde valde laetificati extitimus.

Et insuper retulit[c] nobis, qualiter illa scara nostra, que prius de Italia iussimus pergere partibus Avariae in ill. confinia resedendum, perrexerunt[4] infra fines
Aug. 23. ipsorum decimo Kalendas Septembris. Et inierunt pugnam cum eis. Et dedit eis Deus omnipotens pro sua misericordia victoriam, et multitudinem de ipsis Avaris interfecerunt: in tantum, ut dicunt, quod in multis diebus maior stragis de ipsis Avaris factum non fuit. Et expoliaverunt ipsum uualum: et sederunt ibidem ipsa
Aug. 24. nocte vel in crastina usque hora diei tertia. Et acceptis expoliis reversi sunt in pace. Et centum quinquaginta de ipsis[d] Avaris vivos conpraehenderunt, quos reservaverunt, ut nostra fiat iussio, qualiter exinde agere debeant. Fideles Dei ac nostri, qui hoc egerunt, fuerunt ille episcopus[5], ill. dux, ill. et ill. comites. Ill. dux de Histria[6], ut dictum est nobis, quod ibidem benefecit ill. cum suis hominibus. Vassi vero nostri fuerunt illi.

Sept. 5. 6. 7. Nos autem, Domino adiuvante, tribus diebus letania fecimus[7], id est Nonis Septembris quod fuit Lunis die incipientes, et Martis et Mercoris: Dei misericordiam deprecantes, ut nobis pacem et sanitatem atque victoriam et prosperum iter tribuere dignetur, et ut in sua misericordia et pietate nobis adiutor et consiliator atque defensor in omnibus angustiis nostris exsistat. Et a vino et carne ordinaverunt sacerdotes nostri, qui propter infirm[itatem au]t[e] senectudinem aut iuventudinem abstinere potebant, ut abstinuisset; [et qui re]demere[f] voluisset, quod vinum licentiam habuisset bibendi ipsis tribus diebus, [mai]ores[g] et potentiores homines hunaquaque die solidum hunum dedissent, minus potentes iuxta possibilitatem ipsorum: et qui amplius dare non potebat et vinum bibere volebat, saltim vel unum din[a]rium donasset. Aelimosina vero unusquisque secundum propriam atque bonam voluntatem vel iuxta possi-

20. a) dilecta *C.* b) salvationē *C.* c) retullit *C.* d) di ipsas *C.* e) *membrana hoc loco perforata est.* f) *perforata membrana, nihil legitur nisi:* abstinuisset . . . . . . lemere. g) ditiores *suppl. J.*

1) *Fastradae.* 2) *Pippini regis Italiae (781—810).* 3) *Hadriani I.* 4) *Pippini regis Italiae copiae (non ipse Pippinus rex). V. Annales Laureshamenses (SS. I, 34) 791:* Sed et ille tunc eius *(Caroli)* exercitus, quem Pippinus filius eius de Italia transmisit, ipse *(exercitus)* introivit in Illyricum et inde in Pannonia, et fecerunt ibi similiter, vastantes et incendentes terram illam, sicut rex *(Carolus)* fecit cum exercitu suo, ubi ipse erat. *J.* 5) *In hac expeditione obierunt episcopi Sintbertus Ratisbonensis die 29. Sept., Angilrammus Metensis 25. vel 26. Oct., Wiomadus Treverensis 8. Nov.* 6) *an Iohannes?* 7) *iuxta Anesam fluvium; v. Annales Laurissenses 791, SS. I, 176. J.*

bilitatem fecisset. Et sacerdos unusquisque missam specialem fecisset, nisi infirmitas inpedisset. Et clerici, qui psalmos sciebant, unusquisque quinquaginta cantasset; et interim quod ipsas letanias faciebant, discaltiati am[bu]lassent. Sic consideraverunt sacerdotes nostri: et nos omnes ita aptificavimus [et] Domino adiuvante complevimus. c. 794

Unde volumus, ut tu cum ill. et ill. vel ceteris fi[de]libus nostris considerare debeas, qualiter ipsas letanias ibidem factas fiant. Tu autem, iuxta quod tua infirmitas permittit, in tuo committimus arbitrio.

Et mirum nobis fuit, quia vestrum missum nec epistolam, postquam de Ragenisb[urg] . . . . ., ad nos non venit. Unde volumus, ut sepius nobis de tua sanitate vel de aliud, quod placuerit, significari debeas. Iterumque salutamus tibi multum in Domino.

21.

Carolus I. rex Francorum Hiltibaldo episcopo Coloniensi et aliis episcopis de spiritus septiformis gratia scribit. *c. 794.*

Cod. Carlsruhensis Aug. XVIII (A) membr. saec. X., quem in usum nostrum contulit W. Brambach v. cl.

Edd. Mabillon Vet. anal. IV, 311, ed. ult. p. 74, Jaffé Bibl. IV, 374—378. — Migne XCVIII, 914. Mühlbacher Reg. 353.

KAROLUS DIVINA MISERICORDIA REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AC PATRICIUS ROMANORUM[a] HILTIBALDO[1], MAGINHARTO[2], AGINO[3], GERHOHO[4], HARTRICHO[5] SANCTIS EPISCOPIS[6].

Gratias agimus sanctitati vestrae, quia ad familiariter a nobis interrogata familiare nobis responsum dare voluistis. Et, quae caritatis instinctu vestrae dilectioni fuere proposita, eadem dictante caritate, iuxta quod vobis visum est, sunt nobis absque retractatione soluta. Sed ipsius, quae a vestra sanctitate nobis data est responsionis ordo videndus et apud vestram dilectionem intimi in ea sensus medulla perquirenda, ut et qualitas nostrae interrogationis appareat et modus vestrae responsionis patentius elucescat.

Sancti etenim patres — qui, ut veteris testamenti serie legitur ab initio Deo cf. Sap. 9, 19.
placentes, hanc ultimam, sed Christi adventu felicissimam, saeculi aetatem probitate morum et meritorum multiplicitate praecesserunt — sancti Spiritus gratiam absque ulla ambiguitate et accepisse et habuisse credendi sunt. Quis enim umquam placuit Deo, carens sancti Spiritus dono? Sed, ut vestrae responsionis textu continetur, eadem sancti Spiritus dona singula singulos sanctorum habuisse et in Christo cuncta pleniter inhabitasse cognovimus. Quae ut firma veritatis ratione subnixa probamus. Sed nequaquam arbitramur quemlibet sanctorum patrum unius singularitate doni fuisse contentum: cum hoc fieri non posse de ipsarum vocabulis gratiarum facillime possit adverti.

Sapientia enim et intellectus[7] adeo sibi naturalitatis nexu coniuncta sunt, ut unum sine altero nullo pacto subsistere queat. Quomodo enim sapit, qui non intellegit?

---

21. a) Romonorum A.

1) *ep. Coloniensi, 785—819.* 2) *ep. Rotomagensi, 772—799?* 3) *ep. Constantiensi, 781—813.* 4) *ep. Eistetensi, 786—801.* 5) *hunc episcopum Tolosanum fuisse scripsit Mabilio l. l., sed rectius Mühlbacher de hac re dubitavit, in Germania cum potius munere suo functum esse docet liber confraternitatum Augiensis, ubi inter* Nomina fratrum de coenobio quod Mauri monasterium vocatur *occurrit etiam* Hartricus episcopus *incertae sedis (Libri confraternitat. ed. Piper p. 246).* 6) *Ex Mühlbacheri coniectura probabili responsum episcoporum, quibus Carolus hac epistola gratiam habet, ad concilium Francofurti a. 794. celebratum pertinuit, quippe cui Hiltibaldum et Maginhartum episcopos cum aliis adfuisse sciamus.* 7) *Ap. Isaiam 11, 2. 3 leguntur haec:* Et requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini.

c. 794 vel quomodo potest intellegere, quem constat non sapere? Sapientia sive intellectu privatus, quis umquam consilium vel sibi habuisse vel alio dedisse repertus est? Nam luce clarius constat consilium non nisi sapientium esse. Fortitudinem vero, consilio careat, fortitudinem esse putandum est? cum omnia inconsulte gesta fortiva potius quam fortia soleant nominari. Scientiam in quoquam sine sapientia et intellectu consistere posse valde est incredibile. Quid enim potest scire, qui nihil valet intellegere? Iam pietas et timor Dei qua arte sibi copulata sint, qui se ipsum explorat, facile cognoscit; quia nemo pius est, nisi qui, iudicium Dei timendo, in se peccanti dimittit proximo.

Haec septem sancti Spiritus dona, sicut in sanctis patribus fuisse singula, sic in Christo adunata omnia non est mirum. Quid enim illi ex omnibus bonis deesse potuit, qui omnia bona simul cum Patre creavit? Numquid magnum est, si haec in Christo mansisse dicantur, in quo omnis plenitudo divinitatis inhabitare cognoscitur? Numquid magnum est, si ea quasi pro munere adscribas Domino, quae diligenter considerans invenies in servo? Numquid his tantum donis potest sublimari Dominus, quibus carens non est bonus servus? Absit, ut his tantum gloriam eius dicamus consummatam, cuius magnificentiam supra omne, quod dicitur aut nominatur sive in caelo sive in terra, credimus sublevatam? Neque enim sensus comprehendere aut sermo poterit explicare, quae et qualia vel quanta sint, quae eius debeant adscribi gloriae, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus sine fine. Sed ideo haec et in patribus singula et in Christo simul omnia non miramur, quia et in discipulis eius per singulos singula computari et in Petro simul omnia possunt inveniri. Quamquam eadem in Christo longe aliter quam in ceteris sanctis fuisse credenda sint. Nam sanctorum cuique pro varietate voluntatum, quibus fragilitas humana non caret, nunc hoc nunc illud donum accedendo vel recedendo aut adesse aut abesse cognoscitur; Christo vero, qui est Dei virtus et Dei sapientia, cuncta sancti Spiritus charismata semel veniendo accesserunt et in eo numquam recedendo permanserunt.

Sed quid haec de patriarchis et apostolis dicimus? cum neque nunc diffidendum sit plures cotidie intra sanctae matris ecclesiae sinum posse reperiri, qui vel singulis
Matth. 28, 29. vel pluribus sancti Spiritus donis sint ditati. Verax enim est, qui in se confidentibus praesentiam suam usque ad consummationem saeculi promisit non defuturam. Quo et nobiscum et in nobis semper manente, nequaquam sancto septiformis gratiae Spiritu carebimus, qui cunctorum largitorem bonorum credendo et bene faciendo possidemus.

Spiritu etenim sapientiae regitur, qui fidem sanctae et individuae Trinitatis tam ad sui quam aliorum profectum ediscere nititur, ut per hanc et hereticis resistere et suos valeat confirmare.

Spiritum intellectus tenet, qui, divina praecepta audiens, quam necessaria sit
Iac. 1, 25. eorum cognitio sensu cordis percipit et, iuxta beatum Iacobum non obliviosus auditor factus sed operator strenuus, ea quae intellexit mandata, studet ut a se fiant quam integerrime custodita.

Spiritu consilii viget, qui in cunctis, quae agere disponit, an haec Deo sint placitura, praecogitat: melius existimans, quae et qualiter agenda sint, prius tacite considerare, quam aliquid inconsulte inchoare, unde cum penitentia cogat ab incepto desistere.

Fortitudinis spiritum habet, quicumque diabulo[a] et membris eius, hereticis scilicet, fidei scuto ac verbi Dei gladio armatus, resistere studet, et contra vitia, quibus

---

a) diabolo *corr. in* -bulo *A.*

Et hinc deducta sunt, quae secundum Pontificale Romanum (De confirmandis) pontifex baptizatos confirmans dicit: Emitte in eos septiformem spiritum tuum sanctum paraclitum de caelis: spiritum sapientiae et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis, adimple eos spiritu timoris tui *cet. J.*

suggestu[a] diaboli haec mortalis vita cotidie maculatur, quasi contra inimici iacula c. 794 spiritu fortitudinis armatur.

Nam spiritum scientiae possidet, quisquis dominici memor praecepti simplicitatem Matth. 10, 16. columbae et prudentiam serpentis habet, quique inter consimilia diiudicans scit repro- Isai. 7, 15. bare malum et eligere bonum. Sepe enim mixta bonis mala inveniuntur, quae nisi scientia difficulter discernuntur.

Spiritum vero pietatis illi inesse dicimus, qui, dominica praecepta non oblitus, in se delinquenti dimittit proximo; et non tantum in alios, sed etiam in semetipsum[b] iussam exercet pietatem. Quia probus quisque cavere debet, ne dum suo debitori dimittendo in alium existit pius, sua non tribuendo in semetipsum existat impius.

Spiritu autem timoris Domini illum dicimus adimpletum, qui iudicium Dei timens non tam delectatione regni celestis bona facere studet quam timore gehenne mala perpetrare non audet; et sic[c] gaudet de promissione perpetuae vitae, ut non minus timeat de supplicio perennis poenae: atque hoc spiritu conpunctus, devertat a malo cf. Ps. 33, 15. et faciat bonum.

Hunc sanctum septiformis gratiae spiritum et in patribus et in apostolis fuisse et nunc in sanctae matris ecclesiae filios, qui in Christo cotidie in augmentum populi sui renascuntur, divino munere credimus inspirari.

In Christo vero, ut praediximus, haec talia non miramur, cuius inmensitatem gloriae humana mens non valet enarrare. Quae dona qualiter in illo sint, quia nullo modo explicare valemus, restat, ut nobis ea donante laudes dicamus:

Christe, salus mundi, sanctorum gloria perpes,
Sit tibi laus et honor semper in arce poli*.

---

a) suggessu *A*. b) semetipsam iussam *corr. in* ipsum iustam *A*. c) sit *corr. in* sic *A*.

*Item[1] de gratia septiformis Spiritus.

Spiritus sapientiae fuit in Petro, quando relictis retibus et navi secutus est Dominum. Spiri- Matth. 4, 18—20. tum intellectus habuit, quando Domino interrogante, quem homines esse dicerent filium hominis? ib. 16, 13. 16. Christum filium Dei vivi esse et intellexit et respondit. Spiritus consilii erat in illo, quando Simoni Act. 8, 20. pecuniam offerenti, sancti Spiritus gratiam vendere nolens, ipsum Simonem cum pecunia sua in perditionem ire iussit. Spiritum fortitudinis habuit, quando exempto gladio auriculam Malcho abstulit. Ioh. 18, 10. Spiritum scientiae possedit, cum ceteris discipulis in navi dubitantibus Dominum esse cognovit. Spiritus pietatis cum illo erat, quando Dominum, quousque fratri in se peccanti dimittere debuisset, Matth. 18, 21. interrogavit. Spiritu timoris Domini plenus erat, quando viso piscium miraculo consternatus ad Dominum dicebat: 'Exi a me, Domine, quia homo peccator sum ego'. Luc. 5, 8.

Item aliter.

Spiritus sapientiae fuit in Andrea et in filiis Zebedei, quando similiter ut Petrus relictis retibus Matth. 4, 18—20. et navi secuti sunt Dominum. Spiritus intellectus fuit in Thoma, quando palpatis vulneribus domi- Ioh. 20, 27. nicis, ipsum Deum et dominum suum et intellexit et professus est. Spiritus consilii erat in cunctis discipulis, quando futurorum curiosi Dominum de fine mundi consulebant. Spiritum fortitudinis omnibus discipulis adfuisse nemo negat, nisi qui eos pro Christi nomine mortem pati noluisse confirmat. Spiritus scientiae erat in Iohanne, qui tam distincte de divinitate et humanitate salvatoris in principio ib. 1, 1. evangelii sui disseruit et non minus discrete de septem tonitruis in apocalipsi quae silenda quaeque fuissent loquenda, conscripsit. Spiritus pietatis fuit in Stephano, qui in ipso mortis articulo pro Act. 7, 60. persecutoribus suis exoravit. Spiritus timoris Domini fuit in omnibus apostolis, quia non solum bona faciebant, sed etiam propter timorem Dei male (mala *coni. Mab.*) facere non audebant. Explicit explanatio de gratia septiformis Spiritus.

1) *Sequitur in codice haec brevis explanatio apud Mabilionem l. l. p. 75.*

768—800

22.

Carolus I. rex Francorum archiepiscopum quendam (Lullum?) monet, ut clerum suum litteris erudiat[1]. *768—800.*

Cod. Parisinus 528 membr. saec. X. fol. 136, de quo cf. supra p. 506, descr. Pertz, W. Arndt. Edd. Lebeuf, Dissertations sur l'hist. de Paris I, 421, Bouquet Recueil V, 850, Jaffé Biblioth. IV, 369.

ILLE CHRISTI FRETUS AUXILIO REX[a] [1] BEATISSIMO VIRO ILLI ARCHIEPISCOPO PATRI NOSTRO.

Cum in adquirendis fidelium animabus studiose Deo favente invigiles, mirandum nobis valde videtur, cur in erudiendo clero proprio litterarum studiis nullam sollicitudinem geris. Cernis namque undique in subditorum[b] cordibus ignorantiae tenebras circumfundi; et cum possis eruditionis radium eorum sensibus infundere, in suae illos caecitatis caligine latere permittis. Quia enim et hac parte potens haberis, nulli est dubium; quippe cum unum sancti viri ill. praesulis consacerdotis tui clericum, alterum ill. religiosi abbatis ita liberalibus disciplinis instruxeris, ut pene nihil eis ad perfectionis culmine desit. Quae ergo sanctitati vestrae poterit esse excusatio, cum et aliorum filii doctrinae vestrae pabulo pleni sunt et vestri adhuc, subtracto eruditionis edulio, ignorante[c] fame tabescunt? Unum certe est e duobus: aut[d] enim contumaci ipsi superbia vestro magisterio subdi dedignantur, aut a vestra, quod evenire nolumus, parte cum eis remissius agitur. Sed quodlibet horum sit, ad vestram, pater venerabilis[e], curam respicit; a quo, etsi tumentes corde sunt, debent vel paterna ammonitione corrigi vel pastorali baculo coherceri. Iam vero, quantum ad vestrum studium attinet, debent modo blandis persuasionibus modo duris etiam increpationibus ad eruditionis lumen excitari; si qui vero ex eis inopes existunt, etiam conlatis subsidiis invitari. Et certe, etsi alios ad discendum adtrahere non vales, saltim de tuae ecclesiae famulis, quos capaces esse perspexeris, erudire potes. Illud vero credere iam quis possit, quod in tanta multitudine, quae vestro est subiecta regimini, ad erudiendum aptus nemo valeat inveniri? Omnes, qui te discipulum beati Bonefacii martyris norunt, prestolantur e vestris studiis ratissimum[f] fructum.

Accingere igitur in reliquum, pater amabilis, et ad inbuendos liberalibus litteris tuos filios studiosus existe; ut et nostrae in hoc, quod ardenter cupimus, voluntati satisfacias et tibi perennis praemii remunerationem adquiras; nec tuorum lucerna operum in hac solummodo parte sub modio lateat, quae in reliquis super candelabrum posita, ex divino munere claris fulgoribus micat. (cf. Matth. 5, 15.)

Vale, pater carissime, et memor esto nostri.

23.

Smaragdus abbas S. Michaelis (Carolo?) regi opus, cui inscribitur Via regia, dedicat. —800?

Cod. Vindobon. 956 (Theol. 320) s. X. fol. 162'. — Deest in codice Smaragdi Romano Christ. reg. 190 folio evulso.

Ed. Denis Codd. manuscr. bibl. Vindobon. I, 1050.

22. a) Francorum etc. *excidisse videntur. J.* b) subtutorum *C.* c) *an* ignorantie? d) ā *C.* e) verabilis *C.* f) artissimum *C;* ratissimum *J.*

1) *Hic rex quin Carolus M. fuerit, non dubitaverim; neque vero pro explorato habeam Lullum Moguntinum fuisse illum, ad quem missa epistola est, archiepiscopum, licet is appelletur* discipulus beati Bonefacii martyris. *J., attamen id veri simillimum esse nemo negabit.*

INCIPIT PROLOGUS[1]. —800?

Non nos ad hunc conficiendum libellum spiritus commovit presumptionis, sed dilectionis et caritatis, alioquin incongruum videretur omnibus et ineptum, ut servi domino, humillimi excelso, pauperes potenti, famuli clarissimo regi convivium prepararent, et quem ab infancia multiplex cornigerum pennigerumque cibus nutrivit, et multigenae regiaeque divitiae regio educarunt in gremio, ad nostrum modicum et olericum regem invitaremus pabulum, quasi nostra insulsa nec ad purum decocta potestati regiae sufficeret olla. Sed non, ut prefati sumus, nos ad hoc peragendum opus presumptionis commovit audacia, sed dilectionis et caritatis excitavit fiducia. Indesinenter etenim omnium vestrorum recordamur bonorum et multiplicium vestrorum non obliviscimur munerum; amplexus, quos nobis dulciter regalis ulna porrexit, in mentis archano depinximus, oscula melliflua in cordis tabulis fortiter sculpsimus, verba vestra, utpote regia melliflua dulcia et suavia, velut thesaurum in mentis tenemus archano. Felices dicimus illos, qui vobiscum cotidie vivunt, felices, qui iugiter vobiscum morantur: vestra enim forma patiens et ornata omnes laetificat, omnes exaltat et glorificat, omnibus munera dilectionem et amorem ministrat. Hoc nos regio dulcique amore permoti et regali munere excitati hunc parvi parvulum libellum digessimus, quem divinis testimoniis multipliciter confirmavimus. Nomen illi 'Via regia' dedimus[2], et tibi regi feliciter legendum direximus, ut velut per regia currens itinera ad regem regum et ad regiam feliciter pervenias patriam[a].

24.

Theodulfus episcopus Aurelianensis Magno archiepiscopo Senonensi de ordine baptismi librum mittit. *c. 809—812.*

Codd. Christ. reginae 284 (liber S. Benedicti abb. Floriac. coenobii) s. IX.—X. fol. 1—2 (C); Parisinus 12279 (S. Germani 320) s. X. fol. 127, cf. Arch. VII, 855 (P); Palat. 278 s. XI. fol. 64 (R). Exstat etiam in codice Montispessulano 310 saec. X., quem Sirmondus adhibuit.

Edd. Theodulfi opp. ed. Sirmond p. 18, Sirmondi opp. var. II, 943, Jaffé Bibl. IV, 413. — Migne CV, col. 223.

REVERENTISSIMO ATQUE CARISSIMO FRATRI MAGNO EPISCOPO[3] THEODULFUS[4a] SALUTEM.

Praeceptum tuum, vir venerabilis Magne, peregi, etsi non sollerti[b] efficacia[c], plena tamen oboedientia. Praecepisti enim mihi, immo per te caritas praecepit, ut

23. a) *in cod. sequitur:* Incipit liber qui vocatur via regia.
24. a) Theudulfo *C.* b) solerti *P.* c) efficatia *R.*

1) *Utrum Carolo nondum imperatori an Ludowico regi Aquitaniae hoc opus dedicatum sit, dubitatur, sed mihi quidem Hauréau (Singularités histor. p. 113), qui Carolum praefert, rectius censuisse videtur, cf. epist. nuncupat.:* decenter tibi convenit et bene et multa regere regna; *c. 11 (ed. Dachery p. 29):* Hic iam capiti tuo posuit diademata regia . . . . Hic iam concessit florentia regna; *c. 27 (p. 49):* Tibi ergo, rex, omnipotens Dominus ampla et florida divitiisque plena tribuit regna parentumque multiplicia divisit et praedia, fiscorum plurima dedit vectigalia et multorum potentum honoravit munera, unde regia fabricare possis palatia. 2) *Opus ipsum sine praefatione ex cod. Christ. reg. 190 a Dacherio editum est (Spicileg. V, 1sqq., Migne Patrol. CII, 931—970). Cf. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 518.* 3) *archiepiscopo Senonensi, 801—818. Idem Carolo misit et de mysterio baptismatis libellum et de notis iuris opusculum cum disticho hoc:*

Haec iuris σημεῖα libens rex accipe Carle,
Offert devotus quae tibi Magno tuus.

V. Mommsenii editionem ap. Keil Grammatici Latini IV, 285. — Sirmondus in tribus quidem codicibus (Virdunensi, Divionensi, Vaticano) Theodulfi de ordine baptismi librum reperit Magno episcopo (Senonensi) inscriptum, in uno autem Corbeiensi Iohanni episcopo (II Arelatensi). J. 4) *episcopus Aurelianensis, c. 788—821.*

c. 809—812 quibusdam questionibus de ordine baptismi a domino et glorioso[a] imperatore Carolo tibi transmissis, breviter et cito responderem. Coartantibus itaque me hinc brevitate, qua cogebar brevi sermone res magnas expedire[b], illinc temporis angustia, qua cito quod iusseras[c] adimplere volebam, explevi quod iussisti.

Quod opus ó[d] utinam esset tam efficaciter expletum, quam est libenter susceptum. Quamquam[e] ergo mihi spatiose[f] tractandi et patrum volumina revolvendi, quibusdam[g] occupationibus praepedientibus, facultas nulla suppeteret[h] et me ad iussionem implendam caritas permoveret[i], de singulis, quae mihi occurrere potuerunt, celeri cursu scripsi et vestrae fraternitati misi, ut, si non habuerint responsa emolumentum, saltim[k] oboedientia[l] habeat fructum.

Questiones interea istae[m], ut ego te nosse certus sum, a regali celsitudine non sunt factae necessitate discendi, sed studio docendi; nec ut ipse his absolutis de nescitis valeat inbui, sed ut alii de somno desidiosi torporis ad rerum absolvendarum utilitatem valeant excitari. Quippe cui hoc semper familiare est, ut exerceat praesules ad sanctarum scripturarum indagationem et sanam sobriamque doctrinam, omnem clerum ad disciplinam, philosophos ad rerum divinarum humanarumque cognitionem, monachos ad religionem, omnes generaliter ad sanctitatem: primates ad consilium, iudices ad iustitiam, milites ad armorum experientiam: praelatos ad humilitatem, subditos ad oboedientiam[l], omnes generaliter ad prudentiam, iustitiam[n], fortitudinem, temperantiam atque concordiam. His et his similibus rebus ille virorum[o] optimus, Deo sibi propitio, sanctae ecclesiae[p] fastigium adcumulare non cessat et admirabili in rerum ecclesiasticarum[p] sive civilium administratione strenuus et sapientiae fonte redundat et virtutis exhibitione triumphat[q] [1].

25.

Magnus archiepiscopus Senonensis et episcopi eius suffraganei Carolo I. imperatori libellum de mysterio baptismatis[2] *mittunt.* *c. 809—812.*

Cod. Parisinus 13655 s. X. (S. Germani a Prat. 939, quondam Coislinianus 142), fol. 1 quem cont. H. Lebègue.

Edd. Martène de antiquis ecclesiae ritibus ed. II, t. I, 169; Jaffé Bibl. rer. German. IV, 414. — Migne CII, col. 981.

Gloriosissime imperator, innotescere celsitudini vestrae presumsimus nos servi vestri, Magnus scilicet et ceteri compares[a] mei, licet indigni episcopi ad Senonicam diocesim[b] pertinentes, quia praeceptum vestrum humiliter et libentissimo animo susceptum, iuxta quod nostra praevaluit exiguitas de misterio baptismatis, sicut in vestra continetur epistola, ammonitionem vestram inquirere vel investigare studuimus, qualiter intellegere vel tenere debuissemus[c]. Unde si ausi sumus, inmense clementiae vestrae referimus laudes, eo quod nos de somno stultitiae vel insipientie[d] excitare dignati fuistis, sicut semper et ubique solliciti[e] estis. Gratias namque omnipotenti Deo

---

a) gloriosę *R, ubi* et — imp. *in loco raso.* b) experdire *R.* c) iusserat *P.* d) *om. P, R.* e) Quáquá *R.* f) spaciose *R;* speciose *P.* g) quibusdá *R.* h) subteret *R.* i) et *add. P, R.* k) saltem *P.* l) obędientia *R.* m) iste *P;* istę *R.* n) *om. P.* o) vivorum *R.* p) eccl. *post corr.* ęccl. *C.* q) *in codd. sequitur* Incipiunt capitula. Quur infans *etc.*

25. a) compare *man. rec. corr. C.* b) diocesi *man. rec. suppl. C.* c) debuisemus *man. rec. corr. C.* d) insipientientie *C.* e) solici *man. rec. suppl. C.*

1) *Theodulfus ultimum (XVIII) huius libri caput his verbis claudit:* Ecce, vir venerabilis, quod prudenter iussisti humiliter implevi, deprecans sanctitatem vestram, ut cum de his interrogationibus
1. Thess. 5, 21. altiores responsiones inveneritis, illis adhibitis istas non reiciatis, dummodo apostolica auctoritate omnia sunt probanda et quae bona sunt retinenda. 2) *Huius libri tunc inediti meminit Sirmondus (Theodulfi opp. p. 274).*

et vobis: inde nos et plurimi alii erudiciores et meliores esse debemus et sumus. c.809—812
Vestram tamen exoramus clementiam, ut nobis indulgeat vestra benignitas, quod per omnia, sicut debuimus, vobis renunciare nequivimus, sed etiam hoc, quod nobis sancti patres per illorum relinquerunt exempla et nos ex nostra exigui parte[a] intelligimus, ordine subsequamur[b].

26.

Episcopus quidam (Carolo) imperatori iussu eius de ritibus baptismi exponit.

Codex latet. *c. 809—812.*

Edd. Martene et Durand Thesaur. nov. anecdotor. I, 15—17 a. 1717. — Migne XCVIII, col. 938.

HAEC EST EPISTOLA QUAM AD AURES DOMNI IMPERATORIS[1] DIREXIMUS.

Placuit vestrae incomparabili prudentiae, mi domine, gloriosissime imperator et princeps populi christiani, a me servorum Dei infimo percuntari de sacrosancti baptismatis mysterio, quomodo illud intellegentes eos doceamus, qui nobis commissi esse videntur. Unde si quid secundum sensus mei capacitatem sentire . . . . Qui vero vestrae serenitati respondere non recusabo, ne crimen inoboedientiae videar incurrere, magis optans a vestra imperiali auctoritate reprehendendo corrigi, quam ab adulatore laudando decipi.

Legimus quippe, velut nobis orthodoxi fidei catholicae cultores scriptum reliquerunt, quod infans, priusquam salutaris ablutione lavacri peccatorum suorum purgationem adipiscatur, catichuminus fit, id est audiens[2] sive instructus. Audire etenim illi convenit, dum instruitur, ut unum Deum agnoscens colat. Animae quoque suae immortalitatem et aeternam sanctis gloriam, malis vero aeterna tormenta pro meritorum qualitate audiens credat retribuenda fore. Et dominus Iesus primo catichuminum fecit, cum luto oculos caeci linivit, ut post abluendus mitteretur ad Siloe, hoc Ioh. 9, 11.
est baptismi sacramentum.

Scrutinium est exploratio, qua saepius examinatur, utrum post abrenunciationem satanae operumque ac pomparum eius, sacra verba datae fidei menti radicitus teneat infixa. Exsufflatur etiam a catichumino malignus spiritus, ut eo fugato Christo deo vero paretur ingressus. Exorcizatur, id est coniurando increpatur, idem malignus spiritus[3] per nomen Dei aeterni, ut exeat et recedat, dans locum Spiritui sancto. Salem vero idcirco illi damus, ut eius gustu condimentum sapientiae percipiat[4], quo eius putrida et fluxa peccata divino munere mundentur.

Deinde ei salutaris et apostolici symboli traditur fides, utpote domus a prisco habitatore relicta eiusdem fidei dogmate perornetur ad inhabitandum Deum. Graece etenim symbolum, latine conlatio dicitur[5]. Hanc igitur fidei catholicae normam, primitivae ecclesiae ab apostolis traditam, et mentes quam ipsi post ascensionem Domini, Matth. 28, 19.
dum omnes gentes docere baptizantes iuberentur, in unum compositi conferendo subtilissimis composuere sermonibus, catichuminis tradimus, instruentes eos secundum

---

25. a) partem C, exiguitate parte *corr. Mart.* b) *fol. 1' sequitur* Babtismum grece *etc. Ipsa responsa omisi.*

1) *Haec epistola cuius fuerit auctoris hactenus rescire non potui: esse tamen alicuius episcopi pro certo debet constare. Quippe hoc tempore Carolus Magnus imperator inter varias regni sollicitudines res ad religionem spectantes semper habuit prae oculis, utque praesules ad sanctarum scripturarum excitaret indagationem, eis varias de ordine baptismi proposuit quaestiones, quibus auctor huius epistolae et ipse episcopus respondet. MART.* 2) *Isid. Etymol. VI, 14, 7:* Catechumenus . . auditor interpretatur; *De eccl. off. l. II c. 21.* 3) *Is. Et. VI, 19, 56:* increpare et coniurare adversus diabolum. 4) *Eadem verba ap. Isid. de eccl. off. l. II c. 21 (Opp. VI, 459).* 5) *Is. Et. VI, 19, 57:* Symbolum per linguam Graecam signum vel collatio interpretatur; *De eccl. off. l. II c. 23.*

c.809—812 vividam symboli regulam, ut credant in Deum patrem omnipotentem. Intellegentes, quod sine ullo initio Deus, ita semper et pater est et omnipotens est, qui solo verbi imperio cuncta creavit. Et in Iesum Christum filium eius, id est quomodo in patrem, ita et in filium credendum sciant. qui Iesus, id est salvator[1], Christus vero a chrismate, id est unctus[2], Spiritus sancti infusione. Conceptus est de Spiritu sancto, natus est ex Maria virgine, id est dono et gratia Dei tanta illius humilitas nobis concessa est, ut totum hominem suscipere dignaretur in utero virginis, quem post passionem glorificatum super caelos in dextra Dei patris collocaret. Hunc quoque filium tempore illo, quo Pilatus in Iudaea dux erat, passum in veritate carnis, crucifixum, mortuum et sepultum credant, crucem ipsam in fronte gestantes. Eumque tertia die de sepulchro surrexisse et caelos ascendisse et in dextra Dei patris, id est in maiestate paternae gloriae, secundum iudiciariam potestatem sedere et inde venturum in novissimo die ad iudicandos vivos et mortuos firmiter teneant.

Credant et in Spiritum sanctum. Revera sicut in patrem et filium ita et in Spiritum sanctum nulli catholico credendum dubitare licet. Sanctam ecclesiam catholicam scientes, videlicet quod ecclesiam, non tamen in ecclesiam, quia non Deus, sed domus Dei est, credere debeant. Catholicam, id est universalem[3]. Sanctorum communionem, id est credant se teneri posse societate fidei et spei communione cum his, qui hac defuncti sunt fide. Remissionem peccatorum, id est ut pleno affectu credulitatis teneant remissionem in baptismo Christi fieri. Carnis resurrectionem, carnem videlicet, quam in hac vita mortalem portamus, resurrecturam esse immortalem intellegentes credant. Vitam aeternam consecuturos sperent, si haec symboli sacramenta tenentes fideliter custodiant.

Catichumino ad renunciandum, id est funditus abnegandum in primis diabolo, qui est humani generis inimicus, cui fortiter et tota virtute resistere debemus eiusque
Gal. 5, 19. 20. contradicere operibus et pompis. Opera diaboli manifesta sunt, quae apostolus opera carnis nominavit. Pompae sunt huius saeculi vanae et mortiferae delectationes cupiditatesque noxiae, simul et idolorum servitus. Quibus omnibus abdicatis tota spes in solum Deum ponenda est.

Tanguntur catichumino nares et aures sputo, quia legimus sputum, quod de capite Domini processit, gratiam Spiritus sancti designari. ut quamdiu halitum naribus trahat, per gratiam Spiritus sancti inde auribus spiritalibus percepta perdurare studeat.

Pectus quoque ungitur oleo, ut signo sanctae crucis diabolo claudatur ingressus. Signantur et scapulae, ut undique muniatur et velut deposito diabolicae servitutis iugo transeat ad gloriosam filiorum Dei libertatem. Item in pectoris et scapulae unctione intimatur fidei firmitas et bonorum operum perseverantia.

Et sic in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti homo, qui ad imaginem sanctae Trinitatis conditus est, trina submersione tinctus ad eiusdem renovatur imaginem Trinitatis; et ut qui tertio gradu peccat, id est consensu cecidit in mortem, tertio elevatus de fonte per gratiam resurgat ad vitam.

Tunc albis induitur vestimentis propter gaudium scilicet et solemnitatem regenerationis et castitatem vitae angelicae et splendoris decorem.

Tum sacro crismate caput perunguitur et mystico tegitur velamine, ut intellegat se diadema regni dignitatemque sacerdotii in mysterio suscepisse baptismi, secundum
1. Petr. 2, 9. quod apostolus 'Vos', inquit, 'estis genus regium et sacerdotale, offerentes vosmet Domino hostiam sanctam et Deo placentem'.

1) *Isid. Etymol. VII, 2, 7:* Iesus ... salvator interpretatur. 2) *ib. VI, 19, 50:* ex cuius *(sc. chrismate)* nomine et Christus dicitur. 3) *ib. VIII, 1, 1:* Ecclesia catholica universalis.

Corpore autem et sanguine dominico[1] confirmatur, ut illius capitis membrum c. 811—812
fieri possit, qui pro eo passus est et resurrexit. Novissime per impositionem manus a summo sacerdote septiformis gratiae spiritum accipit, ut roboretur per Spiritum sanctum ad praedicandum aliis, qui fuit in baptismo per gratiam vitae donatus aeternae.

27.

Maxentius Aquileiensis patriarcha Carolo I. imperatori iussu eius de significatione rituum baptismi exponit. *c. 811—812.*

Cod. Monac. 14410 (S. Emmerammi E XXXIII) s. IX. fol. 97'—99'[a].
Edd. B. Pez Thesaur. anecdot. II, 2, 8—12. — Migne CVI, col. 51—54.

PIISSIMO AC CHRISTIANISSIMO GLORIOSOQUE PRINCIPI A DEO CORONATO ET CONSERVATO, PACIFICO, VICTORI AC TRIUMPHATORI SERENISSIMO, ET PERPETUO AUGUSTO, DOMNO KAROLO MAGNO IMPERATORI ATQUE ROMANUM GUBERNANTI[b] IMPERIUM MAXENTIUS, EXIGUUS SERVORUM DOMINI SERVUS, SANCTAE CATHOLICAE AQUILEGENSIS AECCLESIAE HUMILIS EPISCOPUS[2] IN DOMINO AETERNAM SALUTEM.

Magnas igitur Domino nostro gratias agimus, quia hanc sanctam ecclesiam seu me tantillum famulum vestrum ad vestrae celsitudinis memoriam dignati estis reducere. Quia, cum sim minimus omnium decessorum meorum, vestra tamen benigna clementia non est dedignata familiari conloquio admonendum per sacras syllabas de singulis quibusque necessitatibus sanctae Dei ecclesiae studiosius[c] perquirendo adhortare. De eo vero, quod nosse cupitis, qualiter nos et suffraganei nostri doceamus et instruamus sacerdotes Domini et populum á Deo nobis commissum de baptismi sacramentum iuxta tarditatis nostrae intellegentiam quicquid Deo opitulante sentire valemus ad notitiam excellentiae vestrae perducere festinamus.

Illud etiam, quod circa baptizandos sancta ecclesia uniformiter agit, non otiosum contemplamur intuitu. Cum sive parvoli sive iuvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitae adeunt, quam catecumini efficiantur. Catecumini etenim instructi dicuntur, sive subiacentes castigationi, et liberum ad Christum habentes arbitrium, quia principium sanctitatis est deum Christum Dei filium confiteri, secundum quod scriptum est: 'Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salu- Rom. 10, 10.
tem'. Conpetentium[d] etenim locus est, qui ad Dei gratiam festinantes aliquid amplius, quam fuerunt, esse desiderant. Qui ideo conpetentes dicuntur[3], id est poscentes Dei gratiam, ut, priusquam accipiant baptismum, serviant Deo per fidem et post acceptam fide Dei dona non perdant, aut irritam faciant gratiam eius, cui servire voluerunt.

Sal autem propterea catecuminis in ministerio datur, ut nos simus, sicut Dominus in evangelio dixit: 'Vos estis sal terrae', id est condimentum sapientiae Dei, et Matth. 5, 13.
sicut in eadem actione dicit: 'Accipe salem sapientiae propitiatus tibi in vitam aeternam', quia, quod per sacerdotum ministerium agitur, a Domino sanctificatur, et fit accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum.

Deinde exorcizantur et exsufflantur, ut spiritus ab eis inmundus abiciatur. Non enim creatura Dei in infantibus exorcizatur aut exsufflatur, sed ille, sub quo sunt

---

27. a) *sine lemmate.* b) gubernati *E.* c) stidiosius *corr. in* stud. *E.* d) Confidentium *E.*

1) *Id est communicantur, ut constat ex variis antiquis ritualibus. MART.* 2) *Post Paulinum († 802) et Ursum, cui quinque anni dantur, Maxentius 27 annos sedisse traditur (SS. XIII, 368). In chartis inde ab anno 811. commemoratur, cf. Mühlbacher Reg. 448. 454. 461. 814. 848.* 3) *Isid. De off. eccl. l. II c. 22 (Opp. VI, 459):* Competentium gradus est, . . qui . . ad gratiam Christi percipiendam festinant.

c.811—812 omnes, qui cum peccato nascuntur, ut tunc vere appareat secundum quod scriptum Ioh. 12, 31. Matth. 12, 29. est, quod princeps huius mundi mittatur foras, et quomodo prius alligetur fortis et deinceps vasa eius diripiantur in possessione translata victoris.

Scrutinium namque est inquisitio vel investigatio, quia opera diaboli et eius pompae, quae primum hominem in paradyso per pravam suggestionem[a] á mandato Dei superaverat, et vas illud ex limo terrae formatum et animatum veneno suae malitiae infecerat[b] per ora sacerdotum et manus inpositionem[c] scrutiniatum atque purgatum et eiectum exinde spiritum inmundum, ex omni parte signatum oleo sanctificato ad benedictionis gratiam revocatum et vas fiat Domini et templum efficiatur 2. Tim. 2, 21. Spiritus sancti, sicut dicit apostolus: 'Erit vas in honore sanctificatum et utile Domino ad omne opus bonum paratum'.

Abrenuntiare vero est respuere atque rennuere, id est gentilitatis errore et simulacrorum[d] cultura derelicta colere Deum patrem omnipotentem et Iesum Christum filium Gal. 3, 9. 10. eius et Spiritum sanctum, 'expolians sé veterem hominem cum actibus suis', ut ait apostolus, 'et induitur novum, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis'. Post haec vero ingressi fonte baptismatis sub trina mersione baptizati in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti: deinde translati ad gremium matris ecclesiae per lavacrum regenerationis adoptionis filii effecti, scripti in libro vitae Christi domini nostri, a cuius sancto nomine chrisma nomen accepit, peruncti etiam hii huius sacrae unctionis chrisma salutis, id est sancti Spiritus largissima infusione in Christo Iesu domino nostro in vitam aeternam regenerati quoque Iesum ducem sequentes et loti in sanguine agni, albis induti, id est nuptiales vestes ad mensam caelestis regni, ad illam veram repromissionis terram, sacro velamine fidei tecti, accepturi coronas perveniunt.

Symbolum autem plurimis ex causis appellatum est. Symbolum enim grecę, latine autem et indicium dici potest et conlatio aut pactum vel conplacitum fidei, quod plures in unum conferunt. Ratio igitur symboli huius omni brevitate conexa est, cuius quidem pauca sunt verba, sed magna mysteria. Hic Dei patris et filii et aequalis pronuntiatur potestas; hic unigenitus Dei de Maria virgine et Spiritu sancto secundum carnem natus ostenditur; hic eiusdem crucifixio et sepultura ac die tertia resurrectio predicatur; hic ascensio super caelos et consessio in dextera paternae maiestatis agnoscitur venturusque ad iudicandos vivos et mortuos declaratur; hic Spiritus sanctus in eadem, qua pater et filius deitate indiscretus accipitur; hic postremum ecclesiae vocatio, peccatorum remissio et carnis resurrectio ac vita aeterna predicatur[e].

De corpore vero et sanguine domini nostri Iesu Christi nihil aliud quam ipse
Ioh. 6, 51. Dominus in evangelio dignatus est dicere: 'Ego sum panis vivus, qui de caelo discendi',
ib. 52. et 'qui manducaverit ex hoc pane, vivit in aeternum et panis, quem ego dabo, caro
ib. 56. 57. mea est pro mundi vita'; 'caro enim mea, inquit, vere est cybus et sanguis meus vere est potus. Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo'. Hoc ergo est illam manducare carnem et illum bibere sanguinem, in Christo manere per fidem et manentem illum in se habere per gratiam, quia quod offertur a plurimis unum Christi corpus sancti Spiritus infusione perficitur et accipientes singuli corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi, fit eis remissio omnium peccatorum.

Haec omnia in cartis bibliothecae vestrae non dubium scripta esse noscuntur, sed melius credimus, quod in scrinio sacratissimi pectoris vestri seu in tabulis spiri-

a) suggessionem *E.* b) inficerat *E.* c) inpositionum *E.* d) simulagrorum *E.* e) perducetur *E.*

talibus cordis vestri, qui manu Dei regitur, plenius sacratiusque credimus retinere. c.809—812
Scimus etiam et peritissimos viros coram serenitate vultus vestri adsistere et a vestra saluberrima inbutos doctrina, qui haec plenissime retinere noscuntur. Nos vero tenemus, praedicamus et docemus secundum quod Deo inspirante et illius gratia preveniente iuxta quod vires intellegentiae nostrae suppetunt quod praedicaverunt apostoli, annuntiaverunt evangelistae, vel etiam quod in sacris paginis canonum bene digesta sanctorum patrum legimus regula, necnon et sanctae sedis apostolicae venerabilium Romanae ecclesiae catholicorum pontificum decreta purissima fidei sinceritate sequimur sacratissima documenta.

His praelibatis obtamus imperialem excellentiam vestram semper incolomem permanere, obtamus longo in tempore iocundam ác tranquillam praesentem agere vitam, obtamus aeternae[a] gaudia vitae sine fine cum sanctis omnibus possidere. 'Pax Dei, Philipp. 4, 7.
quae exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intellegentias vestras in Christo Iesu' domino nostro, qui cum patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen[a].

28.

Leidradus Lugdunensis[1] archiepiscopus Carolo imperatori librum de sacramento baptismi mittit. *c. 809—812.*

Codd. Parisinus (P) 1008 saec. IX. fol. 92, quem contulit A. Molinier; Parisinus (G) 12262 (S. Germani 794, olim S. Eligii Noviomens.) fol. saec. X. fol. 136. 142'—143, quem contulerunt Bethmann et Molinier. Exstat etiam in codice Aurelian. 116 (94) s. IX. f. 20' (Cf. Delisle Notices et Extraits XXXI, 1, 10, Catal. gén. des mss. XII, 46)[a].

Edd. Mabillon Analecta vet. III, 1, ed. alt. p. 78. 84, Jaffé Bibl. rer. German. IV, 410. — Migne Patrol. XCIX, 853.

DOMINO[b] CHRISTIANISSIMO ET GLORIOSISSIMO CAROLO IMPERATORI FELICISSIMO AUGUSTO.

Praecipere nobis dignati estis, ut aut[c] per nostra scripta aut per nos ipsos cognoscatis, qualiter nos et suffraganei nostri doceamus et instruamus sacerdotes Dei, et plebem nobis commissam de baptismi[d] sacramento et caeteris quae circa baptismum celebrantur[e]. Deinde si in hoc quod praedicamus nos ipsos custodiamus. Quae omnia sicut difficilia[f] sunt et excelsa[g] et ardua ad cognoscendum, ita quoque perplexa et laciniosa ad innotescendum, praecipue[h] nobis quos et tenuitas ingenii angustat et magnitudo rei ita opprimit[i], ut sub fasce[k] ante ruendum sit, quam levandum. Sed quia ille iussit, qui nec falli potest tergiversatione nec contempni silentio, adgrediendum[l] est opus et iuxta[m] facultatem virium exponendum, quod in regenerationis[n] sacramento percepimus[o] tenendum.

Quicquid autem secus quam decet a nobis profertur, non est causa[p] temeritatis, sed timiditatis, quia ei respondemus, ad cuius interrogationem tacere non audemus.

a) aeterna *E. Secuntur in eodem codice:* De caticuminis. Caticumini sunt qui primum — *fol. 102'* per gratiam vite donati eterne. *eiusdem forsitan auctoris, quae edidit B. Pez l. l. col. 12—16.*

28. a) *Lemma:* Incipit explanatio super babtismum beati Hyeronimi *P;* Responsio Leidradi archiepiscopi *G.* b) Domino — augusto *om. G; Aurelian. cod. ita incipit:* O serenissime adque piissime Aguste, precepit nobis dignitas vestra aut per vestra scriptura aut *etc.* c) *om. P.* d) babtismi *P;* da bapt. *Aur.* e) caelebrantur *G.* f) dificilia *P.* g) et excelsa *om. G.* h) maxime precipue *P.* i) proprimit *P.* k) sub fasce *om. G.* l) aggred. *G.* m) insta *P.* n) generationis *P.* o) percipimus *P.* p) violentia causa *P.*

1) *a. 798—816 cf. Adonis chronic. (SS. II, 320):* Leidradus vir seculari dignitati intentissimus et honori rei publicae utilis.

c. 809—812 Illi[a] scientiam nostram offerimus, qui magis solet docere quam reprehendere; cuius reprehensio vita est[b] saluberrima, ut magis quisque ex ea erudiatur quam confundatur; cuius eruditio ad sermonis sui consortium[c] cunctos clementer invitat, iniuste nullum deterret.

Vestrae ergo constantissimae modestiae freti favore, in quantum adtingere de his rebus possumus, licet parum digne possimus[d] dicere, exponimus quod nobis iussum fuisse a vobis advertimus, maxime verbis sanctorum patrum ex diversis opusculis sumptis.

Et priusquam ad caetera veniamus, libet pauca de his, quae ab exordio mundi ad[e] potentiam baptismi[f] pertinentia[g] praefigurata sunt ponere et nativitatis secundae, immo in Christo primae, digerere[h] sacramenta ac deinceps de caeteris rebus tractare, maxime quia dicitis vos velle cognoscere, qualiter doceamus et instruamus plebem et sacerdotes[i] . . . .

Ecce haec iuxta exiguitatem sensus nostri ad interrogata respondimus breviter significantes, quomodo plebem nostram doceamus et ea quae docemus, qualiter nos ipsi custodiamus.

Nunc autem maximas vobis referimus gratias, constantissime et gloriosissime imperator, semper felix, optimae auguste, qui nos pia vestra sollicitudine tamquam dormientes excitatis et torporem mentis nostrae excutitis et ad sanctum exercitium provocatis, quasi cum propheta sanctae dicentes ecclesiae, pro cuius defensione vos domi-
Isai. 52, 2. nus Iesus Christus conservare dignatur: 'Excutere de pulvere, consurge, sede Hierusalem'. Ad cuius fastigium in sempiterna gloria participandum vos, utpote carissimum membrum eius, perducere dignetur, transferendo de regno ad regnum, rex regum et dominus dominantium.

29.

Leidradus archiepiscopus Lugdunensis Carolo I. imperatori mittit de abrenunciatione diaboli opusculum. *c. 809—812.*

Cod. Parisinus 12262 s. X. (S. Germani 794) fol. 143, quem contulerunt Bethmann et Molinier [a].
Edd. Mabillon Anal. vet. ed. pr. III, 28, ed. alt. p. 85, Jaffé Bibl. rer. German. IV, 411. — Migne Patrol. XCIX, 873.

DOMINO GLORIOSISSIMO ET VERE PIISSIMO IMPERATORI ET IN CHRISTO VICTORI AC TRIUMPHATORI, INVICTISSIMO SEMPER AUGUSTO LEIDRADUS, LICET INDIGNUS, DIVINA TAMEN DISPENSATIONE ET VESTRA MISERATIONE LUGDUNENSIS ECCLESIAE EPISCOPUS.

Christianissima et admirabilis religio vestra atque in Deum ardentissima fides, divina inspiratione adtacta et piissima sollicitudine permota, iussit nuper aliquid nos de sacramentis nostrae renovationis et regenerationis ad vestras sagacissimas inquisitiones respondere. Ad quas nos nihil condignum intelleximus, nisi quod nec respondere facilitatis nec dissimulare facultatis nostrae esse perspeximus. Tandem licet ad neutrum idonei iuxta exiguitatem tamen ingenioli fidei nostrae rationem confidenter vobis, iuxta quod sensimus, patefecimus, prudentissimo utique iustissimo atque piissimo dictorum iudici.

---

a) illis *P.* b) reprehensione ita est *P.* c) consortio *P.* d) possumus *P.* e) *om. P.* f) babtismi *P.* g) pertinentiam *P.* h) digere *P.* i) *secuntur ipsius de sacramento baptismi libri capita XII a Mabilione edita, quae omisi, in quorum VII. verbis* nullatenus sanctificetur *P mutilus finit.*

29. a) *Lemma:* Epistola Leidradi archiepiscopi ad Karolum imperatorem *G.*

c. 809—812

Vos autem, consueta bonitate auditis responsionibus nostris, quas nos absque reprehensione utique dicere non potuimus, iuxta benignitatem vestram, qua cunctos mortales anteitis, tamquam vobis placitas laudare dignati estis. Nec tamen inter haec negastis nobis affluentissimam eruditionem vestram, quominus iudicaretis, quod in his, ad quae[a] vos avidius audienda parabatis, nostra imperitia minime satisfecerit. Tunc demum non tam imperiali quam paterna ammonitione innotescere nobis dignati estis minus nos dixisse de abrenunciatione diaboli et earum, quae eius sunt rerum, quam vestra pietas optabat. Intelleximus itaque post vestram benignissimam ammonitionem, quia de operibus et pompis diaboli multiplicius respondendum erat, quam de ceteris rebus; quoniam per ea cupiditates et per cupiditates scandala mundi crebrescunt et crescunt cotidie et, quod peius est, inter ecclesiae rectores et rei publicae administratores discordiae oriuntur et, quod adhuc horum est pessimum, inter doctores et auditores odia se interserunt, inimicitiae concitantur, detractiones agitantur.

Vestram itaque sapientissimam ammonitionem omni amore amplexati, valde admirati sumus profunditatem vestrae sanctae considerationis. Inter haec igitur cum, ingenioli nostri praepediente tarditate, non satis advertere potuissemus, utrum ista vestra laudabilis ammonitio responsionem a nobis vellet an tantummodo nostram nobis inperitiam cognoscendam commendare, hac ambiguitate suspensi, nullum probabilius consilium, ut nobis tamen visum est, repperire potuimus, quam ut ea, quae per vos cognovimus non legitime a nobis fuisse responsa prius, iuxta pusillitatem sensus nostri, in quantum videbatur, explicaremus; ac deinceps his litterulis serenissimae clementiae vestrae indicaremus, quae dubitatio vel potius quae necessitas nos artaverit ad scribendum ea, quae in prioribus responsionibus nostris minus fuisse per vos cognovimus. Deinde gloriosissimo conspectui vestro destinatis si secundum iussionem vestram fecimus aut non, ecce adsunt in conspectu gloriae vestrae et ea, quae in prioribus minus fuerunt et quare nunc ea scribere et transmittere ausi, immo coacti sumus.

Quodsi ea aliquatenus vestrae voluntati convenientia iudicatis, secundum indeficientem thesaurum bonitatis vestrae id facitis. Sin autem vana et minus utilia, sicut forsitan sunt, nos novimus et confitemur multitudinem id promereri inperitiae nostrae, qui vestram voluntatem et tenorem servitutis nostrae minus advertere possumus. Quamquam et si advertamus, nequaquam simus[b] idonei ad respondendum vestrae tam subtilissimae et inimitabili[c] investigationi, tamen oramus, ut vos non lateat, quae nos causa conpulerit ad scribendum de his, quae vestra nos clementia et paterna sollicitudine ammonente, cognovimus minus fuisse in prioribus illis responsionibus[d].

a) atque *G.* b) similis *corr. in* simus *G.* c) imitabili *G.* d) *sequitur in G:* Responsio Leidradi archiepiscopi. Dominus noster *etc., ex qua (fol. 145) hic adnectere liceat* c. XI *(Mabillon Anal. p. 87):* Omnia quoque quae demulcent sensus corporis et per eos inrumpunt ad vastandam mentem, ut ei libeat per latam et spatiosam viam, quae ducit ad mortem, ingredi, corporales quaerens carpere voluntates. Matth. 7, 13. Velut cum teatrorum moles extruuntur et effodiuntur fundamenta virtutum; cum gloriosa est effusionis insania et opera misericordiae deridentur; cum ex his quae divitibus abundant, luxuriantur histriones, et necessaria vix habent pauperes. Per quinque sensus corporis metropolis et arx mentis capitur, aspectu scilicet, auditu, gustu, odoratu et tactu (rauctu *G*). Si circensibus quispiam delectetur, si adletarum certamine, si mobilitate hystrionum, si formis mulierum, si splendore gemmarum, vestium, metallorum et caeteris huiuscemodi, per oculorum fenestras animae est capta libertas. XII. Rursum auditu, si vario organorum cautu et vocum flexionibus delinitur, et carmine poetarum et comediarum mimorumque urbanitatibus et strophis, et quicquid per aures introiens virilitatem mentis effeminat. Odoris autem suavitate et diversa timiamatum et amomum et peregrini muris pellicula, quod dissolutis et amoribus convenit. Tactus autem alienorum corporum et feminarum ardentior appetitus vitium infame est (uitinus in fama est *G*).

c. 813—814

30.

Leidradus archiepiscopus Lugdunensis Carolo I. imperatori de rebus suis Lugduni gestis refert. *c. 813—814.*

Cod. Ms. Chifflet. Boll. ex archivis S. Petri monialium Lugdunensium et S. Ragneberti Forensis, contulit W. Arndt[a].

Edd. Masson, Agobardi opp. p. 419—424, Baluzius in Agobardi opp. II, 125—129, Jaffé Biblioth. IV, 419—422. — Migne XCIX, 871.

SUMMO CAROLO IMPERATORI LEIDRADUS ARCHIEPISCOPUS[b] LUGDUNENSIS SALUTEM[c].

Domine mi[d] gloriosissime[e], constans et sacer imperator, supplico clementiae celsitudinis vestrae, ut hanc brevem suggestiunculam serenissimo vultu audiatis, quatinus quae hic inserta sunt piissimae prudentiae vestrae nota fieri queant, et intentio meae postulationis ab ingenita[f] clementia vestra reminiscatur.

Olim[1] me, exiguissimum famulorum vestrorum, ad regimen ecclesiae Lugdunensis destinare voluistis, cum ego huic officio impar existerem et indignus. Sed vos, qui non attenditis hominum merita, sed vestram solitam clementiam, egistis de me, sicut ineffabili pietati vestrae placuit, nullo existente merito meo. Quo[g] tempore ad praefatam ecclesiam mitteretis et nominare mihi dignati estis quasdam neglegentias, quae in supradicta ecclesia perpetratae noscebantur: pro qua re admonere[h] me dignati estis, ut ego sollicitudinis curam gererem, ut[i] et perpetratae neglegentiae emendarentur et perpetrandae vitarentur. Erat enim tunc[k] supradicta[l] ecclesia in[m] multis rebus destituta interius exteriusque, tam in officiis quam in aedificiis vel in caeteris[n] ecclesiasticis ministeriis.

Ego quoque[k] humillimus servulus vester, postquam ibidem perveni quae cum Dei adiutorio et vestro peregi, dignemini[o] audire. Quoniam, ut inspector conscientiarum Dominus omnipotens mihi testis est, non tali intentione ea vobis patefacio quae dicturus sum, ut propter ea in rebus augeri merear, neque aliquid[p] tale in cogitatione mea composui, ut acquisitionis mihi occasio sit, sed[q] idcirco haec suggero, quoniam quotidie eximi[r] a rebus humanis suspicor propter infirmitatem meam[2], et incessanter de morte suspectus sum. Et ideo haec suggero, ut, cum benignissimis auribus vestris praesentata fuerint et clementer inspecta, in[s] posterum divina vestra mansuetudo provideat, ut si qua bene et secundum voluntatem vestram gessi, post meum discessum non deficiant aut pereant, sed[t] potius proficiant et permaneant.

Denique postquam secundum iussionem vestram supra[u] dictam ecclesiam suscepi, iuxta vires parvitatis meae omni industria egi, ut clericos officiales habere[v] potuisset[w], sicut iam Deo favente ex magna parte nunc[v] habere videor. Et ideo officio quidem[v] vestrae pietatis placuit, ut ad petitionem meam mihi concederetis unum[x] de Metensi ecclesia clericum, per quem[y] Deo iuvante et mercede vestra annuente ita[v] in Lug-

30. a) *Lemma:* Epistola Leidradi Lugdunensis archiepiscopi ad Karolum Magnum imperatorem *C.* b) Ledr. episc. *ed.* c) *om. C.* d) noster *ed.* e) *om. ed.* f) ingenua *ed.* g) Quo — pro qua re *om. edd.* h) meque admonere *edd. pro* adm. me. i) et ut negligentiae quae in praedicta ecclesia perpetratae noscebantur *pro* ut — neglegentiae *edd.* k) *om. ed.* l) dicta *ed.* m) mult. in *ed.* n) et cet. *ed.* o) audite *ed. pro* dign. aud. p) aliud *ed.* q) nec suggero *ed. pro* sed — sugg. r) exitum *ed.* s) in — provideat ut *om. ed.* t) sed — permaneant *om. ed.* u) saepe *ed.* v) *om. ed.* w) potuissem *ed.* x) redditus qui ab antiquo fuerant de Lucdunensi *pro* de — clericum *ed.* y) quam *ed.*

1) *Circa a. 798. V. Mabillon Ann. ord. S. Bened. II, 333. J.* 2) *qua adductus Leidradus esse videtur, ut* initio imperii Ludovici *in coenobium S. Medardi Suessionense recederet (v. Adonis chronicon, SS. II, 320). Obiisse autem Leidradum scimus die 28. Dec. 817 (v. Necrol. S. Iohannis Lugdun., Archiv VII, 214). J, sed de anno nihil certi constat. Agobardus a. 816. mense octavo cathedra potitus est, cf. Annal. Lugdun. (SS. I, 110).*

dunensi[a] ecclesia restauratus[b] est ordo psallendi[c], ut iuxta vires nostras secundum ritum sacri palatii nunc[d] ex parte agi videatur quicquid[e] ad divinum persolvendum officium ordo deposcit[f]. Nam habeo scolas cantorum, ex quibus plerique ita sunt eruditi, ut etiam[g] alios erudire possint. Praeter haec vero habeo scolas lectorum, non solum qui officiorum lectionibus exerceantur[h], sed etiam qui[a] in divinorum librorum meditatione spiritalis intelligentiae fructus consequantur. Ex quibus nonnulli de libro evangeliorum sensum spiritalem iam ex parte proferre[i] possunt, alii[k] adiuncto libro etiam apostolorum, plerique vero librum prophetarum secundum spiritalem intelligentiam ex parte[l] adepti sunt: similiter libros Salomonis vel libros psalmorum seu[m] Iob. In libris quoque conscribendis in eadem ecclesia, in quantum potui laboravi[n]. Similiter vestimenta sacerdotum vel ministeria procuravi. c. 813—814

De restauratione quoque[o] ecclesiarum, in quantum valui, non cessavi, ita ut eiusdem civitatis maximam ecclesiam, quae est in honore[p] sancti Iohannis baptistae, a novo reparavi[q] et macerias de novo texi[r], similiter ecclesiae sancti Stephani tegumentum de novo instauravi. Ecclesiam quoque sancti Nicetii de novo etiam reaedificavi, similiter ecclesiam sanctae Mariae. Praeter monasteriorum restaurationes domus quoque episcopales[s] unam restauravi, quae iam pene destructa erat; quam operui. Aliam quoque domum cum solario de novo[t] aedificavi et duplavi[u]; et hanc propter vos paravi, ut, si in illis partibus vester esset adventus, in ea suscipi possetis. Claustrum quoque clericorum ita[v] construxi, in quo nunc[w] omnes sub uno conclavi manere noscuntur.

In eadem civitate alias restauravi ecclesias. Unam quidem in honorem sanctae Eulaliae, ubi fuit monasterium puellarum in honorem sancti Georgii, quam de novo operui et ex parte macerias eius a fundamentis erexi. Alia quoque domus in honorem sancti Pauli de novo operta est. Monasterium quoque puellarum in honorem sancti Petri dedicatum — ubi corpus sancti Annemundi[x] martyris humatum est, quod ipse sanctus martyr et episcopus instituit — ego a fundamentis tam ecclesiam quam domum restauravi; ubi nunc sanctimoniales numero triginta duae secundum institutionem regularem viventes habitare videntur. Quibus[y] etiam corroboravimus quae sanctus antistes atque martyr Annemundus illis concessit dum viveret, scilicet paratas cunctarum illarum ecclesiarum et decimationes omnium vinearum, quae hactenus possederunt vel deinceps Deo iuvante possessurae sunt: similiter etiam oblationes vivorum necnon tumulationes defunctorum omnium in rure ad beatum Petrum pertinente degentium. Et monasterium regale insulae Barbarae, (situm[z] in medio Araris flumine[a] [1], quod antiquitus est dedicatum in honore[b] sancti Andreae apostoli et omnium apostolorum, nunc autem in honore[b] sancti Martini recens videtur esse fundatum iussu domni Karoli[c] imperatoris, qui ibidem praefecit domnum[d] Benedictum

---

a) Lucdun. *ed.* b) *om. ed.* c) instauratus *add. ed.* d) omni *ed.* e) quidquid *C.* f) exposcit *ed.* g) al. et. *ed.* h) exercentur *ed.* i) adipisci *ed.* k) alii — apostolorum *om. ed.* l) ex parte *om. ed.* m) atque etiam *ed.* n) elaboravi *ed.* o) etiam *ed.* p) honorem *ed.* q) operuerim *ed.* r) ex parte erexerim *ed. pro* de — texi. s) inter quas *add. ed.* t) de novo *om. ed.* u) duplicavi *ed.* v) *om. ed.* w) omn. n. *ed.* x) Anemundi *ed.* y) etc. *ed. pro* Quibus — degentium. Et. z) *Bene vidit Baluzius (S. Agobardi opp. II, 146) verba haec:* situm in medio — codices *additicia* esse. *J.* a) fluvii *ed.* b) honorem *ed.* c) Caroli *ed.* d) dominum *ed.*

1) *L'île Barbe-lez-Lyon, cf. Ardonis V. Benedicti Anian. c. 24 (SS. XV, 209):* Leidradus Lugdunensium pontifex, volens monasterium, quod vocatur Insula-Barbara rehedificare, quaesivit instanter qui ei initium bonae vitae ostenderent et accepit siquidem electos ferme a grege XX discipulos, quibus preposuit rectorem eosque Burgundiae partibus ad habitandum direxit. *Ludowicus imperator a. 815. die 11. Nov. mens., Leidrado praesule deprecante, monasterio ab eo reaedificato immunitatem aliaque iura confirmavit (Mühlbacher Reg. 575. 576).*

813—814 abbatem, cum quo simul direxit ibi suos codices), ita restauravi[1], ut tecta de novo fierent[a] et aliqua ex[b] maceriis a fundamentis erigerentur[c], ubi nunc monachi secundum regularem disciplinam numero nonaginta habitare videntur. Cui[d] etiam praefato[e] abbati tradidimus potestatem ligandi et solvendi, uti habuerunt antecessores[f] sui, scilicet Maximus[e], Ambrosius[g], Licinius clarissimi viri, qui ipsum locum rexerunt; quos Eucherius, Lupus atque Genesius et[h] caeteri archiepiscopi Lugdunenses[i], ubi ipsi deerant aut non poterant adesse, mittebant cognituros[k], utrum catholica fides recte crederetur, ne fraus heretica pullularet. Quibus illis in tantum erat commissa cura, ut si ecclesia Lugdunensis[l] viduaretur proprio patrono, ipsi in cunctis adessent rectores et consolatores, quousque ecclesia a Domino dignissimo illustraretur pastore. Similiter[m] et[n] posteris illorum hanc potestatem tradidimus. Insuper iussimus fieri decreta priscorum regum Franciae, ut, quemadmodum illi[o] statuerunt monimenta emendi et augendi, locum in omnibus rebus, quas ad praesens habere videntur, vel in futuro Deo auxiliante acquirere poterunt, sine ulla querimonia per secula possideant.

Aliud[p] monasterium in honore sancti Regneberti aedificatum, ubi eiusdem sancti requiescit corpus, de novo totum reparatum est, sive in parietibus sive in tectis vel etiam in ecclesiis, ubi nunc monachi numero quinquaginta sex secundum regularem custodiam habitant. In quibus monasteriis, unum puellarum et duo monachorum, nemo antea erat, qui regularem vitam imitari nosset aut vellet. Propter quod plurimum laborem et studium impendi, ut ad hanc regularis vitae observantiam pervenire potuissent, quo nunc pervenisse Deo auxiliante videntur. Aliam quoque ecclesiam in eadem parochia, quae est in honore sancti Wibaldi, ubi eiusdem sancti corpus requiescit, restauravi.

* Habet Leidradus episcopus ad suum opus inter totum colonicas vestitas DCCXXVII, absas XXXIII. Habet Amalbertus episcopus colonicas vestitas XXX, absas XVII. Habet Agobardus episcopus colonicas vestitas XLIIII, absas IIII. Sunt in domo sancti Stephani canonici numero LII, habent colonicas vestitas LXXXIII, absas L. Habent[q] in Sancto Paulo canonicas XXIIII. Habent in beneficio colonicas vestitas XXII, absas XXI, et sunt pauperes numero XII, qui de suprascriptis rebus accipiunt tertiam portionem. Ad hospitale quoque sancti Romani habent[q] colonicas vestitas XXII, absas X. Et ad hospitale sancti Genesii habent[q] colonicas vestitas VI, absas II. In monasterio vero praedicto sancti Petri puellarum habent[q] colonicas vestitas CLXXXVIII, absas XLVII. Et in coenobio Insulano sunt colonicae vestitae CV, absae LIII. Et in monasterio sancti Ragneberti habent[q] colonicas vestitas XL.

31.

Leidradus Lugdunensis archiepiscopus sororem de morte filii et fratris consolatur. *c. 798—816.*

Cod. Parisinus 2449 s. X. fol. 136'—137, quem contulit A. Molinier.

Edd. Masson Agobardi opera p. 425—430, Baluzius Agobardi opp. II, 129—132. — Migne Patrol. lat. XCIX, 884—886.

a) fuerint *ed.* b) de *ed.* c) erecta *ed.* d) *Verba:* Cui etiam — possideant *Jaffé a monasterii insulae Barbarae sodali quodam admixta esse sibi persuasum habuit.* e) *om. ed.* f) praedecessores *ed.* g) Maximinus *add. ed.* h) ceterique *ed.* i) episc. Lugdun. *ed.* k) concognituros *ed.* l) Lugdun. *ed.* m) Nos simil. *ed.* n) *om. ed.* o) ipsi *ed.* p) Aliud *sequentia om. ed., quae verbo* possideant *finitur.* q) *Chifflet corr.* habet n *deleto.*

1) *Cf. diploma Ludowici (Mémoires de la soc. des antiquaires de France III, 2, 258):* notum fore volumus . . quia Leidradus Lugdunensis ecclesiae praesul retulit nobis, qualiter . . monasterium quod-

CARISSIME AC SUSPICIENTISSIME IN CHRISTO SANCTĘ SORORI LEIDRADUS LICET INDIGNUS LUGDUNENSIS ĘCCLESIĘ EPISCOPUS IN DOMINO IESU CHRISTO SEMPITERNAM SALUTEM. c. 798—816

Cognoscere dignetur prudentia almitatis tuę nos iuxta donum donantis Dei viribus corporis aliquantisper valere[1] et secundum quod se incerta salus propter suspectos casus vitę huius habet, de salute nostra gratias Deo debere. Deinde secundum vires[a] animi memores nos esse in orationibus nostris pro salute vestra temporali et ęterna. Vos quoque, si bene valetis, et in orationibus vestris iuxta quod de vobis confidimus, memores nostri estis, inmensas Deo referimus gratias, eo quod secundum quod desideramus esse vos constat.

Novi autem animum vestrum nuper vehementi dolore perculsum prius [ob][b] mortem filii, postea fratris. Et utique tanti solatii privatio nullo modo nos potest sine gravi dolore affici, quoniam de quorum vita gaudemus, consequenter de eorum morte dolemus. Et tanto maiore tristitia cor nostrum premit cuiuscumque mors, quanto maiore lętitia sublevabat vita. Neque enim iura nature poenitus extinguere possumus, ne doleamus, sed forsitan consilio meliore lenire, ut toleremus, ne forte contingat, ut dum amoris sequax animus pro proximo dolet ut blandus, iudiciis divinis efficiatur infensus. Multa enim discretione opus est, ut in huiusmodi damnis inter Deum iudicantem et proximum morientem equitatis tenorem non relinquamus, quatenus et iustissimo iudici ingrati non existamus, et mortuo proximo compassionis dolorem iuxta mensuram exhibeamus. Audiendum omnino est consilium beati Pauli apostoli dicentis: 'Nolo autem vos, fratres, contristari de dormientibus', id est morienti- 1. Thess. 4, 12. bus, 'sicut et ceteri, qui spem non habent resurrectionis'.

Aliud est enim infidelem infideliter flere mortuum, quasi ex toto perditum, quem non speret esse victurum; aliud est fidelem fideliter mortuum interim condolere, quem non dubitat esse resurrecturum. Et quamquam, ut superius dictum est, fieri non possit, ut eius nobis non sit mors amara, cuius dulcis est vita, et hinc sit luctus humani et affectuosi cordis quasi vulnus aut ulcus, recte tamen huic sanando adhibentur officiose consolationes. Est enim quod sanetur, et quanto est animus melior, tanto in eo citius faciliusque sanetur. Cum igitur de carissimorum mortibus, maxime quorum sunt humane[c] societati officia necessaria, nunc mitius, nunc asperius affligatur vita mortalium, tamen eis quos diligimus iustius congratulamur, cum moriuntur, quam toleramus, cum a fide vel bonis moribus labuntur. Quia temptatio est vita humana super terram. Et: 'Ve mundo ab scandalis'. Matth. 18, 7. Et cum mors eorum nos contristat, ipsa iterum consoletur, quia caruerunt malis, quibus in hac vita boni homines vel conteruntur[d] vel depravantur vel in utroque periclitantur. Crede quia, ut mihi videtur, ex altera parte omni morienti congratulandum est, ne forte si vixisset, peior obiisset. Sed quia id hominibus suaderi non potest, illud subtiliter considerandum est, quod cum omnes mortales et morituri nascamur[e], alii moriuntur in uteris matrum, alii mox in hanc lucem effusi; et deinceps non invenitur qui numeretur dies aut annus, in quo non mors occurrens intercipiat vitam eius, qui adhuc vivere vellet seque vivere putaret.

Cum hęc igitur ita sint[f], diligenti consideratione[g] mutatur, cotidianas Deo debemus grates exsolvere, quia dedit quod viximus, quamdiu viximus, non dolere de hoc quod morimur, ultra quod numquam accepimus ut viveremus. Quis[h][2], rogo, non mori-

31. a) viribus *P.* b) *om. P.* c) humana *P.* d) conterentur *P.* e) nascamus *P.* f) sit *P.* g) *an* non *addendum?* h) quos *P.*

dam in loco qui vocatur insula Barbara situm ac in veneratione sancti Martini antiquitus constructum reaedificasset et monachos ibidem secundum regulam sancti Benedicti . . una cum abbate eorum Campione videlicet nomine constituisset.

1) *De valetudine eius mala cf. supra p. 542 n. 2.* 2) *Fortunat. ad Chilperic. reg. v. 43 (Opp. poet. ed. Leo p. 207):* Quis, rogo, non moritur mortem gustante salute?

811 anno ineunte

tur? Si salvator, dator salutis et vitę, mortuus est, quis tam stultus est, ut semper velit vivere, dum novit pro nobis mortem gustasse? Vita[a][1] nascimur aequales, quoaequaliter morimur omnes. Diversa[2] est merces[b] post mortem, mors tamen omnibus una. Ploramus[3] et gemimus, sed prodesse ad invicem non valemus. Luctus[4] adest oculis et nullus fructus operis, quia non revocatur[5], cum plangimus. Surda[6] et dura est mors, nec audit nec condolet. Nulla potestas auxiliari sibi potest. Figulus[7] ille, qui omnes de una terra plasmavit, novit quale et quando vas frangat. Nullum tamen illi perit, quia qui fecit de pulvere, de pulvere reficiet. Ad iussionem[8] omnipotentis nemo potest esse rebellis. Qui adhuc vivit, consideret, unde possit prodesse mortuo. Quia et qui mortuus est, non eget infructuoso luctu, sed fructuoso suffragio. Iam sufficiat praeterita damna plorasse. Demus operam futuram nobis mortem levigare. Quod[9] vitari non potest non valde timendum est. Ea vero timenda sunt mala, quę et viventes vitare possumus et post mortem sunt mala. Nam mors, quę in se nulla est, malis
Rom. 14, 7. propterea mala est, quia per eam ad peiora transeunt. Nemo sibi vivit et nemo sibi
ib. 8, 9. moritur. Si vivimus, Domino vivimus; si morimur, Domino morimur. Christus mortuus est et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur. Ergo cogitatione, locutione, operatione ea studeamus, per quę illi placeamus, cuius potestas est male viventes damnare et bene morientes glorificare; quique tribuit male viventibus per emendationem bene mori, numquam tribuit bene morientibus male vivere.

32.

Carolus I. imperator Nicephoro Graecorum imperatori scribit Arsafium legatum eius ad Pippinum missum a sese susceptum pacemque confirmatam esse. De suis ad eum legatis addit. *811 anno ineunte.*

Codd. Kings library in Museo Britann. 8. E XV. fol. 10' (K 1), quem contulerunt Pertz et Jaffé; St. Galli 271 p. 63 (K 2), quem descripsit H. Wartmann; S. Trinitatis Cantabrig. O. 10. 16 sacc. XVI. (A 1) p. 92—94 nr. 58, quem ipse contuli. Cf. supra p. 8. 10[a].*

Edd. Canisius Antiquae lectionis I, 29 (ex K 2), Quercetanus in Alchwini opp. col. 1661 (ex Canisio), Bouquet Recueil V, 631, Alcuini opp. ed. Frobenius II, 560, Jaffé Bibl. IV, 393. Migne XCVIII, 929. Mühlbacher Reg. 446.

Cum in omni humane actionis initio[b] Domini sit auxilium invocandum, maxime in hoc, quod modo inter nos Deo mediante agitur. negotio domini et salvatoris[c] nostri Iesu Christi omni modo sunt inploranda suffragia, ut, qui nomine illius signati sumus et in dispensatione passionis eius ab eterno mortis periculo nos redemptos esse confidimus, ea quae ipso inspirante inchoamus. ad honestum et utilem perfectionis terminum perducere mereamur.

In cuius nomine atque honore legatum fraternitatis tue. quem[d] ad bonae recordationis[e] filium nostrum Pipinum regem[10] misistis, Arsafium scilicet gloriosum spatarium, ad nos cum verbis et litteris tuae caritatis[f] benigne atque honorifice suscepimus.

a) vitam *P.* b) mercis *P.*

32. a) *Lemma:* Epistola Karoli imperatoris ad imperatorem Constantinopolis *K 1;* Epistola Caroli ad Nicephorum imperatorem Constantinopolitanum *A 1*.* b) accionis inicio *K 2.* c) salvotoris *K 2;* et salv. dom. nostri *K 1.* d) quaē *K 2.* e) ręcordat. *K 2.* f) *om. K 2.*

1) *Fortunat. ad Chilperic. reg. v. 49 (Opp. poet. ed. Leo p. 207):* Nascimur aequales morimurque aequaliter omnes. 2) *ib. 51:* Diversa est merces, funus tamen omnibus unum. 3) *ib. v. 55:* Ploramus, gemimus, sed nec prodesse valemus. 4) *ib. 56:* Luctus adest oculis est neque fructus opis. 5) *ib. v. 59:* neque iam revocatur amator. 6) *ib. v. 61:* mors surda nec audit, *62* . . dura. 7) *ib. v. 74:* Quando placet figulo, vasa soluta ruunt. 8) *ib. 75:* Quod iubet omnipotens non possumus esse rebelles. 9) *ib. v. 86 p. 208:* Quod non vitatur, vel toleretur onus. 10) *Italiae, qui obiit die 8. Iulii a. 810.*

811 anno ineunte

Et quamvis[a] ad nos missus non fuisset, veluti ad nos missum diligenti[b] adhibita cura et audivimus et cum eo de his quae adtulit[c], quia prudentem animadvertimus, conlocutionem[d] habuimus[1]. Nec inmerito, cum tanta esset non solum in litteris quas detulit[e], sed etiam in verbis, quae ex ore illius nostris auribus insonuerunt, optatae ac semper optandae pacis copia, ut valde nobis[f] et quibuscumque Deum timentibus[g] huiuscemodi legatio placere potuisset. Quae utique tanto fuit caritatis ac pacis sale[h] respersa, ut in palato cordis cuiusque fidelis veram possent[i] sapere dulcedinem, possetque iudicari[k] penitus insipiens[l], cui talia videntur insipida[m]. Propter quod postquam illum in fines regni nostri pervenisse conperimus, veluti praescii optime[n] ac Deo complacitae legationis eius, temperare[o] nequivimus[p], oportune eum ad nostram praesentiam venire fecimus; maxime[q] tamen quod his[r], ad quem[s] illum missum[t] esse constabat, dilectus filius noster Pipinus rex divino iudicio iam rebus humanis excesserat neque nos illum cum infecto negotio tanto[u], quod[v] perficiendum directus erat[w], vacuum reverti pati potuimus.

Et non solum propter hoc, sed etiam quod ex eo[x] tempore, quo primo inperii tui anno Michaelem metropolitanum et Petrum[y] assiduum abbatem Calistumque gloriosum[z] candidatum ad constituendam nobiscum pacem et federanda atque adunanda haec duo in Christi caritate, longaevam[a] tua misit dilectio[2], veluti[b] in specula positi, longa fuimus expectatione suspensi[c], praestolantes sive[d] per legatum sive per epistolam quando meritorum[e] scriptis nostris amabilia fraternitatis tuae responsa suscipere[f]. Iamque ut se habet humane mentis infirmitas, pro spe disperatio cordi nostro incipiebat oboriri. Sed fidentes eramus[g] in eo, qui nunquam deserit sperantes in se, (Iudith 13, 17.) quod secundum apostolum labor noster in ipso vacuus et inanis esse non deberet ac (1. Cor. 15, 58.) desiderium nostrum, quod ut confidimus ipsius inspiratione concipimus, secundum divitias misericordiae suae[h] conplere[i] et quandoque[k] ad effectum perducere deberet. (Philipp. 4, 19.) Idcirco audito adventu[l] memorati legati dilectionis tuae, Arsafii[m] gloriosi spatarii[n], magnopere[o] gavisi[p] sumus[q], confidentes nos de rebus incertis ad optatam certitudinem perventuros, et de his, quae[r] praedictis missis[s] tuis ad te perferenda dedimus, responsum esse recepturos. Et revera ita factum est. Sensimus enim ex parte in eo quod desiderabamus ad completionem votorum nostrorum divini favorem auxilii et in verbis ac litteris, quae per legationem memorati legati perlata sunt, quamvis ad filium nostrum scripta et directa essent, non minimam nos desideratae[t] responsionis accepisse portionem.

Proinde omnipotenti Deo, non quales debuimus, sed quales potuimus, gratias egimus[u], quod cordi dilectionis tue, quam quesivimus ac desideravimus, pacis volun-

---

a) quam *K 2.* b) adhib. dil. *K 2.* c) dędulit *K 2;* detulit *A 1*.* d) conlocucionem *K 2.* e) addulit *K 2;* adtulit *A 1*.* f) nos *K 2.* g) amantibus *A 1*.* h) sanae *K 2;* favo *A 1*;* sapore *coni. Jaffé.* i) posset *A 1*;* possent *K 1.* k) iudicare *K.* l) insibiens *K 2.* m) insapida *K 2, corr. in* insip. *K 1.* n) optimo *K 2;* optimae *A 1*.* o) nobis temp. *A 1*.* p) Sed oport. *A 1*.* q) maxima *K 2.* r) is *A 1*.* s) quam *K 2.* t) misum *K 2.* u) tanta *K 2.* v) ad quod *A 1*.* w) directi erant *K 1.* x) *om. K 2.* y) populum *K, corr.* Petrum *A 1*.* z) et *add. A 1*.* a) longaevum *K 1;* longevam *K 2.* b) velut *K 1.* c) suspeussa *K 2.* d) sivę *K 2.* e) *superscr.* demum, meritorum *deleto A 1*; an* merito? *J.* f) susciperem *A 1*.* g) spęrabamus *K 2.* h) misericordia sua *K 2.* i) conplerę *K 2.* k) quandocunque *K 2.* l) adventū *K 2.* m) Arsafidi *K.* n) patrii *K 2.* o) magnoperum *K 2.* p) magno pergavisi *A 1*.* q) gaudio *add. A 1*.* r) quē *K 2.* s) *om. K.* t) desiderata *K 2.* u) gracias agimus *K 2.*

1) *m. Octobri a. 810. V. Annal. Lauriss. mai. (SS. I, 198) 810:* Imperator Aquasgrani veniens mense Octobrio, . . legationes audivit pacemque cum Niciforo imperatore . . fecit. 2) *V. Ann. Lauriss. mai. (SS. I, 191):* venerunt legati Nicifori imperatoris . ., quorum nomina fuerunt Michahel episcopus. Petrus abbas et Calistus candidatus . . et pactum faciendae pacis in scripto susceperunt.

812 tatem inspirare dignatus est: orantes secundum apostolum, ut Deus, qui vobis in hac
cf. Philipp. 2, 13. pace velle tribuit, ipse perficere tribuisset.

Propter quod nil[a] morantes, sed absque[b] omni cunctatione ac dubietate[c] penitus abiecta legatos nostros praeparavimus ad tuae[d] amabilem fraternitatis[e] amorem[f] dirigendos.

33.

Fuldenses monachi cum Carolo imperatore de Ratgario abbate violento queruntur et statum pristinum monasterii restaurari volunt. *812.*

Cod. quondam Fuldensis deperiit.

Edd. Christoph. Brower, Fuldens. antiquitat. libri IIII a. 1612 p. 212—216 ex codice, Mabillon Acta SS. ord. S. Bened. IV, 1 p. 260—262; Eckhart, Comment. de reb. Franciae orient. II, 72—74; Schannat Hist. Fuldensis cod. probat. p. 84.

SUPPLEX LIBELLUS MONACHORUM FULDENSIUM CAROLO IMPERATORI PORRECTUS[1].

Haec quoque coenobium totum Fuldense rogavit
Augustum Carolum iura novare sibi.
Quae cuncta honesta censebat caesar opimus,
Et votum precibus iussit inesse piis.

In primis petimus pietatem tuam, clementissime imperator, quod liceat nobis orationum, psalmodiae et vigiliarum modum tenere, quem patres nostri habuerunt, pro amicis nostris viventibus atque defunctis: id est quotidianam precem pro te, domine auguste, et pro liberis tuis et pro omni populo christiano. Quam mane, quando in unum convenimus, et capitulum de regula coram fratribus legebatur, exurgentes post
Ps. 69, 2. lectionem, ter versum 'Deus in adiutorium meum intende' adiuncta 'Gloria patri' cantantes, flexis genibus psalmum L. cecinimus simul cum versibus et collecta. In secunda quoque feria uniuscuiusque septimanae orationem pro omnibus elemosynas nobis tribuentibus: id est eundem psalmum L., quem tota congregatio iuxta corpus beati martyris simul prostrata cantavit cum oratione dominica et versibus. Pro defunctis ergo fratribus nostris commemorationem illam, quam quotidie bis habuimus, id est post matutinam celebrationem et vespertinam, quae est antiphona videlicet,
Ps. 64, 2. 'Requiem aeternam' et prima pars psalmi 'Te decet hymnus Deus', versus et collecta. In kalendis vero omnium mensium unam vigiliam et L psalmos. Pro Sturmi quoque abbate et fundatoribus monasterii istius in anniversaria obitus die[2] unam vigiliam et unum psalterium per singulos annos.

II. Quod presbyteris concedatur missas saepius celebrare et quod spatia eis ad hoc dentur, sicut a maioribus nostris dabantur. Quodque illi ad sacrum ordinem eligantur, qui eruditi sint verbo et sancta conversatione probati, et nec fures nec scelerati et qui sacerdotii iuris penitus ignari sunt.

III. Ut sanctorum honor et festivitas non detestetur, sed in vigiliis et missis eorum digna commemoratio fiat: et quod in his festivitatibus, quibus maior veneratio convenit, fratribus ab opere ad lectiones et psalmodiam vacare liceat, sicut apud

---

a) nihil *K 2.* b) *om. K 2.* c) dubitacione (-tat. *A 1**) *K 2, A 1*.* d) tuam *K 2, ubi* animam *sequitur.* e) fraternitatem *K 2.* f) *om. K 2.*

1) *Cf. de causa huius querelae Ann. Lauriss. min. a. 812 (SS. I, 121):* Facta est conturbatio non minima in monasterio sancti Bonifatii et fratres XII ex ipsa familia perrexerunt simul cum abbate Ratgario ad iudicium imperatoris Karli, *et quae de hac re B. Simson copiosius exposuit: Jahrbücher des fränk. Reichs unter Ludwig dem Fr. I, 371—376.* 2) *Sturmi (Styrmi) obiit a. 779. XVI Kal. Ianuar.*

maiores nostros licitum est[1]: id est in festivitate sanctae Mariae et XII apostolorum, 812
sancti Stephani et sancti Laurentii et ceterorum, quorum memoriae apud ecclesias Germaniae celebres fiunt, necnon et eorum, quorum corpora in his regionibus habentur.

IIII. Quod communicationem fracti panis ante cibum quotidie sumere non respuatur secundum exempla praecedentium patrum.

V. Quod infirmorum maior cura sit et miseratio, senum videlicet et debilium: neque penuria victus affligantur, neque vestitus paupertate conterantur; et nec ineptiis aliquibus vexentur, ita ut nec baculum eis pro sustentatione ferre liceat, nec ad inclinatorium, quod nos formulam dicimus, morando haerere[a], quia caecus et claudus non possunt sine sustentatione baculi bene incedere nec decrepitus sine formula genua flectere. Hoc rogamus, ut tales propter fastidium de monasterio non eiciantur, ne forte in cellis sub laicis constituti sine confessione et necessario vitae viatico moriantur[2].

VI. Quod omnibus ad monasterium vitae huius amore venientibus pietas congrua impendatur, et nec infirmi neque seniores neque delicati duritia aufugentur[3], sed omnes cum misericordia suscipiantur et solatium quod petierint, honeste infirmitati eorum impertiatur.

VII. Quod nullus ante probationem suscipiatur neque corpori monasterii societur, ne forte aliquis magis propter commoda terrena, quam propter aeternae vitae amorem se monasterio sociare voluerit; et receptus inhonesto suo more conturbet fratres.

VIII. Ut nullus propter pecuniam vel possessionem terrenam, fictis suasionibus seductus et blanditiis deceptus, postquam in monasterium susceptus fuerit, et non habens quod sibi promittebat, tristitia et poenitentia saeculi pereat, sed veritas unicuique ore proferatur et opere impleatur.

IX. Quod nullus vi monachus fieri cogatur, nec ad clerum tondeatur, sive liber sit sive servus, quia tales in monasterium suscepti auctores sunt scelerum et executores vitiorum.

X. Quod victum et vestitum, sicut maiores nostri nobis constituerunt, habere liceat, quia primus abbas noster Sturmis in monasterio sancti Benedicti per annum conversans[4], huc postea rediens, secundum electionem sancti Bonifacii habitum eorum et victum diiudicantis, nobis istum constituit, cuius rei plures adhuc testes supersunt.

XI. Quod commune magisterium[b] a decanis et praeposito omnibus fratribus fiat, quia hae divisiones, quae modo factae sunt, occasiones sunt scandalorum, dissensionum et contradictionum. Credimus enim propter pacis caritatisque custodiam expedire secundum priorem constitutionem communiter fratribus decanos omnes constitui, ut communis cura cautelam praebeat et dilectionem impendat.

XII. Ut aedificia[5] immensa atque superflua et cetera inutilia opera omittantur, quibus fratres ultra modum fatigantur et familiae foris dispereunt, sed omnia iuxta mensuram et discretionem fiant; fratribus quoque secundum regulam certis horis vacare lectioni liceat et item certis operari.

33. a) habere *ad marg. Brow.* b) ministerium *ad marg. Br.*

1) *Cf. Regul. S. Benedicti c. 48.* 2) *Cf. Hrabani metr. de transitu monach. str. 9 (Poet. Carol. II, 205):* His commota malis turba relinquit | antiquum stabulum, fit peregrina | laesis una salus pergere longe est. 3) *Cf. Regul. Bened. c. 48.* 4) *Rudolfi vita Leobae c. 10 (SS. XV, 125):* misitque *(sc. Bonifatius)* in Casinum montem Sturmi discipulum suum, virum genere et moribus nobilem. 5) *Hunc locum respicit Candidus in vita Eigilis abb. c. 10 (SS. XV, 228):* Immensa vero aedificia, pater, et opera non necessaria, quibus familiae foris et intus fratrum congregatio fatigatur, exhinc penitus ad mensuram dimitte et memento, quam saepe huius nimietatis querimonia genitoris mei ac nostras aures inquietabat.

812 XIII. Quod peregrinorum susceptio et lavatio in eis pedum non negligatur, sed secundum regulam et secundum priorum[a] nostrorum consuetudinem. quandocumque venerint, misericorditer suscipiantur et ab omnibus fratribus lavatio pedum eis exhibeatur.

XIIII. Quod hospitalitas antiqua non obliviscatur, sed omnibus hospitibus congruus honor et omnis humanitas exhibeatur. Quando autem plures simul advenerint, ut in missa sancti Bonifacii[1], consolatione undique facta, ab his qui cellas provident, omnibus refectio praebeatur.

XV. Ut[2] privata negotia et saecularia beneficia, et divisio possessionum atque
Gal. 5, 20. 21. agrorum in ipso monasterii loco non fiant, quia inde exoriuntur iurgia, contentiones, aemulationes, irae, rixae, inimicitiae, dissensiones, invidiae, furtivae comessationes et ebrietates; et paene omnia mala et saluti nostrae contraria. Sed omnes agri atque cellae in communi omnium fratrum fiant, et omnes homines, qui in eodem monasterii loco habitant, ab uno vestiario vestitum accipiant, prout praepositus sive cellarius dispen-
cf. Act. 4, 32. saverint; nec mercimonia aliqua ab aliquibus ibi ventilentur, sed sint omnia omnibus communia.

XVI. Ut ipsa monasterii ministeria per fratres ordinentur[3], id est pistrinum, hortus, bratiarium, coquina, agricultura, et cetera ministeria, sicut apud decessores nostros fuerunt, quia devotius et dignius per fratres omne exercebitur officium, quam per laicum aut servum malevolum.

XVII. Quod malitiosae et furiosae mentis homines, et ad cuncta flagitia perpetranda promptissimi, non colligantur intra monasterium, sicut factum est de illo homicida clerico, qui monachum interfecit, qui contra omnium fratrum voluntatem et consensum locatus est in monasterio; quia timemus, ne forte cognati ipsius monachi, diabolica suasione in ultionem eius inflammentur et homicidium augeatur: quodque ipsi qui propter scelera sua et improbitates inter saeculares esse non poterant, in vicina monasterii loca gregatim non collocentur, quia furto monasteria depraedant et proxima quaeque loca latrociniis infestant.

XVIII. Quod ipse abbas corrigatur, ne institutis sancti Bonifacii detrahat dicens, quod decreta eius synodus damnaverit et quod maiores et cetera monasteria non reprehendat, quasi regulariter non vivant.

XIX. Ut crucis gloriatio[b] in singulis diebus dominicis fiat ante missam, fratribus omnibus circa vicina quaeque loca monasterii crucem sequentibus, hymnos et antiphonas cantantibus, sicut apud maiores nostros usus erat, in diebus dominicis, passionis et resurrectionis Domini gloriam celebrari. Et quod in diebus ieiuniorum ab episcopo decretis crucem portare et litanias facere liceat.

XX. Hoc[4] igitur quod maxime nobis necessarium esse iudicavimus, prae omnibus optabamus, id est unitatem et concordiam cum abbate nostro habere, sicut cum anterioribus nostris abbatibus habuimus; et misericordiam et familiaritatem, pietatem et modestiam in illo sentire. Et ut esset[c] benignus infirmis, propitius delinquentibus, affabilis fratribus; maestorum consolator, laborantium adiutor, benevolorum auxiliator, bene certantium hortator, lassorum refocillator, cedentium sustentator, cadentium

a) patrum *in marg. Br.* b) glorificatio *in marg. Br.* c) etiam *Cand.*

1) *die 5. Iun. mensis.* 2) *Cf. quae ad hunc locum W. Wattenbach adnotavit Deutschlands Geschichtsq. ed. 6. t. I, 232 n. 1.* 3) *Cf. Ludow. Pii Capitul. monast. c. 4 (Capitul. reg. Francor. I, 344).* 4) *Sequentia* Hoc igitur, clementissime imperator, quod -- odio exterminaret *repetit Heistolfus archiepiscopus Moguntinus in vita Eigilis c. 11 (SS. XV, 229), his verbis Aeigilem abbatem allocutus:* Talem te filiis tuis patrem exhibere contende, qualem tibi et fratribus tuis tecum paulo ante fieri postulabas; cuius petitionis et optionis exemplar a vobis hoc modo dictatum ac scriptum Karolo praesignabatur augusto.

restaurator: omnes fratres amaret, nullum odiret et nullum zeli vel livoris dolo persequeretur; fieretque non turbulentus vultu, non anxius animo, non nimius in iudicio, non obstinatus in consilio, sed hilaris facie, laetus mente, discretus in opere, consentiens in utilitate. Et quando aliquis de fratribus praeoccupatus fuerit in aliquo delicto, non statim tyrannica vindicta illum excruciaret, sed misericordi disciplina corrigere festinaret, conversumque clementer susciperet nec prava suspicione denuo illum fatigaret, neque perpetuo odio exterminaret. 803—813

His et talibus, domine imperator, apud priores nostros abbates usi sumus; et de hoc istum abbatem saepissime rogavimus, sed usque in praesentem diem impetrare non potuimus[1].

34.

Amalardus abbas et monachi Hornbacenses Riculfum archiepiscopum rogant, ut ecclesiis monasterii in dioecesi Moguntina sitis Macharium presbyterum praeesse sinat.

803—813.

Cod. Vindobonensis 751 (Theol. 259) saec. X. fol. 73'[a].

Edd. Serarius, Epistolae S. Bonifacii mart. n. 75, Al. Würdtwein Epistolae S. Bonifacii n. 135, Giles, S. Bonifacii opp. I n. 126, Jaffé Biblioth. rer. German. III, 317.

DOMNO ET PATRI RICULFO[2] ARCHIEPISCOPO, QUEM GRATIA AETERNI REGIS PERPETUALITER AD SALUTEM MULTORUM ET AECCLESIAE CATHOLICAE DEFENSIONEM CONSERVARE DIGNETUR, AMALARDUS[3] ET WIDO OMNISQUE CONGREGATIO SANCTI PETRI EX MONASTERIO HORBACH[4] IN DOMINO DEO SALVATORI NOSTRO SALUTEM PRESUMPSIMUS MITTERE.

De cetero notum sit pietati vestrae, quia, in quantum Deus nos exaudire dignatur, oratores vestri incessanter sumus et adtencius esse cupimus. Conperiat siquidem magnitudinis vestrae[b], quia misimus presbiterum nostrum Macharium nomine ad nostras aecclesias, quae[c] in vestra parrochia sitae esse videntur, ut ibidem solito more officium perageret. Sed dictum nobis et eodem presbitero fuit, quod auctoritatis vestrae magnitudo iuberet non ibidem eum esse officium divinum caelebraturum, quia nescimus, si aliqua suggestio auribus pietatis vestrae a Bernario episcopo[5] pervenisset, quia idem domnus Bernarius episcopus misit ei unum caballum pascere de nostra stipendia, unde nos vivere debemus. Nescimus, si pro hac causa factum non sit.

Nunc deprecamur, ut accepta licentia idem presbiter a vobis, liceat ei domino Iesu Christo et sanctorum eidem in loco reliquiis officium solito more persolvere, ne et domus Dei et reliquie illius honor sic remaneant sine sacerdote lumine et officio. Nec nos non habemus illis in partibus sacerdotem, qui illud officium ibidem peragere possit, nisi iste. Ideo deprecamur vobis, ut tale preceptum et licentia ei a vobis tribuatur, nec tam diu, sicut deprecati sumus, domus Dei et reliquie illius honor sic sicut modo remaneant. Gratia domini nostri Iesu Christi vos in presenti faciat pollere et in aeterna beatitudine feliciter secum regnare. Obteneant, obteneant, queso, preces nostrae auribus pietatis vestrae, electe Dei, quatenus et aliorum profecta merces vobis magna reddatur a domino Iesu Christo.

---

34. a) *Lemma:* Epistola Amalradi ad Riculfum archiepiscopum *C.* b) *verbum deesse videtur.* c) qui *C.*

1) *Cf. Hrabani metr. de transitu monachor. str. 11 (Poet. Carol. II, 205):* Cuncti conveniunt undique fratres, | quis mens una fuit parque voluntas, | inmitem ut precibus flectere certent. *12.* Duratusque animo spreverat omnes *etc.* 2) *a. 787—813.* 3) Amalhart abbas *praeit fratres* de coenobio quod vocatur Hornbach *in libro confraternitat. Aug. ed. Peiper p. 252, quem cum Amalario episcopo confundere minime licet, cf. Mönchemeier, Amalar von Metz (Münster 1893) p. 25.* 4) *Hornbach prope Zweibrücken dioec. Mettensis.* 5) *Wormatiensi, 803—825.*

804—814

35.

Carolus imperator Dungalum fidelem de substantia tenebrarum et nihili interrogat. 804—814.

Cod. Bruxellensis 9587 (quondam Cusanus) saec. IX. ex. fol. 51, de quo cf. Arch. VIII, 531[a].

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. CAROLUS SERENISSIMUS AUGUSTUS A DEO CORONATUS, MAGNUS ET PACIFICUS IMPERATOR, ROMANUM GUBERNANS IMPERIUM, QUI ET PER MISERICORDIAM DEI REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM DUNGALO FIDELI NOSTRO[1].

Sententias sive rationes, quas tibi dirigimus[b] de substantia nihili et tenebrarum[2], diligenter ac studiose explorare te volumus et utrumque recte ac vere sint an aliqua falsitate notabiles, nobis significare stude. Nihil tamen allegorice aut figurate ibi adtendas, sed nudum sermonem nudamque litteram rem nudam significantem. Non autem nos latet, quid allegorice maiores nostri in his intellegere voluerint, quoniam si alia
Ps. 55, 8. exempla queres[c], quam plurima prompta sunt. Sicut in psalmis: 'Pro nichilo salvos
Iob 26, 7. facies illos', et in Iob: 'qui appendet terram super nihili' et cetera. Similiter si de substantia tenebrarum alia exempla quęsieris, inter cetera[d] haec etiam adhibere poteris,
Dan. 3, 72. 2. Cor. 4, 6. ut est: 'Benedicite lux et tenebre Domino' et apostolus: 'Deus qui dixit de tenebris
Isai. 45, 6. 7. lumen splendescere'. In propheta, lex Domini voce 'ego Dominus formans lucem et
Iob 28, 3. creans tenebras' et in Iob: 'Tempus posuit tenebris et universorum finem ipse creat'.
ib. 26, 10. ib. 20, 26. Item ibi: 'Terminum dedit aquis, donec finiantur lux et tenebre'. Item aliud: 'Omne
ib. 17, 12. tenebrę abscondite in occultis Dei' et 'noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem'.

36.

Fredegisus in epistola ad proceres palatii Caroli Magni data de substantia nihili et de tenebris an sint, disserit. 804—814.

Codd. Parisinus 5577 (quondam Colbert.) s. IX. ex. fol. 134—137 (ex quo Vatican. Christ. reg. 69 s. X. fol. 90'—93), de quo cf. supra p. 11, Bruxell. 9587 s. IX. ex.[a].

Edd. Baluzius Miscellan. I, 403—408. — Migne CIV, 751; Max Ahner, Fredegis von Tours, Leipz. a. 1878 p. 16—23.

OMNIBUS FIDELIBUS ET DOMNI NOSTRI SERENISSIMI PRINCIPIS KAROLI[b] IN SACRO EIUS PALATIO CONSISTENTIBUS FREDIGYSUS[c] DIACONUS[3].

Agitatam diutissime a quam plurimis[d] questionem de nihilo, quam indiscussam inexaminatamque veluti inpossibilem ad explicandum reliquerunt, mecum sedulo volvens atque pertractans, tandem visum mihi fuit adgredi; eamque nodis[e] vehementibus, quibus videbatur inplicita, disruptis absolvi atque enodavi[f], detersoque nubilo in lucem restitui, memoriae quoque posteritatis cunctis in futurum saeculis mandandam[g] previdi.

Questio autem[h] huiusmodi est: 'Nihilne aliquid sit[i] an non'. Si quis[k] responderit: 'Videtur mihi nihil esse', ipsa eius, quam putat, negatio conpellit eum fateri,

35. a) *Lemma:* Interrogatio domni Caroli serenissimi imperatoris de substantia tenebrarum et nichili *B.* b) dirimus *B.* c) querens *B.* d) cettera *B.*
36. a) *Lemma:* De substantia *B.* b) Caroli *B.* c) Fredegisus *B.* d) pluribus *P.* e) nobis *B.* f) aenodavi *P.* g) mandandum *B.* h) eius *add. B.* i) *om. B.* k) autem *add. B.*

1) *De quo cf. infra ad epistolas eius.* 2) *His verbis Carolum epistolam Fredegisi, quae in eodem codice sequitur, dicere voluisse probabile est.* 3) *De quo cf. supra p. 392 n. 4, Simson Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. dem Fr. II, 235—238.*

aliquid esse nihil, dum dicit: 'Videtur mihi nihil esse'. Quod tale est, quasi dicat: 'Videtur mihi nihil quiddam esse'. Quodsi aliquid esse videtur, ut non sit, quodammodo videri non potest: quocirca relinquitur, ut aliquid esse videatur. Si vero huiusmodi[a] fiat responsio: 'Videtur mihi nihil nec aliquid esse', huic responsioni obviandum est, primum ratione, in quantum hominis ratio patitur: deinde auctoritate, non qualibet, sed divina[b] dumtaxat, que sola auctoritas est solaque immobilem obtinet firmitatem. Agamus itaque ratione. 804—814

Omne itaque[c] nomen finitum aliquid significat, ut homo, lapis, lignum. Haec enim uti[d] dicta fuerint, simul res, quas[e] significant, intellegimus. Quippe hominis nomen praeter differentiam aliquam positum universalitatem hominum designat. Lapis[f] et lignum suam similiter generalitatem conplectuntur[g]. Igitur 'nihil' si[h] modo nomen est, ut grammatici asserunt, finitum nomen est. Omne autem nomen finitum aliquid significat. Ipsum vero aliquid finitum ut non sit aliquid, inpossibile est, ut finitum aliquid non sit, inpossibile est, ut nihil quod finitum est, non sit aliquid. Ac per hoc esse probabile est. Item nihil vox significativa est. Omnis autem significatio[h] ad id quod significat refertur. Ex hoc etiam probatur non posse aliquid non posse[i]. Item aliud: Omnis significatio eius significatio est, quod est. Nihil autem[k] aliquid significat. Igitur nihil eius significatio est quod[l] est, id est rei existentis[m].

Quoniam vero ad demonstrandum, quod non solum aliquid sit nihil, sed etiam magnum quiddam, paucis actum est ratione, cum tamen possint huiusmodi exempla[n] innumera proferri in[o] medium, ad divinam auctoritatem recurrere libet, quae est rationis[p] munimen et stabile firmamentum; siquidem universa ecclesia[q] divinitus erudita, quae ex[r] Christi latere orta sacratissime carnis eius pabulo preciosique sanguinis poculo educata[s] ab ipsis cunabulis[t] secretorum misteriis[u] instituta, inconcussa fide tenere confitetur divinam potentiam operatam esse ex[v] nihilo terram, aquam, aera et ignem, lucem quoque et angelos, atque animam hominis[w]. Erigenda[x] est igitur ad tanti[y] culminis auctoritatem mentis acies, quae nulla ratione cassari, nullis argumentis[z] refelli, nullis potest viribus inpugnari. Haec enim[a] est, quae praedicat ea, que inter creaturas prima[b] ac praecipua sunt, ex[c] nihilo condita. Igitur nihil magnum quiddam ac preclarum est quantumque sit, unde tanta et tam preclara sunt[c], aestimandum non est. Quippe cum unum horum, quae ex eo genita sunt, aestimari sicut[d] est, estimari ac[e] difiniri non possit. Quis enim elementorum naturam ex asse metitus est? Quis enim[f] lucis[g] aut angelicę vel animę[h] substantiam ac naturam conplexus? Si ergo haec quae praeposui humana ratione conprehendere nequivimus[i], quomodo obtinebimus, quantum qualeve sit illud, unde originem genusque ducunt[k]?

Poteram autem et alia quam plurima[l] subicere, sed docibilium[m] quorumque pectoribus satis his insinuatum credimus.

De substantia tenebrarum[n].

Quoniam his breviter dictis commodę finem inposui, mox ad ea expedienda[o] intentionem retuli, que curiosis lectoribus non inmerito videbantur digna esse[p] quesitu. Est quidem quorundam opinio non esse tenebras et, ut sint, inpossibile esse. Quae quam[q] facile refelli possit, sacrae scripturae auctoritate prolata[r] in medium, prudens

a) eiusmodi *B.* b) ratio *P (cf. Ahner l. l. p. 32).* c) *om. B.* d) ut *B.* e) quas *om. B;* fuerint *add. P.* f) omnium *add. B.* g) complebuntur *B.* h) si modo — autem significatio *om. P.* i) esse *corr. Bal.* k) autem autem *P.* l) quid *P.* m) existis *P.* n) ex. eiusmodi *B.* o) *om. P.* p) ratione *B.* q) aeccl. *B.* r) e *P.* s) edocata *P.* t) conab. *B.* u) sacrat. myst. *B.* v) pro *B.* w) *om. B.* x) erigendus *B.* y) tantam *B.* z) argumentisque *B.* a) est en. *B.* b) prima prima *P.* c) ex nihilo — preclara sunt *om. P.* d) sicuti *B.* e) ac dif. *om. P.* f) autem *B.* g) nomine *add. P.* h) velamine *P pro* vel an. i) conpręh. nequimus *B.* k) gen. quę dicunt? *B.* l) plura *P.* m) docubilium *B.* n) De tenebris an sint *P.* o) expediendi *B.* p) *om. B.* q) dat *B.* r) prolatam *B.*

804—814 lector agnoscet. Itaque quid libri Genesis historia inde sentiat, videamus[a]. Sic enim
Gen. 1, 2. inquit[b]: 'Et tenebrae erant super faciem abissi'. Quae si non erant, qua[c] consequen-
tia dicitur, quia erant? Qui[d] dicit tenebras esse, rem constituendo[e] ponit, qui autem
non esse, rem negando tollit[f]. Sicut cum dicimus: 'Homo est', rem, id est hominem,
constituimus; cum dicimus: 'Homo non est', rem negando, id est hominem, tollimus.
Nam verbum substantiale[g] hoc habet in natura, ut cuicumque subiectum[h] fuerit
iunctum sine negatione, eiusdem subiecti[i] declaret substantiam. Predicando[i] igitur in
ib. 1, 2. eo, quod dictum est: 'Tenebrae erant super faciem abissi'[k] res constituta est, quam ab
esse nulla negatio separat aut dividit. Item 'tenebrae' subiectum est, 'erant' declarativum.
Declarat enim praedicando tenebras quodam modo esse. Ecce invicta auctoritas ratione
comitata, ratio quoque auctoritatem confessa, unum idemque praedicant[l]: tenebras sci-
licet esse.

Sed cum ista exempli causa posita ad demonstrandum quae praeposuimus[m],
sufficiant[n], tamen ut nullis[o] contradicendi occasio aemulis relinquatur[p], faciamus
palam pauca divina testimonia adgregantes[q] e pluribus, quorum excussi[r] formidine
ineptissimas[s] ulterius voces adversus ea iaculari non audeant. Siquidem Dominus
Exod. 10, 21. cum pro adflictione[t] populi Israel plagis severioribus castigaret Aegyptum[u], tenebris
etiam[v] involvit adeo[w] spissis, ut palpari quirent et non solum obtutibus hominum visum
adimentibus, sed etiam pro sui crassitudine manuum[x] tactui subiacentibus[y]. Quic-
quid enim tangi palparique potest, esse necesse est; quicquid esse necesse est, non
esse inpossibile est. Ac[z] per hoc tenebras non esse inpossibile est, quia esse necesse
est, quod ex eo, quod est palpabile, probatum est. Illud quoque praetereundum non
Gen. 1, 5. est, quod cum omnium Dominus inter lucem et tenebras divisionem[a] faceret, lucem
appellavit diem ac[b] tenebras noctem. Si enim diei nomen significat aliquid, noctis
nomen non potest aliquid non significare. Dies autem lucem significat, lux vero
magnum aliquid est. Dies[c] enim et est et magnum aliquid est. Quid ergo nihilne[d]
significativa sunt tenebrae? Cum eis vocabulum noctis ab eodem conditore inpres-
sum est, qui luci[e] appellationem diei inposuit, cassanda[f] est divina auctoritas? Nullo
cf. Matth. 24, 35. modo, nam caelum et terram facilius est transire, quam auctoritatem divinam a suo
statu permutari. Conditor etenim rebus[g], quas condidit, nomina inpressit, ut suo
quaeque[h] nomine res dicta agnita foret. Neque rem quamlibet absque vocabulo
formavit, nec vocabulum aliquod statuit, nisi cui statueretur existeret. Quod si
foret, omnimodis videretur superfluum, quod[i] Deum fecisse[k] nefas est dici. Si autem
nefas est dici Deum aliquid statuisse superfluum, nomen, quod Deus inposuit tene-
bris, nullo modo videri potest superfluum. Quod si non[l] est superfluum, est secun-
dum modum, si vero secundum modum et necessarium[m], quia eo ad dinoscendam
rem opus est, quae per id significatur. Constat itaque Deum secundum modum res
constituisse et nomina, quae sibi[n] invicem[o] sunt necessaria. Sanctus quoque David
propheta sancto[p] spiritu plenus, sciens tenebras non inane quiddam et ventu sicuti[q]
Ps. 104, 28. sonare, evidenter expressit[r], quia quiddam sunt. Ait ergo: 'Misit tenebras'. Si non
sunt, quomodo mittuntur? Quod autem est[p] mitti potest et illo[s] mitti potest, ubi non

a) videatur *B.* b) inquid *B.* c) sua *B.* d) et *B.* e) rem constituendo *bis P.* f) detollit *B.* g) substantiae *P.* h) subiecto *corr. Prantl.* i) *om. P.* k) fac. ab. *om. B.* l) predicat *B.* m) proposuimus *P.* n) sufficient *B.* o) nulla *P.* p) relinquitur *B.* q) adgreganter *B.* r) perculsi *P.* s) inebtissimas *B.* t) afflict. *B.* u) Aegiptum *P.* v) eam *P.* w) adeos *B.* x) manum *B.* y) subiacerent *P.* z) Ac per — inposs. est *om. B.* a) *om. B.* b) et *P.* c) dies — aliquid est *om. P.* d) tenebrae? Nihilne signific. sunt *P pro* nihilne — tenebrae. e) lucem *B.* f) cassandaque *P.* g) res *B.* h) quaedamque *B.* i) in *add. P.* k) *om. B.* l) nobis *B.* m) necessaria *P.* n) ad *add. P.* o) inuçicem *B.* p) *om. P.* q) ventosum *P pro* ventu sic. r) exprimit *B.* s) illa *B.*

est. Quod vero non est, mitti qualibet[a] non[b] potest, quia nusquam est. Igitur missae 804—814
dicuntur tenebrae, quia erant. Item illud: 'Posuit tenebras latibulum suum'. Quod Ps. 17, 12.
scilicet erat posuit et quodam modo posuit, ut[c] tenebras quae erant latibulum suum
poneret. Item aliud[d]: 'Sicut tenebrae eius', ubi ostenditur, quia in possessione sunt ac ib. 138, 12.
per hoc esse manifestantur[e]. Nam omne, quod possidetur, est, tenebrae autem in
possessione sunt: igitur sunt.

Sed cum ista talia ac tanta sufficiant et arcem[f] tutissimam contra omnia inpugnamenta teneant, unde levi[g] repulsu[h] tela in suos iaculatores retorquere possunt, ex evangelica[i] tamen firmitate[k] quaedam poscenda sunt. Ponamus igitur ipsius salvatoris
verba. 'Filii, inquit[l], regni eiciantur[m] in tenebras exteriores'. Adtendendum est Matth. 8, 12.
autem, quod tenebras exteriores nominat. Extra enim, unde exterius dirivativum[n] est, locum significat. Quapropter cum dicit exteriores, tenebras locales esse demonstrat. Nam non essent exteriores tenebras[c], nisi essent et interiores. Quicquid autem exterius est, id in[o] loco sit necesse est. Quod vero non est, id[p] nusquam[q] est. Igitur exteriores tenebrae non solum sunt, sed etiam locales sunt. In passione quoque
Domini evangelista[r] tenebras factas esse predicat[s] ab hora diei[t] sexta usque ad horam ib. 27, 45.
nonam. Quae cum factae sint[u], quomodo non esse dicuntur? Quod factum est, effici non potest, ut factum non fuerit. Quod vero semper non est, nec umquam fit, id numquam est. Tenebrae autem factae sunt, quare ut[u*] non sint, effici non potest.
Item aliud[v]: 'Si lumen, quod in te est, tenebrae sint[w], ipsae tenebrae quante erunt? ib. 6, 23.
Neminem dubitare credo[x], quin[y] quantitas corporibus adtributa[z] sit, quae[a] cuncta per quantitatem distribuuntur. Et quantitas quidem secundum accidens est corporibus. Accidentia vero aut in subiecto sunt aut de subiecto[b] praedicantur. Per hoc ergo, quod dicitur[c]: 'Ipsae tenebrae quantae erunt', quantitas in subiecto[d] monstratur[e]. Unde probabili[f] argumento colligitur tenebras non solum esse, sed etiam corporales[g] esse.

Itaque haec pauca ratione simul et auctoritate congesta vestrae magnitudini atque prudentiae scribere curavi, ut eis[h] fixe[i] inmobiliterque haerentes, nulla falsa opinione inlecti a veritatis tramite declinare possitis. Sed si forte a quocumque[k] aliquid prolatum fuerit ab hac nostra ratione dissentiens, ad[l] hanc veluti[m] ad regulam recurrentes probabilibus[n] sententiis eius[o] stultas machinationes deicere valeatis. Explicit[p].

37.

Carolus I. imperator ad Michaelem I. Graecorum imperatorem legatos mittit, qui foederis tabulas ab eo signatas accipiant. *813 vere ineunte.*

Cod. Musei Britann. Harleian. 208 fol. 115'—116, quem contulit Pertz, descripsit du Rieu.

Edd. Alcuini opp. ed. Froben. II, 561, Jaffé Bibl. rer. Germ. IV, 415. — Migne XCVIII, 931. Mühlbacher Reg. 463.

---

a) qualiter *B.* b) non *delet B.* c) *om. P.* d) illud *B.* e) manifestentur *B.* f) archem *B.* g) nihil *B.* h) pulsu *B*; repulsa *P.* i) euuangelica *B.* k) infirmitate *B.* l) inquid *T.* m) ei-cientur *P.* n) dirivatum *P.* o) in id *B.* p) hic *corr. in* hoc *P*; hid *B.* q) numquam *P.* r) euuangelista *B.* s) e. f. commemorat *P.* t) die *B.* u) sunt *B.* u*) non ut *P.* v) in euangelio *P.* w) ten. sint *om. P.* x) ordo *B.* y) *om. P.* z) intributa *B.* a) quia *coni. Bal.* b) in subiectu *B.* c) decius in *superscripto B.* d) subiectu *B.* e) monstrat? *B.* f) probabile *P*, argum. *om.* g) incorporales *B.* h) ad tonis *B pro* ut eis. i) fixę *B.* k) quo potestis *B.* l) quam *B.* m) velut *P.* n) ex eius *P.* o) *om. P.* p) de tenebris *add. B.*

813
vere ineunte

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. KAROLUS DIVINA LARGIENTE GRATIA IMPERATOR ET AUGUSTUS IDEMQUE REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM DILECTO ET HONORABILI FRATRI MICHAELI[1] GLORIOSO IMPERATORI ET AUGUSTO AETERNAM IN DOMINO NOSTRO IESU CHRISTO SALUTEM.

Benedicimus dominum Iesum Christum verum deum nostrum et gratias illi iuxta virium possibilitatem et intellegentiae nostrae quantitatem ex toto corde referimus, qui nos ineffabili dono benignitatis suae in tantum divites efficere dignatus est, ut in diebus nostris diu quaesitam et semper desideratam pacem inter orientale atque occidentale imperium stabilire et ecclesiam suam catholicam sanctam et inmaculatam, quae toto orbe diffusa est, iuxta cotidianas ipsius postulationes sicut semper regere ac protegere, ita etiam nunc idem in nostro tempore adunare atque pacificare dignatus est. Quod ideo tamquam peractum dicimus, quia, quicquid de hoc ex nostra parte faciendum fuit, fecimus, vosque similiter de vestra parte facere velle non dubitamus: fiduciam habentes in illo, qui hoc opus, quod in manibus habemus, id est pacem fieri praecepit; quia fidelis et verax est et omni bene operanti cooperator existit, qui etiam a nobis bene inchoata ad perfectionem, ut confidimus, deducturus est. (cf. Ap. 19, 11.)

Huius perfectionis desiderio accensi, praesentes legatos nostros, Amalharium venerabilem Treverorum episcopum et Petrum religiosum abbatem venerabilis monasterii sanctorum apostolorum[2] ad tuae dilectae fraternitatis[a] gloriosam praesentiam direximus[3], ut — iuxta quod fideles legati dilectae fraternitatis tuae Michahel venerabilis metropolita et Arsafius et Theognostus gloriosi protospatharii nobiscum fecerunt[4], suscipiendo a nobis pacti conscriptionem, tam nostra propria quam et sacerdotum et procerum nostrorum subscriptione firmatam — ita et memorati legati nostri foederis conscriptionem tuam, et sacerdotum patriciorumque ac procerum tuorum subscriptionibus roboratam, a sacrosancto altari tuae manus porrectione suscipiant; et, Deo iter illorum properante, ad nos deferant. Quia et ratio postulabat et talis fuit nostra et legatorum tuorum convenientia, ut post profectionem illorum, cum primum oportunum navigandi tempus adveniret, legatos nostros ad tuae dilectae fraternitatis gloriosam praesentiam mitteremus, qui supra dictam pacti seu foederis conscriptionem, te dante, susciperent et nobis adferrent.

Quapropter rogamus dilectam et gloriosam fraternitatem tuam, ut, si tibi illa, quam nos fecimus et tibi misimus, pacti descriptio placuerit, similem illi — Grecis litteris conscriptam et eo modo, quo superius diximus, roboratam — missis nostris memoratis dare digneris; eosque, postquam ad te venerint et a te, sicut in tua caritate confidimus, benigne suscepti fuerint, absque non necessaria dilatione absolvere iubeas, ut de illorum reditu et de tuae dilectae fraternitatis rescripto, Domino opitulante, gaudeamus: et tibi largitor omnium bonorum Deus digna reconpensatione restituat, quod pacis, quam ille suos inter se habere precepit, amator et confirmator esse certasti. Bene vale.

38.

Aegil Fuldensis monachus[5] Angildruthae virgini vitam Sturmi abbatis Fuldensis a se compositam dedicat. *779—814.*

37. a) fraternitati *H.*

1) *I (2. Oct. 811 — 10. Iul. 813).* 2) *Nonantulani.* 3) *Annales (SS. I, 200) 813:* Imperator ... incipiente verni temperie Amalharium Treverensem episcopum et Petrum abbatem monasterii Nonantulas propter pacem cum Michaele imperatore confirmandam Constantinopolim misit. 4) *anno 812.* 5) *Quamquam in lemmate codicis W Eigil abbas vocatur, cum hanc vitam non intra annos regiminis sui (817—822) quadraginta fere annis post Sturmi abbatis obitum scripsisse persuasum habeo, sed tempore multo anteriore, Carolo Magno etiamnunc regnante.*

Codd. Wirziburgensis Theol. q. 13 a. 1417. exaratus fol. 79—79', quem contulit D. Kerler V. Cl.; Erlangensis (olim 268) nunc 321, monasterii Halisbrunnensis saec. XII—XIII[a]. 779—814

Edd. Brower Sidera illustr. virorum a. 1616, Mabillon Acta SS. O. S. Ben. III, 2, 266, SS. II, 366.

Assidue te[b] amore divino accensam et sancto indesinenter studio repletam, o virgo Angildruth[c], semper agnovi. Idcirco petitionibus tuis parui. Poscebas enim, ut initia et vitam sancti ac venerandi[d] abbatis Sturmi[e] tibi exponerem ac primordia monasterii sancti Salvatoris, quod ab eo fundatum atque constitutum[f] est, quodque alio nomine appellatur Fulda, conscriberem, causas quoque eiusdem coenobii[g] conicerem et sincere narrarem. Feci secundum parvitatem ingenii mei quod postulasti, et quemadmodum a viris satis fidelibus, immo vasis Christi, illius viri principia et conversationem et fundamina praedicti monasterii agnovi, huic ut potui libello ingessi, necnon et[h] earum rerum diversitates, quas istius saeculi cursus indesinenter patitur, sicut ipsorum relatu vel meo obtutu expertus sum, similiter inserui. Nam et ego Aegil[i] in discipulatu illius plus quam XX annos conversatus eram, et sub ipsius coenobii disciplina ab infantia usque in hanc aetatem nutritus et eruditus sum. Quapropter nonnulla eorum quae scripsi vidisse me testatus sum[k].

En habes quod poscebas, pittacium[l] videlicet nomini tuo dicatum, tibique tuendum derelictum. Tu invidorum maledictis responde; tu me magis benivolum quam praesumptuosum defende[m]; tu me apud Christum, verum sponsum tuum, sanctis orationibus tuis sustenta.

39.

Candidus presbyter amicum in monasterio degentem de quaestione docet, num Christus corporeis oculis Deum videre potuerit. Eum fratresque de caritate admonet.

sacc. nono in.

Codd. Monac. lat. 14614 (quondam S. Emmerammi) s. IX. fol. 8—15 (E), Monac. 13581 (quondam Ratisbonensis) s. IX. fol. 118—122 (D)[a].

Edd. Bern. Pez Thesaur. anecdot. I, 1, 309—316 ex codice E. — Migne CVI, col. 103—107.

DOMNO[b] IN CHRISTO VENERABILI SUMMA CARITATE DILIGENDO FRATRI PRESBITER[c] CANDIDUS[2] SALUTEM.

Non omnimodis ab re agis, qui relativo loquendi more loquens, te filium, me autem patrem appellas, qui utique patrem habens in caelis Christum, huius te dignitate et caritate honorandum amplectendumque non dubitas. Sed hunc patrem nobis omnibus communem simul credimus, speramus et amamus. Quod autem me patrem vocare voluisti ad hoc, quod agere disposuisti, non inconveniens esse videtur. Nam cum in sanctis scripturis preceptum sit, ut interrogarentur patres, ut adnuntient, et seniores, Deuter. 32, 7.

38. a) *Lemma:* Prologus Aegil abbatis de vita Sturmi primi abbatis et fundatoris Fuldensis coenobii *W*, Incipit prologus in vitam sancti Sturmi abbatis *E*. b) et *W*. c) Endildurt *E*. d) venerabilis *E*. e) Sturmis *E*. f) constructum *E*. g) quas res visu vel auditu didicerim *E pro* conicerem et. h) adversitates quas in isto saeculo passus est *pro* earum — patitur *E*. i) Egil *E*. k) me vidisse contestor *E*. l) putativum *W pro* pitt. et. m) defensa *E*.

39. a) *Lemma:* Epistola Candidi presbiteri, *in argumento codicis fol. 6':* Epistola Candidi magistri *E*. b) $\overline{\mathrm{D}}$ *E, D*. c) $\overline{\mathrm{p}}$ *E, D*.

1) *Angilthrudim virginem alias ignotam in Bischofsheimensi forte vel Kizzingensi parthenone floruisse Brower coniecit.* 2) *B. Pez (Thes. anecd. I p. LIX), cum hunc Candidum eundem esse voluit, qui in Alcvini epistolis saepius occurrit, recte censuisse mihi videtur, verum opinionem auctorum historiae litterarum Francicarum (Hist. littér. de la France V, 17 sq.), quos Alb. Hauck sequitur (Kirchengesch. Deutschlands II, 596), Candidum monachum Fuldensem, cui vitam Eigilis debemus, hanc epistolam scripsisse, probare non possum. Candido nostro tribuendum est opusculum de passione Domini, quod B. Pez et ipse ex alio S. Emmerammi codice edidit. Eundem arbitratu suo cum Wizone vel Wazzone a. 804. episcopo Trevirensi creato (Gesta Trevveror. c. 25, SS. VIII, 163) confundit D. G. Morin (Revue Benedict. VIII, 779 a. 1891).*

saec. nono in. ut dicant: si ille, qui interrogatur, pater est et presbiter, quare non recte patrem appellas, quem interrogare non dubitas? Sed utinam tibi sic utilis ad interrogata fierem, sicut desideras, qui me talem putas, qui tibi vera caritate velim et scientia valeam solvere quae quaeris.

Est autem quaestio, de qua pulsatum te a quodam dicis: quod Christus dominus noster, in quantum homo fuit, cum hic mortalis inter mortales viveret, Deum videre non potuisset? Quae quidem questio, si iamdudum a sanctis patribus mota [1], simul et soluta fuerat, nescio, utrum vel a te vel ab aliquo nostrum sic exposita habeatur, sicut iste, de quo scripsisti, interrogare dicitur, videlicet, si corporeis eius oculis pater videretur? Sed sive habeas illius quaestionis ab aliis iam solutionem expositam, sive non habeas, ego te, quid inde sentiam, non celabo.

Deus sicut summus spiritus est, sic et summe incorporalis est. Hoc autem ideo dico, quia et angeli et animae et quicunque spiritus creati sunt, licet incorporales et dicantur et sint, eius tamen incorporalitatis et, ut ita dicam, spiritalitatis conparatione corporales quodammodo sunt. Licet namque alias forte inlocales, vel animae vel angeli dici possint, in conparatione tamen summae illius divinitatis locales sunt, quia etsi non altero, ipso tamen mundo, qui utique locus est, continentur. Deus autem non mundo nec creatura aliqua continetur, quia ab ipso continentur omnia creata, ut sint et maneant. Qui ergo hoc a te et a me quaerebat, scilicet, utrum Deus corporalibus oculis videatur aut videretur aut videndus sit, hoc et a me et a cunctis catholicis cf. Matth. 5, 8. christianis responsum audiat: quod Deus spiritus spiritu cernitur, non carne. Mundo corde videtur ab hominibus, non, licet mundissimo, corpore; a spiritali substantia et cernitur et cernendus est, non a [a] carnali per carnem.

Si autem forte respondeat ille et dicat: et hoc quod modo per corpus videmus, spiritus per corpus videt, et nobis omnibus futurum promissum est post iudicium, corporibus iam incorruptibilibus, Dei visione aeterna gavisuros; vere ut est ita dicit qui hoc dicit; sed spiritus ideo modo per corpus corpora videt, quia non aliter videri corpora valent, nisi per corpus, nec aliud quid per corpus, nisi corpus videri potest. Nam si interrogas, utrum Christus corporalibus oculis Deum videret? Et ego interrogo, utrum tu modo aut possis, aut, si possis, velis veritatem corporalibus oculis videre? Et si mihi dicis nec te hoc velle nec posse, scias, quod et Christus Deum nec aliter voluit videre, nisi sicut videri potest. Nec aliquid vult aut voluit, nisi quod potuit, nec aliquid potest nisi quod vult, quia voluntas et potestas Dei ipsa Deus sunt, non aliud aliquid. Ideoque Christus se ipso, quo spiritus est, et ipso spiritu hominem implevit, quem assumens se ipso, inquam, et ipso spiritu, quem implevit, Deum vidit, corporalibus autem oculis eum cernere, qui summus spiritus est, ideo, ni fallor, noluit, quia non potuit et ideo non potuit, quia noluit. Vult enim omnia ut dixi quae potest et potest omnia quae vult.

Et ut hoc tibi quantulocunque exemplo manifestius fiat, si tamen potest, immo quia non potest tali rei simile inveniri exemplum, ex parte tamen aliqua simile est quod dicam. Ac si media die lucente sole velis lucerna aliqua materiali uti, cum tibi sufficiat undique circumfusus solis splendor. Hoc autem eo solo rei, de qua agimus, simile est, quod non quaerendum erat corpore videre Deum, quem semper spiritu cernebat. Ego de me ipso dico: Si mihi corpora ad videndum necessaria non fierent, ego nihil corporis oculis videre curassem, et hoc forte omnibus est. Nam dic mihi, si litteras aut habere aut videre curasses, si omnia, quae scire voluisses, sine litteris

a) *om. D.*

1) *ab Augustino.*

scires et memoria retineres? Ego certe invitus litteris utor vel ad me admonendum [saec. nono in.] vel ad alios docendos: qui si oblivisci nihil possem eorum, quae a me scita sunt, vel scire valerem sine litteris ea, quae scienda erant, et eadem indesinenter scire, iam litteris non indigerem, quod ipsum et mihi et omnibus futurum est, videlicet ut sine litteris et sciant et non obliviscantur ea quae scituri sunt.

Non ergo infirmiore visus genere quaerendum erat, ut videretur Deus a Christo, qui firmiore et meliore semper ab illo visus est et videndus. Non hoc autem ita dico, quasi putem Deum non potuisse suo corpori concedere, ut aliquid excellentius prae ceteris corporibus haberet. Potuit enim et fecit concedens scilicet suo corpori quae concedenda erant, magnam plane ineffabilemque prae ceteris corporibus gratiam; primo, si tamen hoc primum est, ut Dei caro fieret et ut sine peccato ex hominis, et hoc virginis, carne fieret caro, et matrem suam non macularet nascendo, quin potius Dei propter illam diceretur genetrix et esset, et ut sine peccato viveret, et ut ex fide ipsam tangentes sanarentur: et quod mihi vel maximum videtur, vel non minimum, ut talis fieret, quae pro omnibus humanae naturae consortibus et ad salutem praedestinatis victima cunctis corporalibus creaturis Deo patri acceptabilior fieret, et quod corruptionem mortua non videret, et quod gloria resurrectionis exaltata super caelos caelesti fieret sede sine fine beata. Haec sunt quae concedenda eidem carni Christi et concessa non dubitantur. Ut autem corporalibus suis sensibus patrem suum, summum spiritum videret, hoc quid ordini illi summo et intransgressibili conferret, non satis mihi apparet. Nam quia hoc ab humana natura quaerebatur, ut quia adhuc tunc spiritu videri non valuit corporaliter, corporalis videretur Deus, ille fragilitati eiusdem naturae consulens, ipse corporalis factus, corporis oculis videri voluit et corpore tangi. Et huius rei causa facta est tota illa singulariter mirabilis et mirabiliter singularis dispensatio incarnationis Christi, scilicet ut per eum, quem mortalem et corporalem viderant, ad eius visionem perducerentur homines, qui non corpore, sed spiritu videndi sunt.

Ei ergo qui tibi hoc genus quaestionis proposuit, tu ita responde: Si Deum tu videre desideras, munda cor, et videbis. Nam Christus ita Deum patrem videre voluit, sicut potuit, et ita potuit, ut voluit, et quia nos mundis cordibus Deum visuros esse predixit, non est dubitandum, quin ita eum ipse videret, sicut nos ad eum videndum pervenire posse docuit. Nam tria sunt, quae mihi modo occurrunt: unum quod Deus a creatis spiritibus mundis videri potest, non quantum se ipse videt, sed quantum se ipse videri concesserit, et a corporibus licet mundis videri non potest Deus ipse in sua natura divina, et ab inmundis et spiritibus et corporibus non solum non videtur, sed etiam longe ab eorum visione recedit; et quanto ille, utpute vita et salus longius ab eis recesserit, tanto illi miseriores et infeliciores fiunt. Videtur ergo Deus totus a se ipso, a spiritu bono creato, quantum ille concesserit, ab homine bono per spiritum; ab inmundo nullo modo. Nam corpora per corpus videt spiritus et corpus per spiritum creatum videt spiritum non creatum, per se autem non. O anima, te ipsam fide munda, corpori dominare et ad bona utere, Deo ut fruaris, stude.

De anima autem Christi, utrum illa modo Deum patrem videat, nullo modo dubitandum est, quin ipsa eum plus omnibus creaturis videat. Nam et nostris, ut supra dictum est, animabus mundatis eius visio in fine promittitur, qua illa Christi anima semper munda iam fruitur. Quod autem evangelista dixit: 'Deum nemo vidit [Ioh. 1, 18; 1. Ioh. 4, 12.] umquam', adtende quid dicat: 'nemo', quasi nec homo, nemo hoc est hominum, nemo Deum in natura divinitatis vidit umquam. Ipse autem unus, qui est Deus homo, suo spiritu illum videre non dubitatur, nisi ab infidelibus. Et quod dixit: 'Deum nemo vidit', adtende, quod dixit preterito tempore: 'vidit', non autem: 'nemo visurus est', quia, ut idem evangelista ait: 'visuri sumus eum, sicuti est', quod Christi anima [ib. 3, 2.] semper habuit, ex quo ab eo assumpta est et impleta. Nisi forte dicat aliquis, quod

[saec. nono in.] aliquot tempus ante fuisset illa sancta et vere sanctissima omnium creaturarum anima Christi sine Deo, et postea accedisset illi divinitas. Sed hoc catholicae fidei contrarium est. Tene ergo illam animam Deo semper plenam Deum, sicuti est, semper vidisse. Tene, et non dubites, Christum, ex quo homo esse coepit, suo semper spiritu Deum vidisse, quem et ante assumptionem humanae naturae semper vidit. Nam et [Matth. 18, 10.] angeli nostri vident faciem patris qui in caelis est, quanto magis illa anima quae omnibus creaturis, utpute Deo plena, excellentior est? Nemo ergo hominum Deum vidit in sua natura, extra illum solum, qui solus peccator non est. Visuri autem sunt [Ioh. 1, 18.] omnes iusti a peccatis purgati. Nam si 'unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrabit', adtende cui narrabit, videlicet creaturae. Et quali creaturae narraturus est, si suae animae, quam suscepit, non narrat? Narrat itaque et, ut dixi, eam fecit omnibus creaturis excellentius et magnificentius Deum videre.

Si haec ita se habere, ut dixi, tibi videantur, his contentus sis. Sin autem aliquid extra videris, ignosce, quia homo sum et falli possum; et veritatem tamen amo, ideoque et corrigi. Obsecro fraternitatem tuam, ut me commilitonibus suis sepius commendare dignetur. Ego certe, si quid valeo illis utilitatis conferre, satis desidero, nimirum quia me debitorem intellego et illis et omnibus ecclesiae catholicae filiis. Ammone etiam illos verbis meis et tuis, ut se sobrie et iuste et pie agant. Et quia magnae aestimationis apud homines sunt, curent esse in conspectu Dei quod dicuntur. Dicuntur namque servi Dei et quid servi Dei opus sit, non dubitant, videlicet ut ser- [cf. 1. Petr. 2, 16.] viat domino suo servus. Nam servi estis Dei, non autem saeculi huius, nec mammone. Ei ergo serviendum est volendo, cuius servi sumus, etiamsi nolimus. Fides recta legatur et teneatur, spes indubitata habeatur et omnia nostra cum caritate in- [1. Cor. 13, 8.] cipiant, transeant, finiantur. Caritas autem ipsa numquam excedat. Ex omnibus virtutibus animae nihil vobis specialius, nihil familiarius, nihil amabilius debet esse caritate: et talis est, quae plena ipsa sola sufficiat. Humilitas est conversationis vestrae fundamentum, patientia parietes, fides tectum, spes in Deo culmen: cum caritate autem haec omnia si sunt, valent, sine illa horum nihil. Si enim humilis es et non amas eum cui humiliaris, Deum, falsa est humilitas. Si patiens es et eum non amas cuius causa pateris, inanis est patientia. Si credis et non amas Deum, in quem credis; et daemones ita agunt. Si speras et eum non amas, a quo speras, spem [1. Cor. 16, 14.] pascis inanem. Ideo omnia cum caritate fiant, primo Dei et postea proximi et iterum Dei, ut omnia quae aguntur Dei amore agantur. Ille sit auctor operis, ille ductor, ille perfector, ille merces, perfectio operis.

[Ioh. 15, 12.] Humiliamini invicem, diligite invicem, patientes estote invicem, diligite invicem. Credite in Deum et diligite invicem. Sperate in Deum et diligite invicem. Qui sciat, instruat nescientem; qui nescit, diligat instruentem et ab ambobus diligatur Deus, qui fecit scientem scire et dedit illum nescienti, ut et ipse scire discat. Qui sciat, non [1. Cor. 8, 1.] infletur contra nescientem, quia scientia inflat, caritas autem non inflat, sed aedificat. Sciens sciat se debitorem esse, ut aedificet, ideo enim factus est ipse sciens a Deo, ut aedificetur nesciens, quia Deus utrorumque Deus est. Et revera sicut omnes potuit divites facere, si voluisset, voluit autem aliquantos, non omnes, ut divitum misericordia utilis fieret et inopum humilitas. Sic sic potuit quidem omnipotens omnes scientes [1. Tim. 2, 4.] facere, qui vult omnes salvos fieri, sed voluit quosdam per se docere, ut per illos alii docerentur, et caritas inter omnes firma haberetur, sciens diligeret discentem humilem et discens diligeret docentem benivolum.

Haec non ideo dico, frater mi in Christo dilectissime, quasi aliquid de vobis audirem sinistrum, sed vere ab omnibus, qui eam sciunt, laudatur vestra sublimis et sancta conversatio. Sed quia boni estis et sapientes, libenter etiam me suffertis insipientem, qui hoc, quo nihil ego melius scio, vobis ingero, caritatem scilicet, de qua pauca dixi,

de qua nemo tanta dicere valet, quanta illa digna est. Est enim virtus maxima, et c. 800—821
Deus est ipse caritas et quicunque vere Deum et proximum diligit, Deum in se esse 1. Ioh. 4, 16.
non dubitet. Commendo me caritati vestrae omnium patrum ut filius, fratrum ut frater, filiorum ut pater. Omnipotens Deus sua misericordia vos protegat, regat, et in se proficientes ad perfectionem sanctitatis perducat. Valete semper in Christo.

Si aliter tibi responderi, quam tua interrogatio flagitasset, forte animum tuae caritatis[a] offendat. Scias etiam huius rei causam hanc fuisse: cum primo scriberem, non habui in praesenti epistolam tuam et ob hoc non bene recordatus sum, quid interrogasti. Sed postquam illam inveni, etiam ad hoc, quod interrogasti, respondi. Si autem aliquis adhuc in mente scrupulus remansit, et hoc scriptis innotesce, ut et ille Deo donante aperta veritate inluminari valeat.

Tempus[1] erit, quando frater cum fratre loquetur.
Tempus erit, quando gaudens gaudente fruetur.
Omnia tempus habent: caritas sine fine valeto. Eccle. 3, 1.
Pasce iubente pio patres iuvenesque novellos
Christo, quo valeant dulces gustare loquelas.

Curre[b 2] velox carta, plures fer cincta[c] salutes.
Dic: tua me queso discinge dextera illi[d].

40.

Benedictus Anianensis abbas Guarnerium discipulum vacillantem ad sapientiam et fidem rectam exhortatur. c. 800—821.

Cod. Parisinus 2390 (Colbertinus 4310) fol. 109'—110' s. XII., contulit V. cl. H. Lebègue.
Edd. Baluzius Miscellanea V, 51—55 (ed. Mansi II, 97). — Migne CIII, 1411.

BENEDICTUS[3] GUARNARIO FILIO SALUTEM.

Fili mi, exaudi, oro, vocem parentis post tergum pignoris exorantis, immo ut
acceptes, obsecro, que etiam depromo. Fascinacio, procacitas aeque ut nugacitas[a], cf. Sap. 4, 12.
vana inpudencia, quia sunt fatua, ne facessitus fascinatione eucharis lingue parasito- Eccli. 6, 5.
rum tua abroges ipsa iura, cave, ne quando aviditate praepropera abdices ea ipse,
quoniam 'qui in principio hereditare festinat, in novissimo benedictione carebit'. Prov. 20, 21.
'Omnia enim tempus habent', licet is[b] qui instituit tempora, maneat extra tempora, Eccle. 3, 1.
et quecunque in eius aeternitate aeterna, a quo, quia moderantur universa tempora
omnibus mobilibus, cuius mobilior est sapiencia, dicitur illi: 'Omnia in sapiencia fecisti'. Sap. 7, 24. Ps. 103, 24.
Quique sapiencia fecit cuncta, putasne in sapiencia disponit ea? 'Numquid non Prov. 8, 1.
sapiencia clamitat et prudencia dat vocem suam?' 'Ego, sapiencia habito in consilio ib. 8, 12, 31.

a) *om. D.* b) *hos versus* Curre — ill *habet E bis in margine folii 14' et in folio 15 ubi alia manu additi sunt.* c) cinta *E f. 15.* d) illa *D.*
40. a) nudacitas *P.* b) his *P.*

1) *Eosdem versus quondam in Alcvinianos recepi, Poet. Carol. I, 268 LVI, 1, eo in errorem ductus, quod in codice E epistolam Candidi scripta Alcvini secuntur et prima quidem* Explanatio Albini super Ecclesiasten. 2) *Hos duos versus epistolae involucro adscriptos esse crediderim, cf. similes versus Poet. Carol. I, 75* Super cartam; *248 XXIX, II; 301; supra p. 385 n. 2.* 3) *Anianensis abbas clarissimus, qui obiit a. 821. De Guarnario discipulo eius nihil constat, nisi quod eidem, de cuius fide dubitasse videtur, testimoniorum nubeculam catholicae fidei contra Adoptianorum errorem dedicavit (Baluzii Miscell. V, 1—30 ex eodem codice). Alias duas Benedicti epistolas alteram ad Georgium abbatem, alteram ad Nebridium archiepiscopum ultimo vitae eius tempore datas Ardo nobis servavit (V. Benedicti c. 43, SS. XV, 219—220, Acta SS. Februar. II, 620—621).*

c.800—821 et eruditis intersum cogitacionibus, ludens in orbe terrarum et delicie mee esse cum
filiis hominum'.

Isai. 33, 6. Quocirca observa, ne insipienti favore a sapiencia desipiscas, quoniam 'divicie
salutis sapiencia et sciencia, ac[a] timor Domini ipse est[b] tesaurus eius'. Sapiencia
Iob 28, 28. autem est hominum pietas, 'recedere a malo intelligencia'. Pietas ex religione divina,
intelligencia ex rationali prudencia, secundum quod illud est evangelium ex religione
cf. Matth. 10, 16. simplicitas columbina et ex intellegentia prudentia serpentina. Siquidem simplicitas
a singulari sapiencia dicta. Alioquin simplicitas, quia stultitia est deputanda, pruden-
tia a porro videntia[1], id est a longe ante conspiciencia quecunque venientia. Utique
Phil. 2, 13. simplicitas singularitatis, quia Deus excedens omnia est, 'qui operatur in nobis et
velle et perficere pro[c] bona voluntate'. Cedendum istius modi intellectus sapientiae.
Prudentissima prudentia assequenti divini muneris est, cuius moderatui singulari,
ex quo resisti nititur, ex tunc omni modo exordiri ira illius comprobatur, non divinitatis
Sap. 12, 18. perturbatio, sed iusta renitenti redibutio iuxta quod dicitur: 'Tu autem, domine vir-
tutum, cum tranquillitate iudicas'. Ac per hoc te queso bene[d] indolis ne ipsa ira
efficiaris Dei renitendo ei, sed ut ante omnia animadvertas propheticum illud memento,
Ps. 75, 8. qui cum diceret Deo: 'Tu terribilis es, et quis resistit tibi?' ilico subiecit: 'Ex tunc
Prov. 20, 22. ira tua'. Nempe quia ex eo est ira Dei, ex quo[e] . . . . resistere illi. Expecta igitur
Prov. 3, 26. Dominum . . .[f] '[Dominus enim erit in][g] latere tuo, et custodiet pedem tuum, ne capiaris'.
cf. Prov. 20, 24. Non enim est hominis via eius neque viri ut ambulet et dirigat gressus suos, sed 'a
Ps. 36, 23. Domino gressus hominis diriguntur et viam eius volet'. Cede ergo voluntati Dei[h],
volenti tuam, sequendo suam, ut non tua, sed secundum quod tempus dictaverit, ex-
pectes, ut fiat voluntas immutabilis sua.

Rom. 9, 19. Ceterum voluntati eius, cum sit immutabilis, quis resistit? Quam immutabilitatem,
ut verbis disertissimi[i] eloquar Augustini[2], 'in tantum licet mutabilis videre poteris, in
quantum in ea nichil mutabile[k] contemplabis, nec locis et temporibus sicut corpora,
nec solum temporibus et quasi locis, sicut spirituum nostrorum cogitaciones, nec solis
temporibus ex[l] nulla vel imagine[m] locorum, sicut quedam nostrarum mencium ratiocina-
tiones[n]. Omnino enim Dei essentia, qua est[o], nichil habet mutabile nec in aeternitate[p],
nec in veritate, nec in voluntate. Quia [aeterna] ibi est veritas, aeterna caritas. Et
vera ibi est caritas, vera aeternitas. Et cara ibi est aeternitas, cara veritas'. Ubi si
cordis oculo te defixeris, terrigeno spreto angore, rato inconvulsoque divino numine
comptus[q], et his temporaneis et perhennibus beaberis ineffabilibus[r] muniis.

Uti sane exinde federe fidei federeris, formam fidei te exposcente decerpsi[s] [3],
qua te indeptum omnique erroris dempta deformitate, una nobiscum novando novale
spiritu mentis tue, licet noster homo exterior corrumpatur, sed interior renovatur.
Eph. 4, 23. 24. Quodque beatus Paulus apostolus sanciendo cum promulgaret: 'Renovamini spiritu mentis
vestre, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est', alias inculcans
Col. 3, 9. 10. liquidius[t]: 'Exuentes vos', ait, 'veterem hominem cum actibus eius induite novum,
qui renovatur in agnitione Dei secundum imaginem eius, qui creavit eum'. Re-
pulso[u] ergo veterrimo cupiditatis homunculo[v] dehinc compos instrumento perstructo
cf. Rom. 6, 4. exoptando te, fili, efflagito in novitate vite ambulare satagito. Et quia dicente apo-

a) hac *P.* b) ipsa *P pro* ipse est. c) per *P.* d) *an* bonae? e) *lacuna quindecim circiter litterarum.* f) *lacuna quadraginta fere litterarum, an* et liberabit te? g) a *P.* h) deo *P.* i) dissertissimi *P.* k) mutabiles *P.* l) et *Aug.* m) inmagine *P.* n) ratio tinatio nes *P.* o) quae *P.* p) aeternitatem . . . veritatem *P.* q) compertus *Bal.* r) beab. ineffab. *bis scriptum P.* s) decerpsit *P.* t) liquivius *P.* u) Pepulso *P.* v) omunculo *P.*

1) *Isid. Etymol. X, 201:* Prudens quasi porro videns. 2) *De trinit. l. IV § 1 (Opp. VIII, 810):* in tantum — cara veritas. 3) Confessio fidei Benedicti levitae, etsi peccatoris nonnunquam erronei, tamen foedere isto fidei inexhausto fidenti, *quam Baluzius ex eodem codice edidit l. l. p. 56—62.*

stolo 'credere oportet accedentem ad Deum', et accedere est audire, quoniam 'fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi' conventione huius novitatis habendo fidem que operatur per dilectionem, age iam nunc de compendio, ut ad eius commercii transeas visionem. 'Non enim in solo opere virtutum aut in sola observantia mandatorum', sed asserente aetiam beato papa Leone[1], 'in tramite fidei angusta et ardua est via, quae ducit ad vitam, et magni[a] laboris est magnique discriminis inter dubias imperitorum opiniones et verisimiles falsitates per unam sanam doctrinam semite inoffensis gressibus ambulare[b], et cum undique se laquei erro[rum opponant][c], omne[d] periculum deceptionis evadere. Quis autem [ad haec idoneus][e], nisi qui spiritu Dei docetur, regitur dicente apostolo: 'Nos autem non spiritum [huius][f] mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus, quae a Deo donata sunt nobis'. Canente aetiam David: 'Beatus quem tu erudieris[g], Domine, et de lege tua docueris eum'. Enimvero vere beatus eatenus bene auctus, quia eruditione inreprachensibilis legis Dei 'docti fulgebunt sicut splendor firmamenti et qui ad iusticiam erudiunt[g] plurimos, quasi stelle in perpetuas aeternitates'. Hac igitur doctus doctrina plurimorum ad iusticiam eruditor, fulgoratus hoc fulgore sacro in perpetuas aeternitates valeto.

c. 800—821. Hebr. 11, 6. Rom. 10, 17. Gal. 5, 6. Matth. 7, 14. 1. Cor. 2, 12. Ps. 93, 12. Dan. 12, 3.

Neve aliquo[h] fatigeris a superstitioso argumento inscio de fide apochrifo, scito professu Greco fidem esse hoc modo[2]: una usia, ac si dicat: una natura vel essentia, tres ipostases[i], quod resonat in Latinum vel tres personas vel tres substancias. Nam Latinitas proprie non dicit de Deo nisi essentiam. Substantiam vero non proprie, sed pronunciat abusive, quoniam vera substancia apud Grecos persona intelligitur, non natura. Unde apud modernos scolasticos, maxime apud Scotos, [i]ste[k] sillogismus delusionis, ut dicant trinitatem sicut personarum, ita esse substantiarum, quatinus si adsenserit illectus auditor trinitatem trium esse substantiarum Deum, trium derogetur cultor deorum. Si autem abnuerit, personarum denegator culpetur: culpetur propter idioma[l] Grecum, derogetur propter sermonem Latinum. Sed haec de fide et omnis calliditatis versucia simplicitate fidei catholicae est puritate vitanda[m], non captiosa interiectione linguarum. sceva inpactione interpolanda. Porro autem fides catholica haec est, ut unum Deum in trinitate et trinitatem in unitate veneremus neque confundentes personas neque substanciam separantes. Quoniam quippe alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti. Sed Patris et Filii et Spiritus sancti una est divinitas, aequalis gloria. coaeterna[m] maiestas. Non coaeterne maiestates, non aequales gloriae. non trina deitas aut triplex divinitas id est unum; sed una est divinitas, una deitas, aequalis gloria, coaeterna maiestas. Identidem nec etiam trinus Deus, sed trinitas Deus est unus. Unus sane isto modo et Deus et dominus unus et spiritus. Et haec una est catholica fides, qua te federatum fidei unitate et nunc et in aeternum opto valere.

Valeas. vigeas per secula cuncta beandus. uti fidei pensum cuius est cernas. ipsum munus inexaustum contuendo per secula divinum, saturitate xasa[n] sat conspiciendo Deum.

41.

Grammaticus quidam Germanicus Sigeberto amico commentarium ex antiquorum grammaticorum libris collectum dedicat. *c. 800—850.*

---

a) magnis *P.* b) ambularet *P.* c) *lacunam quindecim fere litterarum suppl. ex Leone Bal.* d) omnem *P.* e) *lacunam viginti fere litterarum supplevi ex Leone.* f) *om. P.* g) herud. *P.* h) alico *P.* i) ipostasis *P.* k) ste *P.* l) idiomatte *P.* m) quoaeterna *P.* n) *sic P, an* fixa?

1) *Sermo XXV c. 1 (Opp. edd. Ballerini I, 83):* Non enim — docueris eum. 2) *Cf. supra p. 427 n. 1.*

c. 800—850 *Codd. Parisinus 17959 (Notre Dame 37) saec. IX. fol. 34—35', quem contulit V. cl. H. Lebègue (1); 7560 saec. X. fol. 10 sq. (2), de quo cf. Thurot in Notices et extraits t. XXII. (a. 1868) p. 7. 8.*
Ed. H. Keil De grammaticis quibusdam Latinis (Erlangae a. 1868) p. 25 ex cod. 2.

DILECTISSIMO FRATRI ET INGENIOSE[a] RADIO LITTERATURAE FULGENTI HAUT[b] SECUS QUAM UT MURENULIS OBRIZI AURI MATERIA[c] ET OMNIMODORUM GENERUM VARIETATE VERMICULATIS PERSPICUE MICANTI SIGEBERHETO SPIRITALIS AMICITIAE CLIENTI N.[d] INDIGNUS UNIVERSALIS ECCLESIAE MATRICULARIUS IN DOMINO IESU DEFECATE CARITATIS SALUTEM[1].

Non ignoro te, fili carissime[e], non odiorum faculis suffarsum nec mordacis vituperationis molaribus cruentatis subdolum, sed foco fraglantis[f] caritatis conpellente et confidentia[g], qua nonnumquam prudentes, ubi in aliis aliquam ingenioli scintillam emicare conspiciunt, profundioris et penetrabilioris sagacitatis illos esse arbitrantur et non de propria conscientia exaltantur, invitante mihi, sicut scis, auctore Deo ad alia properanti[h] et iuxta modolum[i] mediocritatis meae sanctae scripturas legis Dei meditanti tale tricationum[k] molestarum onus inposuisse, id est ut antiquam perplexae[l] silvam densitatis grammaticorum ingrederer ad colligendum tibi diversorum optima quaeque genera pomorum et variorum odoramenta florum diffusa, quae passim dispersa per saltum grammaticorum inveniuntur, ad cotidianum scilicet tui diligentis studii pastum et odoriferam coronam ingeniose pubertatis, et ut[m] optima quaeque et necessariora quasi in unum cumulando farciens marsuppium[n] coacervata et circumcisa tibi obtulerim[o].

Scrupulosa autem sollicitudine perlustratis utrisque partibus, meae scilicet[p] peritiae penuria[q] et tuae, carissime, perseverantis lampabili sagacitatis[r] instantia, fecit caritas, quod facere semper solet: relevavit[s] quippe gravem plumbei laboris sarcinam[t] levis[u] devote caritatis et spiritalis necessitudinis funis argenteus, et licet viribus inpar materiae, devotione tamen deprecantis voluntati conpar, supradictum ingressus sum saltum grammaticorum et libentissimae, venerandi sodalis honestis licet difficillimis precibus inserviens, elegantissima quaeque fructuum genera, in quantum potui, viribus subpeditantibus excerpsi, id est plurimorum grammaticorum artes pernici scrutatu[v] festinando percurri et per VIII partes orationis utillimas quasque et in dictando necessariores regulas congregare[2] curavi[w]. Quaedam autem, in quibus umbratiles nanctus sum sensus, quae a paucis tantum grammaticorum summo tenus libata sunt stilo, lucubrati[x] explanatione sermonis interserens elicui. Priscorum quippe consuetudines, qui multa aliter in eloquentia observasse dinoscuntur, quam moderna urbanitas canonicum esse adprobat, ex latere quodammodo tangebam, ut quandocumque tale aliquid in tramite scripturarum moderni usus[y] regulis refragans[z] nanciscaris, scias, quo pacto percipias[a] vel quo ritu recuses. Quando autem auctores grammatice artis quasdam regulas dissonas depromsisse[b] cernebam, quod frequenter eos fecisse non dubitatur, superfluum esse et inrisione dignum arbitrabar, Donato et Prisciano, Romano et Velio Longo dissentientibus, Romane urbanitatis facundia disertissimis[c] rethoribus, me pene

41. a) ingeniosȩ *1.* b) haud *2.* c) obrimate *1 pro* obrizi materia. d) *om. 1.* e) carissimi *1.* f) flagrantis *2;* fratlantis *1.* g) confidentiam *2.* h) properant *1;* properante *2.* i) modul. *2.* k) tricationem *1.* l) perplexo *1.* m) *om. 2.* n) marsup. *2.* o) obtulerem *2.* p) solitet *1.* q) penuriae *2;* periuriae *1.* r) lampabilis agacitatis *1.* s) revelavit *2.* t) sarcina *1.* u) inlevis *1.* v) scrutata *1.* w) curari *1.* x) locubratio *1;* lucubratio *2.* y) moder ususus *1.* z) refraganis *2.* a) post. c pias *1.* b) depromisisse *1, 2.* c) dissertissimis *1.*

1) *H. Keil hanc praefationem 'inani sane verborum copia et obscuro dicendi genere notabilem, sed ad cognoscendas rationes eorum qui nono vel decimo saeculo de grammatica arte scripserunt haud inutilem' vocavit. Quamvis quo tempore auctor scripserit, certius definiri non potest, priore tamen saeculi noni parte eum librum hunc edidisse, ex codicis 1 aetate concludi oportet.* 2) *Scriptorem nostrum 'in ipsa arte, in qua octo partes orationis exponuntur, raro nomina auctorum quos secutus sit adscribere solere' adnotat Keil.*

809 de extremis Germanie gentibus ignobili stirpe procreatum, veluti agrestem pastorem de spineto[a] vel arundineto erumpentem, inter talium dissona decreta virorum ex persona iudicis disputanda iudicare. Verum in unaquaque regula illum praeeligens[b] maxime sequi visus sum, cuius vestigia ab ecclesiasticis dogmatistis frequentissime trita in sacrosanctis tractatibus et cotidiane lectionis intentione usitata repperi.

Praeterea si quis venenosae tetro invidiae fermento infectus vel ignorantia, matre[c] omnium errorum, et audatia proprii ingenii conpellente inlectus[d] has grammaticae artis normulas morsu aspidis et genuinis sanguineis lacerare voluerit, sciat se Prisciani[e] vel Donati, Probi vel Audacii, Velii Longi vel Romani, Flaviani vel Euticis[f], Victorini vel Focae[g], Asperi[h] vel Pompei latus laniare et non viventem rusticum infestis iaculis insequi, sed pulverem mortuorum rethorum et cinerem sagittare, quia nec unius saltim ramus regule in hoc libello insertus repperitur[i], qui non alicuius horum sit radice fortiter fundatus. Tibi igitur non videatur fortuitu factum, quod in quinque declinationibus nominum tam multa ad exemplum uniuscuiusque generis vel declinationis diversis litteris vel syllabis terminata ad exemplum posita repperies. Sed hac[k] de re me coacervatim talia[l] conposuisse scies, quia singulae terminationes nominum pene singulis quibusque generibus congruere[m] videntur. Sicut[n] sunt quaedam specie masculina sensu[o] feminina, quaedam contrario specie feminina virtute masculina[o], quaedam specie neutra intellectu feminina[p] et cetera quaquaversum se vertentia[q], ut hic his omnibus perspectis et intellectis eo liquidius[r] potueris sacras perscrutari paginas, quia peritia[s] grammatice artis in sacrosancto scrutinio laborantibus ad subtiliorem intellectum, qui frequenter in sacris scripturis inseritur, valde utilis esse, dinoscitur, eo quod lector huius expers artis in multis scripturarum locis usurpare sibi illa quae non habet et ignotus sibi ipsi esse conprobatur[t].

42.

809.

Cod. Bruxellensis 9590 saec. IX. ex. (ol. Cusanus) fol. 55'—56 de quo cf. supra p. 552.

CAPITULA, DE QUIBUS CONVOCATI COMPOTISTE INTERROGATI FUERINT; RESPONSIONES QUOQUE EORUM, QUALES ET ORDINE QUO REDDITE FUERINT, HIC PARITER OSTENDUNTUR.

I. Quot annos ab incarnatione Domini usque in presentem tenere velint. Responderunt[a] DCCCVIIII.

II. Qua die mensis Christum crucifixum dicerent. Responderunt VIII. Kal. Aprilis. Hinc eis iniunctum, ut annos Domini a presenti sursum versus computando usque ad primum perducerent et ab eo deorsum versus usque ad passionem eius, inquirentes diem eiusdem passionis dominicae in VIII. Kal. April. luna XV. concordantem. Inspectis itaque maiorum cyclis cum invenire quod eis mandatum fuerat prae difficultate quadam nequirent, responderunt non posse se convenientem in hoc repperire rationem. Igitur quid sequi vellent quaesitum est. Responderunt[a] auctoritatem[b] patrum, id est Agustini Hieronimi Dyonisii Bedae, qui passionem Domini VIII. Kal. Aprilis predicant.

III. Cum interrogarentur, quot[c] annis velint Dominum inter homines fuisse conversatum a nativitate usque ad passionem? Responderunt XXXIII semis annos ex auctoritate.

a) dispineto *1;* de spineo *2.* b) praeelegens *1.* c) matrem *1, 2.* d) inlatus *1.* e) Priscia̅ *1, 2.* f) iuticis *1, 2.* g) Foci *1.* h) Asporii *1, 2.* i) repperit *2.* k) haec *2.* l) taba *1.* m) congruae *2.* n) sic *2.* o) sensu — virtute masculina *om. 1.* p) femina *1.* q) severentia *1.* r) eloquidius *pro* eo liq. *1.* s) perecia *1.* t) probatur *2.*

42. a) R. *B.* b) auctorem *B.* c) quod *B.*

809 IIII. Interrogati, quot[a] annos a mundi initio usque ad Christi incarnationem dicerent. Qui cum propter diversorum auctoritates primum diversa protulissent, postremo in Ebraice veritatis numero fidem facere censuerunt.

V. Ubi equinoctium habere velint? Responderunt[b] XI. Kal. April.

VI. De eo, quod quidam preceptum dicunt, ut ante vernale equinoctium pascha non liceat immolari, percunctati sunt, ubi scriptum in lege abeat. Responderunt[b] hoc palam in legis littera non manifestari.

VII. Interrogatum est, quis primus XIIII[me] habeatur lunae vel quis ultimus habeatur locus. Responderunt a XII. Kal. Aprilis usque ad[c] XIIII. Kal. Maias.

VIII. In qua aetate paschalis lunae et in qua primum pascha ultimum fieri liceat, quesitum est. Ex hoc enim auctoritatem a Niceno concilio traditam se sequi professi sunt.

VIIII. De eo, quod cum intra XXVIIII dies a XII. videlicet Kal. April. usque ad XIIII. Kal. Maias XIIII. lunae locus observetur, quae ratio fecerit, ut X ex ipsis sic excipiantur, ut numquam eos XIIII. luna contingat. Hic responsum est ex lectione, quam Adalhardus venerabilis abba[1] composuit.

X. Quaesitum, cur ratio[d] XIIII. lunae numquam vel Mart. vel April. excedat. Contra hoc capitulum de lege responsum datum.

XI. Cur anni communes et embolismi[e] constituti sint et non omnes equales. Responderunt[f]: Propter observationem XIIII. lunae.

XII. De eo requisiti, quod in ultimo cycli decennovenalis anni non XI. ut in superioribus, sed XII ad cursum solis remaneant, contra hoc nihil responderunt.

XIII. De lune saltu, ubi fieri debeat, interrogati vel quid obsit, si lunae[g] saltus non observetur, hinc non dederunt responsum.

XIIII. De bissexti ratione, utrum ad lunam pertineat, inquisitum est. Unde nihil prius audisse se responderunt.

XV. De cyclo lunae cur cum terminis paschalibus non incipiat, vel quid utilitatis contineat? De utilitate autem eiusdem cycli quaedam, de inceptione vero nihil responderunt.

XVI. Unde nascantur epactae vel quomodo componendi sint, certam ex adiectione XI dierum rationem exposuerunt.

XVII. De eo, quod in anno solari, qui ebdomadibus LII, id est diebus CCCLXIIII, continetur, addita sit una dies, vel unde ipsa quinta dies adcrescat (in quattuor annis solaribus)[h], quaesitum est, sed ex eo reddita ab ipsis ratio non est.

XVIII. Interrogatum est, unde quadrans, ex quo bissextus conficitur, adcrescat in quattuor annis solaribus, vel quid obesset, nisi bissextus adderetur. Hinc autem plana responsione satisfecerunt.

XVIIII. De eo, quod in quibus locis cicli decennovenalis III vel IIII lunationes continue XXX dierum fieri cogantur, tot etiam XXVIIII dierum. Hinc ad lectionem libri Bede recurrerunt.

XX. De eo quod cum omnis lunatio eius mensis[i], in quem finierit, esse putatur, si aliqua secunda die mensis aut tertia incipere vel ante ultimum eiusdem mensis finita fuerit, cui deputari debeat, interrogatum est. Hoc autem propter embolismi[e] fieri rationem responderunt.

XXI. In argumentis ad inveniendos[k] annos Domini indictiones cyclum lunarem concurrentes epactas[l] Dyonisium auctorem sequi[m] se responderunt.

a) quod *B.* b) R. *B.* c) a *B.* d) curatio *B pro* cur r. e) imbolismi *B.* f) R *B.* g) sinę *B pro* si lunae. h) in — solaribus *deleta sunt in B.* i) missis *B.* k) inveniandos *B.* l) epact *B.* m) sequi seqni *B.*

1) *Caroli M. consobrinus, abbas Corbeiensis, qui obiit a. 826.*

XXII. De indictionibus. propter quid invente sint vel quam utilitatem in computo nostro faciunt, requisitum est, sed de utilitate, quam faciunt in computo ad aliquid, propter quid vero fuerint invente, nihil ab eis responsum est. 809

XXIII. De regularibus Martii mensis XXXVI et de Aprili XXXV, quibus ad inveniendam lunam paschae XIIIIma unde nascantur, interrogati, rationem dederunt ex auctoritate Aegyptiorum. Quinque dies mensium supradictorum diebus abtantes de ceteris vero, quos minores appellant, ex quibus ad inveniendum XIIIImae lunae feriam IIII. Martii, VI vero Aprilis iungant, unde nascantur, respondere non potuerunt[a].

a) poterunt *B*.

DUNGALI SCOTTI EPISTOLAE.

Tempus, quo Dungalus ex Hibernia exul ad regnum Francorum primum accesserit, ex eo pendet, utrum carmina, quae Hibernici exulis nomen prae se ferunt[1], *eidem an alteri Scotto peregrino tribuamus oporteat. Ex quibus alterum, Fulradi abbatis Sancti Dionysii epitaphium anno 784. aut postea*[2], *alterum, quo Tassilonis deditio celebratur, anno 787. conditum esse liquet. Tunc igitur Dungalum nostrum iam sive in palatio sive in monasterio sancti Dionysii Parisino moratum esse plurimis harum rerum existimatoribus probandum videtur. At in coenobio illo celebri reclusus et magister constitutus et Hilduinum abbatem*[3] *et Hildoardum episcopum Cameracensem*[4] *versibus laudavit. Carolum Magnum eum ad disputandum de substantia nihili et tenebrarum excitavisse supra (p. 552) iam vidimus.*

Ex paucis, quas ei debemus, epistolis prima de solis defectu a. 811. ad Carolum Magnum data est, ceterae circa annum 814. compositae eum pauperem ope fautorum benevolorum indiguisse demonstrant. Quibus prologum addo libri, quo Ludowici iussu anno 827. Claudii Taurinensis doctrinam ab imaginibus adorandis aversam acriter impugnat[5]. *Quam et ipsam in monasterio sancti Dionysii condidisse potest, nec necesse est, ut eum cum alio Dungalo, qui ex Lotharii mandato Ticini (in monasterio sancti Augustini?) docuit, confundamus*[6]. *In quibus scriptis omnibus non indignum se praebet laudibus, quibus Scottorum eruditionem tam in antiquis litteris quam in patribus extollere solemus*[7]. *Locutione interdum nimis exquisita utitur.*

Quarum epistolarum primam edidit Lucas Dacherius ex codice S. Remigii Remensi optimae notae, qui, cum postea deperiisse videatur, nunc latet[8]. *Alterum eiusdem exemplar quondam Cheltenhami, nunc Berolini asservatum incertae originis turbato ordine alia Macrobii frusta obtrudit, quae ad rem minime faciunt, neque auctoris verba semper correcta reddit*[9]. *Codex Alcvini Harleianus 208 saec. IX., de quo supra (p. 5) iam egimus,*

1) *Poet. Carol. I, 355 sqq. Cf. de hac quaestione inprimis Ludowicum Traube, O Roma nobilis (Abhandl. der bayer. Akad. I Cl. XIX, 332—337).* 2) *Hoc epitaphium pluribus annis post Fulradi obitum conditum esse potest.* 3) *Poet. Carol. II, 661. Hildrinus obiit a. 840.* 4) *Poet. Carol. I, 411. Hildoardus Cameracensem ecclesiam annis 790—816 rexit. In bibliotheca Cameracensi (Catal. des mscr. des biblioth. publ. XVII, 112) continet codex 295 Bedae expositionem in Lucam his versibus praeeuntibus:* En tibi ter senos, pia virgo Maria, libellos, | Quos Beda in Lucam tractavit presbiter almus, | Hildowardus ego devotus munere praesul | Dono: mihi vitam tribuas sine fine beatam. 5) *Librum biennio post synodum Parisinam a. 825. celebratam scripsit, cf. Hist. littéraire de la France IV, 495.* 6) *Capitul. Olonn. c. 6 (Capitul. reg. Franc. ed. Boretius I, 327):* in Papia conveniant ad Dungalum de Mediolano *etc., cf. Monach. Sangall. I c. 1 (Jaffé Bibl. IV, 632):* Alterum *(sc. Scottum)* vero in Italiam direxit *(sc. Carolus)*, cui et monasterium sancti Augustini iuxta Ticinensem urbem delegavit *etc.; Traube l. l. p. 35.* 7) *Praeter patres notissimos laudat e. gr. Paulinum Nolanum, Prudentium, Fortunatum alios.* 8) *Mabilioni ipsi exemplar eius debuit.* 9) *Huius codicis, quondam collegii Claromontani, meminerunt praeter catalogos Pertz (Arch. VII, 98. 851) et Pauli (N. Arch. IV, 589), cf. Val. Rose Verzeichnis der Meermanhss. p. 393—394.*

7 epistolas breviores Scotti nostri praebet, quas iam in huius bibliothecae catalogo a. 1759. commemoratas quondam Pertz[1], *post eum iterum Wattenbach descripserunt, a quo Jaffé eas primo edendas recepit.*

Dungali responsum contra perversas Claudii sententias duobus codicibus servatum est, altero ex S. Dionysii monasterio oriundo, olim Pauli Petavii[2], *nunc Romano Christinae reginae 200, saec. XI.—XII. scripto atque a. 1608. a Papirio Massone primo editore adhibito*[3], *altero quondam Bobbiensi, nunc Mediolanensi Ambrosiano saec. XI. B 102 super. class.*[4] *In utroque theses ipsae ex amplo Claudii libro Ludowico imperatore iubente excerptae antecedebant, eaedem, quas Ionas Aurelianensis episcopus postea refutavit, quaeque nobis solae librum illum ampliorem iamdudum perditum supplent. In Mediolanensi autem priora codicis folia iam desunt, ita ut nunc Dungali rescriptum medio in textu incipiat*[5].

1) *Arch. VI, 312; VII, 851.* 2) *In margine inferiore folii 1 codicis Vaticani legitur:* Pa. Petauius C. R. 3) *Bibl. patr. Lugdun. XIV, 197: 'Venit tandem in manus Pauli Petavii senatoris Parisiensis'. Apud Montfaucon (Bibl. bibliothecar. I, 47) commemoratur inter libros reginae Succiae 1493:* Claudii Taurin. apologetic. adv. Theodemirum abb. Item Dungali responsio contra Claudii naenias. 4) *Ciceronis oration. fragm. ed. Am. Peyron, ubi in inventario librorum Bobbiensium a. 1461. scripto sub nr. 48 (app. p. 13)* Claudii Taurinensis episcopi apologeticum atque rescriptum adversus Theudemirum abbatem. Dungali responsa contra perversas eiusdem sententias *occurrunt. Eundem laudat Montfaucon a. 1744 (Diarium Italicum p. 18; Bibl. bibl. I, 512): in codice IX. saeculi contra Claudium Taurin. de imaginibus.* 5) *Cf. Peyron l. l. p. 167, ubi codicem acephalum vocat, cuius initium deest usque ad verba Dungali:* rationem litterarum significationes proprietatesque (= *Bibl. patr. XIV, 204 lin. postr. prioris columnae). Vana sunt, quae Gieseler (Lehrb. der Kirchengesch. II, 1, 101), quem Car. Schmidt secutus est (Herzog's Realencyclop. III, 244 ed. alt.), ob hanc lacunam sibi effinxit Massonem libri Claudiani de imaginibus codicem integrum prae manibus habuisse. Verba enim in fine apologetici addita, quibus innititur, non Massonis, sed eius sunt, qui saeculo nono librum ampliorem excerpsit, cf. etiam Ionae de cultu imag. l. 1:* Fertur interea . . tantae prolixitatis evomuisse libellum, ut magnitudine sua quinquagenis psalmis Davidicum superaverit psalterium *(Bibl. max. patr. Lugd. XIV, 169).*

811

1.

Dungalus reclusus S. Dionysii Parisiensis Carolo I. imperatori exponit secundum Macrobium de solis defectione anno 810. bis facta. *811.*

Codd. S. Remigii Remensis, qui deperiit (R); Berolinensis Philippicus 1784 (Meermann 636) fol. saec. IX. (P) constat 13 foliis, in quorum ultima pagina legitur: (quaternio) XVIII.

Edd. Dachery, Spicileg. X, 143 (ed. 2. III, 324) ex apographo a Mabilione parato. — Migne Patrol. CV, col. 447—458. Excerpta dedit Jaffé, Biblioth. rer. German. IV, 396—400.

*P fol. 1. *IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI

DOMINO GLORIOSISSIMO CAROLO[a] SERENISSIMO AUGUSTO OMNIUM ANTECEDENTIUM ROMANORUM PRINCIPUM[b] CUNCTIS NOBILIBUS HONESTISQUE REGALIUM VIRTUTUM DONIS ET EXERCITIIS[c] STUDIOSISSIMO VITA LONGEVA, FIDA SALUS, CONTINUA BENIVOLENTIUM[d] PAX, CORONA INMARCESCIBILIS, GLORIA SINE FINE.

Audivi ergo, domine dilectissime, ego[e] Dungalus, vester fidelis famulus et orator[1], non inmemor, quod vos Waldoni abbati[2] direxistis epistolam, ut per illam me ipse ex vestris verbis interrogaret de ratione defectus[f] solis, quem anno praeterito ab incarnatione Domini DCCCX. bis evenisse plurium relatu vobis fuisse compertum dixistis[3]: et quem, sicut vos legisse memorastis, non solum antiqui gentilium philosophi, sed et quidam Constantinopolitanus episcopus quasi naturalem concursionis elementorum effectum usitate et certe explorationis peritia cognitum prius dixere quam fieret. Inde vestrae beatissimae et clarissimae serenitati visum est mandare, ut de dicta causa ego quasi sectator et amator sapientiae interrogarer quid sentirem et quid scirem, et quod scire et sentire me[g] proferendo[h] et respondendo faterer, exceptum scriberetur, scriptumque vobis deferretur[i]. Non differam igitur[k] neque dissimulabo[l] vestro secundum vires sanctissimo et utilissimo parere praecepto. Et utinam tam efficax quam voluntarius existerem, ut non solum velle, sed et compote[m] voto adsequi cupita valerem, licet apud summum rectorem pronus et alacris affectus[n] pro re[o] effecta et adimpleta reputatur.

Quia ergo, domine mi[p], huius rationis investigatio et peritia ad philosophos, hoc est phisicos, proprie et specialiter[q] pertinet, sicut vestri continent apices, quorum libri compositiores[r] et diligentiores quamvis mihi non suppetant, quibus de his rebus et de talibus exercitatiori sermone et enucleatiori expressione tractaverunt: et per quos

---

1. a) Karolo *R.* b) m *in loco raso P.* c) -tus *corr. in* tiis *P.* d) benivolentia *R.* e) *om. P.* f) *ad margin. manu iuniore adscriptum est:* solis eclypsin bis in anno evenisse dicit *P.* g) quid sentirem *R pro* quod scire et sentire. h) perferendo *P.* i) deferatur *P.* k) ig. *suppl. manus post.* l) mil *corr. in* mul *manu post. P.* m) compoto *priori* o *superscr. man. post.* e *P.* n) effectus *P.* o) *om. P.* p) *(ras.)* omni (s *superscr.*) *pro* domine mi *P.* q) et ispecialiter *P, man. poster. del.* et i. r) *corr. in* compositores *P.*

1) *Cf. infra ep. 3 p. 579:* vester fidelis famulus et voluntarius orator. 2) *tum S. Dionysii Parisiensis (806—813), ante monasteriorum S. Galli et Augiensis.* 3) *Ann. Einhardi 810:* Eo anno sol et luna bis defecerunt, sol VII. Idus Iun. et II. Kal. Decembris, luna XI. Kal. Iul. et XVIII. Kal. Ianuar.; *Ann. Lauriss. min. (810):* Eclipsis solis II. Kal. Decemb.; *Ann. Stabul. 810:* Ecclipsis solis. *Cf. ad has duas, quae dicuntur, eclipses solis, quarum posterior tantum vere evenit, Ismaelem Bullialdum in Spicilegii t. X, 16 sqq.: 'Non est enim possibile, ut in locis ab aequinoctiali linea paulo remotioribus intra semestre spatium binae eclipses solis cernantur'.*

vobis plenius et eruditius[a] de inquisitis respondere me[b] posse crediderim. Secundum simplices tamen et leves compendiosos que libellos, qui inter[c] manus sunt, in quantum *de ipsis torpor obtunsi cordis et tardus sensus vix lento conamine[d] pigroque nisu reptans et movens praelibare quiverit[e], ne vulgari proverbio[1] lupus in fabula pavido stupidoque silentio reprimi[f] videar, utcumque respondebo; sciens indubitatissime vestram serenissimae et piissimae longanimitatis indulgibilem clementiam, si quid minus aut aliter dixero, facilem mihi veniam donaturam et paterna correctione me, veluti praeter industriam studiumve per fragilitatem infirmitatemque delinquentem[g], modeste castigaturam. 811 *fol. 1'.

Huius autem questionis origo repetenda est, ut ab initio, sicut in[h] ceteris solet disputationibus, per ordinem ratio explicanda procedens congrua reddatur de interrogatis responsio. Macrobius igitur Ambrosius in expositione Ciceronis inter cetera commemorat de VIIII circulis, qui aplanen[2] illam[i] ambiunt, hoc est maximam speram, in qua XII signa videntur infixa, et cui subiectae sunt septem aliae sperae, per quas duo lumina, sol et luna, et vagae quinque discurrunt. Orbium autem, hoc est circulorum praedictorum, primus est galaxias, quod latine lacteus[3] interpraetatur. Qui solus subiacet oculis[k], ceteris circulis magis cogitatione quam visu conprehendendis.

Secundus zodiacus circulus, hoc est signifer, signa, id est stellas et sidera, ferendo et continendo dictus.

Quinque[4] alii circuli parelleli vocantur, dicti hoc nomine, quod neque in omnibus aequales sunt neque inaequales. De quibus Vergilius[l] memorat in Georgicis[m][5]. Praeter[6] hos alii duo sunt colyri, quibus nomen dedit inperfecta conversio. Duo qui numero praedicto superadduntur, meridianus et orizon, non scribuntur in spera, quia certum locum habere non possunt, sed pro diversitate circumspicientis habitantisve variantur.* Quae omnia transitive nominata et numerata in hoc loco non est opus exponere. Duo[7] ergo praedicta lumina, hoc est sol et luna, et quinque stellae, quae appellantur vagae, septem memoratas speras maximae sperae XII signa continenti quae aplanes vocatur, subiectas dispertitis[n] et occupatis regionibus quasi proprias et speciales hereditates singulae singulas optinuerunt. *fol. 2.

In prima autem spera[8] de septem illa est stella[o], quae dicitur Saturni, in secunda Iovis, in tertia Martis, in quarta, hoc est media, sol, in quinta stella Veneris, in sexta Mercurii, septimam[p], quae est omnium extima et infima, luna tenet. Ita Cicero describit[9], cui Archimedes et Chaldeorum ratio consentit. Plato vero a luna sursum[q] secundum, hoc est inter septem a[r] summo locum[s] sextum solem tenere confirmat, secutus Aegyptios, omnium philosophiae disciplinarum parentes, qui ita solem inter lunam et Mercurium locatum volunt. Quamvis autem ista persuasio Tullii et auctorum eius quibusdam edictis et credibilibus rationibus fulta convaluit, et ab omnibus pene in usum recepta est, perspicatior[10] tamen Platonis observatio veriorem ordinem deprehendisse videtur. Quem praeter indaginem visus haec quoque ratio commendat[t], quod lunam, quae luce propria caret et de sole mutuatur[u], necesse est fonti[v] luminis sui esse subiectam. Haec enim ratio facit lunam non habere lumen proprium, ceteras omnes stellas lucere[w] suo, quod ille supra solem locatae in ipso purissimo aetherę sunt, in quo omne

a) erudicius *corr. in* eruditius *P.* b) responderent *P pro* respondere me. c) int *manu poster. suppl.* inter *P.* d) comine *manu post.* na *superscr. P.* e) quiverim *P.* f) reprimari *manu post. corr. P.* g) delinquentibus *P.* h) in *manu post. superscr. P.* i) aplane nulla *P.* k) lis *in ras. P.* l) i *corr. in* e *m. post. P.* m) georcis gi *man. post. add. P.* n) dispertiverunt *R.* o) *om. P.* p) septima *P.* q) cursum *P.* r) septima *pro* septem a *P.* s) loco *R.* t) commendet *P.* u) mutatur *man. post. corr.* mutuat. *P.* v) fonte *P.* w) lucere *superscr.* i *P.*

1) *Cf. supra p. 299 n. 20.* 2) *Macrobii Comment. in Somn. Scip. l. I c. 14 p. 85 ed. Ianus.* 3) *Ibid. c. 15 p. 86—87.* 4) *Ibid. p. 89.* 5) *I v. 233:* Quinque tenent caelum zonae. 6) *Macrobii Comment. l. I c. 15 p. 89.* 7) *Ibid. l. I c. 17 p. 97.* 8) *Ibid. c. 19 p. 103: Somnium Scipionis c. 4, ibid. p. 6—7.* 9) *Ibid. p. 102.* 10) *Ibid. p. 104—105.*

811 quicquid est, ut verbis philosophi loquar, lux naturalis et sua est, quae tota[a] cum igne suo ita spere solis incumbit, ut caeli zonae, quae procul a sole sunt, perpetuo frigore oppręsse sint; luna vero, quia sola ipsa sub sole est, et caducorum iam regioni luce sua carenti proxima, lucere non potuit. Denique quia totius mundi ima pars terra est, aetheris autem ima pars luna est, lunam autem terram, sed aetheream[b] vocaverunt. Immobilis autem ut terra esse non potuit, quia in spera[c] quae volvitur nihil manet immobile praeter centrum. Mundanae autem sperae terra *fol. 2'. centrum est[d], *ideo sola[e] immobilis perseverat. Rursus terra accepto solis lumine clarescit tantummodo, non lucet[f]; luna speculi instar lumen quo inlustratur emittit, quae, quamvis densius corpus sit quam cetera celestia, ut multum tamen terreno purius fit[g] accepte luci penetrabile[h] adeo, ut eam de se rursus emittat, nullum[i] tamen [1] ad nos praeferentem sensum caloris, quia lucis radius, cum ad nos de origine sua, id est de sole, pervenit, naturam secum ignis de quo nascitur devehit[k]. Cum vero in lunae corpus infunditur et inde resplendet, solam refundit claritudinem[l], non calorem. Nam et speculum, cum splendorem[m] de se vi oppositi eminus ignis inmittit[n], solam ignis similitudinem carentem sensu[o] caloris ostendit.

His [2] illud adiciendum est, quod[p] praeter solem et lunam et stellas quinque, quae appellantur vagae, reliquas omnes alii[q] infixas caelo, nec nisi cum caelo moveri. Alii, quorum adsertio vero proprior est[r], has quoque dixerunt suo motu, praeter quod cum caeli conversione feruntur, accedere, sed propter inmensitatem extimi globi excedentia credibilem numerum saecula multa una cursus sui ambitione consumere, et ideo nullum earum motum ab homine sentiri, cum non sufficiat humanae vitae spatium ad breve saltim punctum tam tardae accessionis[s] deprehendendum.

Solem [3] autem ac lunam et stellas quinque, quibus ab errore nomen est, praeter quod secum trahit ab ortu in occasum[t] caelo diurna conversio, ipsa suo motu in[u] orientem ab occidente procedere argumentis ad verum ducentibus comprobatur[v], moveri enim caeloque non esse[w] infixas et visus et ratio adfirmat, dum modo [4] in hac, modo in illa celi regione visuntur, et sepe cum in unum locum[x] duae pluresve convenerint[y] et a loco in quo insimul[z] visae sunt et a se postea separantur, quod infixe stellae non faciunt, sed in hisdem locis semper *fol. 3. videntur, nec a sui *umquam se copulatione dispergunt, ab ortu vero ad occasum in contrarium motu propiores volvi[a] non solum manifestissima ratione, sed oculis quoque adprobantibus demonstratur.

Considerato enim signorum ordine, quibus zodiacum divisum vel distinctum videmus, ab uno signo quolibet ordinis eius sumamus[b] exordium. Cum aries exoritur[c], post ipsum taurus emergit, hunc gemini sequuntur[d], hos cancer, et per ordinem reliqua. Si iste[e] ergo in occidentem ab oriente procederent, non ab ariete in taurum, qui retro locatus est, nec a tauro in geminos signum posterius volverentur, sed a geminis in taurum, et a tauro in arietem[f] recta et mundanae[g] volubilitatis consona accensione prodirent[h]. Cum vero a [5] primo signo in secundum, a secundo ad tertium, et inde ad reliqua quae posteriora sunt revolvantur, signa autem infixa caelo ferantur[i], sine dubio constat has stellas non cum caelo, sed contra caelum moveri. Hoc ut plene luceat[k], adstruamus[l] de[m] lunae cursu, quae[n] et claritate sua et velocitate notabilior est. Secundo fere die circa occasum videtur, et quasi vicina soli, quem nuper reliquid, postquam ille dimersus[o] est, ipsa caeli marginem

---

a) totam *P.* b) ętcrnam *P.* c) quiaspera in *superscr. P.* d) *In marg.* In spera quę volvitur nihil manet immobile pręter centrum *P.* e) sola immobilis autem — centrum est ideo *bis scr. P.* f) non *manu post. corr.* nam licet u *superscr. P*; relucet *Macr.* g) sit *P.* h) penetrabili *P.* i) u *in ras. suppl. P.* k) deuesit *post. corr. m.* vexit *P.* l) claritatem *Macr.* m) splendore *P.* n) emittit *Macr.* o) sensum *P.* p) *om. R.* q) alias *R.* r) propriorem *m. p. corr.* proprior est *P.* s) accensionis *P.* t) hoccasum h *deleto P.* u) m *m. p. corr.* in *P.* v) cumprobatur *P.* w) esset *P.* x) *om. R.* y) cumvenerint *P.* z) simul *R.* a) propriore so volvi *P.* b) sumam *R.* c) Cum — exoritur *om. P.* d) sequitur *P.* e) Siste *corr.* Si iste *m. p. P.* f) aerietem rectam *P.* g) mundana *P.* h) procederent *R.* i) feruntur *P.* k) liqueat *Macr.* l) adstruam *R.* m) a *P.* n) qui *P.* o) demersus *R.*

1) *Macrob. Comm. l. I. p. 106.* 2) *Macrob. l. I c. 17 p. 97.* 3) *Ibid. c. 18 p. 98.* 4) *Ibid. p. 99.* 5) *Ibid. p. 100.*

tenet antecedenti super occidens, tertio die tardius occidit quam secundo; et ita cotidie longius ab occasu recedit, ut septimo die circa solis occasum in medio caelo ipsa videatur. Post alios vero septem cum ille mergit, haec oritur, adeo media parte mensis dimidium caelum, id est unum hemispherium[a] ab occasu in orientem recedendo metitur[b]. Rursus post septem alios[c] circa solis occasum latentis hemispherii[d] verticem tenet, cuius rei indicium est, quod medio noctis exoritur; postremo totidem diebus exactis[e], additis insuper plus minusve aliis duobus, solem denuo conprehendit, et vicinus videtur ortus amborum, quamdiu soli succedens, rursus novetur[f] et rursus recedens paulatim semper in orientem regrediendo relinquat[g] occasum. Sol quoque ipse non aliter quam ab occasu[h] in orientem movetur et, licet tardius recessum suum quam luna conficiat, quippe qui[i] tanto tempore signum unum emetiatur, quanto totum zodiacum luna discurrit, manifesta[1] tamen et *subiecta oculis motus sui praestat indicia. Hunc enim in ariete esse ponamus[k], quod quia equinoctiale[l] signum est, pares horas somni[m] et diei facit. In hoc signo cum occidit, libram, id est scorpii chelas, mox oriri videmus et apparet taurus vicinus occasui[n]. Nam vergilias[o] et hyadas partes tauri clariores, non multo post solem mergentes videmus. Sequenti mense sol in signum posterius, id est in taurum, recedit, et ita fit, ut neque vergiliae[p] neque alia pars tauri illo mense videatur. Signum enim quod et cum[q] sole oritur et cum sole occidit semper occulitur, adeo ut[r] et vicina astra solis propinquitate[s] celentur. Nam et canis tunc, quia vicinus tauro est, non videtur tectus lucis propinquitate[t]. Et hoc est quod Virgilius ait[2]:

S 1 I

*fol. 3'.

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus et adverso cedens canis occidit astro;

Non enim vult[u] intellegi tauro oriente[v] cum sole mox in occasu fieri canem, qui proximus tauro est, sed occidere eum dixit tauro gestante solem, quia tunc incipit non videri sole vicino. Tunc tamen occidente sole libra adeo superior[w] invenitur, ut totus scorpius ortus[x] appareat. Gemini vero vicini tunc videntur occasui; rursus post tauri mensem gemini non videntur, quod in eos solem migrasse[y] significat. Post geminos redit in cancrum, et tum, cum occidit, mox libra in medio caelo videtur: adeo constat solem tribus signis peractis, id est ariete et tauro et geminis, ad medietatem hemisperii[z] recessisse. Denique post tres menses sequentes tribus signis quae secuntur emensis[a], cancrum dico leonem et virginem, invenitur in libra, quae rursus aequat noctem diei, et dum in ipso signo occidit, mox oritur aries, in quo sol ante[b] *sex menses occidere solebat. Ideo autem[3] occasum magis[c] eius quam ortum elegimus proponendum[d], quia signa posteriora post occasum videntur, et dum ad haec quae[e] sole mergente videri solent, solem redire monstramus, sine dubio eum contrario motu recedere quam caelum movetur ostendimus. Haec autem quae de sole ac luna diximus, etiam quinque stellarum recessum adsignare sufficient. Pari enim ratione[f] in posteriora signa migrando semper mundanae volubilitati contraria recessione versantur, quarum cursus[4] recursusque ipso sole moderari perhibetur. Nam certa spacii definitio est, ad quam cum unaqueque erratica stella recedens ad solem pervenerit, tamquam ultra prohibeatur accedere, agi retro videtur; et rursus cum certam partem recedendo contigerit, ad directi cursus consueta revocatur, ita solis vis et potestas motus reliquorum luminum constituta demensione moderatur.

*fol. 9.

Circus ergo sive circulus intellegitur uniuscuiusque stellae[5], una integra et peracta conversio, id est ab eodem loco post emensum sperae per quam movetur ambitum in eundem locum regressus. Est autem hic linea ambiens speram ac veluti semitam faciens, per quam sol

a) hiemispherum *P.* b) mittitur *P.* c) alias *corr.* -os *P.* d) hiemispherii *P.* e) exemptis *Macr.* f) movetur *P.* g) relinquit *R.* h) occasum *P.* i) quod *R.* k) ponam *R.* l) equinoctialem *P.* m) omni *m. post. corr. in* noctis *P.* n) occasu *P.* o) virgilias *m. p. corr. in* verg. *P.* p) virg. *corr. in* verg. *P.* q) cum et *P.* r) *om. P.* s) propinguit. *P.* t) propinguit. *corr.* propinq. *P.* u) vul *m. p. suppl.* t *P.* v) orientem m *deleto P.* w) superiori *P.* x) *om. P.* y) migrans se *P.* z) hiemisp. *P.* a) incensis *R.* b) *in P secuntur fol. 3'–6* his depictis sine *ex Macrobii Comment. in Somn. Scip. II c. 7. 8 p. 165 ed. Ianus — p. 171.* c) *om. P.* d) praepon. *R.* e) quo *R.* f) rationem *P.*

1) *Macrob. l. I c. 18 p. 101.* 2) *Georg. I, 217. 218.* 3) *Macrob. I c. 18 p. 102.* 4) *Ibid. c. 20 p. 110–111.* 5) *Ibid. c. 14 p. 85–86.*

811 et luna[a*] discurrit, et intra quam vagantium stellarum error legitimus coercetur. Quas ideo veteres [fol. 9'.] *errare dixerunt, quia et cursu suo feruntur et contra sperae maximae, id est ipsius caeli, impetum, contrario motu ad orientem ab occidente volvuntur, et omnium quidem par celeritas, motus similis, idem est modus meandi, sed non omnes eodem temporis spatio circos suos orbesque conficiunt. Causam vero sub eadem celeritate diversi spacii inaequalitas sperarum efficit, quas singulae stellae perlustrant. A Saturni[1] enim spera, que[a] est prima de septem, usque ad speram Iovis a summo secundam interiecti spacii tanta distantia est, ut zodiaci ambitum superior triginta annis, duodecim vero subiecta[b] conficiat. Rursus tantum a Iove spera Martis recedit, ut eundem cursum biennio peragat. Venus autem tanto est a regione Martis inferior, ut ei[c] annus satis sit ad zodiacum peragrandum[d].

Iam vero ita Veneri proxima est stella Mercurii et Mercurio sol propinquus, ut hi tres caelum suum pari temporis spatio, id est anno plus minusve, circumeant, ideo et Cicero hos duos cursus[e] comites solis vocavit, quia in spatio pari longe a se numquam recedunt. Luna autem tantum ab his deorsum recessit, ut quod illi anno, XXVIII diebus conficiat. Sed Cicero[2] cum quartum de septem solem velit, quartus autem inter septem non fere medius, sed omni modo medius et sit et habeatur, non abrupte medium solem, sed fere medium dixit his verbis: 'Deinde de[c] subter[f] mediam fere regionem sol obtinet'. Sed non vacat adiectio, qua haec pronunciatio temperatur, nam sol quartum locum obtinens, mediam regionem tenet numero, sed non spatio, Saturni enim stella, quae summa est, zodiacum XXX annis peragrat, sol medius anno uno, luna ultima uno[3] mense non integro. Tantum ergo interest inter solem et Saturnum, quantum inter unum et XXX, tantum inter lunam solemque, quantum inter XII et unum, unde apparet totius [fol. 10.] a summo in imum *spacii certam ex media parte divisionem solis regione non fieri. Sed quantum ad numerum pertinet, veluti inter septem quartus medius dicitur, quamvis propter inaequalitatem spaciorum adiectione fere particulae temperatur. Zodiacus[4] ergo circulus est unus ex XI supradictis[g], qui solus potuit latitudinem hoc modo quem referimus adipisci. Natura caelestium circulorum incorporalis est linea que[h] ita mente concipitur, ut sola longitudine censeatur, latum habere non possit, in zodiaco latitudinem[i] signorum capacitas exigebat. Quantum igitur spacii lata dimensio porrectis sideribus occupabat[k], duabus lineis limitatum est, et tertia ducta per medium ecliptica vocatur, quia, cum cursum suum in eadem linea pariter sol et luna conficiunt, alterius eorum necesse est evenire defectum: solis, si ei tunc luna succedat; lunae, si tunc adversa sit soli, ideo nec sol umquam deficit[l], nisi cum trigesimus[m] lunae dies est, et nisi quinto decimo cursus sui die nescit luna defectum. Sic enim evenit, ut aut lunae contra solem positae ad mutuandum ab eo solitum[n] lumen, sub eadem inventus[o] linea terre conus[p] obsistat, aut soli ipsa[q] succedens obiectu suo ab humano aspectu lumen eius repellat. In defectu autem sol ipse nihil patitur, sed noster fraudatur aspectus, luna vero circa proprium defectum laborat[r] non accipiendo solis lumen, cuius beneficio noctem colorat. Quod sciens Virgilius, disciplinarum omnium peritissimus, ait[5]: 'Defectus solis varios lunaeque labores'. Quamvis igitur trium linearum ductus zodiacum et claudat et dividat, unum tamen circum auctor vocabulorum dici voluit antiquitas. Secundum vero quosdam philosophos latitudo zodiaci XII lineis mensuratur. Ex quibus iuxta paris numeri naturam duas haberi[s] medias necesse est, quas tantummodo[t] a sole lustrari confirmantes lunam per omnes discurrere[u] dicunt. [fol. 10'.] Quapropter *ultro citroque vagata[v] eclypsin fieri singulis mensibus non sinit. Omnibus[6] tamen annis utriusque syderis[w] defectus statutis diebus horisque evenire conprobant, quamvis

a*) lunam *P.* a) quem *corr. in* que *P.* b) *in interlin.* id est Iovis *R.* c) *om. P.* d) *ad marg.* mano luna *P.* e) curcus *P.* f) septem *P, R.* g) supradis *P.* h) linea quem *P;* lineaeque *R.* i) longitudinem *R.* k) occupat *R.* l) defecit *P.* m) tricesimus *R.* n) solidum *R.* o) lin. inv. *P.* p) tonus *P.* q) ipse *P.* r) loborat *P.* s) habere *P.* t) est quantum modo *P.* u) discurre *P.* v) ingata *P.* w) syderibus *P.*

1) *Macrob. I c. 19 p. 103.* 2) *Ibid. c. 19 p. 106.* 3) *Ibid. p. 107.* 4) *Ibid. c. 15 p. 88.* 5) *Georg. II, 478.* 6) Omnibus — cerni possunt *nonnullis mutatis ex Plinii Sec. Nat. hist. II c. 13.*

non semper appareant. ideo quia aliquando fiunt subtus terram[a] in parte latentis 811 hemisperii[b], aliquando supra. sed propter nubila et propter globositatem et convexitatem terrae neque ubique neque eisdem horis ab omnibus cerni possunt. Unde certissimum est sepius ista fieri quam videri, nec aequaliter cunctis apparere cum videntur. Unde vespertinos solis ac lunae defectus orientales non sentiunt, neque matutinos occidentales obstante cono terre atque visum arcente. Lunae[1] autem defectum aliquando quinto mense a priori, solis vero septimo eundem[c] bis in XXX diebus super terras[d] occultari, necnon ab aliis visum esse, quondam in XII[e] diebus utrumque sidus deficere probabili ratione et traditione cognovimus.

Respondi ergo, ut mihi videtur, beatissime auguste, secundum vestrarum exactionem litterarum. Et dixi ex eorundem auctoritate[e*], quemadmodum antiqui philosophi et scierunt et praescierunt, quomodo fieret defectus solis et quando fieret. Illi enim, omnium disciplinarum peritissimi et nullius sectae inscii veteribus adprobate, sagacissima elimatae et defecatae mentis intentione et perspicacissima[f] purgatissimaque[g] interni sensus acie[h] praefixa, omnium rerum naturas rationes causas et origines subtilissime et instantissime naturali investigatione quesierunt, acutissimę[i] et efficacissimę — illo, a quo omne datum optimum est et omne donum perfectum, offerente — quesita Iac. 1, 17. invenerunt et deprachensa diligentissimę et intentissimę observaverunt; inde physici astronomiae[k] specialiter studentes, eadem diutissima meditatissimaque[g] diligentia ortus et obitus stellarum intuentes *et intuendo experientes, solis et lunae et reliquarum *fol. 11. quinque vagantium cursus et recursus, accessus et recessus plenissimę exploraverunt; in tantum, ut explorando indubitatissime scirent, quantas lineas zodiaci circuli unaquequе stella erratica lustraret, et per quam propriae et specialiter de ipsis lineis in praesenti cursum[l] dirigeret[m], et in quo signo et in qua parte ipsius signi esset. Qui ergo ita de subtilioribus, licet veris et naturalibus, aliarum stellarum motibus certissimę et studiosissime cognoverunt, cur solis et lunae cursus, qui vere notabiliores[n] et faciliores sunt[o] ad cognoscendum, ignorarent, ut eos lateret, quomodo vel quando per eandem zodiaci circuli aeclipticam lineam currerent, et illam unam eandemque lustrantes, in unum signum et in unam partem coirent, et in eandem partem coeuntes, lunaque in ipsa soli succedente eclypsis fieret solis.

Non solum ergo praedicti philosophi eclypsin, hoc est defectum solis, praesciebant, et praescientes praedicebant, quando post unum mensem futurus esset, sed quando post[p] annum aut XX annos[q] aut centum aut mille annos sequeretur, per supradictam sagacem[r] explorationem et diligentem observationem longe ante experti praesignabant. Sed ut plus miremini, usque ad quindecim milia annorum talibus argumentis protenderunt. Inde Cicero visionem Africani referens ita dicit: 'Homines[2] populariter annum tantum[s] solis, [id est][t] unius astri reditu[u] metiuntur, re autem recta cum ad idem unde semel profecta sunt, cuncta astra redierunt eandemque totius caeli discriptionem[v] longis intervallis retulerunt: tum[w] ille vere vertens annus appellari potest, in quo vix dicere audeo quam multa hominum secula teneantur. Namque ut olim deficere sol hominibus extinguique visus est, cum Romuli animus haec ipsa in templa penetravit, *quandoque ab eadem parte sol eodemque tempore iterum *fol. 11'. defecerit, tum signis omnibus ad idem principium stellisque revocatis expletum annum habeto; cuius quidem anni nondum vicesimam partem scitote[x] esse conversam'. Quae verba Tullii Ambrosiana exprẹssio aperit hoc modo atque pandit[3]: 'Annus non is solus est, quem nunc

a) terra *P.* b) hyemisp. *P.* c) eiusdem *R.* d) terram *P.* e) *immo* XV *secundum Plinium.* e*) auctoritatem *P.* f) perspacissima *P.* g) que *om. P.* h) ante *P.* i) accuratissime *R.* k) astronomine *P.* l) circum *P.* m) diriget *P.* n) t *in* notab. *del. P.* o) *om. P.* p) per *R.* q) *om. R.* r) supradicta sigacem *P.* s) tantummodo *R.* t) *om. P, R.* u) reditum *P, R.* v) descr. *R.* w) tunc *R.* x) scito *R.*

1) Lunae — cognovimus *ex Plinii Nat. hist. l. l.* 2) *Macrob. Comment. II c. 11 p. 179.* 3) *Ibid. p. 179.*

811 communis omnium[a] usus appellat, sed singulorum seu luminum, hoc est solis et lunae, sive stellarum, emenso omni caeli circuitu, a certo loco in eundem locum reditus annus suus est. Sic mensis lunae annus est, intra quem[b] caeli ambitum lustrant. Nam et a luna mensis dicitur, quia Greco nomine luna mene vocatur'.

Virgilius[1] denique ad discretionem lunaris anni, qui brevis est, annum qui cursu solis efficitur significare volens ait[2]: 'Interea magnum sol circumvolvitur annum'. Annum magnum vocans solis comparatione lunaris. Nam cursus quidem Veneris atque Mercurii pene par solis; Martis vero annus fere biennium tenet: tanto enim tempore caelum circumit. Iovis autem stella duodecim et Saturni triginta annos in eadem circumitione consumit.

Haec de sole et luna ac vagis, ut ante retulimus, iam nota sunt. Annus vero, qui mundanus vocatur, qui vere vertens est, quia conversione plenae[c] universitatis efficitur, largissimis[d] seculis explicatur, cuius ratio talis est. Stellae omnes et sydera, quae infixa caelo videntur, quorum proprium[e] motum numquam visus humanus sentire vel depraehendere potest, moventur tamen et praeter caeli volubilitatem, qua semper trahuntur, suo quoque accessu tam sero promoventur[f], ut nullius hominum vita tam longa sit, quae observatione continua factam de loco permutationem, in quo eas[g] primum viderat depraehendat. Mundani ergo anni finis est, cum stellae omnes omniaque sidera, quae aplanes habet, a certo loco ad eundem locum ita remeaverint, ut ne una quidem
*fol. 12. caeli *stella in alio loco sit; quam in quo fuit, cum omnes aliae ex eo loco motae sunt ad[h] quem reversae anno suo finem dederunt, ita ut sol et luna cum erraticis quinque in eisdem[i] locis et partibus sint, in quibus incipiente mundano[k] anno fuerunt. Hoc autem, ut physici volunt[3] post annorum quindecim milia peracta contingit[l]; ergo sicut annus lunae[m] mensis est, et annus solis duodecim menses, et aliarum[n] stellarum[o] hi sunt anni quos supra retulimus; ita mundanum annum quindecim milia annorum, quales nunc computamus, efficiunt. Ille ergo vere annus vertens vocandus est, quem non solis, id est unius astri, reditu[p] metimur, sed quem stellarum omnium, que in quocumque caelo sunt, ad eundem locum reditus sub eadem caeli totius descriptione concludit. Unde mundanus dicitur, quia mundus propriȩ caelum vocatur.

*fol. 6. *Igitur[q] sicut annum solis non solum a Kalendis Ianuariis usque ad easdem vocamus, sed et[r] a sequente post Kalendas die usque ad eundem diem, et a quocumque cuiuslibet mensis die usque in diem eundem reditus annus vocatur, ita ut[s] huius mundani anni initium sibi quisque facit quodcumque decreverit, ut ecce nunc Cicero a defectu solis qui sub Romuli[t] fine contigit, mundani anni principium sibi ipse constituit. Et licet etiam sepissime postea defectus solis evenerit, non dicitur tamen mundanum annum repetita[u] defectio solis implesse, sed tunc implebitur cum sol deficiens in hisdem locis et partibus et ipse erit et omnes celi stellas omniaque sidera rursus inveniet, in quibus fuerant cum sub Romuli[t] [fine[v] deficeret[4]. Igitur a discessu Romuli] post
*fol. 6'. annorum quindecim *milia, sicut adserunt physici[w], sol denuo ita deficiet, ut in eodem signo eademque parte sit, ad idem principium, in quo sub Romulo fuerat[x], stellis quoque omnibus signisque revocatis.

Anno ergo praeterito DCCCX. ab incarnatione Domini non est mirum eclypsin[y] solis evenisse, sicut vestrae indicant litterae, septimo Id. Iun. prima tunc iniciante luna, et rursus in eodem anno pridiae Kalendas Decembris XXX.[a] incipiente luna et a priore defectu septimo mense, hoc est Decembre inchoante. Quia si[z] defectus solis[a] diffinitur[b] novissima primave luna fieri, et septimo mense a priore defectu: quamvis

---

a) annium *P.* b) quam *P.* c) *om. P.* d) largissimus *corr. in* -mis *P.* e) praemium *P.* f) promovent *P.* g) *om. R.* h) at *P.* i) hisdem *P.* k) mundo *P.* l) contigit *P.* m) luna *P.* n) alurum *P.* o) istellarum *P.* p) reditum *P.* q) *antecedunt in P verba:* absolvenda hac questione conferri, *cf. supra p. 573 lin. 43.* r) *om. P.* s) *om. R.* t) Romoli *P.* u) reppetita *P.* v) fine *usque* Romuli *om. P, R.* w) philosophi *R.* x) fuerant *P.* y) etelypsin *P.* z) Qui sic *R.* a) *om. P.* b) defin. *R.*

1) *Macrob. Comment. II, c. 11 p. 180.* 2) *Aen. III, 284.* 3) *Macrob. Comm. II, c. 11 p. 181.* 4) *Ibid. p. 182.*

aliquando penitus non appareat, cum certe sit factus; aut si apparuerit, non semper 811 ubique cernatur; aut si ubique conspiciatur, non eisdem horis omnes equaliter videant[a] evenisse propter supradictas causas.

Si quis ergo etiam in hoc tempore, tanto sensus acumine praeditus[b], tanta instantiae diuturnitate[c] nisus, tanta explorationis et observationis diligentia intentus[d], eadem ociositate et curiositate sicut priori aetate[e] geniti sollicitus, tantum studium erga astronomiae aut cuiuscumque disciplinae adsectationem[f] adhibuerit, nonne idem facile credendus est ad eandem antiquorum scientiam et praescientiam[g] posse pervenire? Voluntas enim dispar, non natura, quae una et aequalis est, homines tantum a se distare facit; quamquam in primis hominibus propter mundi adolescentiam et vim corporum et sensuum vigorem[h] magis valuisse comperimus.

Hic ergo nunc de eclypsi solis sit finis dicendi, non quod dixisse forsitan sufficienter arbitrer, sed quia ad praesens proprii ingenioli exiguitas amplius memorare non quiverit; Plinius enim Secundus et alii libri, per quos[i] estimem haec me posse supplere, non habentur nobiscum in his partibus; cum de talibus per me ipsum nihil audeam excogitare neque praesumam[k].

Vos autem, domine piissime auguste, quibus prae omnibus affluentiam sapientiae sicut et ceterarum sanctarum[l] *virtutum Deus[m] distribuit, rogo suppliciter, ut, in quo *fol. 13. vobis de hac causa ignorare videar[n] aut aliter aestimare quam rectum est, instruere et dirigere dignemini — stulta enim mundi elegit Deus, et non est apud eum persona- I. Cor. 1, 27. Eph. 6, 9. rum acceptio — ut non solum vestrae purissimae et clarissimae sapientiae lux his qui prope sunt luceat, sed et his qui longe; et non solum per aperta camporum discurrentes inlustret, verum etiam reclusos, licet per rimas et iuncturas vestri[o] serenissimi splendoris radius exerens perfundat.

Omnibus ergo valde necesse est attentis et assiduis praecibus rogare et postulare[p], ut dominus et salvator noster Iesus Christus suo populo donet et tribuat multis annis de tali et tanto principe et magistro gaudere; qui omnibus aequaliter omnium bonorum operum et virtutum et honestarum disciplinarum doctor praecipuus et perfectum[q] habetur exemplar: rectoribus ad suos subiectos bene regendos, militibus ad suam exercendam legitime militiam, clericis ad universalis christianae religionis ritum recte observandum, philosophis et scolasticis[r] ad honeste de humanis philosophandum et sapiendum reverenterque atque orthodoxe de divinis sentiendum et credendum. Quid plura de nostri domini augusti Caroli[s] summis virtutibus et excellentibus dicere nitor? cum licet multum elaborare[t] velim, totas[u] referre non potero, hoc tantum veraciter dicimus, quod omnes uno ore[v] conclamant, quia in ista terra, in qua nunc Deo donante Franci dominantur, ab initio mundi talis rex et talis princeps numquam visus est, qui sic esset[w] fortis sapiens et religiosus, sicut noster dominus augustus Carolus[x]. De cetero autem per sua sancta et sublimia[y] merita forsitan de suo semine talis oriatur. Hoc solum superest, ut nos omnes christiani altissimis vocibus et devotissimis cordibus unianimiter[z] clamemus ad Dominum et rogemus, ut nostri obtimi domini augusti[a] Caroli[b] triumphos multiplicet,

---

a) videatur *P.* b) praedictus c *del. P.* c) diurnitate *P.* d) intus *P.* e) prioritatę *P pro* pr. aet. f) adsetat. *P.* g) et praesc. *om. P.* h) vigore *P.* i) quod *P.* k) praesummam *P.* l) *in P secuntur in fol. 7:* Macrobius. Spatium enim quod — *f. 7'* se intrare locatur *(= Commentar. l. I c. 21 p. 119—120).* Macrobius. Descriptio enim est orbis — *f. 8* rigore temperiem *(= l. II c. 5 p. 156—157).* Macrobius. Licet igitur sunt haec duo — rigore blandiri *(p. 157—159).* De circulis mundi libri Bede *(= De nat. rer. c. 9).* Item de subsequenti zona Macrobius. Hoc quoque tractatu — *f. 9* subiciendo picturam *(l. II c. 7 p. 164).* m) *om. P.* n) videor *P.* o) vestra *P.* p) postolare *P.* q) et fectum *corr. in* effectum *P.* r) scolaticis *in ras. P.* s) Karoli *R.* t) -rere *corr. in* rare *P.* u) tota *P.* v) honore *P.* w) est et *P.* x) Karolus *R.* y) sublima i *superscr. P.* z) unaniniter *R.* a) augustum *corr.* -ti *P.* b) Karoli *R.*

c. 800—814 imperium dilatet, sacram conservet progeniem, sanitatem confirmet, vitam in multos extendat annorum circos[a]. Exaudi exaudi exaudi Christe.

Sicut ergo, domine reverentissimę atque dulcissime, Dei et vestro fideli famulo Waltoni abbati mandastis, ut me de talibus ex vestris verbis commonendo interrogaret et exigendo commoneret, — qui sicut vobis fidelis, ita mihi de hac re gravis et inportunus exactor quamvis moderatę extitit — ita per illum vobis remitto, ut inde ei gratias referatis, si quid in his bene dixerim, quae per eius urguentem[b] exactionem volens nolens solvi. Si autem aliquid male propter meum proprium neglectum, mihi penitentiam quam velitis clementer inponatis. Obto vos bene semper valere in Deo optimę domine et non tantum optimę domine, sed et piissimę atque amantissime pater[c].

2.

Dungalus ab episcopo quodam subsidium petit. *c. 800—814.*

Cod. Harleianus 208 s. IX. fol. 113.
Ed. Jaffé Biblioth. rer. German. IV, 434 n. 47.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. DOMINO SANCTO PATRIQUE IN CHRISTO BENIGNISSIMO ATQUE PIISSIMO PONTIFICI ILL. DUNGALUS DEVOTUS ET SPONTANEUS VESTER FAMULUS STABILEM AC PERPETUAM IN DOMINO IESU CHRISTO SALUTEM.

Vestra copiosissima benignitate et luculentissima fecundissimaque humanitate constrictus detineor, addictus vestro assiduo famulatui debitor continuus. Ad hoc enim
cf. 1. Cor. 3, 6. vestrae exercitium culturae Deo tendit incrementum dante, ut quod seminando temporaliter seritis in perpetuum fructificando metatis, et quod minimis tenuissimisque tribuitis, maximus ditissimusque auctor hoc accepisse fateatur. Qui iuxta suam affluentissimae inexhaustaeque felicitatis ubertatem non differat accepta providis retribuere feneratoribus.

Inde ego, unus de his minimis per quos vobis Deo efficiente multiplicabitur liberalis commercium negotii, consuetam a vobis opem repeto: ut, inde necessitatem habens, temporaliter reficiatur, et vos in perpetuum. Hinc enim merces vestra indeficiens apud Deum et sine fine manebit, si bonum semel incoeptum infatigabiliter et sine lassitudine exerceatis. Hac ego fiducia fretus, anniversarius vobis petitor existo; ut — si mihi non tribuatis, eo quod amicus vester sim, utpote obliviscentes exiguum in multis et magnis occupati — propter inportunitatem meam detis, quicquid mihi est necessarium.

Multis ergo annis agrum Dei hoc cultu colatis legitimo et ecclesiam eius moribus exemplisque ornetis et feracem sementem expectabili reditu seratis, cuius oportune centuplicata fruge in perpetuum vescamini et sine fastidio semper refecti saturemini.
Ps. 16, 8. Custodiat vos Dominus ut pupillam oculi, et sub umbra suarum protegat alarum.

3.

Dungalus abbatem quendam hortatur, ut a rege stipem sibi exigat. *c. 800—814.*

Cod. H fol. 113'.
Ed. Jaffé Bibl. rer. German. IV, 434 n. 48.

---

a) curriculos *R.* b) urguente *P*; urgentem *R.* c) *Secuntur in P haec excerpta ex Isidoro petita: Etymolog. l. III c. 57. 58. 49* (Eclypsin — existerent).

DOMINO HONORATISSIMO DILECTISSIMOQUE IN CHRISTO ABBATI EGO DUNGALUS VESTER FIDELIS FAMULUS ET VOLUNTARIUS ORATOR PERPETUAM IN DOMINO SALVATORE SALUTEM. c. 800—814

Memor nostri iamdudum peracti inter nos foederis, quo mutuam alternamque orationem semper pro invicem habituros esse promisimus, ea confidentia fungens, audeo privatim familiariterque de meis conferre vobiscum necessitatibus. Sperans per vos et ex vobis Deo auxiliante veraciter aeternum et spiritale habere adiutorium, corporale autem et temporale habiturum non dubito. Qui enim, quod maius et sublimius est, suo amico libenter tribuit, si de eo, quod minus et inferius est, rogetur, hoc posse putandus[a]. Bene ergo confidens de vestrae benignae et fraternae caritatis adiutorio et in praesenti et in futuro, ideo rogo vos suppliciter, ut suggeratis domino regi, ut in aliquo me consolari et adiuvare dignetur in sua elemosyna. Quia hoc mihi in hoc tempore multum necesse est; qui antea, postquam veni in istam terram, non fui sic redactus et coangustiatus, sicut modo sum.

4.

Dungalus Adamum abbatem rogat, ut sibi ad regem ituro subveniat, propterea quod equus suus claudus ac debilis factus sit. Saxonem quendam commendat. c. 800—814.

Cod. H fol. 113'—114.

Ed. Jaffé Bibl. rer. German. IV, 432 n. 49.

DOMINO VENERATISSIMO DEVOTOQUE, AMPLEXANTE AFFECTU CARISSIMO AC DILECTISSIMO ABBATI ADAM[1] EGO DUNGALUS VESTER SPONTANEUS AC FIDELIS FAMULUS PERPETUAM IN CHRISTO IESU SALUTEM.

Vestra beneficia, quae larga et numerosa antea mihi praebuistis, inplicitis et insolubilibus nexibus inretiant et catenant me in vestro servitio, ut non possim nec debeam inde excedere vel elabi. Hoc ergo, in quo debitor iure teneor, voluntate adsequor; et licet non valeam adimplere sicut debeo, voluntas tamen non deest adimplendi, quae apud internum aliquando inspectorem pro effectu reputatur obsequii. Et quantum recreatos et adiutos egenos et minimos sua mediocritas et exiguitas non sinit restituere condigna merentibus, tantum debitor est pro eis retribuere, qui se in ipsis consolari et refici non dedignatur fateri. Haec ergo, domine benignissime et misericordissime, provido et sollerti animo sollicite intenteque cogitantes, multa Deo teste semina aridis et hiantibus sulcis, hoc est indigentum personis, committitis; quae oportuno tempore, Domino incrementum dante, contra ignavorum agricularum spem cumulato et multiplicato centies fructu, metetis. Unde in perpetuum refecti et glorificati ditabimini. cf. 1. Cor. 3, 6.

Nunc ergo, domine mi, instat mihi vestro famulo Deo adiuvante iter ad palatium, ut reddam ibi et innotescam domino regi[2] rationem illius servitii, quod usque modo exercui. Sed vires mihi ad hoc non suppetunt: frangitur conatus volentis, debilitante inopia. Meus enim caballus, qui mihi aptus et conveniens fuit, quem usque modo sum usitatus, quem mihi bonae memoriae dominus abbas Sichelmus in sua donavit elemosyna, nervis, hoc est cordis, rigentibus et contrahentibus stringitur et claudicat[a].

3. a) petendus *H corr. J.*
4. a) claudicatur *H.*

1) *monasterii Gemeticensis (Jumièges) cf. Formulae ed. Zeumer p. 303 n. 1, Mühlbacher Reg. n. 543. In vita S. Sturmi c. 16 (SS. II, 373) vocatur* magnum coenobium, quod dicitur Iumedica. 2) *Carolo Magno.*

c. 800—814 ut eo uti non possim. Si autem vobis facile et placitum videretur, valde mihi necesse esset adiuvari in hac re ex vestra parte; ut inde vobis mercedes et praemia apud Deum in perpetuum cumulentur et crescant. Unde in angustia et in necessitate posito miserando subveniatis, ut summa pro imis, aeterna pro transitoriis, caelestia pro terrenis, fixa et stabilia pro labentibus et nutantibus multiplici faenore et felici commercio adquiratis.

Nos ergo pauperes et peregrini oneri forsitan et fastidio vobis videamur esse propter nostram multitudinem et inportunitatem et clamositatem; sed tamen vos, quos Deus sustentatores nostros constituit, quantum patienter sustinueritis, sicut scriptum
Eccli. 4, 5. est: 'Ab inope non auferas oculos tuos propter iram', quantumque libenter propter Deum susceperitis, tantum vera et indeficientia vobis bona succrescent.

Ecce etiam iste Saxo ill., inops alienigena, ad vos similiter recurrit postulans elemosynam; quia ipse tantundem[a] vel iam amplius in angustia et in indigentia est positus, nec a quoquam sperat adiutorium aut consolationem praeter vos, antequam perveniat ad suum seniorem dominum regem.

Multis ergo annis diversi et varii ordines ecclesiae per vos in praesenti seculo confortentur et vigeant; et vos per illos in futuro apud Deum sine fine gloriosissime et beatissime valeatis.

5.

Dungalus sacerdoti cuidam respondet. *c. 800—814.*

Cod. H fol. 114'—115.
Ed. Jaffé Bibl. rer. Germ. IV, 433 n. 50.

DOMINO SANCTO OMNIQUE VENERATIONE VENERANDO NECNON PARTE IN OMNI SUBLIMITER DIVULGATO ILL. EXCELLENTISSIMO SACERDOTI ILL. SACERDOS[1], QUAMVIS INDIGNUS, IN DOMINO IESU AETERNAM SALUTEM.

Sagacissima vestra cognoscat prudentia, quod epistola vestra in manus usque pervenit nostras. Quam accipientes et relegentes vestramque sanitatem cognoscentes valde gratulati sumus. Etenim rationem nostram cognoscere voluistis, de qua nunc inmensas vobis retulimus gratias. De adventu vero vestro, qua non venistis, absit ut
Iac. 1, 20. irasci debeam. Nam scriptum est: 'Ira enim viri iustitiam non operatur'. Causa enim nostra, auxiliante Domino vestrisque sacris intercurrentibus orationibus, iuxta possibilitatem nostram bene se[a] habet. De cetero vestra cognoscat almitas: quandocunque vobis visitandi causa cineres beatorum martirum Dionisii Rustici et Eleutherii[2] venire placuerit, me paratum in servitio vestro prumtumque invenietis. De hac causa vero, pro qua mihi aliquid[b], non solum hoc sed etiam illud, si vita comis fuerit, mittere curabo[c]; caritatem plenam in vestro benigno amore cum omnibus fratribus libenter facere studebo. Obsecro, ut memoriam mei in sacris orationibus facere non pigeatis.

Currite litterule, perfectam ferte salutem
Presbitero claro moribus et merito.

---

a) tandundem *H.*
5. a) sed *H.* b) *sic.* c) currabo *H.*

1) *Hunc sacerdotem etiam Dungalum fuisse recte observavit L. Traube, O Roma nobilis p. 332.*
2) *quorum corpora in ecclesia coenobii S. Dionysii Parisiensis servabantur.*

6. c.800—814

Dungalus abbati cuidam argentum mittit, unde mensulam et calicem et patenam confici iubeat. Hortatur, ne pauperibus peregrinisque desit. c. 800—814.

Cod. H fol. 115.
Ed. Jaffé Bibl. rer. Germanic. IV, 434 n. 51.

DOMINO IN CHRISTO VENERABILI DILECTISSIMOQUE ABBATI ILL. DUNGALUS EXIGUUS FAMULUS[1] PERPETEM IN DOMINO SALVATORE SALUTEM.

Vestra ergo, domine carissime, prosperitate cognita laetati, et vestrae incolomitate vitae comperta consolati, optamus vos semper in Domino verae prosperitatis stabilitate gaudere: ut non, in huius formidando saeculi pelago navigantes, Schylleae vos pulchritudinis fallacia decipiat nec Serenarum loetiferi cantus oblectent, sed casto velut ille providus Itachus aspectu obturatis[a] auribus inlaesi, divino agitante spiraminis flatu, ad supernae portum patriae devicto[b] hostilis Ilio mundi superatisque victores Frigibus perveniatis. Ubi. bellicorum praesentis vitae successuum anxia incertaque trepidatione excepti ac de inprovisis periculosisque Caribdibus liberati, perpetua perfrui pace gaudeatis. Haec ergo tibi, domine dilectissime, evenire optamus et assiduis in commemorationibus carissimorum nostrorum praecibus rogamus.

Nunc autem, quod superest. Misi aliquid de argento per ill. vestrum servientem. Et volo rogare, si vobis facile est, ut iubeatis uni bono et perito de vestris fabricare illud, et facere inde ministerium[2] calicem et patenam; et ut hoc diligenter a vobis sit commendatum et iussum, quasi ad vestrum proprium opus debuisset operari. Et ut hoc sciat ille faber, quod hoc fabricatum vobis ipsis debet iterum reddere et monstrare, ut iudicetis et probetis illud. Sed sic hoc rogo, si vobis grave non est; sin autem, non rogo.

Confidens ergo, domine dilectissime, de vestra pietate et benignitate, ausus sum vobis commemorare et suggerere de illo opere misericordiae et elemosynarum, quod olim ego praesens vos cum mira mentis alacritate et humilitate exercere vidi; ut non aliquando in vestro monasterio et in reliquis vestrae potestatis locis tepescat et refrigescat, nec in illis occasiones quaedam inhumanitatis et inmisericordiae, quas non mandavit Deus, excogitentur contra pauperes et peregrinos supervenientes. Dominus ergo meus et deus meus Iesus Christus scit, quia pro vera animae et vitae dilectione haec dico, ne vos neglegentiae aut culpae alterius reatum subeatis. Scio enim, quia, si inde aliquid factum est, vos ignoratis et nescitis. Bene valete semper in Domino, domine reverentissime atque dulcissime pater.

7.

Dungalus Theodradae, Caroli I. imperatoris filiae, monachae factae gratulatur. post 814 Ian.

Cod. H fol. 116'—117.
Ed. Jaffé Bibl. rer. Germ. IV, 429 n. 46.

---

6. a) obduratis *H.* b) devictu *H.*

1) *In versibus Hildoardo Cameracensi episcopo missis* Dungalus peregrinus *se ipsum (v. 20)* exiguum et famulum *vocat (Poet. Carol. I, 411. 412).* 2) *mensulam iuxta altare, in qua reponuntur vasa ad sacrificium idonea. DUCANGE.*

post 814 Ian. IN NOMINE [PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI][a]. DOMINAE CLARISSIMAE REGIIQUE GENEROSITATE SANGUINIS NOBILISSIMAE ET EXCELLENTIORI MORUM DIGNITATE DECORATISSIMAE THEODRADAE[b] DUNGALUS PEREGRINUS[c] LICET INDIGNUS AETERNAM IN DOMINO SALVATORE SALUTEM.

Saepe volui, domina carissima, salutatorias ad vos dirigere litteras. Sed quia veritus sum praesumptionis ac temeritatis noxam apud vestrae censuram almitatis incurrere, utpote quod ego, peregrinus et vobis adhuc vix forsitan cognitus, ausus sim scripta vestrae audacter ingerere beatitudini, repressi paululum manum a stilo haesitansque ad tempus distuli. Sed cum recordatus sim domini mei, vestri genitoris, beatae memoriae Karoli — quem non solum vero ac sincero amore dilexi et nunc maxime diligo, sed et suam propter eum cunctam prolem parentesque et propinquos eisdem fraternae visceribus caritatis amplector, quorum memoriam in orationibus cotidianam facio, prout oportet — revocans animum haeque fretus fiducia, istas vobis direxi litterulas; continentes vestrae optionem stabilis ac sempiternae salutis gratulationemque vestrae optimae electioni, quia, contempto habitu seculari, sacrum Christi velamen induere voluistis[1], audaci consilio, sed probato et laudabili, fluxa et caduca spernere, certa aeternaque requirere, abrenuntiare diabolo et seculo[d] et pompae et operibus eius, et sequi Christum eiusque vestigiis privatim ac domestice inhaerere.
1. Ioh. 4, 18. Luc. 10, 42. 'Perfecta caritas foras mittit timorem'. 'Maria bonam partem elegit, quae non auferetur
Matth. 12, 32. ab ea[2] neque in hoc seculo neque in futuro'. Nullum autem munus, nulla oblatio tantum amabilis et acceptabilis est Deo, quantum si se ipsum sibi homo devote ac voluntarie offerat. Unde hoc maxime et praecipue hortatur sanctus Paulus, immo
Rom. 12, 1. Christus in Paulo, dicens: 'Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, rationabile sit obsequium vestrum'.

Unde sollicita et intenta mente assidue vobis et nobis pro vobis orandus est Deus, ut, qui bene incipiendi vobis donavit voluntatem, bene etiam perseverandi et consum-
Matth. 10, 22. mandi tribuat facultatem. 'Qui enim perseveraverit' et reliqua. Post etiam bonum et
cf. 2. Tim. 2. 5. legitimum certamen et post inclitam de diabolo[d] antiquo humani generis hoste et fragili carne spiritui rebellante victoriam, optamus vos a Deo perpetuam adquirere
1. Cor. 2. 9. palmam et mercedem illam ineffabilem obtinere, quam nec oculus vidit et reliqua.

Haec[2] te caesareo generatam semine karta,
Moribus et specie ornatam, Theodrada, salutat.

8.

Dungalus abbati cuidam errorem suum excusat; rogatque eum, ut sibi prospiciat.

c. 814.

Cod. H fol. 117.
Ed. Jaffé Bibl. rer. German. IV, 436 n. 52.

DOMINO REVERENTISSIMO ANIMIQUE INLUSTRIBUS CORUSCANTI VIGORIBUS ABBATI ILL. DUNGALUS AETERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Modo vobis, domine inclite, fateor me mihi ipsi errando impedisse et, quod debui rogare, ignorando vetasse; estimans dominum imperatorem[3] statim post suum placitum

---

7. a) sanctae et individuae trinitatis *suppl. Pertz.* b) Theodradae *in margine addidit eadem manus.* c) $\overline{pr}$ *H;* presbiter *J.;* peregrinus *suppl. Traube.* d) et seculo *superscripta sunt.*

1) *Theodradam, Caroli et Fastradae filiam, (a. 824.) parthenoni Argentogilensi (prope Parisios) abbatissam praefuisse scimus. V. Mabillon Annal. ord. Bened. II, 348 (De re diplom. 515) J.; cf. Mühlbacher Reg. n. 822; Simson Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludwig dem Fr. I, 18—19.* 2) *Cf. similes versus exulis Hibernici (Poet. Car. I, 396) supra p. 387 n. 3.* 3) *Carolum Magnum aut Hludowicum Pium,*

ad Aquis palatium reversurum. Morosum mihi visum est responsionem ab eo expectare. 827 Propter hoc imperite et incaute prohibui hoc, quod benigno et provido de me animo proposuistis ammonere et domino regi suggerere. Inde nunc paenitentia ductus, rogo suppliciter vestram invincibilem inmutabilemque clementiam, ut, quod ante pio et sincero corde praedestinastis agere, hoc mea non praepediat errabunda inprovisaque ignorantia. Sed in vestra misericordia et elemosyna curam piam et paternam habeatis de vestro voluntario et fideli famulo, prout vobis rectum placitumque videatur; ut laus inde vobis apud homines cumuletur et merces crescat apud Deum. Tantum ut, sicut mihi primum dixistis, vester missus aut vestra epistola certum et indubium me faciat de eo, quod agere debeam; et sic cum vestro bono et integro auxilio laetus et paratus iter arripiam. Custodiat[a]. Ps. 16, 8?

His tibi versiculis, abbas venerande, gemellis
Veras ac validas opto salutis opes.

9.

Dungalus doctrinam insanam Claudii Taurinensis episcopi de cultu imaginum et reliquiarum impugnat atque fidem imperatoris pro ecclesia periclitante implorat. 827.

Cod. Vatican. Christinae reg. 200 saec. XI—XII. fol. 7—10, quem contulit Ioh. Tschiedel.

Ed. Papirius Masson Paris. 1608 ex cod. nunc Vaticano, Biblioth. patr. Lugdun. XIV, 199—200. — Migne CV, 465—467.

DUNGALI RESPONSA CONTRA PERVERSAS CLAUDII TAURINENSIS EPISCOPI SENTENTIAS.

Hunc itaque libellum, responsiones ex auctoritate ac doctrina sanctorum patrum defloratas et excerptas continentem, sub nomine et honore gloriosissimorum principum, christianissimorum sanctae aecclesiae rectorum, domini Hludowici, maximi ac serenissimi imperatoris, eiusque filii nobilissimi augusti Hlotharii, ego Dungalus in Dei et eorum obsequio esse dicandum componendumque devovi contra insanas blasphemasque Claudii Taurinensis episcopi naenias, non quod ante iamdudum, ex quo in hanc terram advenerim, occasio mihi copiosa hac de re reclamandi conquerendique assidue non occurreret, dum dominicam ubique messem malignis zizaniis lolioque infelici horrere cernendo suspirarem, sed ne conatus nostri aerem ut dicitur verberando incertave pro certis adfirmando deluderentur, sub silentii diutina anxiaque observatione ora continui merens dolensque murmur multum antiquamque contentionem de corpore Christi, hoc est ecclesia, passim in turbis fieri, quae quondam praecessit de capite. 'Quidam enim Ioh. 7, 12.
tunc', ut ait Iohannes, 'dicebant, quia bonus est, alii autem: Non, sed seducit turbas'.

Simili modo etiamnunc sequestrato ab invicem in hac regione ac diviso in duas partes populo, de observationibus ecclesiasticis, hoc est de imagine dominicae passionis et sancta pictura, murmurantes et contendentes catholici, dicunt bonam et utilem esse picturam et pene tantundem proficere ad eruditionem, quantum et sacrae litterae, hereticus econtra cum parte a se seducta dicunt: Non, sed seductio est erroris et idolatria. Talis de cruce contentio habetur catholicis dicentibus, quod bona et sancta sit, vexillumque triumphale et signum perpetuae salutis; pars adversa cum suo magistro econtra respondet: Non, sed obprobrium tantum passionis et inrisio mortis in ea continetur et ostenditur ac memoratur. Pari ratione de memoriis sanctorum causa orationis adeundis et reliquiis eorum venerandis obnituntur, aliis adfirmantibus bonam et religiosam esse consuetudinem basilicas martyrum frequentare, ubi eorum sacri cineres et sancta corpora quasi quaedam venerabilia vasa et Deo acceptabilia, in quibus omnigena pro fide Christi tormenta sunt usque ad mortem perpessi, cum honore eorum

8. a) Custodiam *J.*; Custodiat *leg. Pertz, cf. supra p. 578 lin. 36.*

827 meritis congruo condita habentur, ubique ipsis intervenientibus corporales ac spiritales cotidie langores divina operante manu et gratia coruscante, copiosissime et praesentissime sanantur, alii vero resistunt dicentes sanctos post obitum nullum adiuvare nullique posse intercedendo succurrere, nihil eorum dumtaxat scientes quae in terris geruntur illorumque reliquias nullam alicuius reverentiae gratiam comitari, sicut nec ossa vilissima quorumlibet animalium reliquamve terram communem. Unde Augustinus in expositione evangelii secundum Iohannem ait[1]: De omnibus servis eius hoc dicitur modo, Ioh. 7, 12. quicumque eminuerit in aliqua gratia alii dicunt: Bonus est, alii: Non, sed seducit turbas. Unde Col. 3, 3. hoc? quia vita nostra abscondita est cum Christo in Deo. Ideo licet dicere hominibus: Per hiemem mortua est ista arbor, verbi gratia arbor fici, arbor piri et huiusmodi pomorum, similis est aridae; et quamdiu hiems est non apparet: aestas probat, iudicium probat; aestas nostra revelatio Christi est. Deus manifestus veniet, Deus noster et non silebit; ignis ante eum praeibit: iste ignis inflammabit inimicos eius, aridas arbores ignis conprehendet. In alia vero parte, hoc est in dextera, apparebit fecunditas fructuum dignitasque foliorum: viriditas aeternitas erit. Illis Matth. 25, 41. ergo tamquam aridis dicetur: Ite in ignem aeternum. Ecce enim securis ad radicem arborum ib. 7, 19. posita est. Omnis ergo arbor, quae non facit fructum, excidetur et in ignem mittetur. De ipso ergo toto corpore Christi hoc dicitur: Corpus Christi adhuc in area, vide quemadmodum blasphemetur a palea. Simul quidam triturantur, sed paleae conteruntur, frumenta purgantur.

Rogamus vero suppliciter nostros dominos christianissimos ac religiosissimos, ut zelo Dei commoti suae sanctae matri ecclesiae gementi et periclitanti opportune dignentur succurrere, eamque diris serpentum morsibus diutius non sinant laniari. Cum enim dominus beatissimae memoriae Carolus, ferventissimus vigilantissimusque catholicae fidei tutor et propugnator, nequissimae caput viperae in magistro huius erroris Felice[2] contra sibilantis unitatem ecclesiae apostolicae auctoritatis praevalida ferreaque confregerit virga, rectum quidem est, quin ab eius benedicta generatione supradictae cauda bestiae diro cuncta suo inficiens nidore, eodem contundatur hastili, eaque ad nocendum in quantum viget maligno se verbere movens tamdiu terendo et caedendo comprimatur, quamdiu consumptis nisibus desinat palpitare, ut quia perversus discipulus perversum pestiferumque magistrum, non solum aequiperare, verum etiam Isai. 14, 29. depravando et blasphemando excellere contenderit sicut scriptum est: 'De radice colubri egredietur regulus'; validiori etiam castigatione, quam suus antea auctor fuerat, corripiatur, quo caeteri timorem habeant, ne amplius malignissimo superbiae spiritu inflati, talem audentes excogitare pravitatem, sponsam Christi ecclesiam, cuius vos Deus provisores defensoresque constituit, difamare violareque praesumant, unde Augustinus in expositione evangelii secundum Iohannem[3]: Si ergo quando vult Deus concitare potestates adversus hereticos, adversus scismaticos, adversus dissipatores ecclesiae, adversus exsufflatores Christi, adversus blasphematores sanctorum eius, non mirentur, quia Deus Gen. 6, 16. concitet, ut a Sarra verberetur Agar, cognoscat se Agar, ponat cervicem suam, mirantur autem, quia commoventur potestates christianae adversus detestandos dissipatores ecclesiae. Si ergo non moverentur, quomodo redderent rationem de imperio suo Deo? Intendat caritas vestra, quid dicam, quia pertinet hoc ad reges saeculi christianos, ut temporibus suis pacatam velint matrem suam ecclesiam, unde spiritaliter nati sunt. Legimus Danielis visiones et gesta prophetica. Tres pueri Dan. 3, 91. in igne laudaverunt Deum; miratus est Nabuchodonosor rex laudantes Deum pueros et circa eos ignem innocentem et cum admiratus esset, quid ait Nabuchodonosor rex? Non vel Iudaeus vel circumcisus ille, qui statuam suam erexerat et ad eam adorandam omnes coegerat? Tamen laudi-

1) *in Ioh. evang. c. 7 tractat. XXIX § 11 (Opp. III, 2, 512).* 2) *Cf. Ionae Aurelian. de cultu imag. l. I (Bibl. patr. Lugdun. XIV, 168):* Quo *(sc. Ludowico)* feliciter imperante idem Felix in quodam discipulo suo nomine Claudio, utpote ut verbis beati Hieronimi *(contra Vigilant., Opp. II, 387)* utar Euphorbus in Pythagora renascitur; *ib.:* eiusdemque Felicis discipulatui ab ineunte aetate inhaerens. 3) *in Ioh. ev. c. 3 tractat. XI § 13–14 (Opp. III, 2, 382).*

bus trium puerorum commotus at ubi vidit maiestatem Dei praesentis in igne, quid ait? Et ego 827
proponam decretum omnibus tribubus et linguis in omni terra. Quale decretum? Quicumque Dan. 3, 96.
dixerit blasphemiam in Deum Sidrac Misaac et Abdenago in interitum erunt, et domus eorum in perditionem. Ecce quomodo saevit rex alienigena, ne blasphemetur deus Israel, quia potuit tres pueros de igne liberare; et nolunt, ut saeviant reges christiani, quia Christus exsufflatur, a quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus a gehennarum igne liberantur'. Explicit prologus*[1].

*) *Sequitur:* Ergo ambiguitas, quae nos tanto reticere tempore coegit et ob quam certum aliquid respondere vel rescribere usque modo non potuimus, e medio quasi quoddam est obstaculum ablata, accepta scedula a Claudio Taurinense episcopo composita, quae excerpta est, ut in eius fine continetur, de libro quem ille apologeticum vocat, adversus Theutmirum scripto abbatem cum apologia secundum proprietatem Graeci sermonis contrarietatis carens sensu, non adversus aliquam personam, sed ad eam tantummodo dici soleat. *His verbis finiunt responsa fol. 92:* Haec autem interim dixisse sufficiat. Cetera vero quam plurima, quae per alios fideles homines et veraces ab eo prolata audientes et nobis renuntiantes didicimus, tam impia et tam sacrilega habentur, ut animus christianus vel ea litteris tradere vel aliis referre recuset et expaveat. Idcirco illa scribere omittentes ad verba tantummodo suae epistolae respondere curavimus. Propter istam autem insanissimam perversitatem renuit ad conventum occurrere episcoporum, vocans illorum synodum[2] congregationem asinorum. Sed illi nimium patientes haec diutius dissimulare non debuerant neque ad damna animarum cumulanda et cancrum mortiferum nutriendum tali erat pariendum homini, qui, ut ait apostolus, Deo non placet et omnibus hominibus 1. Thess. 2, 15.
adversatur. Ego vero ob divinae crucis contemptum zelans et zelando commotus blasphemiamque sanctorum surda aure transire nequiens, quia membrorum despectus ad capitis sui redundat iniuriam, eo dicente: 'Qui vos spernit, me spernit', haec pauca de sanctis libris assumens collegi, si necesse Luc. 10, 16.
fuerit ad resistendum diabolo, Christo opitulante his alia, prout ipse dederit, adiuncturus.

1) *Vetustissimum et elegantissimum Ionae et Dungali librorum exemplar, quod iam non exstare videtur, vidit a. 1687. Stephanus Baluzius (Servati Lupi opp. Antwerp. 1710 p. 355), qui de huius editione Massoniana adnotat:* '*Liber quoque Dungali, ut hoc quoque obiter moneam, est admodum imperfectus et mendosus*'. 2) *Parisinam fortasse a. 825. habitam.*

CLAUDII TAURINENSIS EPISCOPI EPISTOLAE.

Claudius Hispanus natu[1], *Felicis Orgellitani episcopi, ut dicitur, discipulus quidem*[2], *sed non assecla, tum Lugduni Leidrado archiepiscopo magistro usus, presbyter ad aulam Ludowici regis Aquitaniae vocatus accessit*[3], *ubi in sanctae scripturae libros tam ore quam calamo exponendos operam impendit. Litterarum antiquarum paene expers*[4], *at in patrum, inprimis in sancti Augustini, quem summi habebat, operibus versatissimus*[5], *in scriptis suis, ut ipse sibi conscius erat, linguam Latinam parum cultam atque hic illic vitiosam usurpabat.*

Primus eius quem habemus commentarius biblicus, tres libri in Genesim, iam anno 811. in Cassinogilo palatio, natali Ludowici regis loco, perfectus ac Dructeramno abbati fortasse S. Theotfredi dedicatus est, id quod ex unico eius exemplari iam Parisino emergit, altero quondam Cluniacensi deperdito[6]. *In hoc aeque atque in sequentibus operibus a Beda exemplo sumpto nomina auctorum suorum in margine collocavit, distinctis eis quae ex suo addidit. A qua consuetudine postea discessit. Eundem in Genesim commentarium aliquot annis post iterum recensitum Theodemiro seu Theutmiro abbati Psalmodiensi amicissimo dicavit. Et haec altera eius recensio et ceteri Claudii commentarii Ludowico iam imperium adepto conditi sunt.*

In quibus primum locum tres libri obtinere videntur Iusto abbati Carrofensi a. 815. missi, quibus ex patrum voluminibus compilatis Catena in S. Matthaeum titulus inscribitur. Ab evangelio ad epistolas Paulinas procedens sanctique Hieronymi vestigiis ingressus epistolam ad Galatas datam interpretatus est, quam eidem Dructeramno abbati tribuit. Ludowico imperatori, fautori benevolo, epistolas quoque ad Ephesios et Philippenses eadem ratione illustratas anno post obtulit.

1) *Ionae Aurel. de cultu imag. (Bibl. patr. Lugdun. XIV, 167. 168):* natione Hispanum. *cf. de vita Claudii Simson, Jahrbücher des fränk. Reiches unter Ludw. dem Fr. II, 245—251.* 2) *Cf. supra p. 584, Car. Schmidt (Zs. für hist. Theol. XIII, 59).* 3) *Cf. infra p. 592. 593. 596; Ionas l. l.:* qui aliquid temporis in palatio suo in presbyteratus militaverat honore. 4) *In ep. 6 laudatur Ciceronis Hortensius ex Augustino, in comment. ad Gal. c. 3* quidam de gentilibus *(Verg. Ecl. III, 103), Bibl. patr. Lugdun. XIV, 149, sed haec ex Hieronymo (Opp. VII, 417) cum ceteris desumpta sunt, alium Aeneidos locum (III, 126. 127) Quaest. sup. libr. reg. III ed. Trombelli p. 99, debet Bedae de templo Salom. c. 4 (Opp. VIII, 274). Sedulii versus de sole (C. P. I, 184—187) etiam (Quaest. super libr. reg. l. IV, ib. p. 159) Bedae debere videtur (Opp. ed. Giles VIII, 258). Cf. Dungali iudicium (Bibl. patr. Lugdun. XIV, 200):* Licet autem incondito ac rustico, utpote ab homine doctrinalis experte scientiae sit haec edita contextu epistola. 5) cui, *Iona teste,* in explanandis sanctorum evangeliorum lectionibus quantulacumque notitia inesse videbatur. 6) *Cf. catalog. Cluniac. biblioth. ap. Delisle le cabinet des mscr. II, 468 n. 268:* Volumen in quo continetur Claudius in librum Genesis. *Liber Parisinus ante 40 fere annis emptus incertae originis est, sed, ut Delisle V. Cl. comiter me docuit, Cluniaco provenisse non potest.*

Interea a presbyteri dignitate, cum in praedicandi verbum Dei studio excelleret[1], *ad episcopatus fastigium evectus, a. c. 816. vel non multo post ab imperatore invitus Augustam Taurinorum missus est*[2], *ubi usque ad annum 830. circiter dioecesi praefuit*[3]. *Quamvis hic negotiis publicis occupatus otio breviore ad libros conscribendos frueretur, continuavit tamen Theodemiri abbatis monitu opera prius incepta commentariosque Pentateuchi, Deuteronomio tantum ex industria omisso, annis 821. 823. et sequentibus ad finem usque perduxit, ex quibus libri Exodi et Numeri deperiisse videntur*[4]. *Epistolis ad Galatas, Ephesios, Philippenses datis ceteras epistolas Paulinas, Hebraica non excepta, addidit; ex veteri testamento, a Theodemiro rogatus, etiam quatuor libros Regum explicavit, quibuscum et singulas interrogationes eius eosdem spectantes enodandas et sua sponte librum Ruth coniunxit. Haec opera magna ex parte typis nondum expressa supplevit tandem a. c. 826. libris Iosue et Iudicum simili modo illustratis, sed nemini dedicatis.*

Quibus studiis dum Claudius operam dabat, simul in dioecesi sua nimis superstitiosa atque imaginum cultui dedita res novas molitus omni effigie atque etiam symbolo quocumque ecclesias purgare nisus est, quippe qui non a veneratione hominum mortuorum aut meritis eorum, sed a Deo solo salutem nostram sperandam esse sibi persuaderet. Quae de imaginibus non adorandis Francorum concilium Francofurtanum statuerat, ipse naviter, sed nimis inconsiderate ad effectum adducere conatus[5], *multorum in se odia conflavit et in Paschalis papae vituperationem venit.*

Theodemirus et ipse, amicus quondam suus et discipulus, in Ludowici imperatoris aula, commentario in Corinthiorum epistolas condito innixus, eum ad novam Italicos sectam inducere velle crimini dedit eumque litteris dogmatum perversorum accusavit[6]. *At Claudius, Augustini auctoritate fretus, amplo opere ad ea quae obiciebantur refutanda aggressus est. Quem librum Agobardus Lugdunensis archiepiscopus in tractatu suo magis moderato contra imaginum cultum composito adhibuisse videtur*[7]. *Ludowicus imperator, ut hanc litem argumentis gravibus decerneret, de volumine illo Claudii vasto omnibus testimoniis omissis opiniones solas auctoris verbis redditas nescimus a quo excerpendas curavit*[8]. *Quod compendium viris in rebus divinis eruditis, in quibus Dungalo et Ionae,*

---

1) *Ionas l. l.:* doctrina praedicationis evangelicae, quae illi admodum inesse videbatur. 2) *Catenam S. Matthaei dedicavit Claudius presbyter a. 815. Iusto abbati, expositionem Levitici a. 823. Theodemiro abbati Claudius episcopus, expositiones epistolarum Pauli ad Galatas Ephesios Philippenses datarum presbyter Ludowico iam imperante composuit, ideo eum intra annos 816. et 820. episcopum factum esse crediderim, cf. Simson l. l. II, 246.* 3) *Cf. chartam a. 827. Maio mense datam (Monum. hist. patr. Chart. I, 34), cui interfuit:* Claudius episcopus sanctae Taurinensis ecclesiae; *Chronic. Novalic. l. III c. 18, quod eadem charta utitur. Diplomati Dionysiano a. 832. ineunte dato subscripsit* Witgarius peccator sanctae Taurinensis ecclesiae episcopus. *Claudii successor (Tardif Monuments histor. p. 86). Meyranesius (Pedemont. sacr., Monum. hist. patr. SS. IV, 1270), num hic Witgarius Taurinensi ecclesiae praefuerit, dubitavit, sed sine iusta causa. Mortem Claudii maturam testatur etiam Walahfridus (De exord. et increm. rer. eccl. c. 8, Capitul. reg. Franc. II, 483):* Quam etiam Claudius quidam Taurinensis episcopus, sed in veritatis itinere nominis sui similitudine nutabundus, inter ceteras vanitatum suarum ineptias cupiens renovare, antequam diversorum contra eum scribentium iaculis perfoderetur, suo iudicio damnatus interiit. 4) *Commentarium in Leviticum quoque deperiisse H. Reuter falso contendit (Gesch. der Aufklärung I, 18. 21), exstat in bibliotheca Remensi.* 5) *Cf. Quaest. sup. libr. reg. (ed. Trombelli p. 180):* magna auctoritas ista habenda est in ecclesia. ut si nonnulli ex praecessoribus vel maioribus nostris fecerunt aliqua, quae illorum tempore esse potuerunt sine culpa, et postmodum vertuntur in errorem et superstitionem, sine tarditate aliqua et cum magna auctoritate a posteris destruantur. 6) *Paschali papa etiamnunc vivo, itaque annis 823—824, cf. Zachar. Bibl. Pistor. p. 65. 66.* 7) *Cf. Carol. Schmidt (Illgens Zeitschr. für die hist. Theol. XIII, 66 a. 1843 n. 73), a quo H. Reuter (Gesch. der rel. Aufklär. I, 26) dissentit. In culturam imaginum invehitur Claudius etiam in XXX quaestionib. qu. XXX (ed. Trombelli p. 176).* 8) quoddam excerptum *vocatur a Iona, qui auctorem eius nescit, cf. supra p. 569 n. 5. Claudium ipsum librum suum excerpsisse coniecit Amelung (Leben u. Schriften des Bisch. Ionas von Orl. p. 29). De libello ad Theodemirum ipso dicitur (p. 167):* Qui ab eo *(sc. Ludowico)* suique palatii prudentissimis viris examinatus iusto iudicio repudiatus.

refellendum tradidit. Ex quibus ille tantum Claudio vivo a. 827. rem consummavit, hic post obitum eius Claudii sectam impugnavit. De Claudii exitu nihil certi constat, sed causae non est, cur eum episcopatu cessisse vel poenam aliquam incurrisse credamus.

Quamvis adversarii Claudium in haereticis numerandum esse contenderent, commentarii eius saeculo nono et sequentibus magni aestimati in monasteriis Gallicis Floriacensi, Remigiano, Autissiodorensi aliis atque etiam Dertonae, Bobii, Pistoriae, in monasterio S. Benedicti Padolironensis strenue describebantur neque alicui de auctoris fide recta scrupulum movebant. Hrabanus ipse Fuldensis abbas[1] *doctissimus, nisi fallor, subsidio eorum libenter usus est, cum simili consilio patres ad biblia exponenda excerperet.*

Postquam ii, qui posterioribus medii aevi saeculis auctores ecclesiasticos recensuerunt, ut Sigebertus, anonymus Mellicensis alii Claudii nomen prorsus oblivioni dederunt, Mathias Flacius, acerrimus doctrinae evangelicae propugnator, ex libro Ionae de imaginum cultu fragmentis eius depromptis, haud immerito inter testes veritatis locum ei restituit[2]. *Post Flacium Pesselerius, Ioh. Chrysost. Trombelli*[3], *Ang. Maius*[4] *operibus eius luci dandis, Ioh. Mabilio, Zacharias, L. Delisle praefationibus eruendis bene de eo meruerunt, sed maior commentariorum et sermonum eius pars, ex quibus Rudelbach*[5] *pauca tantum excerpsit, diem desiderat.*

De Claudii libris manuscriptis atque editionibus ea quae maxime necessaria erant ad singulas litteras adnotari, quibus pauca tantum hic addenda sunt. In codice Vaticano epistolarum ad Corinthios exstat fol. 2' inscriptio talis, quam Ang. Mai (SS. vet. nova coll. VII, 276) iam publici iuris fecit, Tschiedel iterum descripsit:

Ego in Dei omnipotentis nomine Teudulfus sanctae Terdonensis ecclesiae indignus episcopus, sedula mecum cogitatione pertractans dominicum preceptum quo dicit: 'Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam', utile iudicavi, ut quicquid mihi bona voluntas suggesserit, secundum propriarum virium possibilitatem adimplere debeam, incertus secundum quod supra Dominus dicit, quando meae finis ultima hora superveniat. Ideoque in bono opere paratus existere debeam. Ductus itaque amore filii Dei, qui me ad hunc dignatus est honorem perducere et pro cuius dilectione hunc presentem librum scribi volui, offero eum per amorem Dei et avunculi mei Iohannis venerabilis episcopi, qui huic ecclesiae, ubi et ego presideo, prefuit episcopus, et pro remedio animae meae beato Columbano confessori Christi, quatenus eum et presentes et futuri monachi inibi commorantes in suam habeant potestatem. Omnes autem vel praesentes vel futuros contestor, ut nequaquam iam dictum librum de potestate sancti Columbani vel monachorum ibi degentium subtrahere quaerant, sed semper ibi permanere dimittant. Quod si quis aliter facere temptaverit, rationem se de ac re quoram Deo redditurum sciat ut[a] invasor dominicarum rerum. Hunc itaque librum vice nostra mittimus per manum Sumberti diaconi nostri et primicerii seu et per manum Claudii vassalli et nepotis nostri. Et ut firma sit haec nostra oblatio et inviolabilis permaneat, manu nostra propria subscribere voluimus et Sumberto diacono nostro notario et primicerio scribere

(Matth. 24, 42.)

a) et *C*; ut *Mai.*

1) *Val. Rose (Katalog der Meermanhss. p. 96. 97) Hrabanum ex Claudii catena in S. Matthaeum hausisse observavit. Si Trombelli consensum Claudii cum Hrabano in XXX quaestionibus super libros Regum pluribus locis recte statuit, non ille ex hoc, aequali quidem, sed iuniore, plurima deprompsisse potest, immo Hrabanus tantum ex Claudio.* 2) *Catalog. test. veritat. (a. 1562) p. 937, ubi addit: 'operae pretium me facturum putari, si ea ipsa repetita in unum colligerem'; Histor. ecclesiast. cent. IX, 219: 'Claudii aliquot ex libro Ionae licet excerpere, nam integra Claudii scripta non sunt memoriae reservata'.* 3) *Ad edendas XXX quaestiones apographo codicis Pistoriensis non bono usus est, quod Io. Dom. Mansi exscribi iusserat.* 4) *Claudii expositionem epistolae ad Philemonem ex Hieronymo desumptam edidit in Spicilegio IX, 109—117 (Migne CIV, 911—918).* 5) *Claudii Taurinensis episcopi ineditor. oper. specimina, Havniae 1824. Rudelbach dedit ex codicibus Parisinis excerpta sermonum et epistolae ad Romanos pauca,*

quae obtuli iussi. Actum est anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi octingentesimo sexagesimo secundo indictione decima. Teudulfus episcopus subscripsi.

Codicem iam bibliothecae municipalis Mantuanae C. V. 2, quondam monasterii S. Benedicti Padolironensis, commemoravit primo Montfaucon a. 1744 (Diarium Italic. p. 36; Biblioth. bibliothecar. I, 532): 'Claudii Taurinensis commentum in Ruth et libros regum'. Continetur hoc libro saec. XI., eiusdem fere aetatis ac Pistoriensis, Schwalmio referente, fol. 1—60 Tractatus Hieronimi super Mattheum, fol. 61—62' Claudii commentum in Ruth sine titulo vel praefatione, fol. 62'—134 Claudius in libros Regum sine titulo, cuius ultima verba in quaestione 39. (penultima) sunt: in tabernaculo semper introibant sa[cerdotes], *ita ut paucae tantum lineae desiderentur. Commentarius in librum Ruth ineditus exstat praeter codicem Mantuanum etiam in libro bibliothecae civitatis Montensis 2 et 225 Belgicae, quondam monasterii Bonae-Spei Hannoniensis, quem Ant. Sanderus (Bibl. Belg. manuscr. p. 308) iam a. 1641, et post eum Cas. Oudin (De SS. eccles. II, 30) commemoravit. Qui saec. XIII. scriptus complectitur, ut V. Cl. Hublard bibliothecarius benigne me docuit (cf. Arch. VIII, 469): Beda de templo Salomonis; Epistola Clementis ad Iacobum: Beda in cantica, super mulierem fortem; Claudius in Ruth; Beda super librum Tobi.*

Codex bibliothecae Aurelianensis civitatis 88 (85) ex Floriaco monasterio (St. Benoît-sur-Loire) oriundus, saec. IX. scriptus, continet quidem commentarios Claudii in epistolas Paulinas omnes, sed caret praefationibus, ut V. Cl. Cuissard bibliothecae praefectus tam catalogo impresso (Catal. gén. des manuscr. XII, 42) quam litteris me docuit. Initium huius libri deest. Expositiones super epistolas Pauli in duobus voluminibus bibliothecae Floriacensis, quarum Mabilio meminit (Anal. vet. p. 92) exstant nunc in bibliotheca Parisina numeris 12289 et 12290 signatae. Codex Parisinus 10878 (anc. suppl. lat. 165²²) saec. IX. scriptus continet inde a fol. 65 commentarios Claudii super epistolas ad Titum, ad Phylemonem, ad Hebraeos, praefationes vero non praebet; fol. 216' Incipit oratio Claudii episcopi. Gratiae tuae gratias agere non solum ego, sed neque ulla sufficit agere creatura *etc.*

Claudii catena in Matthaeum etiam in Anglia describebatur, cum praeter duos codices in museo Britannico asservatos alii duo in collegiis Cantabrigiensibus inveniuntur S. Benedicti nunc cum collegio corporis Christi coniuncti (141) et aulae Pembrochianae (92), de quibus cf. (James) Ecloga Oxonio-Cantabrigiensis, London 1600 p. 81. 130, ex quo Catalogi libror. mscr. Angliae et Hiberniae (Lond. 1697) II, 137. 158 has notas tantum repetiverunt.

811

1.

Claudius presbyter Dructeramno abbati (Calmeliacensi?) expositionem libri Geneseos dedicat, nonnulla de creatione mundi praefatus. *811.*

Cod. Parisinus 9575 a. 811. scriptus in marginibus mutilus et humiditate cranidus fol. 1'—3', quem descripsit v. cl. H. Lebègue.

Excerpta dedit a. 1868. Léop. Delisle, le cabinet des manuscrits I. 4—5 n. 11.

*f. 1'. *IN NOMINE DOMINI. INCIPIT PREFATIO CLAUDII PRESBITERI. DILECTO MIHI ATQUE TOTIS IN CHRISTO VISCERIBUS DILIGENDO DRUCTERAMNO ABBATI[1] CLAUDIUS PECCATOR.

Ps. 144, 13. Non solum credimus, sed etiam videmus et tenemus fidelem Dominum in v[erbis] suis et sanctum in omnibus operibus suis, qui dignatus est eclesiae suae promitt[ere
Isai. 11, 9. per] Esaiam prophetam, quod repleretur terra eius scientia sicut aquas maris opera[n]tes. Quod factum est post evangelicas et apostolicas scripturas, quando plura ne[a] innumerabilia opuscula aedita sunt a sanctis patribus, ortodoxis fidei eclesiae defensoribus. Post quos omnes ego indignus et ultimus, non temeritate, sed excita[tus] caritate, Genesis librum non exponere, sed exponentium dicta quasi quidam arbiter librando considerare ex . . . . m[b] corpusculum coacervare curavi, respondendo obvi . . .[c] eos, qui ore sacrilego et mente caeca improbe adversus Deum in blasphemiam [ser]punt,
1 Tim. 1, 7. nescientes, secundum quod de quibusdam ait apostolus, neque quid loquntur nec de quibus adfirma[nt] et, quia veritatis discipuli non fuerunt, magistri erroris existunt. Quo[rum] insana blasphemia et detestanda illorum stultitia, ...[d] si contrarie esset . . . .[e] ferrem, sed adversus Deum sustinere non valens, visus sum contra scaturientes ranas vel insanientes lupos pro Deo meo quos valui dare latratus adversus eos, qui 'nimis[2] aversi sunt a veritate et letali morbo impietatis insaniunt'.

Gen. 1, 3. Qui dum audiunt: 'Dixit[3] Dominus: fiat lux' temporaliter hoc dictum accipiunt et non in verbi aeternitate. Si temporaliter, utique et instabiliter[f]. Quomodo ergo possit intellegi hoc dicere Deus[g] nisi per crea[turam]? Ipse quippe est immutabilis[h] et, si per creaturam dixit: 'fiat lux', quomodo [est] prima creatura lux? si erat iam creatura, per quam Deus diceret: 'fiat lux'. 'In eo[4] enim, quod scriptura narrat:
ib. 1, 3. 'dixit Deus fiat', nos intellegamus Dei dictum incorporeum in naturam verbi[i] coaeterni'. 'Quod[5] si ita est[k], aeternum est quod ait Deus: fiat[l], quia verbum Dei, Deus apud Deum, filius unicus [Dei][m], patri coaeternus[n], quamvis Deo hęc in aeterno verbo dicatur[o], temporaliter et est creatura [facta]'[p].

---

1. a) *sic C.* b) ex . . . . m *C, an* exiguum *vel* et in unum? c) *an* obviam? d) mihi *supplendum videtur.* e) *an* utcumque *vel* patienter? f) mutabiliter *Aug.* g) Deo *C*; Deus *Aug.* h) incommutabilis *Aug.* i) natura verbi eius *Aug.* k) erit *add. C.* l) lux *add. Aug.* m) Dei *om. C.* n) est *add. Aug.* o) dicente *Aug.* p) creat. temporalis facta sit *Aug.*

1) *Cf. Mabillon Annal. ord. S. Bened. II, 420; Chevalier Cartular. S. Theofredi p. 51 (Collection de Cartul. Dauphinois VIII), sed tempus quo vixit admodum dubium est. Calmeliacense monasterium in pago Vellairo (Velay) situm, nunc St. Chaffre du Monastier vel St. Théofroy de Carmery vocatur (Dép. Haute Loire). Neque Dructeramnus Sollemniacensis abbas (Solignac) cum Claudii tempore convenire videtur, cf. Gallia christ. II, 567. 763.* 2) nimis — insaniunt *ex August. de civ. Dei l. XI c. 4 § 2 (Opp. VII, 274).* 3) Dixit Deus fiat — diceret fiat lux *nonnullis mutatis ex August. de genes. ad litter. l. I c. 2 (Opp. III, 118; ed. Zycha p. 5).* 4) In eo — coaeterni *ex August. de gen. ad litt. l. I c. 4 (l. l. 119—120; p. 8).* 5) Quod si — facta sit *ib. c. 2 (ed. Zycha p. 6).*

811 Item cum [au]diunt, quia illi . . . ol . . . . non . . . . . . *[contr]a responderunt: 'Ergo Deus', inquiunt, 'in tenebris erat'. (*fol. 2.) Quid stultius, quidve insolentius non solum dici, verum etiam cogitari potest, quorum mens cor[pori] est dedita et carnalibus sensibus involuta incorruptibilia sine cor[poribus] nec divina sine carnalia[a] cogitare valet. Hec enim visibilis [lux] non solum Deo, verum etiam nec sanctis angelis aliquid confertur[a], quam nos comunem [habem]us[b] cum bestiis et animalibus brutis nec subito vidit lucem, quia bona est . . . . lloci . . . . contulit scientiam, qui taliter (Gen. 1, 1.) omnia vidit facta, sicut praescie[bat] facienda. 'Sed[1] rebus ex illa incoatione perfectis atque formatis vidit[c], quia [bonum est]. Placuit enim quod factum est in ea benignitate, qua placuit, ut fieret. [Duo] quippe sunt, propter quod[d] amat Deus creaturam suam, ut sit[e], maneat et ut esset'. Omnes 'dies, id est primus secundus et tertius, cuiusmodi[2] sint, difficile a nobis[f] [aut] inpossibile est cogitare, quanto magis dicere. Videmus quip[pe] is[tos die]s notos non habere vesperam, nisi de solis occasu, nec mane, nisi de solis ortu[g]; illorum autem priores tres dies sine sole peracti sunt, qui die quarto fac[tus] refertur. Primitus quidem lux verbo Dei facta atque inter ipsa[m][h] et tenebras Deus separasse narratur et eandem lucem vocasse diem, tenebras autem (Gen. 1, 5.) noc[tem. Sed] qualis illa sit lux et quo alternante motu, qualemque vesperam mane fuerit, remotum est a sensibus nostris nec ita ut est, intelligi a nobis potest'.

Dicere solent etiam idem erronei tractatores, 'quod[3] manibus corporalibus Deus de limo finexerit hominem. Nimium enim puerilis ista cogitatio est, [si] Deo talium membrorum determinationem esse credamus, qualia videmus in [cor]poribus nostris. Dictum est enim de Deo: 'Manus tua gentes disperdidit' et: 'Eduxisti populum tuum (Ps. 43, 3; ib. 135, 12.) in manu forti et brachio excel[so]'. Sed pro potestate et [virtu]te Dei positum huiusmodi membri nomen, quis usque adeo desipiat[i], ut non [inte]llegat? Nec illud adtendunt[k], quod[l] putant ideo praecipuum Dei opus esse [hominem. q]uia caetera dixit et facta sunt, hunc autem ipse fecit. Nam illa [quae[m]] facta sunt, ideo[n] scriptum est, quia per verbum eius facta sunt. Sic in [homini]bus[o] dici potuit verbis, quae tempo- (Ioh. 1, 3.) raliter cogitantur et voce [proferuntur]'. 'Hoc[4] in honore hominis deputetur velut cetera *Deus dixit et facta sunt, hunc autem ipse fecerit; aut verbo cetera, hunc [manibus][p] (*fol. 2'.) fecerit. Sed hoc excellit in homine, quia Deus hominem ad imaginem suam [fecit][p] (Gen. 1, 26.) propter hoc, quod ei dedit mentem intellectualem, qua praeest[q] pecoribus [et ani]malibus brutis et illa verbo suo fecit, per quod facta su[nt omnia][r], sed quia idem verbum et sapientia et virtus eius est, dicitur et manu[s eius] non visibile membrum, sed efficiendi potentia'. Illis enim manibus Adam q . .[s] et Hieremiam condidit, cui dixit: 'Priusquam te formarem in utero, novi te et [ante]quam exires de vulva, sanctificavi (Ier. 1, 5.) te'. Sed et beatus Iob, inplorando miseriam et [mor]talitatem humani generis ad Deum ait: 'Manus tuae fecerunt me et plasmaver[unt] me totum in circuitu'. (Iob 10, 8.)

Rursum adiciunt, quod 'quando in[5] die septima requi[evit] Deus ab omnibus (Gen. 2, 2. 3.) operibus suis et sanctificavit eam, pueriliter accipiendum putant, tamquam Deus laboraverit operando, qui 'dixit et facta sunt', verbo intellegibili et sempiterno, non sonabili et temporali. Requies enim Dei requiem significat e[orum], qui requiescunt in Deo'.

---

a) *sic C.* b) . . .ius *C.* c) deus *add. Aug.* d) quae *Aug.* e) et ut *add. Aug.* f) aut perdifficile nobis *Aug.* g) ortu *fortasse legendum est,* exortu *Aug.* h) ipsa *C.* i) desipit *Aug.* k) audiendum est *Aug.* l) nonnulli *add. Aug.* m) dixit et *add. Aug.* n) sic *add. Aug.* o) Sic ut per hominem hominibus *Aug.* p) *om. C.* q) praestat *Aug.* r) *om. C.* s) *an* quoque? *Hampe.*

1) Ita etiam rebus ex — et ut esset *ex August. de gen. ad litt. l. I c. 8 (l. l. col. 121; p. 11).* 2) Qui dies cuiusmodi — nobis potest *ex August. de civ. Dei l. XI c. 6. 7 (Opp. VII, 276).* 3) Quod enim manibus — voce proferuntur *nonnullis mutatis ex August. de gen. ad litt. l. VI c. 12 (l. l. col. 204; p. 185).* 4) Non igitur hoc in honorem — efficiendi potentia *ib. col. 205; p. 186.* 5) Cum vero in die septimo requiescit — in Deo *ex August. de civ. Dei l. XI c. 8 (Opp. VII, 277).*

811 Contra ista omnia licet cursim et pedetemptim et non tantum ut debui, tamen ut potui, breviter respondi. Sed quia Deo fabente me ista scribente ad litteram plurima alia occurrerunt, ipsumque Geneseos lib[rum] hystorica et allegorica expositione ad calcem usque perduxi. Ita[a] tamen inter textum et mysterium tanta libratione pensando, ut utramque partem neque nim[is] discussionis pondus deprimeret neque rursum torpor incuriae vacuam reliquisset. Multae quippe huius libri sententiae tanta allegoriarum conceptione sunt gravidae[b], ut quisquis eas ad solam tenere hystoriam nititur, earum se notitia se per suam incuriam pribetur. Nonnulla vero ita sunt ad littera[m] tenenda, ut si quis ea subtilius penetrare desiderat, intus quidem nihil inveniat, sed hoc sibi etiam quod foris loquntur abscondat.

Has autem rerum gestarum sententias de mysticis thesauris sapientium inquirendo et investigando in unum codicem conpendio brevitatis coartavi, in quibus l[ector] non mea legit, sed illorum relegit, quorum ego verba quae illi dixerunt veluti speciosos flores ex diversis pratis in unum collegi et meae litterae ipsorum expositio est. Et
* fol. 3. ne ab aliquibus praesumptor et temerarius diiudicarer, quod *[ab] alieno armario sumpserim tela, uniuscuiusque doctoris nomen cum suis characteribus, sicut et beatus fecit presbiter Beda, subter in paginis adnotavi. Sed [eius] opusculum quibusdam in locis operosum est, et non ab omnibus eum intelligibilem arbitror. Quod ego in Lucduno civitate apud venerabilem patrem Leidrad, gratiae Dei iamdictae aecclesiae archiepiscopo[1], incoavi, quo faciente et Deo donante aliquantulum in scripturarum scientiam profecimus. Sed quia regali iussione pii principis domni Hlodoici regis in Aquitanicam iussus sum venire provinciam, et quod ibi initiavi, hic Deo fabente in Cassanolio palatio[2] iamdicti principis consumavi. Quod dum tu me in itinere positum inperfectum in meis teneres manibus, quamtotius[c] rogare coepisti, ut hoc tibi dirigerem: quod quidem omnis modis debeo et debitor sum, non tam necessitate, sed, quod est vehementius, caritate, nec tu mihi molestus eris exactor, quando ego ad reddendum devotus sum debitor. Set quia aliquando nonnulla de divinis vobis tradidi scripturis et modo longe positus id facere nequeo, sed necesse [e]s[t], ut, quo non pertingit organum linguae, pertingat benivolentia cordis in membranis per caracteres exaratos.

Unde obsecro tuam benignissimam caritatem, ut, si quid forte in litteris vel verbis aliter quam verborum continet conpositio inveneris, hoc benigne corrigere et emendare, non diiudicare studeas. Ne tanti studii opus propter sermonis rusticitate habeatur inanem, quia saepe repperitur et veridica simplicitas et conposita falsitas. In lectione enim divina non est amanda verba, sed veritas[3]. Scriptum quippe est in lege Moysi:
Exod. 21, 7. 8. 'Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur, sicut ancillae exire consueverunt, sed si displicuerit oculis domini sui, cui tradita fuit, dimittet eam, populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreverit eam'. Si enim cuilibet lectori catholico hoc opusculum meum fuerit traditum ad legen[dum], non ab illo ita tenendum est, ut hereticorum comenta, sed pio sunt affectu . . . . d . . . .[d] Cui si forsitan incultus displicit sermo aut certe sensus nequa . . . . .[e] in eis valde perfectus, ita ut eam accipit, absque ulla reprehensione . . . . .ne cuiquam
ib. 21, 9. * fol. 3'. extraneo tanquam non necessariam tradat. 'Sin autem filio *suo disponderit eam, iuxta morem feminarum[f] faciet illi', id est si decrev[it sen]sui suo, huic opusculo[g] iugi

a) I ta *sec. man. superscr. C.* b) gravida *C.* c) quantotius *legendum est.* d) *an* audienda? e) *fortasse* nequaquam *supplendum est.* f) filiarum *Vulg.* g) hoc opusculum *corr. in* huic opusculo *C.*

1) *798—816, cf. supra p. 542 n. 2.* 2) *De situ huius palatii, nunc Chasseneuil ad fluvium Clain, cf. Delisle (Bibl. de l'école des ch. 4. sér. III, 465), Simson (Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. I (ed. alt.) p. 293, II, 90 not.* 3) *Cf. August. de doctr. christ. l. IV c. 11 § 26 (Opp. III, 74):* in verbis verum amare, non verba.

meditatione copulet lectionem. studendumque est ei, ut [mune]ribus dignoque prae- 815 conio illam nobilitet. Quodsi alteram . . . d[a] filio [suo]. providebit puellae nuptias Exod. 21, 10. et vestimenta ac pretium pudicitiae [non negabit]. Si forsitan iuxta capacitatis sue mensuram perfectiora requirens reppererit cu[ius] . . . . oni[b] suum copulare debeat sensum, provideat huic opusculo, si nihil contineat q[uod] rectam fidem offendat. talem lectorem, qui ex huius lectione iuxta sensus sui capa[cita]tem proficere valeat operamque dabit, ut eam suis laudibus efferens ad huius meditation[em] provocet auditorem. 'Si tria ista non fecerit. egredietur gratis absque pecunia'. Si quae ib. 21, 11. superius memoravi non fuerint facta, relinquenda est absque ulla macula derogat[i]onis, ne alio efficiatur haec lectio odiosa.

Et iterum in Deuteronomium idem Moyses ait: 'Non videbis fratris tui bovem Deut. 22, 1. 2. aut ovem errantem et praeteribis, sed reduces fratri tuo, etiamsi non est tuus propinqus frater nec nosti eum, duces in domum tuam et erunt apud te, quamdiu querat frater tuus et recipiat'. Si enim alicuius fratrum tractatus per tumorem scientiae aut certae nimia simplicitate conscriptus a veritate reppertus fuerit errasse, non est praetereundus, sed reducendus ad illum, a quo conscriptus est et quae minus rectae sensit intellegat et emendet. Quodsi frater praesens non est nec notus est qui conscripsit, apud se retineat qui eundem tractatum repperit, ne lectio illius fidelium mentes corrumpat.

Finitum opusculum in Casanolio palatio, suburbio Pictavino, pro- fol. 109. vintia Aquitanica, anno vicesimo septimo regnante pio principe domno Hlodohico rege, filio gloriosi Caroli imperatoris, era DCCCXLVIII, qui est annus incarnationis domini nostri Iesu Christi DCCCXI. Faustinus scripsit[c].

2.

Claudius presbyter Iusto abbati (Carrofensi) ac monachis eius expositionem evangelii Matthaei dedicat rogatque, ut pro se precentur. *815.*

Codd. Berolinensis Philippicus 1708, quondam S. Remigii Remensis s. IX. (R) f. 1—2, Trecensis 676 s. IX, de quo cf. Catal. des départ. II, 283, quem contulit r. cl. Det bibliothecae praefectus (T), Romanus Vallicellanus C. 3 saec. IX. 4° fol. 2—4' (V), quem cont. Tschiedel, cathedral. eccles. Laudunensis iam deperditus (L)[a]. Exstat etiam in codicibus mus. Britann. Royal 2 C X saec. XII., 4 C VIII s. XIII. (Casley Catal. of the Royal mscrpts. p. 33. 52), Tolosano 44 a. 1299. scripto (Catal. des départem. VII, 21). Deperiit cod. S. Germani a Prat. 722 (Montfaucon Bibl. bibliothecar. II, 1136).

Edd. Excerpta dedit Baronius Annal. a. 815 n. XXXI ex V; Mabillon, Annal. ord. S. Bened. II, 720—721 a. 1704. ex L, Ang. Mai Spicileg. IV, 301 ex V (?). — Migne Patrol. CIV, 835—838.

DOMINO SANCTO AC[b] BEATISSIMO ET MIHI[c] PECULIARI CULTU AFFECTUQUE[d] SPECIALITER EXCOLENDO PATRI IUSTO ABBATI[1] CLAUDIUS PECCATOR.

Anno DCCCmo XVmo incarnationis salvatoris Iesu Christi domini nostri, postquam pius ac[b] mitissimus princeps sanctae Dei ecclesiae catholicae filius Hludowicus[e] anno

a) acceperit *Vulg.* b) *an* rationi? c) *In codice sequitur fol. 109':* Quibus sacrificium prosit aut locus martyrum in quo quisquam sepelitur ex libro Agustini de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum episcopum Nolanum. Scripsisti ad me quaerens a me, utrum prosit cuique post mortem quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepelitur *etc. — fol. 111 (Augustini opp. VI, 515).*

2. a) *Ad hunc codicem referenda sunt quae a. 1739. Montfaucon (Bibl. bibliothecar. II, 1293) de libro cathedralis Laudunensis tradit: '16 QQ Comment. in evangelia compositum ab autore, qui se vocat Claudium peccatorem et dedicat opus suum abbati Ursio nuncupato. Sic enim incipit:* Excolendo abbati Ursio Claudius peccator. *Notat opus suum fuisse compositum* an. 807 sub Ludovico an. 2° regni eius. *Iste auctor monachus fuit, dicit enim se confugisse in* tutum monasterii portum'. b) hac *V.* c) cum *L pro* et mihi. d) et aff. et *L.* e) Chludouuicus *R.*

1) *De quo cf. Ludowici praeceptum hoc ipso anno die 12. Februarii mensis datum, Mühlbucher Reg. n. 553. Carrofense monasterium est Charroux ad fluvium Charente in Pictaviensi pago situm.*

815 secundo imperii sui caelesti fultus auxilio adversus barbaras nationes movisset exercitum. teque abeunte et discedente[a] tuam[b] paternitatem ex palatio[1] iam dicti principis ad tutum dilectumque tibi[c] semper tui monasterii portum iniunxisti[d] mihi, ut aliquod dignum memoriae[e] opusculum in expositione evangelii ad legendum dirigerem fratribus monasterii vestri.

Atque utinam tanta esset fandi[f] facultas, quanta est[f] oboediendi voluntas[g], cumque ad aliud[h] scribendum ex praecedenti[i] iam tempore mea teneretur[k] voluntas, ad id quod iusseras meam[l] continuo studui[m] dirigere voluntatem[n] et evangelium secundum Matheum[o] ex opusculis sanctorum patrum, licet non[p] ad purum, quod etiam difficile est[q] fieri, tamen ut valui, inquirere atque[r] explanare conatus sum ex[s] tractatibus doctorum et maiorum nostrorum, qui nos in studio huius[t] operis sicut scientia[u] ita et[v] tempore praecesserunt, id est[w] Origenis, Hilarii[x], Ambrosii, Hieronimi, Agustini[y], Rufini[z], Iohannis, Fulgentii[a], Leonis, Maximi, Gregorii et Bedae[b]. Sed[c] sicut in arce[d] capitis inter[e] omnia membra lingua plus membris omnibus sonat, ita[f] in exponendo evangelium[g] inter[h] hos[i] omnes est[k] beatissimus Agustinus[l]. Multis etiam in locis, ubi horum[m] defuit sensus vel verba, hoc utcumque valuit explere studuit[n] mea paupertas.

Te enim iubente[o] scio, quod meum apud[p] multos periclitabitur iudicium[q], qui secundum carnem tantum et non etiam iustum[r] noverunt iudicium iudicare, quasi aliqua temeritate in[s] sugillatione[t] vel[u] reprehensione maiorum hoc ego adgredi nisus[v] fuerim opus. Legat quisquis ille est apologeticum beati Hieronimi[w] presbiteri, quam[x] in praefatione[y] expositionis huius Mathei[z] scripsit cuidam[a] Eusebio nomine, in qua[b] ait[2]: 'Satis miror, Eusebi dilectissime, cur Romam[c] subito[d] navigaturus hanc tibi a me quasi sitarchiam[e] dare[f] volueris, ut Matheum[g] breviter exponens verbis stringerem, sensibus dilatarem. Si meminisses responsionis meae, numquam in paucis diebus rem annorum peteres'. Spoponditque se[h] illi hoc in[h] postmodum plenissime[h] expositurum[3]. Quod quidem[i] nequaquam faceret[k], si non multa praetermissa[l] illic[m] sacramenta esse idem[n] vir sanctus[o] sciret. Legat et alios[p] ipsius evangelii Latinos expositores Hilarium[q] et Fortunatum[r] et iuxta historiae[s] ordinem omnes sensus physicos[t] allegoricos atque etiam[u] ethicos requirat[v] diligenter ad purum: et tunc[w] nosse poterit, utrum ego otiose[x] an devote, superflue an necessarie in hoc opere[y] laboraverim. Et si[z] ei non placuerit fructus laboris mei, audiat salva caritate responsum: Cui non placet neglegat[a].

---

a) discedentem *V.* b) tua paternitate *L.* c) ubi *L.* d) iniunexisti *V.* e) memoria *L.* f) *om. L.* g) voluntas — teneretur *om. L.* h) aliut *V.* i) precedentium *V.* k) teneret *T.* l) vis. Scias me *L pro* iusseras meam. m) studii mei *L.* n) voluntate *V.* o) Mattheum *R.* p) nonnullorum quam *L pro* non — etiam. q) sit nancisci opera *L pro* est — tamen. r) et *L.* s) exercitationibus doctrinae et virorum *L pro* ex — nostrorum. t) cuius *L;* adiuvarunt qui ut *L pro* huius — sicut. u) scientiam *V.* v) *om. L.* w) scilicet *L pro* id est. x) Hylarii *V.* y) Augustini *R, L.* z) Ruffini *L.* a) Chrysostomi *L.* b) Betae *V.* c) set *V.* d) arche *V;* nostri *L pro* in arce. e) super *L.* f) etiam ad sacrosanctum *L pro* ita — exponendo. g) evangelio *T.* h) in *L.* i) os *V.* k) excellentius tonat *L.* l) August. *R, L.* m) *om. L.* n) studivit *V.* o) iuvente *V.* p) aput *V.* q) *om. L.* r) spiritum *L.* s) aut *L.* t) suggillatione *R.* u) ac *L.* v) visus *L.* w) Iheronimi *V.* x) quem *V;* qui *L.* y) praefationem *L.* z) Matthei *R.* a) au. *V.* b) quarto *L pro* qua ait. c) Roma *V.* d) *om. L.* e) σιταρχείαν *L.* f) dari *T, L.* g) Matth. *R.* h) *om. L.* i) quidam *T.* k) facere *V;* faceres *corr. in* -ret *R.* l) poena *L.* m) non esset impendenda. *L pro* illic — esse. n) id est *V.* o) se scire dixit *L pro* sanctus — et. p) alius *V.* q) Ilarium *V.* r) Furtunatum *V.* s) storiae *V.* t) phisicos *V.* u) *om. L;* et non *R.* v) enumerat *L.* w) necessarios lepores. *L pro* tunc — poterit. x) ociose *V.* y) corpore *R.* z) sit aliquis *L pro* si — placuerit. a) neclegat *R, T;* expliciat *L.*

1) *Aquisgranensi, ubi Ludowicus ei praeceptum illud dederat. Claudium hic expeditionem imperatoris contra Saxones factam dicere velle recte adnotavit Simson (Jahrb. des fränk. Reichs unter Ludw. dem Fr. I, 53 n. 4).* 2) *Hieron. opp. ed. Vallarsius VII, 5—6.* 3) *ib. col. 7:* perfectum opus reservans in posterum.

Obsecro etiam paternitatem tuam et cunctorum fratrum erga me[a] benivolam[b] caritatem, ut non vos terreat prolixa expositio nec[c] voluminis magnitudo, quia revera sanctum evangelium, quod regno caelorum simile a salvatore nostro multis[d] in locis esse perhibetur[e], non potest paucis enuntiari[f] verbis vel sensibus explicari. quia et congruum fuit, ut sacra nostri[g] salvatoris dicta a[h] caeteris scripturis sicut merito[i], ita et specie discernerentur[k], ne illa caelestium archanorum dignitas passim atque indiscrete cunctis pateret[l], sanctumque[m] canibus et margaritae[n] porcis exponerentur. Et ideo ab ipso salvatore nostro[o] procuratum est, ut illa suorum castitas eloquiorum promiscuis cunctorum oculis abdita suo quasi quodam velamine pudicitiae[p] contegeretur. Ac divina optimaque[q] dispensatione provisum est, ut[r] scriptura ipsa evangelica Domini nostri ita tegeretur caelestibus obumbrata mysteriis[s], sicut secreto suo ipsa divinitas[t] operiebatur: quod ex subiectis plenius manifestatur exemplis. 815 Matth. 7, 6.

Quod vero quaedam minus ordinata quam[u] decet in hoc codice multa repperiuntur[v], non omnia tribuas imperitiae[w]. sed quaedam propter paupertatem, quaedam ignosce propter corporis infirmitatem[x] et meorum oculorum inbecillitatem[y], quia non fuerunt in tabellis[1] excepta vel scedulis digesta. sed ut a me inveniri vel disseri potuerunt, ita in hoc adfixa codice sunt. Date itaque veniam inprudentiae meae, quam extorsistis. Qui ut auribus vestris verbosus existerem, dignatio vestra me coegit confidens, quod voluminis prolixitas, si displicet[z] affatu, placet affectu: cum intellexeritis eum non pro eloquentiae[a] sermone[b], sed pro vestro amore digestum[c]. Simulque quia sciebam almitatem vestram in amicitiis meis plus reprehendere taciturnitatis verecundiam[d], quam loquacem familiaritatis audaciam. Legite si iubetis[e] atque transcribite.

Obsecro etiam, ut postquam vobis bene cognitus fuerit, fratribus nostris, quibus adhuc[f] incognitus est, remittatur. Denique ego praesentiam vestram intra mentis meae archana possideo, et effigiem vestram in speculo mei cordis intueor, quam illic caritas vestra perfecta[g] depinxit[h], ut nullius[i] aetatis possit oblivione deleri: quae iugi recordatione[k] momentis singulis innovatur. Illic enim vobiscum ex consuetudine pietatis[l] vestrae secretius[m] conloquor[n], illic etiam de vitae melioris conversatione pertracto, illic vos labiis mentis exosculor et manibus cordis[o] amplector. Quo fit, ut vera dilectio, quae in visceribus meis viva vultus vestri figuratione nutritur et igniculo caritatis accenditur, amoris vestri mihi vicissitudinem repromittat[p] et animus meus mihi[q] animi vestri fideiussor assistat[r]: dum quantum mihi de vobis praesumere debeam, conscium mutuae dilectionis pectus interrogo.

Et ideo specialiter deposco tam vos quam omnes etiam caelestium praeceptorum factores et divinorum eloquiorum sectatores ad quoscumque sive per hoc sive per aliud[s] quodcumque opusculum notitia[t] nominis mei pervenerit, intercessionem[u] peccatorum meorum supplex[v] ab omnibus exquiro, subnixa prece deposcens, ut id a misericordissimo Domino nostro assiduis petitionibus flagitetis, ut in[w] omnibus delictis meis atque peccatis omnibus, opitulantibus vobis consuetudinaria clementia et copiosa

a) erga me *om. V, T.* b) benevolentiam et *L.* c) et *L.* d) multis — esse *om. L.* e) peribetur *V.* f) enumerari *T.* g) salv. no. *L.* h) *om. V, T, L.* i) meritis *L.* k) discerneretur *V.* l) paterent *L.* m) sanctum quod *V.* n) margarete *V;* margarita *L.* o) nostrum *V.* p) volumine prudentia *L pro* vel. pud. q) obtimaque *T.* r) Et *T.* s) mist. *V.* t) divinitus *L.* u) con *V.* v) reper. *V, T.* w) inper. *V.* x) infirmitate *V.* y) imb. *R;* inbecillitate *V.* z) displicuerit *L.* a) eloquenti *L.* b) sermonem *V.* c) diggestum *R.* d) verecundie *V.* e) invetis *V;* vultis *L.* f) aduc *V.* g) perfecte *T, L.* h) depincxit *R, V.* i) nulla *L.* k) recordationis s *deleto V.* l) piaetatis *T.* m) secrecius *T.* n) colloquor *R, L.* o) mentis *V.* p) repromitto *V.* q) inhians ut iuri *L pro* mihi — vestri. r) adsistat *T;* existat *V.* s) aliut *V.* t) notitiam *V.* u) intercessione *V.* v) subplex *T.* w) *om. R, L.*

1) *ceratis, cf. supra p. 501 n. 4.*

c. 815 bonitate deletis, etsi non ad eundem[a] praemium[b], saltim[c] ad eundem nos portum quietis iubeat[d] pervenire. Ut quatenus[e] hic propter spatia interiecta[f] terrarum oculis corporis saepius nos videre non possumus[g], vel[h] ibidem de mutua praesentia gaudeamus. Et quando vobis a iusto iudice retribuetur corona[i] meritorum, mihi a piissimo[k] redemptore[l] et advocato perfectissimo commissorum[m] venia[n] non negetur. Et ideo per ineffabilem misericordiae[o] ac virtutis operationem nobis praestare dignetur, ut quos hic veritate fidei coniungit, illic[p] habitatione[q] non separet; concedatque divina miseratio, ut paternitatem tuam per annos[r] multos exterioris vigorem[s] et alacritatem[t] integrae sanitatis indulgeat, quia vere[u] tunc reparatum esse me sentio, si de sospitate vestra[v] semper optata[w] cognovero. Filios vestros[x] fratres meos et[y] salutans venero[z] et venerans saluto. Mementote[a] mei, viri[b] Dei[c].

3.

Claudius presbyter Dructeramno abbati (Calmeliacensi?) commentarium in Pauli epistolam ad Galatas conditum mittit, ceteras quoque Pauli epistolas postea interpretaturus.
c. 815.

Cod. Parisinus 2394 A (Lemoricensis 132) saec. XI. fol. 23, quem contulit v. cl. Lebègue.
Edd. Pierre de la Pesselière Paris 1542 ex cod. S. Germani Autissiodor. deperdito; Bibl. patr. Lugdun. XIV, 141. — Migne CIV, 841—42.

INCIPIT PREFATIO CLAUDII PRESBITERI. DOMINO PIISSIMO ET IN CHRISTO SUMMO MIHI HONORE SINGULARITER EXCOLENDO DRUCTERAMNO ABBATI CLAUDIUS PECCATOR.

Tres nisi fallor et eo amplius iam pertranseunt tempore anni, quod me adhuc in Arvenni cespitis[1] arvum in palatio pii principis domini Hludovici tunc regis, modo imperatoris[2], tentum socordiam sensus mei tua fervida dilectione adorsus es excitare, ut aliquem fructuosum laborem in epistolis magistri gentium assumerem apostoli Pauli. Sed quia, laboribus et inquietudinibus seu necessitatibus vel turbinibus mundi depressus, actenus parere tuae iussioni nequivi, modo largiente Deo in isto quadragesimae tempore[3] epistolam beati iam dicti apostoli Pauli ad Galathas ex tractatibus beatorum Augustini et Hieronimi[4] patrum permixtis procuravi ordinare sententiis. In quibus tractatibus cum ad congruentem expositionem multa deesse cernerem, verti me ad alios libros praefati iam patris Augustini et exinde eam, quae in illis deerat, tractatibus explere studui expositionem. Nonnulla etiam, ut mihi visum est, infra illorum locutionem mea studui[a] coniungere verba, quae utramque expositionem absque

a) idem *R, L.* b) proemium *V.* c) saltem *R, L.* d) inveat *V.* e) quatinus *R;* quamvis *L.* f) spatiamenta *L pro* sp. interi. g) possimus *L.* h) *om. L.* i) coronam *V.* k) piissimum *V.* l) redemtore *V.* m) comissorum *V.* n) veniam *V.* o) . . icordiae *V;* misericordiam *L.* p) illi *V.* q) abitatione *V;* habitatio *L.* r) mult. ann. *L.* s) frigore *V.* t) alagritate *V.* u) tunc vere *L.* v) sospitatem vestram *V.* w) obtata *V.* x) et *add. V.* y) *om. V.* z) veneror *L.* a) Memento *L.* b) vir *R, L.* c) *in R secuntur:* Explicit praefatio. Incipiunt figurae evangelistarum. *In fol. 101' finitur liber I his verbis:* Sed iam commodę fieri puto, ut hic lector tam longo volumine fatigatus respiret aliquantulum, et ad cętera transeat in alio libro consideranda. *In fol. 212 (ultimo) legitur:* Reimbodus diaconus scripsit.

3. a) castudui *P pro* mea st.

1) *Arvernicum pagum (Auvergne) dicere videtur. cf. SS. II, 608 not. 6, ubi item* Arvenus *legitur. In hoc pago Eurogilum palatium (Ebreuil) situm erat.* 2) *inde ab anno 813.* 3) *Cf. infra p. 603:* quadragesimae tempore. 4) *Cf. Dungali responsa (Bibl. patr. Lugdun. XIV, 204):* Hieronimum maxime prae caeteris exprobrat *(sc. Claudius)* eique nimium detrahit, cui, si eodem aevo fuissent, acerrimum se infestissimumque inimicum fore promittit. *Quae valde exaggerasse videtur.*

scissione[a] coniungeret, et legentis exerceret sensum, et fastidium faceret evitare. Hanc interim quasi manubiam[b] tuae ovans dirigere studeo sanctitati: ut quotiens eam in manu tenueris et legeris, mei memor esse digneris, et in unam coniungat inmensa ubique praesens Christi vel caritas[c] gratia quos spatia terrarum dissociant. c. 816

De caeteris vero epistolis iam multa in manibus nostris tenentur excerpta, ad quas si Dominus voluerit et vitam adque salutem concesserit orantibus vobis pro nobis ad[d] expositionem illarum quamtotius potuero, accedere procurabo. Pius et misericors Deus reverendam mihi beatitudinem tuam ad profectum et hornatum ecclesiae suae et annis multiplicare dignetur et meritis. Vale in Domino, vir Dei, et memento mei[e].

4.

Claudius presbyter Ludowico imperatori expositiones in epistolas ad Ephesios et ad Philippenses conditas mittit. *c. 816.*

Codd. Parisinus 12290 (S. Benedicti Floriac. 1642, S. Germani a Pratis A 8 n. 300, ol. 721) s. IX. fol. 29'—30 (G), Paris. 2394 A saec. XI. fol. 65—66 (L), quos cont. H. Lebègue; Vatican. Christinae reg. 98 s. XIII. fol. 130—131' (R), de quo cf. Hist. Mon. patr. SS. IV, 1269 cont. Tschiedel[a].
Edd. Mabillon Anal. vetera p. 91—92 ex G. — Migne CIV, col. 839—842.

PROPRIO DOMINO MEO INCLITO ATQUE GLORIOSO, MIHI SPECIALI CULTU AFFECTUQUE PRAE CUNCTIS MORTALIBUS DILIGENDO, GRATIA DEI PATRI PATRIAE POTIUS QUAM IMPERATORI, CUIUS IMPERII DIGNITAS EX FONTE HORTA[b] EST PIETATIS, SANCTAE DEI ECCLESIAE[c] CATHOLICAE FILIO HLODOHICO[d] CLAUDIUS PECCATOR.

Cum nostris temporibus tepescentibus studiis rarus quisque inveniatur cotidiana intentione promptissimus, non solum ad disserendum quae indiscussa[e] sunt, sed etiam ad legendum quae iam[b] a maioribus disserta[f] sunt, mirum a me[g] opus tanta ac tam sublimis vestra exigit imperialis potestas, cum epistolas magistri gentium apostoli Pauli ex tractatibus maiorum nostrorum disserere iubet, qui nos inluminantes e[h] Christo in studio huius operis affatim[i] scientia[k] et tempore praecesserunt. Novit namque sacratissima et mihi semper amantissima[l] serenitas vestra, quae piis est semper operibus intenta, et sanctis lectionibus erudita, quam sub imperiali diademate theoreticam non ambigo peragere vitam, quid de laude[m] earundem epistolarum in epistola sua secunda scripserit beatus porro[n] apostolus Petrus, in qua ait: 'Sicut et 2. Petr. 3, 15. 16.
carissimus[o] frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis sicut et in omnibus epistolis loquens in eis de his[p] in quibus sunt quaedam difficilia

a) scis sionae *P.* b) manubias quasdam *ed.* c) *an* caritas vel? d) *manu poster. superscr.* e) *in codicis fol. 24' sequitur:* Galathae sunt Graeci. Galatia dicta a priscis Gallorum gentibus, a quibus extitit occupata. Nam Galli in auxilium regis Bithiniae vocati regnum cum eo peracta victoria diviserunt sicque deinde Graecis admixti, primum Gallograeci, nunc ex antiquo Gallorum nomine Galathe dicuntur, et eorum regio Galacia nuncupatur. Hii verbum veritatis primum ab apostolo acceperunt, sed post discessum eius temptati sunt a falsis apostolis, ut in lege et circumcisione reverterentur. Hos apostolos (*corr.* lus) revocat ad fidem veritatis scribens eis ab Epheso. Hoc vel maxime argumento Galathe erant a pseudoapostolis persuasi atque seducti, quod Paulum, per quem vero evangelio crediderant, non esse apostolum audiebant, videlicet quia neque de duodecim electus, neque Christum ut Petrus et caeteri, aliquando secutus fuisset. Quam derogationem necesse habebat veris rationibus ac auctoritate sancti Spiritus refutarae, per ordinem reprobans non se ab hominibus neque per hominem missum, sed per eum, qui ipsum et caeteros in ordinem apostolatus elegit.

4. a) Incipit praefatio Claudii *G, R,* Taurinensis sedis episcopi in epistola ad Ephesios *add. R.* b) *om. R.* c) cath. eccl. *R.* d) Hludohico *L;* Lodoico *R.* e) discussa *L.* f) deserta *corr. in* diss. *G.* g) mę *L.* h) inluminante se *L.* i) affectu *R.* k) scientiae *R.* l) amatissima *L.* m) earund. laude *R.* n) proto- *L;* protho- *R.* o) kar. *R.* p) de his *om. R.*

[c. 816] intellectu[a], quae indocti et instabiles homines[b] depravant, sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem'. Ecce teste beato Petro eius coapostolo invenimus, quod adhuc in carne viventibus ipsis apostolis, ob difficultatem[c] sensus[d] illarum ab indoctis hominibus, qui eas non recte intellexerunt, diversae hereses emerserunt. Quis ergo ad expositionem illarum digne vel proprie[e] accedere possit, quas tantus ac talis primus in carne Domini confessor et novi testamenti ecclesiae pastor asserit esse difficiles[f] intellectu[g]?

[Sap. 10, 21.] Attamen[h] licet non viribus meis, sed meritis vestris, adiuvante illo qui aperuit [Ps. 144, 13.] os mutorum et linguas infantium fecit dissertas: qui est fidelis in verbis suis et[i] [Matth. 7, 7; Luc. 11, 9.] sanctus in omnibus operibus suis: qui dixit: 'Petite et accipietis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis': largiente pietate eius circa socordiam sensus mei epistolas beati iam dicti apostoli Pauli ad Ephesios atque ad Philippenses[i*], non tam ex maiorum tractatibus quam ex diversorum tractatuum sententiis, veluti mendicus non habens propriam[k] segetem, sed post terga metentium ex aliorum messem[l] congregat sibi victum, ne hiemis[m] tempore fame periclitetur: ita et ego ex aliorum dictis has brevi stilo comprehendi[n] epistolas. Quam expositionem si aptam ad legendum iudicaverit serenitas vestra, ad auctorem referite[o] Christum, quia hoc ipsum, ut praefatus sum, donante Domino vestrum est. Si vero reprehensioni patuerit propter sermonis rusticitatem, remota fallatia quae rectam fidem offendit, huiusmodi homines a nobis non pertimescendos ille ammonuit[p], de quo loquimur, et quem tenemus in manibus, qui[p*] [1. Cor. 4, 20.] regnum Dei non in sermone, sed in virtute esse perdocuit, ac semetipsum verbo [2. Cor. 11, 6.] potius quam scientia inperitum esse scripsit. Funestum atque detestabilem[q] Pelagii dogma, qui ingratus divinae gratiae extitit praedicator, per caelestis gratiae gratissimum praeconem beatissimum Augustinum de hac epistola, quantum potui, funditus abdicavi.

Sed et illorum, qui ex hac ad Ephesios[r] epistola[s] fulciri moliti sunt heresim [Eph. 1, 4.] suam, ubi ait: 'Sicut elegit nos ante mundi constitutionem', animas hominum ante mundi principium[t] fuisse et coaeternas Deo creatori senserunt, sicut[u] etiam in epistola[v] ad Philippenses Deum patrem potiorem filio crediderunt. Haec omnia velut mortale[w] praecipitium aut laetale[x] virus catholicis auribus denuntio fugienda, quorum idcirco[y] reticeo[z] vocabula, ne derogare videar praecessores potius quam dicere veritatem.

Epistolam sane[a] ipsius[b] apostoli ad Galatas[c] [1], in qua anno praeterito, in quantum valui, studiosissime laboravi, nihil[d] in ea nuper auxi, sed ita, ut antea a me comprehensa est, huic vero[e] operi iuxta ordinem suum in capite sociavi.

De[2] ceteris vero epistolis, licet plurima penes me teneantur excerpta[f], multa tamen adhuc sunt perquirenda. Sed quia me anno praesenti, praepedientibus peccatis meis, graviter obligastis[3], et nimiis anxietatibus deditus, mihi vivere non libet, neque scripturas perscrutari licet. Unde obsecro clementiam vestram, ut non mihi sitis molestus exactor, quia, si me adiuverit pietas divina, ego ad reddendum devotus sum debitor[4].

[Apoc. 17, 14.] Omnipotens Dominus, qui est rex regum et dominus dominorum, vos dominum meum inimicorum omnium superare insidias faciat; concessoque praemio sincerissimae

a) intellectum *L.* b) depravantur hom. *R.* c) difacultatem *G.* d) sensum *G.* e) propriae *L.* f) difficilis *G.* g) intellect *ceteris erasis L.* h) adtamen *L.* i) et — suis *om. R.* i*) Phylipens. *G.* k) proprium *G.* l) messe *L, R.* m) iemis *G.* n) conpr. *L.* o) referte *L, R.* p) amonuit *G.* p*) quia *L.* q) detestabilę *L*; detestabile *R.* r) Hephesios *L.* s) epistolam *G.* t) principum *R.* u) sive *G.* v) aepistola *G.* w) mortalę *L.* x) lętale *R.* y) iccirco *R.* z) retineo *L.* a) sanę *L.* b) *om. G.* c) Galathas *L, R.* d) nichil *R.* e) ur̄o *L.* f) excerta *L.*

1) *Cf. supra pag. 596 ep. 3.* 2) *Cf. supra p. 597 l. 5.* 3) *loquitur fortasse de episcopatu suscipiendo.* 4) *Cf. supra p. 592 lin. 26; infra p. 601 l. 26.*

caritatis ad profectum et ornatum totius ecclesiae ita vivere concedat, ut finito mortalis vitae termino liberum a peccati conscientia suo sancto adstare[a] faciat throno[b]. c. 816—820

5.

Claudius Taurinensis episcopus expositionem epistolae Pauli ad Romanos praefatus Augustinum interpretem eius celebrat. *c. 816—820.*

Codd. Parisinus 12289 (S. Germani a Pratis 299) fol. 1; Paris. 2392 s. X. fol. 3; Paris. 2393 (Colbert. 3270) s. XI. fol. 1, quem sequor.

Edd. Excerpta dedit Fabricius Bibl. lat. ed. Mansi I, 389. — Migne CIV, 927—928.

Amantissimus Domini sanctissimus Augustinus[1], calamus[a] Trinitatis, lingua Spiritus sancti, terrenus homo, sed caelestis[b] angelus; olim terra pedibus ambulans, sed caelum semper meritis possidens: corruptibilique atque mortali adhuc carne[c] circumdatus, incorruptibili angelicaque visione adque inmortali intuitus semper est Deum. Acer ingenio, suavis eloquio, saecularis litteraturae peritus, in ecclesiasticis laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua actione conpunctus, in expositione fidei nostre catholicus, in questionibus solvendis acutus, in revincendis hereticis circumspectus, in explanandis scripturis canonicis cautus. Quia tantus ac talis in exercitationibus[d] aecclesiasticis sit inventus, fatetur tamen de semetipso in suo libro Retractationum[2], quod coeperit hanc ad Romanos exponi epistolam, atque de titulo ipsius epistolae unum fecerit librum, qui etiam penes nos est, sed postea, ut ipse in eodem Retractationum libro fatetur, dimisit eam territus illius magnitudine atque obscuritate ad alia faciliora tendendo.

Nos vero longe inpares eius sanctitate atque meritis ex ipsius sancti viri sententiis, quas per diversis eius libris inve[ni]re[e] quivimus, hanc exposuimus epistolam, aliqua etiam ex Origenis expositione ibidem adiunximus[f], nonnulla etiam, ut nobis visum est, pertractavimus. Sed quia aliqui, ut nobis relatum est, ob aemulationem nostri modo hoc arripiunt opus, quibus, si bene egerint, non invidemus, sed potius congaudemus, hoc tantum obsecrans, ut qui illorum torrentem legerit, nostrum non obstrudat aut condemnet vel dispiciat[g] rivulum. Illud autem, quod quidam in praefatione huius epistolae posuerunt: quod propterea prior poneretur in capite quasi inferior esset[h], eo

---

a) astari *L.* b) Explicit prephatio (praefatio *L*) Claudii *add. L, R;* Incipit tractatus in epistola ad Ephesios Claudii presbyteri. Ephesii sunt Asiani. Hii accepto verbo veritatis persteterunt in fide, hos conlaudat apostolus scribens eis a Roma de carcere *etc. pergit G fol. 53'* Explicit tractatus in Ephesios. *f. 54* Tractatus Claudii episcopi. Philipensibus verbum fidei apostolus tradidit. Somnio enim monitus est, sicut continetur in actibus apostolorum *(c. 16, 9)*, ut accederet ad eos et aperiret aures eorum ad recipiendum sermonem Dei. Multis ergo diebus commoratus apud eos instruxit eos doctrina Domini. Et quia post discessum eius non sunt translati ad aliud sicut Galathae, sed permanserunt in fide, non recipientes pseudoapostolos, per epistolam conlaudat eos gaudens in proposito cordis eorum. In horum enim laude aliorum vituperatio continetur. Corinthii enim multo tempore audientes apostolum, recedente eo a diversis pseudoapostolis fuerant aversi. Unde isti iure laudantur. Explicit argumentum.

5. a) thalamus *G.* b) celestus *corr. alia man. in* celestis *P.* c) *suppl. alt. man. P.* d) ex *superscr. al. m. P.* e) invere *P.* f) adiuncximus *G.* g) despiciat *corr. al. m. P.* h) inferiores *corr.* inferior esset *al. m. P.*

1) *Cf. Dungali responsa (Bibl. patr. Lugd. XIV, 204):* Augustinum adsumit *(sc. Claudius)*, a cuius subtilitate ingenii christianique sensus rectitudine longissime distat. Alios quidem praeter eum solum pene omnes abicit *etc.; ibid. (p. 211):* Sancto autem Augustino lascive blanditur et adulatur, singulari eum praeferens laude, quasi suae fautorem vecordiae; *Ionas de cultu imag. l. I (ib. 171):* Quem *(sc. Augustinum)*, quia eius salutiferis doctrinis iugi meditatione assuefactus . . magnarum laudum praeconiis efferre solitus eras. 2) *Retract. l. I c. 25 (Opp. I, 37).*

c. 820 quod Romani tam rudes essent, ut non Dei gratia, sed suis meritis crederent se esse salvatos, quod quidem non ita declarat in omnibus textus ipsius epistolae, quae omnibus sensu profundior est. Sed hoc potius credendum est, quod illi qui membra epistolarum in uno corpore colligerunt[a], illam iudicaverunt sedere in capite, quae ad urbem directa est, quae illo in tempore capud totius extitit orbis[b].

ITERUM[c] RETRACTATIO CLAUDII EPISCOPI DE AUCTORIBUS EXPLA[NA]TIONUM SUPER PRAEDICTAM EPISTULAM[1].

Illud quoque in praephatione commoneo, mihi karissime, ut scias Origenem tria volumina in hanc epistolam conscripsisse, quem et nos ex parte secuti sumus; Apollinarem etiam et Didimum quosdam commentariolos edidisse, e quibus licet pauca decerpsimus, plura etiam ex sancti viri Augustini[d] sententiis, quas per diversis[e] eius libris invenire quibimus, hanc exposuimus epistula et nonnulla quae nobis videbantur adiecimus sive subtraximus, ut studiosus statim in principio lectorum agnoscat hoc opus vel alienum esse vel nostrum. Finit amen[f].

6.

Claudius Taurinensis episcopus Theudemiro abbati (Psalmodiensi) commentarium in epistolas Pauli apostoli ad Corinthios multis difficultatibus impeditus mittit. c. 820.

Codd. Vaticanus 5775 olim Bobiensis a. 862. scriptus, quem descripsit Bethmann (B); Parisinus 12289 (monast. Floriac. S. Benedicti, S. Germani a Pratis 299 ol. 720) s. IX. fol. 81'—82' (G); Parisinus 2395 (quondam Colbertinus) s. XI. fol. 20—20' (P), quos cont. H. Lebègue; Vatican. Christinae reg. 98 (quondam Petarianus) s. XIII. fol. 51', quem cont. J. Tschiedel (R). Exstat etiam in cod. Trecensi 221, quondam Claravallensi, saec. XII. (Catal. des départ. II, 114).

Edd. Ang. Mai SS. vet. nova collectio VII, 274 ex B. — Migne CIV, 837—840.

VENERABILI IN CHRISTO SINCERAQUE[a] CARITATE DILIGENDO THEUDEMIRO[b] ABBATI[2] CLAUDIUS INSPIRANTE GRATIA[c] DEI EPISCOPUS PERPETUAM BEATITUDINIS OPTO IN DOMINO SALUTEM.

Non velut pertinaciter rigidus renisus sum[d] voluntati tuae diu multumque, studiosissimae[e] clientulae[f], ut dilucidatas gentium magistri epistolas non tibi dirigerem, sed obstrepentium quas[g] isto in seculo rotatico causarum insurgunt praepeditus needum[h] facere potui. Proposueram in[i] corde meo quippe, ut in scrutandis meditandisque scripturis, quando ad illarum dulcedinem primitus accessi, vigil et indefessus existerem, ne acumen mentis obdormire permitterem inerti torpore, cogitans penes[k] me
cf. Ps. 77, 25. tunc veraciter me vivere, si[l] angelorum panem[m] et si non ut summi[n] viri, saltim[o] quemadmodum languens vivere nitens lambere aliquid valuissem[p], et alios ammonerem, ut apostolicum in eo[q] sectarentur exemplum.

Philipp. 3, 13. Unum quae[r] retro sunt obliviscentes ad ea quae anteriora[s] sunt per intellegentiam[t] extendentes, nos in spiritali specula crescentes minime retineamur ab inlicitis[u]

a) colligerunt *corr. al. m. P.* b) *Sequitur in P:* Incipit argumentum in epistola Pauli ad Romanos. In epistola quam Paulus apostolus scripsit *etc.* c) *P fol. 58.* d) Ag. *corr. al. m.* Aug. e) -sos
Hebr. 1, 1. . . libros *al. m.* f) *in cod. sequitur:* Multifariae et multis modis olim Deus loquens *etc.*

6. a) quae *n man. post. deleto P.* b) Teumiro *R.* c) dei gratia *G, P, R.* d) ego *add. R.* e) studiosissime *P, R.* f) clientule *P;* clientelae *R.* g) quae *R.* h) nedum *corr. in* necd. *P.* i) quippe in c. meo *P, R;* quippe *om. G.* k) paenes *G, corr. in* pen. *P.* l) *om. B.* m) pane *P.* n) sumi *R.* o) *corr. in* saltem *P.* p) voluissem *G.* q) meo *pro* in eo *P;* mecum *R.* r) quod r. est *Vulg.* s) interiora *B, corr. in* anter. *P.* t) intellig. *B, R.* u) illic. *R.*

1) *sc. ad Hebraeos.* 2) *monasterii in pago Nemausensi in insula Psalmodio constructi, cf. Ludowici Pii diploma a. 815. die 3. Dec. datum (Mühlbacher Reg. n. 579, Sickel Acta Karolin. II, 363).*

cupiditatibus. Ut Cicero[a] ait[1]: 'Quae nobis', inquit[b], 'dies noctesque considerantibus c. 820 acuentibusque intellegentiam quae est mentis acies, caventibusque, ne quando illa hebescat, id est in phylosophia[c] viventibus magna spes est'. Post[d] paululum[e] adiungens ait: 'Et [si], ut antiquis phylosophis[c] hisque maximis longeque clarissimis placuit, aeternos animos ac divinos habemus, sic existimandum est, quo magis hi fuerint[f] semper in suo cursu, id est in ratione et investigandi cupiditate. Et quominus se amiscuerint atque implicaverint hominum vitiis et erroribus, hoc his faciliorem ascensum et reditum in caelum fore'. Deinde addens hanc ipsam clausulam[g] repetendo sermonemque[h] finiens: 'Quapropter', inquit[i], 'ut aliquando terminetur oratio, si autem extingui[k] tranquille volumus, cum in his artubus[l] vixerimus, aut si ex hac in aliam aut paululum[m] meliorem domum sine mora demigrare, in his studiis nobis omnis opera et cura ponenda est'. Ardor namque iste etsi non instruit quaerentis[n] animum, ingenium saltim[o] exercet. Et invenit nescire se, quod se fortasse scire[p] putabat, unde ammonitus scit[q] quod antea nesciebat et[r] eo amplius amat illud quod invenit.

Dum enim victum[s] labore et numis emerem[t], commodius in divinis scripturis mea versabatur intentio. Ad diocese[u] curam accedens, quot[v] cause surgunt, eo amplius sollicitudines pariunt. Brumale tempus vias palatinas terens[w] eundo et redeundo, minus licet implere supra commemoratum amorem. Post medium veris procedendo armatus pergameno[x] pariter cum arma[y] ferens, pergo ad excubias maritimas cum timore excubando adversus Agarenos et Mauros[2]; nocte tenens gladium et die libros et calamum, implere conans ceptum desiderium. Nisi enim ille vir cum gratia precedente spiritui presideret, quem commendat apostolus, cum de capite viri non 1. Cor. 11, 7. velando loquitur, illud menti meae accideret, quod de semine iacto citra viam Domi- Matth. 13, 4. nus protulit. Qui[z] etiam[a] te agere vitam demonstras, quando me sine sollicitudine[b] consideras. Et ob hoc molestus es mihi exactor. Nec enim debes molestus esse mihi[c], quando ego, si, ut voluntas adest, possibilitas adesset, debitor tui non fuissem.

Si ante has[d] sollicitudines hoc opus non fuissem adgressus[e] rogantibus fratribus ut nosti, vix nunc exinde aliquid valuissem agere. Et vere fateor me primitus invitus accessisse[f], et in hoc opus et in Pentatico quem postulas[3], imperantibus fratribus in scola constitutis, quibus viva voce scripturas tradebam, precipiente pio principe Hludowico[g] imperatore. Compulsus etiam a memorato principe, ut non tantum verba per oblivionem palantem[h] traderem[i], sed etiam calamo diu permanentem scriberem, ut quod ore promebam calamo scriptitarem. De ammonitione[k] fratrum et exhortationem[l] unde rogasti quod scriberem, ut votum quod voverunt[m] Domino reddant; et votum ut dico non propositum[n] quod[o] scripsisti, quod solius Dei est. Nullam ammonitionem meliorem potui invenire quam epistolae primae Pauli apostoli[4] quam misi, quia

---

a) ut in Cycero *G.* b) inquid *P.* c) philos. *P, R.* d) et post *R.* e) paulum lu *superscr. P.* f) fuerunt *corr. in* -rint *P.* g) clausuram *R.* h) que *om. B;* sermonemque *corr. in* -numque *P;* sermonumque *G.* i) inquid *B, P.* k) exstingui *R.* l) artibus *R.* m) paulum *G, P;* paulo *R.* n) querentis *P.* o) *corr. in* saltem *P.* p) nescire *G, B, P.* q) sit *B.* r) et — invenit *om. B.* s) victu *G, B, P.* t) aemerem *G.* u) diocesis *R;* diocesim *G, P.* v) quod *P;* quo *R.* w) teuens *P.* x) pergamena *R.* y) armis *R.* z) quę *R.* a) tam *R.* b) sollicitudines s *deleto P;* sollicitudines *G.* c) michi *R.* d) as *P.* e) aggr. *R.* f) accessi *R.* g) Hludovico *G;* Ludovico *R.* h) pallantem *corr. in* palant. *P;* paulatim *R.* i) labentia *R.* k) ad ammonitionem *R pro* de ammon. l) exortationem *R;* exortatione *P.* m) noverant *R.* n) prepositum *B.* o) ut *G, P, R.*

1) *in fine dialogi Hortensii ex Augustini de trinit. l. XIV c. 19 § 26 (Opp. VIII, 965—966)* — ponenda est. 2) *inde ab anno 820. bellum contra Mauros Hispanicos redintegratum est, cf. Simson Jahrb. unter Ludw. d. Fr. I, 160.* 3) *Haec scripsit Claudius ante annum 823, quo Leviticum, et ex probabili coniectura etiam ante annum 821, quo Exodum Theodemiro misit.* 4) *scil. ad Romanos.*

823 tota inde agitur, ut merita hominum tollat, unde maxime[a] nunc monachi gloriantur,
9. Martii et gratiam Dei commendat[b], per quam omnis qui vovit, quod vovit Domino reddat[c].

7.

Claudius episcopus Taurinensis Theodemiro abbati (Psalmodiensi) expositionem Levitici iussu eius factam dedicat. *823. 9. Martii.*

Cod. quondam Remigii Remensis, nunc bibliothecae municip. Remensis 74 (62. 59) saec. IX. fol., quem contulerunt vv. cl. Jadart et Demaison; cf. Montfaucon Bibl. bibl. II, 1335.

Edd. Mabillon ex cod. Remigiano Anal. vet. I, 30 (a. 1675), ed. alt. p. 91. — Migne CIV, 615.

PRAEFATIO LIBRORUM INFORMATIONUM LITTERAE ET SPIRITUS SUPER LEVITICUM CLAUDII EPISCOPI.

Cogis et compellis, carissime frater Theodemire abba, atque, ut ita dicam, stomachanti animo me reprehendis diu siluisse, nec paruisse iussioni tuae in expositione
821 Levitici. Biennium est quod tibi direxi expositionum atque informationum litterae et spiritus in Exodo libros quattuor[1], cuius principium est: 'Post expositionem libri
813 Geneseos, unde ante hos octo annos ex dictis sanctorum patrum de littera et spiritu tres edidi libros'. E contrario tu respondis evenisse tibi quod provenit Iacob, qui pro
Gen. 29, 24. Rachel servivit, et in nocte Liam accepit: ita et tu petisti expositionem libri Levitici et accepisti Exodi. Nec in hoc facto revera me agnosco satis errasse. Quia
ib. 29, 26. sicut illis non erat consuetudo, ut minores prius traderentur ad nuptias quam maiores: ita nec mihi visum rectum fuit, ut prius exponeretur sacrificii ritus, quam sacrificiorum ministri vel locus.

Quod vero iussioni tuae actenus parere nequivi, non fuit pigritia vel torporis neglegentia, sed reipuplice infestatio dira et malorum hominum nimia perversitas. Quae due res me in tantum cruciant, ut mihi iam sit tedium vivere, debilitatusque pennis virtutum, non valeo in solitudinem fugere, ubi aliquantulum requiescam et
Iob 10, 20—22. dicam Deo: 'Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum, et cognitum tibi faciam peccatum meum, antequam vadam et non revertar ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine, ubi aeternus horror et nullus ordo inhabitat'. Sed reptans in terram
Ps. 42, 2. lacrimabundus et gemibundus clamo ad Deum: 'Quare me reppulisti et tristis incedo, dum affligit me inimicus'?

Quod enim precipis bonum est opus, sed magnum super se habet pondus. Et nescio, quomodo digne possit perfici, quod non potest cogitatione comprehendi. Et sicut difficile est quemquam manu posse caelum tangere, ita difficile est omnia sacramenta legis divinae, sicut tu precipis, explanare. Sed istud illis debueras iniungere, qui habentes intra se fontem eloquentiae, unde quicquid illis iniungitur, carmine inriguo copiosius explicatur. Verum e contra quicumque anguste intellegentiae est sicut ego; nec habet affluentiam eloquii, per quam vel alios reficere vel suae siccitati possint inopiam temperare; tales non solum per se aliquid dicere appetunt, verum

---

a) nunc max. *R.* b) commendant *R.* c) *In G, P sequitur:* In nomine Domini incipit tractatus in epistola ad Corinthios (Claudii episcopi *add. P*). Praecepto Domini ammonitus beatus apostolus Paulus resedit *etc.; P fol. 67'* Incipit ad eosdem secunda — *fol. 93'.*

1) *qui iam non exstant. Laudat eos in quaestionib. XXX super libr. reg. II:* Sed hoc in libro [in]formationum litterae et spiritus, in tractatu videlicet Exodi, quem ante aliquos annos exposuimus, sufficienter a nobis expositum est; *XXVI (ed. Trombelli p. 165. 174):* Quare ergo in libro informationum litterae et spiritus in Exodo dixerim esse ultra velum?

823 9. Martii

etiam si quid eis iniunctum fuerit, pertimescunt. Quod in me recognosco, pusillum habens intellegentiae eloquium, quia nec saecularis litteraturae didici studium nec aliquando exinde magistrum habui. Quantum enim doctis necesse est loqui, tantum indoctis utile est tacere, quia illi de parvis magna sciunt disserere, ego de magnis nescio vel parva proferre; et ideo a me formidatur quod ab aliis querendum est.

Quod vero sententiam uniuscuiusque doctoris in paginis adnotare praecipis in expositionibus nostris: neminem hoc fecisse legi, excepto beatissimum Bedam [1]; quod quidem nec ille amplius quam in duobus codicibus fecit, in expositione videlicet evangelistarum Marci et Lucae. Quod ego ideo omisi facere, quia sententias quorundam, quas adnotaveram prius sub nomine aliorum, diligentius perquirens, aliorum eas esse repperi postea.

Quod enim optime nosti, sicut novissimis diebus verbum Dei ex Maria carne (cf. Ioh. 1, 14.) vestitum processit in mundum; et aliud quidem erat quod videbantur in eo, aliud quod intellegebatur — carnis namque aspectus in eo patebat omnibus, paucis vero et electis dabatur divinitatis agnitio —, ita et cum per prophetas vel legislatorem verbum Dei profertur ad homines, non absque competentibus profertur indumentis. Nam sicut ibi carnis, ita hic litterae velamine tegitur, ut littera quidem aspiciatur tamquam caro, latens vero spiritalis intrinsecus sensus tamquam divinitas sentiatur [2]. Tale ergo est quod et nunc invenimus librum Levitici perquirentes, in quo sacrificiorum ritus et hostiarum diversitas ac sacerdotum ministeria describuntur; sed haec secundum litteram, quae tamquam caro verbi Dei est et indumentum divinitatis eius, digni fortassis vel adspiciant vel audiant indigni. Sed beati sunt illi oculi, qui velamen litterae obtectum intrinsecus divinum spiritum vident, et beati sunt, qui ad haec audienda mundas aures interioris hominis defferunt.

Adgredimur igitur hoc opus annuente pietate divina quadragesimae tempore [3], sub die septimo Idus Martii anno incarnationis DCCCXXIII. salvatoris Iesu Christi domini nostri [a].

Haec quia iussisti scribere, non pro eruditione nostra, sed pro vestra dignatione presumsi. Vestrum vero est diiudicare verius et ad veram caritatem, quae excellentior virtus omnibus virtutibus est, nos provocare exemplis. Ad hanc autem quam praedico caritatem plus me vestris orationibus quam meis viribus posse confido. En, carissime frater, sicut potui, respondi quibusdam inquisitionibus tuis: pro qua re obnixe deprecor, ut si quid de his rebus, unde me interrogas, si quid invenisti melius vel deinceps invenire potueris, gratissimum habebimus, si nos feceris nosse, quia ego magis amo discere quam docere [4]. Quia 'illa [5] veritatis et sapientiae pulcritudo, tantum adsit perseverans voluntas fruendi — pro [b] cuius amore hoc peregimus opus — nec multitudine audientium constipata secludit venientes nec peragitur tempore, nec migrat locis, nec nocte intercipitur, nec umbra intercluditur. nec sensibus corporis subiacet. De toto mundo ad se conversis, qui diligunt eam, omnibus proxima est, omnibus sempiterna: nullo loco est, nusquam deest; foris admonet, intus docet, cernentes se commutat omnes in melius, a nullo in deterius commutatur; nullus de illa iudicat, nullus sine illa bene iudicat'.

---

7. a) *sequitur in codice:* Explicit praefatio Claudii Taurinensis episcopi, *et praemissis capitulis libri primi:* Incipit liber primus informationum litterae et spiritus. Leviticus liber appellatus est, eo quod levitarum ministeria et diversitates victimarum exsequitur *etc.* b) pro — opus *om. Aug.*

1) *Cf. supra p. 592 l. 16.* 2) *Cf. Comment. in ep. ad Gal. (Bibl. Lugd. XIV, 161):* historiae et scripturae carneus intellectus contra allegoriam et spiritalem doctrinam repugnat. 3) *inde ab 18. Februar. usque ad 4. Aprilis.* 4) *Cf. infra p. 607 l. 37, ubi eadem verba.* 5) At illa — iudicat bene *ex August. de lib. arb. l. II c. 14 § 38 (Opp. I, 602).*

823 9. Martii

Hac fide 'omnem[1] mutabilitatem ab aeternitate seiungo et [in] ipsa aeternitate nulla spatia temporis cerno, quia spatia temporis praeteritis et futuris rerum motibus constant. Nihil autem praeterit in aeterno et nihil futurum est, quia et quicquid[a] praeterit esse desinit, et quod futurum est nondum esse coepit. Aeternitas autem tantummodo est, nec fuit, quasi iam non sit, nec erit quasi adhuc non sit, quia[b] sola
Exod. 3, 14. ipsa verissime dicere potuit humane menti: 'Ego sum qui sum'. Et de illa verissime dici potuit: 'Qui est misit me'.

Et quia ita est, non iubemur ad creaturam tendere, ut efficiamur beati, sed ad ipsum creatorem: de quo si aliud quam oportet ac sese res habet, nobis persuadetur, perniciosissimo errore decipimur. Ad hoc enim pergendo, quod aut non est aut si est beatos non facit, ad beatam vitam nequaquam quisquam poterit pervenire. Qua 'veritate[2] et sapientia, quae communis omnibus est, omnes sapientes et beati fiunt inerendo illi. Beatitudine autem alterius hominis non fit alter beatus, quia et cum eum imitatur ut sit, inde appetit beatus fieri, unde illum factum videt, illa[c] scilicet incommutabili communique veritate. Neque prudentia cuiusdam[d] fit prudens alius, aut fortis fortitudine, aut temperans temperantia, aut iustus iustitia hominis alterius quisquam efficitur, sed coaptando animum illis incommutabilibus regulis luminibusque virtutum, quae incorruptibiliter vivunt in ipsa veritate sapientiaque communi, quibus et ille coaptavit et fixit animum, quem istis virtutibus preditum sibi ad imitandum proposuit'. 'Voluntas[3] ergo adherens communi atque incommutabili bono impetrat prima et magna hominis bona, cum ipsa sit medium quoddam bonum. Voluntas autem aversa ab incommutabili et communi bono et conversa ad proprium bonum, aut ad exterius aut ad inferius peccat'.

'Et ideo non[4] sit nobis religio cultus hominum mortuorum, quia, si pie vixerunt, non sic habentur, ut tales querant honores, sed illum a nobis coli [volunt], quo inluminati laetantur meriti sui nos esse consortes. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem. Si autem male vixerunt, ubicumque sint, non sunt colendi'. 'Quod[5] colit ergo summus angelus, id colendum est etiam ab homine ultimo, quia ipsa hominis natura id non colendo facta est ultima. Non enim aliunde sapiens angelus, aliunde homo, sed ab una incommutabili sapientia et veritate. Nam idipsum actum[e] est temporali dispensatione ad salutem nostram, ut naturam humanam ipsa Dei virtus et Dei sapientia incommutabilis et consubstantialis patri et coaeterna suscipere dignaretur, per quam nos doceret id esse homini colendum, quod ab omni creatura intellectuali et rationali colendum est.

Hoc etiam ipsos obtimos angelos et excellentissima ministeria Dei velle credamus, ut unum cum ipsis colamus Deum, cuius contemplatione beati sunt. Neque enim et nos videndo angelos beati sumus aut[f] umquam erimus, sed videndo veritatem, qua[g] etiam ipsos diligimus angelos, et his congratulamur. Nec invidemus, quod[h] paratiores et nullis molestiis interpedientibus perfruuntur; sed magis eos diligimus, quod[i] et nos tale aliquid sperare a communi Deo iussi sumus. Et idcirco honoramus eos caritate, non servitute; nec eis templa constituimus; ac per hoc nolunt se sic honorari a nobis, quia nos ipsos, cum boni sumus, templa summi Dei esse noverunt'.

Hec fidei nostre munitissimum atque altissimum sacramentum et cordi nostro
Ps. 30, 12. firmissimum caracter inpressum. Hanc astruendo et defendendo veritatem obproprium

a) quod *Aug.* b) quare *Aug.* c) ille *C.* d) cuiusquam *Aug.* e) aptum *C.* f) aut — erimus *om. Aug.* g) quam *C.* h) ea *add. Aug.* i) quoniam *Aug.*

1) Mentis quippe adspectu omnem — misit me *ex August. de vera relig. c. 49 § 97 (Opp. I, 782), cf. Reuter Gesch. der relig. Aufklärung I, 268.* 2) Veritate enim — proposuit *ex August. de lib. arb. l. II c. 19 § 52 (Opp. I, 608).* 3) Voluntas — peccat *ib. § 53.* 4) non sit — sunt colendi *ex August. de vera relig. c. 55 § 108 (Opp. I, 786).* 5) Quod colit — noverunt *ib. § 110 (Opp. I, 786. 787).*

factus sum vicinis meis et timor notis meis, in tantum, ut qui videbant nos, non 821
solum deridebant, sed etiam digito unus alteri ostendebant. Sed consolatus est nos
pater misericordiarum et Deus totius consolationis in omni tribulatione nostra, ut 2. Cor. 1, 3. 4.
possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, de illo fidentes, et per
illum in temptationibus non deficientes, qui nos arma iustitie et galea salutis munit Eph. 6, 17.
adque circundat. Explicit.

8.

Theutmirus (Psalmodiensis) abbas Claudio Taurinensi episcopo de commentario in librum Exodi ab eo accepto gratias agit, et, ut quaestiones de libris Regum solutas ei mittat, petit. *821.*

Codd. Pistoriensis capituli 51 fol. 2—3 (P), bibliothecae communalis Mantuanae C. V. 2 fol. 62—63', quondam S. Benedicti Padolironensis (M), uterque saec. XI., collatus a socio nostro Iac. Schwalm.

Edd. Fr. Ant. Zacharias Biblioth. Pistoriensis (a. 1752) p. 60—61, Joh. Chrysost. Trombelli Veter. patr. latinor. opusc. numquam antehac edita (Bologna a. 1755) II, 2, 7—10. — Migne Patr. lat. CIV, 623—626.

AMABILI MAGISTRO DOMINO CLAUDIO SEDIS TAURIENSIS EPISCOPO THEUTMIRUS FILIUS VESTER OMNIUMQUE ABBATUM MINIMUS ABBA[a] IN DOMINO AETERNAM SALUTEM.

Mi[b] pater et magister, librum Exodi, quem misisti[1], relegi, quo gaudio inmenso[c] gavisus sum, sive[d] de epistolis magistri gentium Pauli in alia epistola, quam misi, ipse cognoscetis. Nam et venerabilis pater Leidrath, quondam episcopus Lucdunensis[e] [2], cum hoc audisset, gavisus est et ipse rogavitque eum michi multum ad scribendum et miratus fuit, cur epistolam illi non misistis ex tanto tempore, et promisit, quod[f] ipse suam epistolam[g] vobis missurus sit. Valde enim desiderat visionem vestram, si fieri potuisset, et si non visione corporea, vel epistola.

De domno Nimbridio patre nostro, archiepiscopo Narbonense[3], quid dicam, quam inmenso[c] fuit repletus gaudio, quando de expositione prefati libri ei dixi, quam humiliter eum michi petiit ad legendum vel scribendum; et miratus fuit et ipse, cur vestram epistolam ei non misistis. Mittite queso crebras epistolas in his partibus episcopis abbatibus ac monachis. Maxime, si vobis placet, michi filio vestro, qui semper hoc estuo et desidero. Inter caetera rogo illas quaestiones de Regum, quas vobis in brevi sceda misi[h], ut michi elucidatas mittatis non solum secundum historiam, sed etiam secundum allegoriam vel tropologiam[4]. Primum quantum ad historiam[i] stare potest; secundum, si allegoriam[k] recipit; tertium[l] vero per omnia moralitatem[m]. Nam et de illis quaestionibus triginta[5], quas Nothelmo petente Beda presbiter exposuit de prefato libro Regum, ideo non petivi exponendas nobis[n], quia uno in corpore cum exposito de templo Salomonis[6], sicut a prefato presbitero Beda expositum est, apud nos habentur. Inter haec omnia ut et ipsas quaestiones quas michi corrigatis et per ordinem exponatis et quicquid inperito sermone locutus fui[o], ut magister ita discipulum emendate. Ego enim[p] non per ordinem misi propter quandam agilitatem et neglegentiam[q] scriptoris[7], vos vero, ut historia[r] se habet, ordinate[s].

---

8. a) abbas *M.* b) . .i *P.* c) immenso *M.* d) sicut *coni. Zach.* e) Lugdunensis *M.* f) ipse quod *M.* g) aepistolam *P.* h) misit *P.* i) istoriam *M.* k) allegoria *P.* l) tercium *M.* m) moralitate *P.* n) vobis *P.* o) fuerit *P.* p) per *add. et del. P.* q) neglig. *M.* r) hystoria *P.* s) Tabula infra scriptarum questionum. Nota quod non sequuntur ordinem *add. M.*

1) *Leviticum igitur tunc nondum accepisse videtur.* 2) *Cf. Adonis Chron. (SS. II, 320):* Qui *(sc. Leidradus)* initio imperii Ludovici imperatoris Suessionis monasterii locum petiit, et in loco eius Agobardus . . episcopus substitutus est; *Ann. Lugdun. 816 (SS. I, 110), cf. supra p. 542 n. 2.* 3) *De quo cf. supra p. 433. 461.* 4) *interrogationes 72, quae epistolam secuntur (ed. Trombelli p. 10—15).* 5) *eisdem, quas infra in epistolae tenore Theutmirus proponit, cf. Bedae opp. ed. Giles VIII, 232—261.* 6) *ib. VIII, 262—359.* 7) *non de 30, sed de 72 interrogationibus loquitur.*

821 I. Et suscitabo michi sacerdotem fidelem.

1. Reg. 2, 35. ib. 3, 19. II. Et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram[a].

ib. 6, 19. III. Et percussit de populo septuaginta viros et quinquaginta milia[b] plebis.

ib. 7, 2. IIII. Ex qua die mansit archa in Cariathiarim, multiplicati sunt dies et caetera.

ib. 20, 14. V. Quod ait Ionathan ad David: 'Si vixero, facies michi misericordiam'.

ib. 25, 29. VI. Quod ait Abigail ad David: 'Si enim surrexerit homo aliquando persequens te' et cetera.

2. Reg. 1, 18. VII. Et praecepit, ut docerent filios Iuda arcum.

ib. 8, 2. VIII. Et percussit Moab et mensus est eos[b*] funiculo.

ib. 23, 8. VIIII. Ipse esset quasi tenerrimus ligni vermiculus.

ib. v. 20. X. Ipse descendit et percussit leonem in media cisterna.

3. Reg. 6, 2. XI. De templo quod habebat triginta cubitos in altitudinem, et in libro Paralipomenon habebat centum XX.

ib. v. 8. XII. Ostium medii[c] lateris in parte erat domus dextere.

ib. v. 9. XIII. Texitque domum laqueariis[d] cedrinis.

ib. 8, 8. XIIII. Cumque eminerent[e] vectes et apparerent summitates[f] eorum foris sanctuarium et cetera.

ib. v. 65. XV. Fecit Salomon festivitatem celebrem[f*] et omnis Israel cum eo.

ib. 16, 34. XVI. In diebus eius aedificavit Achiel[g] de Bethel Hiericho[h].

ib. 20, 10. XVII. Haec faciant michi dii et haec addant, si sufficerit[i] pulvis Samariae pugillo[k] universi populi qui sequitur me[l].

4. Reg. 11, 6. XVIII. Tertia[m] pars vestrum introeat sabbato et observet excubitum domus regis.

ib. 12. XVIIII. Produxitque filium regis et posuit super eum diadema et testimonium.

ib. 12, 15. XX. Et non fiebat ratio[n] his hominibus qui accipiebant pecuniam[o].

ib. 14, 7. XXI. Ipse percussit Edom in valle Salinarum.

ib. v. 25. XXII. Ipse restituit[p] terminos Israel ab introitu Emath.

ib. 17, 29. XXIII. Et unaquaeque gens fabricata est deum suum.

ib. 18, 34. XXIIII. Ubi est Deus Emath et Arphat[q]?

ib. 20, 9. XXV. Ubi ascendit umbra decem lineis?

ib. 22, 14. XXVI. Quae habitabat in[r] Hierusalem in secunda.

ib. 23, 10. XXVII. Contaminavit quoque Tophet[s] quod est in valle filii[t] Ennon.

ib. v. 11. XXVIII. Abstulit quoque equos, quos dederant reges Iuda soli.

ib. v. 13. XXVIIII. Excelsa quoque quae erant in Hierusalem[u] ad dexteram partem montis offensionis et caetera.

ib. 24, 14. XXX. Et transtulit omnem Hierusalem et universos principes et caetera.

Has quaestiones XXX atque apertiones illarum, si prudentiae vestrae placet, cum illis quaestionibus[v] de predicto libro Regum, quas misi sanctitati vestrae explanandas[1], cum a vobis explanatae fuerint, ordine suo uno adunentur in corpore et ut ipse nostis et vestram praefationem et meam petitionem quasi prefatiunculas in capite explanationum de prefatis quaestionibus[w] adnotate[x] et in omnibus scriptis, quas[y] istis in partibus mittitis, mei non obliviscamini, sed[z] semper amonere[a] dignemini[b], quid agere debeam. Maxime in orationibus obsecro, ut ipse rogetis Dominum pro me, et Iac. 5, 16. per studium vestrum alii etiam rogent. Si enim unius iusti oratio multum valet, ut

a) terra *M.* b) *om. P.* b*) *om. M.* c) lat. med. *M.* d) laqueis *M*; laquearibus *Vulg.* e) inminerent *P.* f) sumitates *M.* f*) cael. *P.* g) ed. Achihel *M*; de achiel *P.* h) Iericho *M.* i) suffeceret *M.* k) pugillus *M*; pugillis *Vulg.* l) qui — me *om. P.* m) Tercia *M.* n) oratio *M.* o) paecunia *P.* p) vestivit *M.* q) Arfath *P.* r) *om. P.* s) Thofeth *P.* t) filiorum *M.* u) Ierusalem *P.* v) illas questiones *M.* w) de prefatas questiones *M.* x) annotate *M.* y) quae *M.* z) set *P.* a) admonere *M.* b) dignamini *P.*

1) *Cf. supra p. 605 n. 1.*

ipse nostis, quanto magis multorum assidua? Vale, mi pater et in spiritualium filiorum prosperis semper polle. c. 824

9.

Claudius Taurinensis episcopus de praefatione praefatus Theutmiri abbatis (Psalmodiensis) interrogationibus de libris Regum se respondisse fatetur; expositionem libri Ruth allegoricam addit. *c. 824.*

Codd. Pistoriensis ut supra fol. 7'—8', Mantuanus fol. 65'—66.
Edd. Zacharias p. 62—63, Trombelli veter. patr. opusc. II, 2, 15—17. — Migne col. 633—635.

Compellit et constringit me, frater karissime Theutmire, tua oportuna[a] multimoda inquisitio non necessitate, sed, quod est vehementius, caritate ad multorum exire puplicum[b] formidandumque iudicium: illorum videlicet dico, qui secundum faciem et non iustum noverunt iudicare iudicium. Ob hoc videlicet, quod in opusculis nostris in expositione Pentatheuci atque libri Regum et tuam petitionem et meam praefationem in capite ponere iubes. Quod multis nostro tempore praesumptuosum esse videtur[c] atque ridiculum[1]. Qui si vim[d] nominis praefationis nossent, non puto ista dicere potuissent, quia praefatio primi operis locutio est et praelocutio librorum[2], quae ante causas narrationum ad instruendas audientium aures coaptatur.

Dicta est[e] autem praefatio quasi praelocutio[3], id est prima locutio, et alio nomine prologus, id est sequentis operis[f] praefatio. est et initium locutionis et caput compositionis, quod et alio nomine dicitur proemium. Proemium enim est initium docendi et principia librorum, quae ante cause narrationem ad instruendas audientium aures coaptantur. Cuius nomen plerique Latini periti[g] ita posuerunt[4]. Sciat, quisquis[h] ille est, nostro tempori scientiam, non nostrae scientiae scribendi tempus deesse, scilicet tempus per omnia scripturam[i] disserendi esse, si Spiritus sancti gratia cuiquam dignetur[k] adesse nec praeiudicandum, quo quisque tempore scribat, sed hoc solummodo discernendum, utrumnam vera et catholica, an falsa et heretica sint quae scribit.

Et quia tu sepe a me requiris multarum rerum absolutionem maximeque in Pentatheuco atque libro Regum, qui et antiquiores et obscuriores ceteris libris divine legis sunt et magnos[l] interpretes indigent, atque in eis, non ex meo ingenio, sed ex illustrium doctorum iudicio, neque ex propria temeritate, sed ex aliorum auctoritate interrogationibus tuis, non quantum debui, sed quantum potui, satisfeci consecrans non tam[m] eloquii exultantis ambitum, quam necessariae brevitatis modum. Sic enim et innumeris satisfieri inquisitionibus tuis poterit, et michi insuper liberum erit aliqua extrinsecus, quae cognitioni[n] tuae utilia arbitror, in aliis libris inserere, si ista tibi accepta iudicaveris. Scire autem volo te, frater, quod haec locutio vias quidem aperiat intellegentiae, non tamen singillatim[o] cuncta, quae scripta sunt, disserat atque absolvat.

Sicut[5] potui, respondi inquisitionibus tuis. Si quid de his rebus, unde me interrogasti, invenisti melius sive invenire potueris, gratissimum habebimus, si nos feceris

---

9. a) importuna *coni. Tromb.* b) publ. *M.* c) videatur *P.* d) veri *P.* e) *om. P.* f) idem sequenti operi *P pro* id — operis. g) *om. M;* latinitatis periti *Is.* h) quisque *P.* i) scripturas *M.* k) dignatur *P.* l) magnis interpretibus *M.* m) tamquam quam *P.* n) cognitione *corr. in* -ni *M.* o) sigillatim *M.*

1) *Cf. Dungali responsa (p. 204):* Claudius . . audet tractatus conficere, quos sui proprii laboris et industriae esse mentitur . . . auctoritatem sui nominis frontibus inscribens singulorum hoc modo: Incipit commentarium aut tractatus vel expositio Claudii Taurinensis episcopi. 2) *Cf. infra not. 3.* 3) *Isid. Etym. VI, 8, 9:* praefatio nuncupatur quasi praelocutio. 4) *ib.:* Prooemium est initium dicendi. Sunt enim prooemia principia *etc.* — posuerunt. 5) *Cf. supra p. 603 l. 32, ubi eadem verba.*

c. 824 nosse[a]. Pro qua re te deprecor per gratiam Dei. quae in te ut credo exuberat, ut[b] non respuas deprecantem, sed libenter doceas, si quid[c] potes quae me fateor ignorare. Et si quid hinc absolutum ac diffinitum disputatione[d] rationabili atque perfecta vel legisti[d*] vel audisti vel etiam ipse adhuc audire[e] aut legere aut excogitare poteris, peto ut michi mittere non graveris. Quia quod confitendum est caritati tuae, plus michi expedit discere quam docere. Nam hoc admonemur[f] dicente apostolo Iacobo: Iac. 1, 19. 'Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum'. Et sicut ait doctissimus pater Augustinus[1], 'ut discamus, invitare nos debet suavitas veritatis. Ut autem doceamus, cogere necessitas caritatis'. Ubi potius orandum est, ut transeat ista Isai. 54, 13. Ioh. 6, 45. necessitas, qua hominem docet aliquid[f*] homo. Et simus omnes docibiles Dei, quamvis hoc simus[g], cum ea, quae ad[h] veram pietatem pertinent, dicimus etiam quando illa 1. Cor. 3, 7. docere videtur homo. Quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Cum itaque si Deus incrementum non daret, nichil essent apostoli plantatores et rigatores, quanto magis ego vel tu vel quilibet huius temporis homines, qui in hoc novissimo tempore videmur esse doctores?

Addidi etiam in hoc opere brevem expositiunculam allegoricam in libro Ruth[i], quo tu non postulasti[k], quae[l] magis ad librum Iudicum, quam ad Regum pertinere videtur. Pro qua re obsecro, ut me, etsi corpore longe positum, tamen mente propinquum, orationibus tuis creatori omnium commendare non cesses, ut per virtutem fletuum tuorum et merita orationum et si iuxta fluvium Chobar[m], id est secus gravedinem[2] huius saeculi, detineor, tamen Dominum nostrum in maiestate gloriae suae Ezech. 2, 6. videre desidero atque ab ipso audire, quod in medio scorpionum habitatio nostra[n] consistit.

10.

Claudius episcopus Theutmiri abbatis interrogationibus, quoad possit, se respondisse vel responsurum esse promittit, questus quod ille commentarium suum in epistolas ad Corinthios in palatio Aquensi ad damnandum proposuerit. c. 824.

Codd. P fol. 127'—128, M fol. 127'.

Edd. Zacharias Bibl. p. 64, Trombelli vet. patr. opusc. II, 2, 164. — Migne col. 809—811.

INCIPIT[a] PRAEFATIO CLAUDII[b] EPISCOPI.

Quia igitur iam fautore Deo in superioribus libris quibusdam interrogationibus tuis satisfactum esse[c] puto, frater karissime Theutmire, nunc autem quasdam questiones tuas[3] in fine libri huius conectere studemus, quia superfluum michi visum est, ut nudas littere questiones inter spiritales permiscere[d] debuissem allegoriae flores. Quedam vero remanent indiscussae, quia nec in antiquis translationibus aliquid exinde translatum repperi nec in maiorum nostrorum opusculis aliquid expositum legi. Et haec me ignorare fateor, quia nec quidpiam[e] me aliquid exinde legisse reminiscor. Et ideo[f] de imperitia non erubesco, quia de[g] lectione non doceor. Haec de periculo formido, quia quae non[g] intellego[h] docere non presumo.

a) Q. *sequitur in M.* b) et *P.* c) quis *P.* d) disputationem *P.* d*) aud. vel leg. *M.* e) ardire *P.* f) haec admonemus *P.* f*) aliquis *P.* g) scimus c *deleto M.* h) *om. P.* i) Rutht *P.* k) pustul. *corr. in* postul. *P.* l) quod *P.* m) Choar *P.* n) vestra *M.*

10. a) Incipit — episcopi *om. M.* b) Cladius *P.* c) puto esse *M.* d) permisere *P.* e) quispiam *M, P.* f) iccirco *M.* g) *om. P.* h) intelligo *M.*

1) *De octo Dulcitii quaestionib. III § 6 (Opp. VI, 132).* 2) *Hieronym. de nomin. Hebr. (Opp. ed. Vallarsius III, 84):* Chobar gravitudo vel gravitas. 3) *72 numero, quibus responsa 40 respondent (ed. Trombelli p. 164—184.*

Et dum questiones tuas in manibus meis tenerem, finitis iam superioribus libris, (825—826) ut respondendo aliquid exinde scriptitarem, pervenit ad manus meas epistola ex Aquis regio directa palatio, qualiter tu librum tractatus mei, quem tibi ante biennium prestiti, in epistolis ad Corinthios, iudicio[a] episcoporum atque optimatum dampnandum ad eundem[b] iam dictum palatium presentari feceris. Quem tractatum ibidem non dampnandum, sed scribendum amici mei non solum humiliter, sed etiam amabiliter susceperunt. Ignoscat tibi Dominus, testis vitae meae et largitor operis mei, qui non timuisti sermonibus detrahere veritatis et sedens adversum me loqueris menda- (cf. Ps. 49, 20.) cium et adversus filium matris aecclesiae[c] posuisti scandalum, mortemque quam Oza[d] (2. Reg. 6, 7.) pro illicita presumptione[e] pertulit in corpore, si ita est, tu[f] vivens[g] gestas in mente.

11.

Claudius episcopus Taurinensis de malorum hominum persecutionibus questus post Pentateuchum ad libros Iesu Nave et Iudicum exponendos accedit. *825—826.*

Cod. Parisinus 2391 (Colbertinus 5429, Regius 4061) saec. XII. fol. 1. 70', descr. H. Lebègue.

INCIPIT PRAEFATIO CLAUDII EPISCOPI IN LIBRO IESU NAVE.

Propter nimiam pressuram atque angustiam et diras infestationes perversorum hominum iniquorum, qui me minis conturbant; quorum infestationem quantum nec umbram corporis mei valeo declinare, ideo inter ipsa mundi dispendia, in quo duramus potius quam vivimus, michi nec vivere libet, nec scripturas sanctas perscrutari licet. Et idcirco biennium est, quod ab expositione Pentateuchi cepta cessavi[1]. Et ob hoc omitto Deuteronomii librum, qui pene in superioribus libris, id est Exodo, Levitico atque Numerorum magna ex parte iuxta litteram et spiritum a nobis iam expositus est, et ad librum Iesu Navae agiographum ex dictis maiorum nostrorum, qui nos et scientia et tempore praecesserunt, transire desidero, ea videlicet ratione, ut si permiserit indebita Dei misericordia atque adiuverit me in his duobus libris Iesu Navae atque Iudicum[a] ad illius dulcedinem et profunditatem, annuente pietate divina et bonitate indebita, accedere volo, cuius tanta auctoritas est, ut secunda lex vel certe iteratio legis interpretetur[2], quod est figura evangelii. De quo solo libro testimonia (Luc. 4, 8 sq.) Dominus temtatori suo diabolo protulit. Et sicut David quinque lapides contra Go- (1. Reg. 17, 40.) liam pugnaturus in peram misit et ex uno Goliam stravit, ita et Dominus ex quinque libris legis ex ipso uno solo testimonii sagittas suo nostroque temtatori infixit. Explicit praefatio[b].

INCIPIT[c] PRAEFATIO EIUSDEM IN IUDICUM.

In finem libri Iesu Nave breviter narrator porrexit hystoriam, quousque filii Israel ad colendos deos alienos declinaverunt. Ita enim illic scriptum est: 'Servivit- (Ios. 24, 31.) que Israel Domino cunctis diebus Iesu et seniorum, qui longo vixerunt tempore post

---

a) episc. iud. *P.* b) idem *M.* c) tuae *M.* d) Ozia i *deleto M.* e) presuptione *P.* f) est tu *om. P.* g) vives *P.*

11. a) iudicium *P.* b) *in P sequitur:* Incipit tractatus. Factum est autem post mortem Moysi *etc.* c) *in fol. 70 haec antecedunt:* Explicit tractatus Claudii episcopi in libro Iesu Nave.

1) *Librum Exodi finivit Claudius a. 821, Leviticum 823, sed quando liber Numeri, qui deperiit, editus sit, non constat.* 2) *Isid. Etym. VI, 4, 7:* Deuteronomium . . Latine interpretatur secunda lex, id est repetitio et evangelicae legis praefiguratio.

c. 825 Iesum, et qui noverunt omnia opera Domini quae fecerat Israeli'. In hoc autem libro Iudicum ad ordinem reditur, quomodo consequentia gesta fuerunt post mortem Iesu Navae. Non ergo ab illo tempore incipit liber, quo populus ad colenda simulacra defluxit, set a prioribus interpositis temporibus quibus ea gesta sunt; post quae ad illa pervenit. Hystoria haec non parva misteriorum indicat sacramenta. Primum quod post Iesum succedunt iudices, sicut et post Christum successerunt apostoli et aecclesiarum rectores ad gubernandos et regendos fideles, quos ipse ad speciem aeternae repromissionis perducit. Explicit praefatio[a].

12.

Excerpta ex ampliore Claudii Taurinensis episcopi opere de imaginum cultu, quo Theodemiri abbatis epistolam refellit. *c. 825.*

Cod. Vatican. Christinae reg. 200 saec. XI.—XII. fol. 1—6', cf. supra p. 569. Vetustissimum et elegantissimum huius apologetici et librorum Ionae ac Dungali exemplar vidit Baluzius a. 1687, quod nunc deperditum dolemus, cf. Servati Lupi opp. ed. Baluzius, Antwerp. 1710 p. 355.

Edd. Papir. Masson cum Dungalo Paris 1608; Bibl. patr. Lugdun. XIV, 197—198. — Migne CV, 459—464. Flacius in Catal. test. veritat. (a. 1608) col. 937—940 haec excerpta ex Ionae libro de cultu imaginum, sed non integra, recepit.

APOLOGETICUM ATQUE RESCRIPTUM CLAUDII EPISCOPI ADVERSUS THEUTMIRUM ABBATEM.

Epistolam tuam cum adiunctis subter capitulis plenam garrulitate atque stoliditate[1] per quendam accepi rusticum portitorem: in quibus capitulis denuntias te esse turbatum, eo quod rumor abierit ex Italia de me per omnes Gallias usque ad fines Spanie, quasi ego sectam quandam novam praedicaverim contra regulam fidei catholicae: quod omnino falsissimum est. Nec mirum est, si de me ista dixerunt diaboli
Ioh. 7, 12; 8, 48. membra, qui ipsum caput nostrum et seductorem et daemoniacum proclamaverunt. Ego enim non sectam doceo, qui unitatem teneo et veritatem proclamo, sed sectas et scismata et superstitiones atque hereses in quantum valui compressi, contrivi et expugnavi et expugnare, in quantum valeo, prorsus piissimo Deo adiuvante non cesso. Hoc[a] autem idcirco provenit, quia, postquam coactus suscepi sarcinam pastoralis officii, missus a pio principe, sanctae Dei aecclesiae catholicae filio, Hludowico et veni in Italiam civitatem Taurinis, inveni omnes basilicas contra ordinem veritatis sordibus anathematum [et] imaginibus[2] plenas, et quia quod omnes[b] colebant, ego destruere[c] solus coepi et idcirco aperuerunt omnes ora sua ad blasphemandum me et nisi Dominus adiuvisset me, forsitan vivum deglutissent me.

Exod. 20, 4. Item ad locum. Cum[3] enim distincte dicatur non faciendam similitudinem omnium, quae in caelo sunt aut quae in terra vel quae sub terra, non de solis similitudinibus alienorum deorum intellegitur dictum, sed et de caelestibus creaturis aut quae in honore creatoris humanus sensus potuit excogitare. Adorare est laudare, venerare, rogare, precare, supplicare, invocare, precem effundere. Colere vero est gubernare, observare, officium facere, frequentari, venerari, amare, diligere.

Item ad locum. Dicunt[4] isti, contra quos Dei ecclesiam defendendam suscepimus: 'Non putamus imagini, quam adoramus, aliquid inesse divinum, sed tantummodo

a) *in cod. sequitur:* Incipit tractatus. Post mortem Iesu Nave consuluerunt filii *etc.*

12. a) haec *B.* b) homines *Ion.* c) destrui *scripsit Cl. sec. Ionam p. 171.*

1) *Cf. Quaest. XXX sup. libr. reg. XIV (ed. Trombelli p. 169):* Sequitur de Ceila civitate nimis stolida interrogatio tua *etc.* 2) *i. e. rotiris.* 3) Nam cum distincte — excogitare *concordant cum Agobardi libro de imagin. sanct. c. 1 (Opp. ed. Baluze I, 221).* 4) *Cf. ibid. c. 19 p. 247:* Dicit forsitan aliquis *etc., ubi similia aut eadem verba occurrunt.*

pro honore eius, cuius effigies est, tali eam veneratione adoramus'. Cui respondemus, quia, si sanctorum imagines hi, qui daemonum cultum reliquerunt, venerantur, non idola reliquerunt, sed nomina mutaverunt. Si enim scribas in pariete vel pingas imagines Petri et Pauli, Iovis et Saturni sive Mercurii, nec isti dii sunt nec illi apostoli; nec isti nec illi homines, ac per hoc nomen mutatur, error tamen et tunc et nunc idem ipse permanet semper. Certe [1] si adorandi fuissent homines, vivi potius quam mortui adorandi esse debuerunt, id est, ubi similitudinem Dei habent, non ubi pecorum, vel, quod verius est, lapidum vel lignorum, vita sensu et ratione carentem. Ex [2] qua re summopere pensandum est, quia si opera manuum Dei non sunt adoranda et colenda, quanto magis opera manuum hominum non sunt adoranda et colenda prorsus, nec in honore eorum, quorum similitudines esse dicuntur; quia [3]. si imago quam adoras, Deus non est, nequaquam veneranda est pro honore sanctorum, qui nequaquam divinos sibi adrogant honores. c. 825

Ad locum. Et ideo sciendum est summopere, quia non solum qui visibilia figmenta atque imagines colit, sed etiam quamlibet sive caelestem sive terrenam, sive spiritalem sive corpoream creaturam vice nominis Dei colit et salutem animae suae quae a solo Deo est, ab illis sperat, de illis est, de quibus dicit apostolus: 'Et coluerunt et servierunt creaturae potius quam creatori'. Rom. 1, 25.

Item ad locum. 'Quid [4] te ad falsas imagines humilias et inclinas? Quid ante inepta simulacra et figmenta terrena captivum corpus incurvas? Rectum te Deus fecit et, cum caetera animalia prona et ad terram sint, tibi sublimis status et ad caelum atque ad Deum vultus erectus est. Illuc intuere, illuc oculos tuos erige, in supernis Deum quaere, ut carere inferos possis. Ad alta [et] caelestia suspensum pectus adtolle. Quid te in lapsum mortis cum insensata imagine quam colis sternis? Quid in ruinam diaboli per ipsam et cum ipsa cadis? Sublimitate serva qua natus es, persevera talis qualis a Deo factus es'.

De cruce ad locum. Sed dicunt isti falsae religionis atque superstitionis cultores: 'Nos ob recordationem salvatoris nostri crucem pictam atque in eius honore imaginatam colimus, veneramur atque adoramus'. Quibus nihil aliud placet in salvatore nostro, nisi quod et impiis placuit: obprobrium passionis et inrisio mortis. Hoc de illo credunt quod et impii homines, sive Iudaei sive pagani, qui eum resurrexisse diffidunt et non noverunt de illo aliud cogitare, nisi eum tortum et mortuum [5] et semper in passione positum in corde suo credunt et retinent, et non attendunt neque intellegunt quod ait apostolus: 'Etsi noveramus secundum carnem Christum, sed nunc iam non novimus'. 2. Cor. 5, 16.

Item ad locum. Contra quos respondendum est, quia, si omne lignum scemate crucis factum volunt adorare pro eo, quod Christus in cruce pependit, et alia multa illis convenit, quae Christus egit per carnem. Vix enim sex horis in cruce pependit, et tamen novem mensibus lunaribus et supra undecim diebus in utero virginis fuit, qui simul sunt dies solares ducenti septuaginta sex, id est novem menses et supra dies sex. Adorentur ergo puellae virgines, quia virgo peperit Christum. Adorentur et praesepia, quia mox ut natus in praesepio est reclinatus. Adorentur et veteres panni, quia con- Luc. 2, 7.

1) Certe si — carentium *concordant verbotenus cum Agobardi libro de imaginib. sanctor. c. 28 (Agobardi opp. ed. Baluze I, 262).* 2) *Similia sequentibus, ex parte ad verbum, habet Agobardus l. l. ordine inverso, et c. 1 (p. 222. 261. 262).* 3) quia si — honores *ad verbum apud Agobardum c. 19 p. 247.* 4) Quid te — Deo factus es, *ut Ionas de cultu imag. l. 1 p. 175 recte adnotavit, ex Cypriano ad Demetrian. c. 16 (Opp. ed. Hartel p. 362), ubi haec lectionis varietas:* ad falsos deos. terram situ vergente depressa sint. ad Dominum susum vultus. cum serpente quem colis. per ipsum et cum ipso. 5) *Cf. Dungali responsa (l. l. p. 223):* Ubicumque enim crucifixi sacram intuetur effigiem, suos stringens oculos osque buccis contorquens tumentibus subsannando et cachinnando perstrepit atque clamat: Ecce Christus mortuus et tortus.

c. 825 tinuo cum natus est, pannis veteribus est involutus. Adorentur et naves, quia frequenter in navibus navigavit. et de navicula turbas docuit, et in navi dormivit, et de navi Ioh. 21, 6. ventis imperavit, et in dextera navigii rete mittere iussit, quando prophetica[a] illa magna captura piscium facta est. Adorentur asini, quia asellum sedendo ad Hierusalem usque ib. 1, 36. pervenit. Adorentur agni, quia de illo scriptum est: 'Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi'. Sed isti perversorum dogmatum cultores agnos vivos volunt vorare Apoc. 5, 5. et in pariete pictos adorare. Adorentur et leones, quia de illo scriptum est: 'Vicit leo de tribu Iuda radix David'. Adorentur et petrae, quia quando de cruce est depo- 1. Cor. 10, 4. situs, in saxeo sepulchro est positus, et de illo apostolus ait: 'Petra autem erat Christus'. Sed Christus petra agnus et leo tropyce non proprie est dictus per significantiam, non per substantiam. Adorentur et spinae ruborum, quia exinde spinea corona tempore passionis capiti eius inposita est. Adorentur et arundines, quia ab eis colaphis a Ioh. 19, 34. militibus caput eius caesum est. Postremo adorentur et lanceae, quia unus militum in cruce lancea latus eius apperuit, unde fluxit sanguis et aqua, sacramenta, unde formatur ecclesia. Ridiculosa[b] ista omnia sunt et lugenda potius quam scribenda. Cogimurque contra stultos stulta proponere et contra lapidea corda non verbi sagittas Isai. 46, 8. vel sententias, sed lapideos proicere ictus. 'Redite[c] praevaricatores ad cor', qui reces- Ps. 4, 3. Hebr. 6, 6. sistis a veritate et diligitis vanitatem et estis vani facti; qui rursum crucifigitis filium Dei et ostentui habetis. Et per hoc catervatim animas miserorum socias factas daemonum habetis, alienando eas per nefanda sacrilegia simulacrorum a creatore suo, habetis eas deiectas et proiectas in dampnationem perpetuam.

Item ad locum. Aliud enim Deus iussit, aliud isti faciunt. Deus iussit cru- Luc. 14, 27. cem portare, non adorare: isti volunt adorare, quam nolunt nec spiritaliter nec corporaliter secum portare. Taliter enim Deum colere, ab illo recedere est: ille enim dixit: ib. 9, 23. 'Qui vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem meam et sequatur me'. 'Quia[1] videlicet, nisi qui a semetipso deficiat, ad eum qui super ipsum est, non adpropinquat nec valet apprehendere quod ultra ipsum est, si nescierit mactare quod est'.

Ad locum. Quod vero ais, quod ego prohibeam homines poenitentiae causa pergere Romam, falsum tu loqueris. Ego enim iter illud nec approbo nec inprobo, quia scio, quod nec omnibus obest, nec omnibus prodest, nec omnibus proficit, nec omnibus officit. Te ipsum primum interrogare volo, si poenitentiam agere Romam pergere nosti, cur tu tanto tempore tantas animas perdidisti? quas in monasterio retinuisti et poenitentiae causa in monasterium recepisti, et non eas Romam misisti, sed potius tibi servire fecisti. Dicis enim te habere caterva[m][d] monachorum centum quadraginta, qui omnes poenitentiae causa ad te venerunt et se monasterio tradiderunt, ex quibus neminem Romam ire permisisti. Si haec ita se habent, ut tu dicis: poenitentiam agere Romam pergere est, quid acturus es de sententia illa, quam Dominus Matth. 18, 6. dicit: 'Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et dimergatur in profundum, quam ut scandalizet unum de pusillis istis, qui in me credunt'. Nullum scandalum maius est quam hominem illam prohibere pergere viam, per quam possit ad gaudia pergere sempiterna.

Item ad locum. Scimus enim quod non intellecta evangelistae verba Domini ib. 16, 18. salvatoris, ubi ait beato apostolo Petro: 'Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam et tibi dabo claves regni caelorum'. Propter ista iam dicta Domini verba imperitum hominum genus pro adquirenda vita aeterna, postposita omni spiritali intellegentia, volunt pergere Romam. Et post pauca. Qui hoc modo,

---

a) praepedita *Ion.* b) Rediculosa *B.* c) Reddite *priore* d *del. B.* d) caterva *B.*

1) Quia — quod est *ex Gregor. homil. in evang. l. II hom. XXXII § 2 (Opp. I, 1588), ut Ionas (de cultu imag., Max. bibl. patr. Lugd. p. 184) iam adnotavit.*

c. 826

ut supradictum est, claves regni caelorum intellegit, intercessionem beati Petri localiter non requirit, quia si proprietatem verborum Domini suptiliter consideramus, non est ei dictum: 'Quodcumque solveris in caelo erit solutum et in terra, et quodcumque (Matth. 16, 19.) ligaveris in caelo erit ligatum super terram'; ac per hoc sciendum est, quod tamdiu antistitibus ecclesiae istud ministerium concessum est, usque dum ipsi peregrinantur in hoc mortali corpore: cum vero debitum mortis reddiderint[a], alii succedunt loco ipsorum, qui eandem optinent iudiciariam potestatem, sicut scriptum est: 'Pro patribus (Ps. 44, 17.) tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram'.

Item ad locum. Redite caeci ad lumen verum, quod inluminat omnem homi- (Ioh. 1, 9.) nem venientem in hunc mundum; quod 'lumen in tenebris lucet et tenebrae eum non (ib. 1, 5.) conpraehendunt': qui istud lumen non aspiciendo in tenebris estis et in tenebris ambulatis, et nescitis quo eatis[b], quia tenebrae obcaecaverunt oculos vestros. (1. Ioh. 1, 11.)

Item[c] ad locum. Audite et hoc insipientes in populo et stulti aliquando sapite, qui intercessionem apostoli Romam pergendo quaeritis, quid contra vos dicat idem saepedictus beatissimus Augustinus. In libro enim de Trinitate octavo[1] inter caetera sic dicit: 'Redi ergo mecum et consideremus, cur diligamus apostolum. Numquidnam propter humanam speciem, quam notissimam habemus, eo quod credimus eum hominem fuisse? Non utique; alioquin nunc non est quem diligamus, quandoquidem homo ille iam non est? Anima enim eius a corpore separata est, sed id quod in illo amamus, etiam nunc vivere credimus'.

Item ad locum. Promittente[d] Deo debet fidelis quisque credere, quanto magis iurante. Quid est dicere: 'Si fuerint in medio eius Noe David et Iob'? Id est, si (Ezech. 14, 14.) tantae sanctitatis, tantae iustitiae tantique meriti sit, quanti illi fuerunt, non liberabunt filium neque filiam. Haec idcirco dicit, ut nemo de merito vel intercessione sanctorum confidat, quia nisi eandem fidem iustitiam veritatemque teneat, quam illi tenuerunt, per quam illi placuerunt Deo, salvus esse non poterit[2].

Item ad locum. Quinta tua in me obiectio est et displicere tibi dicis, eo quod domnus apostolicus indignatus sit mihi. Hoc dixisti de Paschale[e] ecclesiae Romanae episcopo[3], qui praesente iam caruit vita. Apostolicus autem dicitur quasi apostoli custos aut apostoli fungens officium. Certe non ille dicendus est apostolicus, qui in cathedra sedens apostoli, sed qui apostolicum implet officium. De illis enim, qui cum locum tenent et non implent officium, Dominus dixit: 'Super cathedra Moysi sederunt (Matth. 23, 2. 3.) scribae et pharisaei. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis servate et facite: secundum vero opera eorum nolite facere[f]: dicunt enim et non faciunt'.

Liber de quo ista excerpsimus tantae magnitudinis est, quantum liber psalmorum et quinquaginta psalmi plus.

a) exsolverint *Ion.* b) estis *B.* c) Item — credimus *secuntur apud Ion. post* salvus esse non poterit. d) Promittenti . . iuranti *Ionas.* e) Paschalae a *eraso B.* f) facite *B.*

1) *L. VIII c. 6 § 9 (Opp. VIII, 871).* 2) *Cf. Exposit. in epist. ad Gal. (6, 2 p. 164):* cum autem ante tribunal Christi venerimus, nec Iob nec Daniel nec Noe rogare posse pro quoquam, sed unumquemque portare onus suum. 3) *sedit a. 817—824, obiit a. 824.*

ADDENDA ET EMENDANDA.

P. 11 post lin. 25. C = Codex Cantabrigiensis collegii corpus Christi 190 saec. XI., dono datus Leofrici episcopi Exoniensis († c. 1072), continet duas Alcvini epistolas, quas antecedit Liber penitentialis Theodori archiepiscopi Cantuariensis ecclesiae. *Fol. 140 in libro isto haec occurrunt:* De Anglis. Gens quoque Anglorum simillimis vel moribus examinata piaculis, in metu iam validissimo titubat, quia talis eam nec consecuta est vindicta, qualis nec est preteritis audita temporibus. De predatione Nordanimbrorum Alcvinus ad regem *etc. Fragmentum epistolae 16, cf. supra p. 42. 43 cum additamento, quod Alcvino ipsi adscribere vix dubitaverim. Fol. 173—179 sequitur* Epistola Albini lęvitę ad Aeđelnardum *(corr.* lardum*)* archiępiscopum, *i. e. ep. 17 p. 45, fol. 179—183* Item epistola Alcuini ad Eanbaldum archiepiscopum, *i. e. ep. 114 p. 167 sine initio et fine* Ecce karissime — atque custodiat. *Tum sequitur:* De doctrina et exemplis prępositorum. Tam doctrina quam vita clarere debet ecclesiasticus doctor, nam doctrina sine vita arrogantem reddit *ect. De hoc codice, quem fuse descripsit Nasmith in catalogo libror. corp. Christi a. 1777. (cf. Pertz Arch. VII, 85), a me neglegenter omisso, certiorem me fecit Vir rever. Harmer bibliothecarius epistolasque Alcvini cum impressis contulit. Epistolam 114 tunc ineditam Ios. Maria Thomasius quondam ex hoc codice descriptam Iusto Fontaninio edendam tradiderat. Apographum recens huius libri a Thoma Hickes librario factum est Harleianus 438 (Arch. VII, 79), de quo E. M. Thompson V. Cl. benigne mihi retulit.*

Ca = cod. Cantabrig. coll. corp. Christi 265 saec. XI. continet fol. 7—13 Epistola Albini levite Aethelheardum archiepiscopum, *f. 13—17* Item epistola Alcuuini ad Eanbaldum archiepiscopum *aeque mutila ut in codice C. Sequitur item* De doctrina et exemplis prępositorum. *Huius quoque codicis alteri similis, de quo cf. Archiv VII, 85, copiam mihi fecit V. Rev. Harmer. Cantabrigiensi utrique addamus hic codicem Cottonianum (de quo cf. Cottonian library p. 606) Faustina B IV membr. c. 1300. scriptum, ubi hac quattuor epistolae Alcvini occurrunt fol. 189 ep. 18, fol. 190 ep. 16, fol. 190' ep. 114, fol. 192 ep. 43, eaeque omnes integrae, quales in codice A 2 traduntur. De codice, quem conferre haud necessarium duxi, V. Cl. J. Warner comiter me docuit.*

P. 12 cod. Parisinus 2388 ex Molinieri iudicio saec. XIV. scriptus esse videtur.

P. 13 lin. 35 adde: in catalogo bibl. Cluniacensis med. saec. XII. exstitit n. 85 Volumen, in quo continentur epistolae Albini et *(corr.* vel*)* Alcvini ad diversos *(Delisle Fonds Cluni p. 342).*

P. 16 col. 6 lin. 18 leg. 236 pro 235.

P. 45 ep. 17. Addo hic varietatem lectionis codicum Cantabrigiensium. Lemma: Epistola Albini levite (lęvitę *C*) ad *(om. Ca)* Aedelheardum (Aedelnardum *n eraso C*) archiepiscopum (archięp. *C*) *C, Ca. lin. 9* Aethelhardo *C;* Athelhardo *Ca. lin. 13* quatinus *C (passim). lin. 15* currat et crescat *C, Ca. lin. 16* christianam *Ca. lin. 17* obsecra *C.* adpropinquat *Ca. lin. 19* habes *C.* Brittanniae *C. lin. 23* preco *Ca.* mercennarius *C. lin. 25* populi predicator *Ca. lin. 26* hominibus *C, Ca. lin. 28* cubito *C;* cubitu *corr. in* -to *Ca.* morbidos *C.* sanctos *C;* sanas *superscr.* vel sanctas *Ca. lin. 29* regendam *C, Ca. lin. 31* iudiciis *corr. in* iudicis *C.* tuum *pro* tua vero *C, Ca.*

lin. 32 per gladium *C.* *lin. 33* quia *pro* quanta *Ca.* ille *om. C, Ca.* *lin. 34* clavibus *C; corr. in* clavis *Ca.* sedes *C.* *lin. 36* laboret *C.* pacieris *C.*

P. 46 lin. 1 Dei *om. Ca;* propter iustitiam quid beatius *C.* *lin. 2* paciuntur et reliqua. Et ibant *C.* *lin. 3* a consp. conc. gaud. *C.* pro nom. Iesu contumelias (contumeliam *C*) pati *C, Ca.* *lin. 4* superventuram quae *superser.* id est gloriam *C.* *lin. 6* dominum *C, Ca.* *lin. 7* dampnatio *C, Ca.* *lin. 9* cuicunque *C, Ca.* *lin. 12* manus tua *C, Ca.* *lin. 13* promta *C.* *lin. 14* magis *om. C, Ca.* inveniamus *C, Ca.* *lin. 15* preciosam margar. *C, Ca.* *lin. 16* repper. *Ca;* potius repper. *C.* *lin. 18. 19* et homines stare *C, Ca;* ut *om. Ca.* *lin. 21* adtestante *Ca.* *lin. 22* praecincti et reliqua. In *C.* castitas *pro* castitatis sanctitas *C, Ca.* *lin. 26* in excelso positus est (est pos. *Ca*) loco *C, Ca.* *lin. 28* sacerdos *C.* *lin. 29* signitur *Ca.* *lin. 30* hii *Ca.* *lin. 31* redeunte *om. C, Ca.* regi *C, Ca.* *lin. 32* iudice *C, Ca.* *lin. 33* lucr. sit *C, Ca.* *lin. 34* temetipsum karissime *C, Ca.* *lin. 36* quatinus *C.*

P. 47 lin. 1 pict. cons. *C, Ca.* *lin. 4* omni qui — contradicere *om. C, Ca.* *lin. 5* testante *pro* dic. *C, Ca.* adiuvatur ut *C.* *lin. 6* Brittanniae *C.* *lin. 7* adtest. *C.* *lin. 8* vero *om. Ca.* *lin. 11* Dei[r] *om. C, Ca.* *lin. 13* possiderant *C;* possederant *Ca.* *lin. 15* trecentis XL annis *C, Ca.* *lin. 17* Gildae *C.* Brittonum *C;* brittonice *Ca.* Brittones *C, Ca.* *lin. 18* avaritia *Ca.* *lin. 23* et ut *C, Ca.* *lin. 26* imput. vob. *C, Ca.* regendas *C.* *lin. 27* et ex subi. *C, Ca.* remun. mult. *C, Ca.* *lin. 29* exortate *Ca, corr. in* exortamini *C.* *lin. 32* habuerit *C, Ca.* predic. *Ca;* peccatoribus *C.* obtemperetur *Ca.* *lin. 33* veritate habuerit si peccatoribus verbum Dei *C.* *lin. 34* ingerendum *Ca.* *lin. 35* dicit *pro* ait *C, Ca.* *lin. 36* terram et reliqua *pro* erit — caelis *C.*

P. 48 lin. 3 qui *pro* quia *C, Ca.* non poss. occ. *C, Ca.* quoque *om. C, Ca.* *lin. 4* sunt *om. C.* congr. fuerint *C.* *lin. 5* pro vobis *Ca.* *lin. 7* dicitis *pro* iubetis *C, Ca.* *lin. 8* sunt i. secul. *C, Ca.* eorum *pro* illorum *C, Ca.* *lin. 14* Israel *om. C, Ca.* et ne des hereditatem tuam. Item cum Iohel propheta ad Deum *pro* et terrae — Dei Iohel *C, Ca.* *lin. 16* Apostolo *om. C, Ca.* *lin. 17* pro invicem *C, Ca.* deprecatio *pro* oratio *C.* *lin. 18* fraternitatis amatores *C, Ca.* misericordes humiles *C.* *lin. 19* Sed *om. C, Ca.* praecipit *C.* *lin. 20* quatinus *C.* *lin. 21* prosper. pacif. in laud. et glor. sui nom. largiri dignetur *C, Ca.* *Versus desunt. Codices C et Ca cum codicibus A et K plerumque concordare patet.*

P. 66 n. 3. De tempore huius legationis dubio cf. infra ad pag. 69.

P. 67 lin. 12 lege 4 pro 3. lin. 25 lege 5 pro 4. lin. 37 lege 4 ante 'Frobenius'. lin. 48 lege 5 pro 4.

P. 69 n. 1. Non libros Carolinos ipsos, sed capitula 85 tantum Angilbertum papae attulisse communis est opinio. Quamvis inde a Baronio plerique recentiores atque etiam Jaffé haec post synodum Francofurtanam Iunio m. anni 794. habitam facta esse censuerint, et Simson (Jahrb. unter Karl dem Gr. II, 78 n. 2) et Hauck (Kirchengesch. Deutschl. II, 292 n. 3) potius iam anno 792., quo secundum annal. Lauriss. Angilbertus cum Felice Romam missus est, eum papae capitula quoque illa tradidisse coniecerunt. Car. Hampe annum 791. praeferre maluit. Epistola autem Alcvini 27, in qua per Angilbertum papae favori se commendat, annis 791. vel 792., quibus Anglia eum tenuit (N. Arch. XVIII, 64), minime scribi potuit, immo anno 794. (vel 795.) demum atque in Caroli palatio Alcvinum has litteras condidisse mihi persuasum est. Quae si ita se habent, ea ad libros Carolinos omnino pertinere non potest.

P. 99 n. 2. De amicitia inter Alcvinum et Benedictum intercedente cf. Ardonis vitam S. Benedicti c. 24 (SS. XV, 210): inviolabili se illi caritate coniunxit, ita ut ex suis epistolis ei sepe directis adgregatis in unum unus conficeretur libellus.

P. 110 ep. 67 lin. 27. Initium huius epistolae: Non ignotum esse — volente essem *refertur iam apud Mich. Alfordum, Annal. Anglosaxon. ad annum 804. n. 20 p. 14, cuius librum rarum laudat Frobenius, Opp. I, 2.*

P. 119 n. 5 lege 4 loco 14, adde lin. 23. Cf. etiam Epist. III, 350 lin. 5.

P. 124 ep. 82. In libro vitae Dunelmensi occurrit inter Nomina abbatum gradus diaconatus *(Catal. of the ancient manuscr. of British Mus. p. 83) etiam* Beornuini diaconus.

P. 137 lin. 27 vestrae *loco* vestro *corrigere voluit A. Dove, Sitzungsber. der hist. Cl. der Münchner Akad. a. 1894 p. 215.*

P. 144 lin. 29 adde Mansi Coll. conc. XIII, 987—989.

P. 174 ep. 120 exstat etiam in codice Monacensi (quondam Tegernseensi) 18956 saec. XI. (?)

P. 180 lin. 15. Initium huius epistolae ex cod. Parisino 1862 saec. IX. med. delineatum usque ad verba tuam potuisses *dedit Delisle, le cabinet des manuscr. Planches XXVII, 3. Cf. de tempore, quo scripta sit, Hauck, Kirchengesch. Deutschlands II, 131 n. 4.*

P. 191 lin. 45 lege 190 lin. 23 pro 191.

P. 193 ep. 131. Haec epistola exstat etiam hoc titulo insignita: Epistola cuiusdam ad adulescentulos missa *in cod. Romano Vatic. Christ. reg. 140 s. IX.—X. fol. 106'—112, cf. Reifferscheid Bibl. patr. Ital. I, 404 (Wiener Sitzungsber. LIX, 132) et in cod. Montispessulano 404 saec. IX. (Catal. des dép. I, 443—444).*

P. 224 ep. 143. Hanc epistolam primus edidit Wolfg. Lazius, Fragmenta quaedam Caroli M. (Antverp. 1560) p. 106—111.

P. 228 ep. 144. Hanc epist. primus edid. W. Lazius l. l. p. 31—35. Exstat prior pars eius: Dilectissimo magistro *(p. 228 lin. 11)* — quo alio nomine rectius vocari *(p. 229 lin. 3) in cod. univers. Wirziburg. Theol. 49 s. IX. fol. 73' litteris partim evanidis scripta, de quo cf. Forsch. z. Deutschen Gesch. VI, 115.*

P. 298 ep. 180. Cf. de codice a Frobenio adhibito supra p. 496.

P. 316 lin. 44 lege Cealchytensi pro Corabrigensi.

P. 338 lin. 6 post exarato *adde lectionem* exaratum *H.*

P. 344 lin. 6. Cf. Vitam Alchvini c. 11 (SS. XV, 191): Onera vero saeculi, quae ipse habuerat, discipulis, ut petierat, libentissime dispertiit.

P. 418. Epistolam, quae numero 260 signatur, subsequi oportuit epistola 285 p. 443, siquidem Higbaldus episcopus iam anno 803. mortuus est.

P. 449 n. 2. Cf. Bedae hist. eccles. gentis Anglor. IV c. 27: aliqui etiam tempore mortalitatis . . . ad erratica idolatriae medicamina concurrebant; quasi missam a Deo conditore plagam per incantationes vel fylacteria vel alia quaelibet daemonicae artis arcana cohibere valerent.

P. 459 lin. 45 lege Dunwich pro Dumwich.

P. 485 lin. 38—39 durus — solent salutem *ex Alcvini ep. 43, supra p. 88 lin. 19—20 sumpta sunt.*

P. 506 ep. 9. Cf. de codice huius epistolae Oxoniensi Pauli in N. Arch. I, 161.

P. 520 ep. 16 exstat etiam in cod. manuscr. Libri 1814 saec. XI.—XII. quondam bibl. Pictaviensis, nunc Laurentianae Florentinae, fol. 20', cf. Delisle in Notices et extraits XXXII, 1 (a. 1886) p. 82.

P. 521 n. 2 pertinet ad pag. 520 lin. 40.

P. 534. Clausula epistolae Theodulfi ad Magnum archiepiscopum datae, Hampio me docente, Paulini verba repetit, quae supra p. 527 lin. 1—9 exhibuimus, inde a verbis: ut exerceas praesules — exhibitione triumphes, *oratione tantum directa cum indirecta mutata. Hac Caroli laudes, quibus ad virtutem regiam excitatur, formulae speciem habent.*

P. 599 lin. 7 adde Casinens. XLVIII sub Theobaldo abbate (1022—1035) scriptus, cf. Bibl. Casin. II, 24—26.

INDEX NOMINUM.

SCRIPSIT KAROLUS HAMPE.

Maior numerus indicat paginam, minor lineam.

O.

P.

T.

U. v. V, W.

INDEX VERBORUM ET RERUM.

t.

u.

v.

w—z.

INDEX INITIORUM.

INDEX PERSONARUM, QUAE EPISTOLAS SCRIPSERUNT.

INDEX PERSONARUM, QUIBUS EPISTOLAE SCRIPTAE SUNT.